Digitized by Google

PYMANDER MERCVRII TRISMEGISTI.

Cum Commento

FRATRIS HANNIBALIS ROSSELI
CALABRI ORDINIS MINORVM REGVLARIS
obſeruantiæ, Theologiæ & Philoſophiæ, ad
S. Bernardinum Cracouiæ
Profeſſoris.

Liber quartus de Cœlo.



Cum licentia & authoritate Illuſtriſſimi & Reuerendiſſ. Domini Alberti Bolognetti Cardinalis, & in Regno Poloniæ Nuntij Apoſtolici.

Et cum Gratia & priuilegio Sacræ Cæſareæ M. & Sereniſs. Regis Poloniæ.

CRACOVIAE
In Officina Typographica Lazari. Anno
M. D. LXXXIIII.

- 49 J H 14 c

Ad lectorem exhortatio Patris Hannibalis Roſſeli.

Quanto ſtudio, quantoq; labore, Mercurium Triſmegiſtum elucidare contenderim, Candide Lector, ex commentarijs iam æditis, & ædendis, te malo, quàm ex me cognoſcere. Scripſi de Magno Mercurio quæ potui pro mea tenuitate, ac curta in tanto viro ſupellectile. Omnes commentarios inoffenſo pede decurrere, ſeu legere poteris, ſi lubet, quia nihil erroris (quò ad fidem Catho: ſpectat) habent admixtum. Me enim ſemper, omniaq; mea ſtudia, ex animo ſubieci, ſubiicio, & ſubiiciam Catholicæ fidei, atq; Eccleſiæ Romanæ, iudicio. Hoc tibi propoſito, librorum ordinem declarabo. Primus liber eſt potiſsimùm de Patre & Filio in diuinis. Secundus de Spiritu ſancto, & de Angelis. Tertius de ente, de materia, & forma, & rebus metaphyſicis. Quartus de Cœlo, qui prodijt in lucem, iuſſu Illuſtriſsimi & Reuerendiſsimi D. D. Archiepiſcopi Gneſnen: primi Principis in Regno Poloniæ. Quintus de elementis, & deſcriptione totius orbis. Sextus de intellectu humano. Septimus de voluntate humana, & hominis libero arbitrio. Octauus de ſenſibus corpore humano. Nonus de Baptiſmo, & Euchariſtia, de Sacerdotio, de purgatorio, de communione ſub duplici ſpecie, de adoratione ſanctorum, de veneratione ſanctarum imaginum, aliisq; quæ pertinent ad Euchariſtiæ Sacramentum, deniq; de alijs Sacramentis. Decimus, vita comite, de myſterio incarnationis Chriſti. Quæſo optime Lector, boni conſulas, quæ ipſe pro viribus, & ex animo tibi legenda obtuli. Et interim fac, vt valeas, & in legendo Magnum Mercurium, te ipſum vincas. Ad S. Bernardinum Cracouiæ 1584. 17. Augusti.

Illuſtriſ.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO PRINCIPI, DOMINO D. STANISLAO KARNKOVSKI, DEI GRATIA Archiepiſcopo Gneſnen. Legato Nato, Regni Poloniæ Primati, ac primo Principi.

FRATER HANNIBAL ROSSELI
Sacræ Theologiæ, & Philoſophiæ Profeſſor,

SALVTEM PRECATVR AETERNAM.

DICI NON POTEST, ARCHIEPIſcoporum noſtræ ætatis decus haud vulgare, quantopere, Orthodoxi omnes, tuam celſitudinem admirentur, obſeruent, atque reuereantur; vt par eſt, ob morum tuorum candorem, grauitatem, comitatem, fidei Catholicæ zelum, amorem, conſtantiam, diſciplinarum penè omnium incomparabilem, & admirabilem cognitionem. Quis enim eſt, non ſolùm in latiſsimo Poloniæ Regno, verùmetiam in aliis regnis, vrbibus, caſtris, villis; qui non intelligat in illuſtriſsima dominatione tua, eruditionem eſſe ſingularem, nitorem ſermonis, morum grauitatem, ſuper grege vigilantiam, vitam optimo præſule dignam? Quibus ſanè dotibus, planéque diuinis illuſtratus, omnium ferè hominum oculos, menteſque ad tui admirationem, amoremque mirificè attraxiſti. Et reuera, cùm duæ res præcipuè ſint, quæ inſignem, ac propè diuinum hominem reddunt, doctrinarum cognitio, & actio virtutum; quarum altera mentem excolit, & exornat; altera verò

appetitiones componit, & frenat; eas in domicilio ſacri pectoris tui conſpiciunt omnes, qui rectè ſentiunt de Republica Christiana, ita inhabitare; vt præcipuam earum ſedem in ampliſsima celſitudine tua collocaſſe videantur. Quamobrem haud immeritò, tuo iudicio, prudentiæ, ſapientiæ, & pietati, cura commiſſa eſt Chriſtianæ religionis gubernandæ: cuius ſagax prudentia ſemper explorata, & fidelis permanſit, in religionis Chriſtianæ, regniique negotiis, cæterisque rebus grauiſsimis, ac ſummè arduis agendis. Taceo illius eximiam in doctos viros, præcipuè in Theologiæ ſtudioſos, liberalitatem, inſignem animi propenſionem, qua eos fouet, & ornat; vt omnium ore prædicetur Maximus illorum Mœcenas, & Patronus. Quæ omnia planè cœleſtia dona, mihi pauperi, & exuli, qui ex mandato Reuerendiſſ. Generalis totius ordinis Minorum de obſeruantia, Patris Fratris Franciſci de Gonzaga, ad Poloniæ regnum veni, propagandæ noſtræ religionis gratia, omninò perſuaſerunt; vt nihil prorſus reformidarem, hoſce Commentarios in 4. librum magni Mercurii Triſmegiſti, amplitudini tuæ dicare. Munus enim nullum aptius habeo, quo meam in te obſeruantiam, cæteris teſtificarer, quam omnibus notam eſſe cupio. Quos meos Commentarios, tenues quidem & exiles, ac prorſus indignos, qui viro tanto dedicentur, ſi humanitas celſitudinis tuæ boni conſuluerit; meos labores non infeliciter mihi ceſsiſſe, ſum arbitraturus. Ita enim fiet, vt illuſtriſsima dominatio tua, præter nominis ſui immortalem gloriam, diuinumque præmium, quod nunquam intermorietur, quodque illa vnicè ſpectat, ſibi conciliet. Et reuera ad huius præmij coronam capeſcendam ab ipſa natura erigimur, ne vt cætera rationis expertia, caducis rebus hæreamus. Sublata enim hac religione ab homine, omnium erit animalium infeliciſsimum. Quapropter ille ſapiens opifex rerum, & conditor Deus, ſolùm hominem erexit ad cœli conſpectum, vt ſui ortus originem agnoſceret, atque ita ad priſtini domicilij locum reuerti conaretur. Hanc, qui ſecuti ſunt ſapientiæ

pientiæ viam, normamque viuendi, vt apud Hebræos Prophetæ, apud Perſas Magi, apud Indos Brachmanes, apud Aegyptios Sacerdotes, apud Aethiopes Gymnoſophiſtæ, apud Græcos Poëtæ antiquiſſimi, apud Romanos Oratores, ſapientes ſunt appellati. In quorum numero, & quidem inter præcipuos huius ſapientiæ cultores, haberi poſſe illuſtriſſimam Do. Veſtram vnumquemque doctum, atque pium virum, probaturum eſſe cenſeo. Quapropter pietati tuæ, atque ſapientiæ, hos meos labores offerre, nihil prorſus reformidaui, firmiſſimè mihi perſuadens, quod ad propagandam Chriſtianam religionem, ad ſacræ Theologiæ ſtudia promouenda, ad confutandos tum Philoſophorum, tum Hæreticorum errores, egregiam, & ſingularem operam ſit omnibus oſtenſura plus ſatis, quàm ipſe petere, aut intelligere valeam. Reliquum eſt ergo, vt humaniſſimæ celſitudini tuæ, pietati, & prudentiæ, omnia optima, & ſaluberrima, pleniſſimo animo precemur, pluſimum orantes patrem miſericordiarum, & Deum totius conſolationis, vt tuam celſitudinem ad multos annos, incolumem, & felicem conſeruet, ad ſuam gloriam, & Eccleſiæ Catholicæ vtilitatem: demũ cum ingenti gaudio, plenum dierum, & bonorum operum, ad immortale, & perpetuum ſuum regnum reuocet, & reducat, vbi nullus dignus eſt ſine honore, nec aliquis honoratus indignus. Amen.

1584.

REVERENDO PATRI HANNIBALI ROSSELI ORDINIS MINORVM DE OBſeruantia S. Theologiæ Profeſſori, &c. Amico in CHriſto chariſsimo.

Reuerende Pater, amice in CHriſto chariſſime.

Siue tua ſponte, ſiue alicuius conſilio, Triſmegiſtum tuum ad me, quaſi qui tua & publicæ vtilitatis cauſa maximè cupiam, miſiſti: non te profectò ea in re feſellit opinio. Amaui enim te, cùm propter integritatis, modeſtiæ, pietatis, doctrinæq; famam, tum propter eam operam & induſtriam, quam in excolenda apud nos vinea Domini, magno cum fructu hominum noſtrorum, pariq; tua laude conſumis. Poſteaquam verò hoſce Commentarios, & tui, & nouarum rerum ſtudio, (quibus quaſi floſculis lectiſſimis abundant) acuratè perlegi: admiratus equidem ſum & ingenij tui vim, & ſimul magnarum variarumq; rerum cognitionem atque ſcientiam, cùm nimirum Triſmegiſtus, vel tu potiùs, de Cælo, & Mundo, de Zodiaco, de Sole, Luna, Planetis, aliiſq; ſyderibus, tum de motu cæli, ac de natura, proprietate, cauſis & effectis ſingulorum, doctè, prudenterq; & acutè diſſeris: cùm fabulas antiquiſſimorum Pöetarum, quarum ſenſus à vulgari hominum intelligentia remotus atq; reconditus eſt, ita interpretaris, vt ego vix aliquid ſimile apud vllum ſcriptorem hoc in genere putem reperiri poſſe: vt de Olore, ſeu Cygno, vt de Caſſiopea, de Andromada, Perſeo, Æſculapio, Eridano, Orione, Centauro, aliiſq; Iam controuerſarum fidei noſtræ quæſtionum explicatio, tam certè eſt aperta & dilucida, vt nihil meo iudicio planiùs & illuſtriùs dici poſſit. Tum ordo & ſeries eorum, quæ explicanti eſt admirabilis, ſicut, de prouidentia Dei, de Regno Chriſti, de ſcientia Dei, de prædeſtinatione, de reprobatione, de libro vitæ, de amore & miſericordia Dei, de iuſticia, impiiq; iuſtificatione, ac de reſurrectione mortuorum. Adde tractationem de infinito, de tempore, de æternitate, de fortuna & fato, quæ & iucunda eſt & ſubtilis. Atq; hæc omnia ita ad inuicem connexa ſunt, ſibiq; cohærent; vt vnum ex alio proficiſci & dependere, ſimulq; omnia ſub aſpectum poſita vno quaſi intuitu cognoſci à nobis & intelligi poſſe videantur. Scribendi verò genus, nec obſcurum eſt, nec incultum, planeq; Theologicæ & Philoſophicæ diſputationi conueniens: nihil vt in eo libro reperiam, quod non putem doctiſſimum quenq; magnopere eſſe probaturum. Ego quidem ipſe magnam

me ex

inde ex eo voluptatem vtilitatemq; accepiſſe fateor, dignumq; iudico, vt in lucem prodeat, quàmplurimorumq; manibus teratur: quò manifeſtum inde cuique eſſe poſsit, te in illuſtrando hoc authore egregiam Reipub. Chriſtianæ operam nauaſſe. Multum enim valet & ad refellendos priſcorum Philoſophorum de religione errores, & ad hæreſes tam veteres quàm nouas confutandas, & ad confirmandam fidei Catholicæ veritatem. Nam de rerum natura acutiſsimè diſputat, vt Philoſophus: de ortu & occaſu ſignorum cæleſtium, de vi, proprietate, & effectis eorum, vt Ægyptius & magus, i. ſapiens: de difficilimis obſcuriſsimisq; fidei noſtræ myſteriis, planè vt Chriſtianus, ſummusq; Theologus. Nam de abſcondito SS. Trinitatis myſterio, quod eſt præcipuum religionis noſtræ caput, ante omnes Philoſophorum ſcholas, diuini ſpiritus afflatu edidit oraculum, aſſerens in Trinitate vnam eſſe diuinitatem; indeq; τρισμέγιστος i. Ter Maximus eſt appellatus. Quare publicæ vtilitatis cauſa lubens equidem in Typographum faciam ſumptus. Nihil enim in omni vita magis cupio & conor, quàm vt, cùm non multum ipſe ingenio poſsim, eorum doctrinam & induſtriam mea liberalitate ſuſtentem & excitem, qui ſe propagandæ Opt. & Max. Dei gloriæ totos penitùs dediderunt. Tu, vt cœpiſti, de Repub. Chriſtiana bene mereri, non deſinas. Librum recipies à Reuerendo Domino Eraſmo Stareſki, Canonico Cracouien. ex eodemque cætera cognoſces. Vale, nosq; orationibus & ſacrificiis tuis habe cõmendatos. Datum Louicij xix. Decembr. M. D. LXXXIII.

An[illegible] tui.

Staniſlaus Karnkowski Dei gratia Archiepiſcopus Gneſneñ. Legatus Natus, Regni Poloniæ Primas, ac Primus Princeps. Manu ſua.

*4 Fratri

FRATRIS HANNIBALIS ROSSELLI CALABRI, ORDINIS MINORUM

Regularis obſeruantiæ, Theologiæ & Philoſophiæ ad S. Bernardighœ Ciuis Profeſſoris.

Ad Lectorem.

EXploratum eſt omnibus, atque perſuaſum candide Lector, non nobis ſolis natos eſſe; ſed ortus noſtri partem quidem patriam ſibi vendicare, partem verò parentes, & ſanguinis cognatione coniunctos, partem autem pios viros, ac ſapientiæ ſtudioſos. Ager enim fertilis, & benè cultus, receptis ſeminibus, vberes atque præſtantes fructus cultori ſuo afferre conſueuit: contrà, ager ſterilis, & malè cultus, receptis etiam bonis ſeminibus, tribulos agricolæ profert ſuo, & ſpinas. Quapropter vnus exuſtioni, & incendio (vt par eſt) ſubiicitur, alter verò diligentiori cultu efficitur dignus, & ampliori honore exornatur. Hæc cùm mente mea complecterer, mirum in modum inueſtigabam, quid à me præſtari poſſet, vt pios animos, atque bonos ſtudioſos iuuarem. Videbam enim non deeſſe præſtātiſsimos viros, qui de Repub. Chriſtiana optimè meriti ſint: quique ſuis piis laboribus, & continuis ſtudiis, omnes penè noſtræ ætatis homines illuſtrarint, & ad magnarum rerum cognitionem noticiamque euexerint. Verùmtamen hoc me non modò non deterruit, quòminus ipſe quoque, eodem erga omnes præſertim veritatis atque Chriſtianæ religionis cultores, officio fungerer, ſed potius animos addidit, quòd intelligerem, quò accuratius id facerem, hoc me gratius omnibus eſſe facturum. Cùm verò tandem occaſionem eam pro virili quærerem, quam ſummoperè expectabam; poſt aliquot annos expletos Lutetiæ Pariſiorum, & Louanii, quibus in locis tum temporis omnium artium atque diſciplinarum inclytæ Academiæ reſonabant; poſt multas luſtratas vrbes, & ſtudia Italica, nactus ſum tandem quandam vrbem Tudertinam, in Tuſciæ partibus, antiquitate, atque ciuium humanitate, & vrbanitate ornatam. In qua quidem per decennium propemodum diuerſatus ſum, Magni Mercurii Triſmegiſti elucubrationibus die, noctuque, quoad fieri potuit, pro viribus inſiſtens. Neque enim antiquiorem authorem, neque ſapientiorem, noſtræque religioni conformiorem inuenire potui, in quo mei animi propenſionem erga pios ſapientiæ cultores teſtatam facere poſſem. Quis verò fuerit iſte Triſmegiſtus, quæſo patienter audias diligens lector. Quinque fuiſſe Mercurios, antiquitas docet: Primum quidem cœ-

dem cœlo patre,& die matre natum. Secundum verò Valentis,& Pheronidis filium. Tertium Ioue tertio natum,& Maia. Quartum, Nilo patre,quem Aegyptij nefas habent nominare,qui dicitur Argum interfeciſſe,& ob eam cauſam Ægypto præfuiſſe,legesq́., atque literas Ægyptiis tradidiſſe. Hunc Ægyptii,Theut, appellant, cuius meminit Plato in Phædro. Græci verò ἑρμῆν vocant, qui & literas primus docuit,& de rebus Theologicis multa edidit. Diodorus etiam libro primo, redegiſſe hunc Mercurium narrat voces in ordinem, atq. plerisq. rebus nomina indidiſſe, ſacraq́. permulta, & cerimonias tradidiſſe. Quibus de cauſis Ægyptii inuentorẽ, & Deum ſermonis illum putauerunt, interpretem quoque,& nuntium dixêre hominum atq. Deorum,vnde Mercurius,quaſi medius currens dicitur appellatus, quòd ſermo currat inter homines medius. Quam ob cauſam ἑρμῆς, quòd ſermo, vel interpretatio, quæ vtique ad ſermonem pertinet, ἑρμηνεία dicitur. Propterea alas ei in capite, & pedibus ponunt, quippe qui volucrem ferat per aërem ſermonẽ. Porphyrius in Phyſiologia,orationis interpretandi vim, Mercurium eſſe dicit, qui tenſus, rectusq́. fingitur propter orationis vigorem. At Feſtus ait,à mercibus ſic eſſe appellatum: ideóq. & mercibus præeſſe; quia inter vendẽtes & ementes ſermo ſit medius. Plato in Cratylo, Mercurius ἑρμῆς, inquit, ad ſermonem pertinere videtur; quatenus hermines, hoc eſt, interpres, & nuntius, furtiuus in loquendo ſeductor,ac vehemens concionator. εἴρειν ſermonis vſus: ex vtriſque nomen huius Dei componitur, tum ex eo, quòd loqui eſt,tum ex eo, quòd machinari,& excogitare dicenda. Perinde ac ſi nominis author nobis præciperet. Par eſt, ô viri, vt Deum illum, qui εἴρειν ἐμήσατο, id eſt, loqui machinatus eſt, Iremin vocetis. Nos autem arbitrati ſic elegantiùs eloqui, hermin vocamus. Sed de Ethymologia huius nominis ſatis dictũ habeo. Phœnices, Mercurium Triſmegiſtum Scribam fuiſſe Saturni cœli filium, putauerunt, cuius opera vſus ſit Saturnus in tuenda matre; cúmque hic auſtralem mũdi partem peteret, vniuerſam Ægyptum Mercurio reliquiſſe. Diodorus ſcribit,Mercurium fuiſſe Iſidi,& Oſiridi in conſilio. Cùm verò Oſiris in expeditionem proficiſceretur, Mercurium, ceu conſiliarium Iſidis coniugis, domi reliquiſſe, hominemq́. fuiſſe inſigni prudentia,multasq́. tradidiſſe mortalibus artes,atq. ſcientias. Hic fuit Auus Mercurij Triſmegiſti,cuius opera explananda,elucidandaq́. ſuſcepi. Vtrumque tamen nomen, & Hermæ, & Triſmegiſti nepos accepit. Fuit autem ille Theut, rex, ſacerdos, & ſapiens maximus. Mos enim erat Aegyptiis, vt Plato ſcribit in libro de regno, ex Philoſophorum numero,ſacerdotes,ex

ſacerdo-

ſacerdotum autem numero, regem eligere. Huius viri gratia, primus anni menſis, id eſt, September, eius nomine cognominabatur: oppidum ab eo conditum eſt, quod Hermopolis, hoc eſt, ciuitas Mercurij vocatur. Diuus Auguſtinus in lib. 8. de ciuitate Dei, cap. 23. dicit hunc Mercurium, more quaſi prophetico, multa prædixiſſe. Ille, inquit, Hermes Aegyptius, in Aſclepio ſuo, ſic loquitur: Scias proauos noſtros multum erraſſe; circa Deorum rationem incredulos; & non animaduertentes ad cultum, religionemq́. diuinam, artem inueniſſe, qua effingerent Deos. Et poſt pauca, futurum eſt tempus, vt Aegyptij cognoſcant, incaſſum piamente diuinitatem, ſedula religione ſeruaſſe; & omnis eorum veneratio in irritum caſura fruſtrabitur. Tunc terra iſta ſepulchrorum erit mortuorum pleniſsima. Dolere videtur, inquit D. Auguſtinus; quòd memoriæ martyrum noſtrorum, templis eorum ſuccederent. Vnde, & ſi dicat ibidem D. Auguſtinus, non eodem modo, quo Prophetis hæc à Spiritu ſancto Mercurio reuelata fuiſſe; vera tamen eum prædixiſſe fatetur, quod meo propoſito poteſt eſſe ſatis. Nam ſi aliqua dicta ſint vera à Philoſophis, debemus illa ab eis ſurripere, tanquam ab iniuſtis poſſeſſoribus, vt ipſemet Auguſtinus monet in lib. de doctrina Chriſtiana. Lactantius Firmianus lib. primo, cap. 6. dicit Mercurium Triſmegiſtum hominem fuiſſe antiquiſsimum, & omni genere doctrinę inſtructiſsimum. Hic (inquit) ſcripſit libros, & quidem multos, ad cognitionem rerum pertinentes: in quibus maieſtatem ſummi ac ſingularis Dei aſſerit, iiſdemque nominibus appellat, quibus nos Deum & patrem appellare conſueuimus. Rectè ergo Magnus iſte Triſmegiſtus, antiquitatis dignitate, dictorum grauitate, diuinarumq́. rerum pietate, cæteris omnibus philoſophis eſt anteponendus. Quippe qui omnem mentis ſuæ aciem, ad diuiniſsima myſteria inueſtiganda direxerit. Neque enim viro illi, vt inquit Plato 6. dial. de legibus, cui animus eſt benè inſtitutus, & benè ordinatus, otium ſupereſt, quo negotia hominum inferiora reſpiciat. Cùm enim Philoſophus diuino, atque decoro ſemper adhæreat; diuinus ipſe, atq. decorus, quoad homini poſsibile eſt, efficitur. Proinde dicit Plato, veros philoſophos pictores eſſe, qui mores hominum, quaſi tabulam quandam acceperint, inprimis eam purgant, deinde leges condere tentant, ad illud, quod natura iuſtum, honeſtum, & temperatum exiſtit; Reſpicientes ad humana, ex hominum officiis, humanam naturam contemperantes, ad figuram illam animos humanos erigunt; quæ, cùm in hominibus fit, Dei ſpeciem, & imaginem, ſimilitudinemq́. Homerus appellauit. Partim ergo delent Philoſophi, partim colorant ſ

quouſq.

quouſq. humanos mores, quam maximè fieri poteſt, Deo in amore coniungant. philoſophia enim animi perfectio eſt, & corporis medicina. Quis enim dubitat Dei immortalis munus eſſe, quòd viuimus, philoſophiæ verò quòd bene viuimus? De illa ego loquor philoſophia, quæ nullum bonum putat, niſi quod honeſtũ eſt, quæ nec hominis, nec fortunæ muneribus deſeri poteſt. Cicero lib. 1. Tuſcul. Quæſt. dicit philoſophiam eſſe inuentum Deorum. Hæc (inquit) nos primùm ad illorum cultum, deinde ad ius hominum, quod ſitum eſt in generis humani ſocietate, tum ad modeſtiã, magnitudinemq. animi erudiuit, ab animo tanquam ab oculo caliginem diſpulit; vt omnia ſupera, infera, prima, vltima, media videremus. Prorſus hæc diuina mihi videtur vis, quæ tot res efficiat, & tantas. Hæc & ſimilia, quæ in philoſophiæ laudibus à doctiſsimis viris dicta ſunt, Magno Triſmegiſto tribuenda eſſe cenſeo. Ipſe quippe, tanquam optimus pictor, ad veritatis figuram, humanam naturam contemperauit: ab animis hominum, tanquam ab oculis ſanctiſsimæ Trinitatis caliginem diſpulit: optimas leges, pro infirmis animis curandis adhibuit. De angelorum ordinibus: de elementorum qualitatibus: de hominis creatione, virtute, potentia, deque multis aliis rebus, quæ plurimum noſtram religionem iuuare poſſunt; ſapientiſsimè diſputauit. Et is tam præclarus, & inſignis Philoſophorum pater, iacebat incultus, & infructuoſo ſilentio tegebatur. Et cùm multi in explicandis, elucidandisq. Platonis, & Ariſtotelis ſenſibus, non parum laborauerint; Magnum Mercurium, velut incognitum, & inutilem reſpuerunt. Ipſe verò, quamuis meæ inſcitiæ non fuerim immemor; tanti tamen viri virtutibus, ſapientiæque ſplendore, ſententiarum grauitate, & profunditate allectus, aliquid ſcribere tentaui. Tu autem optime lector, patienter, quæſo, hæc noſtra feras, & Magni Triſmegiſti ingenium, ſapientiam, variarumque doctrinarum eruditionem, diligenter legere curato. Quare à te iterum iterumque peto, vt quod magna ratione faciendum eſſe putaui, æquiſsimo animo factum accipias. Poſt hunc librum, alij ſequentur, ſi me tibi gratum eſſe facturum intellexero. Vale, & mei peccatoris memineris in orationibus tuis, qui triginta octo annos ſub variis Academiis, & diſciplinis conſumpſi, nunc verò ago ætatis meæ annum ſexageſimum, & nondum didici cognoſcere meipſum. Iterum vale in Domino Ieſu Chriſto. Amen. Datum Cracouiæ, Anno Domini 1584.

Capita præcipua eorum, quæ in hoc libro continentur.

De Creatione mundi.
De Lumine.
De Infinito.
De Cœlo.
De Dominio ſtellarum.
De Fortuna.
De Fato.
De Prouidentia.
De Scientia Dei.
De Dominatione Dei.
De Regno Dei.
De Prædeſtinatione.
De Amore Dei.
De Miſericordia Dei.
De Libro vitæ.
De Iuſtificatione impij.
De Zodiaco.
De Tempore.
De Reſurrectione.

PYMANDER MERCVRII TRISMEGISTI.

Cum commento F. HANNIBALIS ROSSELI CALABRI, ORDINIS MINORVM *Regularis obſeruantiæ.*

TEXTVS MERCVRII TRISMEGISTI.

ERat vmbra infinita in abyſſo, aqua inſuper, & ſpiritus tenuis intellectualis per diuinam potentiam in chaos inerant. Floruit autem ſplendor ſanctus, qui ſub arena ex humida natura elementa eduxit, Diiq; omnes ſeminalē naturam diligebant. Cúmque indiſtincta, atq; indigeſta prius cuncta fuiſſent, leuia poſtmodum in excelſam regionē prouolarunt, grauia verò ſub arena humida reſederūt.

Commentum primum.

MAGNVS TRISMEGISTVS, Moſaicæ doctrinæ haud vulgaris interpres, rerum principium ordinémque deſcribens, diuinam Moyſis ſapientiam ſtudioſè imitatur. Et reuera, authore Megaſtene, hiſtoriæ peritiſſimo, in 3 Iudaicarum hiſtoriarum libro, omnia, quæ de natura priſci Græci ſcripſerunt, alij ante ipſos tradiderunt. Nam Brachmanes apud Indos, & qui Iudæi vocantur, multò prius philoſophati ſunt. Numenius apertè ſcribit, nihil aliud eſſe Platonem, quàm Moſen Attica lingua loquentem. Et in primo volumine de bono, Plato, atq; Pythagoras, quæ Brachmanes, Magi, Ægyptij, atq; Iudæi inuenerunt; ea Græcè ipſi expoſuerunt. Inſuper addidit Ioannem, & Labrem Ægyptios extitiſſe magicis artibus adeò præſtantes; vt Muſæo Iudæorum duci, Deoq; coniunctiſſimo, ſoli reſiſterent. Numa Romanorum Rex, Pythagoricus fuit, teſte Clemente Alexandrino. Is Moſaicam doctrinam ſecutus, legem Romanis dedit, vt nullam imaginem Deo attribuerent: vnde annis centumatq; ſeptuaginta, ab vrbe condita, nulla imago, nec ficta, nec picta, in templis inſpiciebatur. Porphyrius in primo de philoſophia, Apollinis reſponſum inducit. Primi (inquit) ante omnes cœpe-

Moyſis laus. Megaſtenes. Numænius. Magi. Ioannes. Labres. Numa. Clemens Alexandrinus. Porphyrius.

runt tradere pulchra, qui Nili epotant lymphas, Phœnicibus: inde, proximaq́ Aſſyriis ea cura, ſed inclyta longè gens Hebræa illam nouit, notamq́ recepit.

Beroſus. Ioſephus. Plato.

Beroſus Chaldæus, Hieronymus Ægyptius, & Nicolaus Damaſcenus, hiſtorici Moſi, de diluuio, teſte Ioſepho primo lib. antiquitatum, conformiter ſcripſerunt Conſentit hiſ Plato in dialogis de legibus. An igitur (inquit) priſci ſermones veri nobis videntur; qui multis peſtibus, atq; diluuiis, homines ita periiſſe, vt pauci relicti ſint? Valde (inquit) hoc veriſimile cunctis videtur: qui enim tunc effugerunt, montani quidam, in cacuminibus altiſſimorum montium habitabant:

Montani. Moſis vita. Orpheus.

Moſes autem, vt de eo pauca loquamur, homo ſapientiſſimus fuit, qui literas Iudæis primus tradidit: à Iudæis autem Phœnices acceperunt, Græci verò à Phœnicibus. Hunc Iudæi Moſen, Græci verò Muſæum appellant, ex cuius doctrina Orpheus multa didicit Porrò Moſes inſtrumenta bellica inuenit: Ægyptiorum ſacerdotibus literas tradidit: multaq́ beneficia Ægyptiis contulit Quam ob rem ab illius regionis incolis, Deus eſt appellatus, Mercurius verò propter literarum inuentionem Cùm ergo hæc ita ſe habeant, non eſt mirum, ſi Triſmegiſtus, Moſis temporibus vicinus, ea, quæ tradita ſunt in principio Geneſeos, proximè imitetur. Moſes enim diuino ſpiritu afflatus, mundi creationem ita deſcripſit.

Creauit cœlũ & terram.

In principio creauit Deus cœlum, & terram. De qua quidem re abùndè copioſeq; diſputaui in aliis libris, quos (ſpero) poſt huius libri excuſſionem, excudendos fore. Suffecerit ergo candido lectori hæc pauca annotaſſe. In principio (inquit) creauit Deus cœlum, & terram, hoc eſt, ſic creaturas ex nihilo produxit Deus; vt earum eſſet initium, atq; ita in puncto primæ durationis apparerent non quòd principium huiuſmodi res creatas præceſſerit, ſicut in generatione accidere conſueuit; ſed potius rerum, quæ conditæ ſunt, aliquod fuiſſe initium, inſinuauit.

Theodoritus.

Theodoritus Græcus: In principio, id eſt, in capite & fundamento, ſiue in filio, quod caput fuit à Deo prædeſtinatum, creauit Deus cœlum, & terram: vnde & primogenitus omnis creaturæ dicitur, in quo condita ſunt vniuerſa.

Cœlum. Terra.

Cœlum & terra, id eſt, ſpiritualis, & corporalis creatura. Porrò, corpora cœleſtia, atq; elementaria in ſuis formis ſubſtantialibus à principio condita fuiſſe, quidam aſſeuerant: aliis autem diebus, corporeæ naturæ mundi opificem ornatum adhibuiſſe: idq́ quoad qualitates, proprietatesq́ue accidentales.

Materia cœli.

Arbitrantur enim, materiam, quæ eſt pars compoſiti, cœleſtibus ineſſe corporibus: ne ſint formæ actu intelligibiles, vtpote à materia ſeparatæ. Quantitas præterea materiam ſequitur, ſicut qualitas formam. Sed corpora cœleſtia ſunt quanta; igitur non ſunt materiæ expertia Quòd ſi quanta nequaquam ſint; corpora dici non poſſunt: quantitas ſiquidem eſt de eſſe corporis. Alterius nihilominus dicunt eſſe rationis, nempe in potentia ad vnam, & non ad plures formas: ideoq́ huiuſmodi corpora, corruptioni obnoxia non eſſe; eò, quòd eorum materia priuationis maleficium non capiat. Quidam verò affirmant, corporum cœleſtium, & inferiorum materiam eiuſdem planè rationis eſſe. Nam ſi materia ſubſtantiatur per ſuum poſſe, ſicut in quæſtionibus de materia annotaui; omni igitur forma circumſcripta,

Materia eiuſdem rationis.

materia, quæ eſt in genere ſubſtantiæ, & pars compoſiti, non niſi pura potentia intelligi poteſt Cùm autem actus diſtinguat, & non potentia; materia ergo omnium corporum, eiuſdem eſt rationis Inſuper materia eſt propè nihil, teſte D. Auguſtino: quòd ſi in cœlo alterius fuerit rationis; à nihilo ergo aliquantulum poterit recedere, & ſic materiæ nomen amittet. In omnibus ergo corporibus materia eiuſdem eſt rationis.

Quarè corpora cœleſtia nõ corrũpantur.

Quòd verò corpora cœleſtia, corruptioni non ſubiiciantur; in cauſa eſt, contrarietatis abſentia Ignis enim & terra non agunt, & patiuntur ab inuicem, in quantum ſunt corpora; ſed potius, in quantum contrarias habent qualitates, vt Philoſophus docet in lib. de ſenſu, & ſenſato. Cùm autem materia corporum cœleſtium priuationem, quæ in contrarietatis connexione conſtat, non habeat: inde fit, vt talia corpora ſint à corruptione libera. Itaq; huiuſmodi ſententiæ ſectatores, dicunt, omnia corpora à principio conditionis rerum, in ſuis propriis formis ſubſtantialibus diſtincta, atq; diſcreta condita fuiſſe. Qui verò affirmant corporibus cœleſtibus materiam nequaquam ineſſe; non audent dicere omnium corporum materiam ſub vna communi forma fuiſſe productam; ac deinde ſecundum diuerſas ſui partes, per formas

ſubſtan-

Creatio Mundi.

Definitio queſtionis.

ſubſtantiales ſpecificas diſtinctionem accepiſſe. Quare fateri eos neceſſe eſt, corpora illa cœleſtia, ſuis in formis ſubſtantialibus diſtinctis, à ſummo rerum parente producta fuiſſe. Eadem quoq; fateri oportet eos, qui dicunt, materiam, quæ eſt in cœlo, in potentia, tantùm eſſe, ad formam ſubſtantialem, quam habet. Nam ſi omnium corporum materia, ſub vna prius condita fuit forma communi, deinde per varias formas ſubſtantiales diſtinctas, vtpote Solis, Lunæ, cæterorumq́; aſtrorum, & elementorum, tunc, ſine dubio, materia omnium corporum eiuſdem erit rationis. Itaq; rationi, diuinis ſcripturis, atq; Triſmegiſti Theologiæ conſentaneum eſſe videtur. Materiam ſcilicet omnium corporum, ſub vna communi forma productam fuiſſe, deinde in varias partes diſtinctam: ex quarum profectò diſtinctione, ornatu, ordine, diſpoſitione, pulchritudo mundi conſurgit. In principio igitur, Deus creauit cœlum, & terram, in ſuis formis ſubſtantialibus, quas aliquæ proprietates neceſſariò comitabantur. Terra autem erat inanis, & vacua, inuiſibilis ſcilicet, quia vndiq; aquis tegebatur. & vacua, quia nullo adhuc herbarum, plantarumque fructu, atq; colore veſtiebatur. Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, id eſt, confuſio, & commixtio elementorum, lucis neſcia. Nam & ſi elementa in ſuis formis ſubſtantialibus formata ſint: nondum tamen, debitum qualitatum accidentalium ornatum acceperant. vnde aqua per totum aëris ignisq́; ſpatium vaporaliter aſcendebat: & ſic erat rudis, & indigeſta elementorum congeries, materia confuſa, & indecorum receptaculum. His ita elucidatis, accedamus ad explicationem textus ſapientiſſimi Mercurij Triſmegiſti. Erat, inquit, vmbra. Intentio Mercurij eſt, vt explicet ordinem ornatus rerum, quem mundus accepit in primis illis diebus, qui in principio libri Geneſis, poſiti ſunt à ſanctiſſimo Moſe. Vmbra infinita, id eſt, indeterminata, confuſa, & indigeſta illa elementorum congeries, lucis ignara. Appellat autem vmbram infinitam, illud ſempiternum nihil. Sic etiam ſcripſit Moſes, mundum fuiſſe Thou, Bou, ſcilicet nihil. Huius autem ſententiæ duplex poteſt eſſe ſenſus: alter, quo ſignificetur ſempiterna illa nox, ſiue vmbra ſeu priuatio, & ſic rectè appellatur infinita, cum per infinitum tempus, ſaltem imaginarium perdurauerit: alter verò ſenſus poteſt eſſe, quo oſtendatur illa producta elementorum indigeſta congeries, quæ appellatur vmbra infinita: Vmbra quidem, quia impedimento erat, quominus corpora in ſuis locis, atq; formis viderentur; ſicut vmbra tegit aliqua, ne conſpicua ſint obtutibus intuentium: Infinita verò, indeterminata, & confuſa. non quod infinito tempore illa moles elementorum confuſa præceſſerit ornatus diſtinctionem, alioqui materia omnium rerum eſſet æterna; non enim poteſt dici infinita in magnitudine, quia naturæ ordo non recipit infinitam magnitudinem in actu; neq; poteſt dici infinita in virtute, quia ſolius Dei eſt: niſi hoc modo velis intelligere: Erat vmbra.i. Deus, ſiue Spiritus ſanctus, qui vocatur vmbra; quia perſpicuè non cernitur eius natura, niſi per quaſdam adumbratiles virtutes: ſicut vmbræ corporum reddunt ea nobis nota, quæ tamen minimè videmus. Nec mirum videri debet, Spiritum ſanctũ vocari vmbram, cùm Diuina ſcriptura appellet Deum, lumen & tenebras. Sicut lumen eius, ita & tenebræ eius. Pſalm. 138. Et Pſalm. 17. Poſuit tenebras latibulum ſuum. Orpheus etiam vocat Deum diem & noctem. Mercurius quoq; dicit Deum eſſe notum & incognitum. Tunc talis poteſt eſſe ſenſus: Vmbra infinita, id eſt, Spiritus ſanctus erat in abyſſo: ſiue, ferebatur ſupra illam æternam priuationem. Deus enim æternus eſt, cuius ſpiritus ferebatur ſuper illam vaſtam noctem, ſiue purum nihil, intendens creaturas ad extra producere, & exornare, quæ tunc ſolùm ad intra, id eſt, in Diuino conceptu conſiſtebant. Alius ſenſus, vmbra, id eſt, ſempiterna priuatio erat in abyſſo, hoc eſt, purum nihil ad extra. Cùm enim nondum aliquid conditum eſſet; in propria natura, in illa æterna nocte delituit; prodijt autem in lucem, die creationis accedente. Poteſt etiam addi tertius ſenſus, qui Moſen proximè imitatur. Erat vmbra infinita in abyſſo, tenebræ ſuper faciem abyſſi, per vmbram infinitam intelligens tenebrarum profunditatem ſuper illam rudem, & indigeſtam molem. Sequitur Textus Mercurij, Aqua inſuper, & ſpiritus tenuis intelligibilis. Erat aqua, id eſt, memorata abyſſus, quæ varijs nominibus appellatur: ſiquidem à Triſmegiſto

Terra erat inanis.

Tenebræ ſuper faciem abyſſi.

Exponitur Textus Mercurij.

vmbra.

Spiritus Sanctus vmbra.

Textus.

Spiritus tenuis.

appellatur vmbra infinita, & aqua: à Moſe autem tenebræ, abyſſus, Thou, Bou. Et ſpiritus tenuis, omnia ſcilicet penetrans, & intelligens, exiſtens in chao: nempè Spiritus ſanctus ferebatur ſuper confuſam illam elementorum congeriem, inſtar peritiſſimi artificis, qui ſuæ artis peritiam in aliquo ſibi opere commiſſo transformare, atq; explicare intendit. In libro Bereſcit Raba, id eſt, in maximo Geneſis, ſic legitur: Spiritus domini, hoc eſt Spiritus Meſſiæ, ferebatur ſuper aquas: Spiritus autẽ Meſſiæ eſt Spiritus ſanctus, vt docent ſcripturæ noui teſtamẽti. Ferebatur, id eſt, diſponebat aquas; terras, cæteraq; elementa ad partũ, ad ſingularum rerum ornatum. Suffratur Mercurio hebraicæ vocis veritas, quæ vſa eſt verbo Rachaph, quod propriè incubationẽ, & agitationem ſignificat. Simile quiddam habetur in Cantico Moſis: Sicut aquila prouocans pullos ſuos ad volatum, & ſuper eos volitans, id eſt, incubans: ibi enim ſimili vſus eſt verbo. Ex quo patet non rectè ſentire eos, qui negant Spiritum ſanctũ, vel qui dicunt, per ſpiritũ, ventum Moſem intellexiſſe, quibuſdam diuinarũ ſcripturarum ſententijs perperam intellectis deceptos Flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ. In Geneſi ſcribitur, magnum ventum emiſſum, vt ſiccarentur aquæ diluuij. In Exodo ſimile quiddam reperies, magnum ventum excitatum fuiſſe, vt exſiccaretur mare rubrum. Verùm ex his, & ſimilibus ſcripturis probari non poteſt ſpiritum illum, qui ferebatur ſuper aquas, ventum extitiſſe, ſicut latius patebit in capite ſequenti commenti ſecundi.

MERCVRIVS.

Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.

Comment. II.

Diodorus.

Baſilius. Ferebatur.

AN ſpiritus ille, ventus, vel Spiritus ſanctus extiterit, ex Mercurij Theologia patet ſatis: ſed operæpretium fuerit, ex antiquiſſimis quoque Græcis, atq; Latinis, idem oſtendere & intelligere; vt ſic Mercurij ſapientia clarius, & lucidius cognoſcatur. Diodorus, hæc dictio (inquit) ſuperferebatur, apud hebræos idem innuit: quòd quemadmodum auis oua confouet alis, vt ea quaſi animet; ſic ſpiritus ſuperferebatur aquis: vt eas procreabiles efficeret. Baſilius magnus homelia 2. in hexameron: Et ſpiritus dei ferebatur ſuper aquas: Siue (inquit) hunc dicat ſpiritum, diffuſionem fuiſſe aëris, accipe tibi Moſen horum authorem mundi ſingulas partes enumerantem, tibiq; recenſentem: quia fecit Deus cœlum, & terram, aquam, aërem, & hunc diffuſum iam atq; diffluentem. Siue, quod & verius eſt, & à maioribus noſtris probatum: Spiritus ille, ſpiritus Dei ſanctus dictus eſt, propterea, quòd obſeruatum eſt, talem de illo peculiari modo ſcripturam facere mentionem. ferebatur. i. confouebat, vitalemq; fœcunditatem aquarum naturæ præbebat: ſic enim interpretantur Hebræi, ad ſimilitudinem auiculæ incubantis, vimq; vitalem quandam in ea, quæ ab ipſa fouentur, imprimentis. Itaq;, ſuper aquas ſpiritum Dei ferri, perinde eſt, ac ad fœcunditatem vitalem, aquæ naturam, ipſum Spiritum ſanctum præparaſſe. Ex quo patet, ab actu creandi Spiritum ſanctum non abfuiſſe. Cyrillus de Trinit. lib. 7. Audio (inquit) beatum Dauid modulantem, & ſpiritualem quandam lyram pulſantem, qui dicit Pſal. 32. Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris omnis virtus eorum: Firmat vtiq; ſpiritus cœlos; non conditæ, ac factæ ſubſtantiæ participationem præſtans illis; ſed vt efficaciam Dei propriam donans: fouere enim, ac continere benè, ea quæ ſunt, & firmare ita vt durent corruptibilia; naturæ eſt vniuerſum moderantis. Roborat ergo, & firmat ſpiritus cœlos: non ſicut vna creatura ab illo in ſubſidium aſſumptus; ſed vt proprius exiſtens ſpiritus Dei omnia condentis, & roborantis. Mercurius ad Aſclepium ait: Vna ſola erat lux mentalis ante lucem mentalem, & eſt ſemper mens mentis fulgida: & nihil aliud erat, quàm huius

Cyrillus.

Spiritus oris eius.

Mercurius.

vnitas

vnitas ſemper in ſeipſa exiſtens : ſemper ſua mente , & luce , & ſpiritu omnia continet. Creatio Mundi.
Extra illum non Deus, non angelus, non dæmon, non ſubſtantia aliqua alia. Hoc igitur ſpi-
ritu omnia opus habent, omnia enim portat, ſecundum dignitatem omnia viuificat, & alit.
Diuus Hieronymus in Geneſi ſimiliter loquitur : Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas : Hieronymus.
in Hebræo (inquit) habetur : Merahefeth, quod nos appellare poſſumus , incubabat , ſiue
confouebat , in ſimilitudinem volucris , oua calore animantis Ex quo intelligimus non de
ſpiritu mundi dici , vt nonnulli arbitrantur, ſed de Spiritu ſancto : qui & ipſe viuificator Spiritus ſanctus.
à principio dicitur. Si autem viuificator , conſequenter & conditor : quòd ſi conditor, &
Deus. Emitte enim (ait) ſpiritum tuum, & creabuntur : & renouabis faciem terræ. Diuus
Ambroſius in Hexameron. lib. 1. cap. 8. Spiritus. &c. Aliqui pro aëre acceperunt , ali- Ambroſius.
qui pro ſpiritu, quem ſpiramus, & carpimus auræ huius vitalis ſpiritum. Nos tamen cum
ſanctorum & fidelium ſententia congruentes , Spiritum ſanctum accipimus ; vt in conſti- Spiritus ſanctus.
tutione mundi operatio Trinitatis eluceat. Præmiſſo enim , quòd in principio .i. in filio fe-
cit Deus cœlum & terram , omnia namque per ipſum facta ſunt ; ſupererat plenitudo ope-
rationis in ſpiritu. Ornando enim polos cœli , germinaturis terris, pulchrè ſpiritus ſuper-
ferebatur : quia per ipſum habebant nouorum partuum ſemina germinare. Denique re-
ſpondeant, qua ratione ſpiritum Dei dixerit ; cùm ſatis fuerit ſpiritum nuncupare. Erant
ergo tenebræ de obumbratione cœli : quia omne corpus vmbram facit : Non autem erat Tenebræ.
principalis ſubſtantia tenebroſa : ſed quaſi vmbra ſecuta eſt mundi corpus caligo tenebra-
rum. Itaque momento diuinæ præceptionis mundus aſſurgens, intra ſe incluſit vmbram. hæc
D. Ambroſius. Auguſtinus in 1. lib. de Geneſi, ad literam, cap. 7. ſeptuaginta interpre-
tum æditionem ſecutus , ad hunc modum ſcripturam illam interpretatur : Spiritus Dei
(inquit) in quo eius ſancta beneuolentia dilectioque intelligitur , ſuperferri dictus eſt , ne Superferebatur.
faciendo opera ſua per indigentiæ neceſſitatem potius , quam per abundantiam beneficen-
tiæ Deus amare putaretur. Cuius rei memor Apoſtolus Cor. 1. 12. dicturus de charitate,
Supereminentem viam demonſtraturum ſe, ait : & ad Epheſ. 3 Supereminentem (inquit)
ſcientiæ charitatem Chriſti. Cùm ergo ſic oporteret inſinuare ſpiritum Dei , vt ſuperferri
diceretur ; commodius factum , vt prius inſinuaretur aliquid inchoatum , cui ſuperferri
diceretur : non autem loco , ſed omnia ſuperante , ac præcellente potentia. Et in opere im-
perfecto cap. 4. Super aquas *ferebatur ſpiritus Dei, vt ſpiritum operantem, aquam verò* Super aquas.
vnde operaretur intelligamus .i. materiam fabricabilem : quæ quidem cœlum prius dici-
tur ; vt ipſius vniuerſitatis , propter quam facta eſt materies de omninò nihilo , cœli, &
terræ nomine vocaretur. Secundò, terra incompoſita , atque abyſſi nomine , inſinuaretur
informitas : quia inter omnia elementa terra eſt informior, & minus lucens. Tertiò, aqua
nomine ſignificaretur materia ſubiecta operi artificis : aqua enim mobilior eſt quàm terra :
ideóque propter operandi facilitatem , & motum faciliorem , ſubiecta materies artifici ,
aqua magis vocanda erat quàm terra. Itaque, illa materia, primò cœlum & terra vocatur ,
deinde obſcuritas, confuſio, profunditas , tenebræ. Poſtremò cedendi facilitas , cui iam ad
operandum ſpiritus ſuperferebatur artificis Superferebatur autem , non ſicut oleum aquæ, Quomodo ſuperferebatur.
ſed potius ſicut lux ſolis, his corporibus, quæ illuminat. Superferebatur (inquam) vi quã-
dam effectiua, via quadam effectoria, & fabricatoria : vt illud, cui ſuperfertur , efficia-
tur, atque fabricetur, ſicut ſuperfertur voluntas artificis rei ſubiectæ ad operandum. In 1.
lib. ca. 5. de Geneſi contra Manichæos, idem ſentit. Superferebatur (inquit) per poten-
tiam inuiſibilis ſublimitatis ſuæ : ſicut rei fabricandæ ſuperfertur voluntas fabri : & ad
Dulcitium quæſtione 8. Superferebatur, ait ; quia ſubiacebat bonæ voluntati creatoris. Pa-
tet ergo quam rectiſſimè ſenſerit ſapientiſſimus Mercurius, docens , quòd ſpiritus tenuis ,
& intelligens , & aqua erat in chao .i. in illa confuſa materia, ſeu nocte perpetua.

CAP. II.

Creatio Mundi. Chaos quid ſit: *CÆterum duplex chaos apud antiquiſsimos ſcriptores legitur: Primùm quidē mens angelica. Secundùm verò materia ſublunaria Mens autē angelica, vt eſſentia quædam, ideò*
chaos dicitur: quia in primo illo ſuæ creationis momento informis erat, & obſcura: conuerſa
autē ad Deū, ad quem ingenito quodam appetitu cōuertitur, ipſius radio illuſtrata eſt. Chaos autem, quæ eſt elementorum confuſio, non fuit ante mundum conditum, niſi pro æterna
illa priuatione acceperis. Porrò, chaos ex ſacris literis, antiquiſsimarum gentium Theolo-
Ex ſcripturis manauit. *gi acceperunt: quæ vt omnium ſunt antiquiſsimæ, ita, & omnibus illo primo tempore cognitæ. Erat autem apud vetuſtiſsimos homines opinio, fuiſſe ante mundum conditum,*
æternam quandam priuationem, æternas tenebras, ex quibus mundum Deus condidiſſet. Et
quoniam in illa æterna priuatione omnia indigeſta, ac permixta deliteſcebant, hac de cauſa,
appellata eſt, ἀταξία, id eſt inordinatio. Quod non ita probè intelligentes poſteri Theolo-
gi, ſeu mundi huius ſapientes, hanc priuationem iam exiſtentium fuiſſe elementorum, pu-
Vera de chao ſententia. *tauerunt. Sed profectò hæc fuit vera apud vetuſtiſsimos de chao ſententia, quòd ſcilicet*
chaos extiterit illa ſempiterna ante creationē mundi priuatio, ſempiternum illud nihil:
denique ipſum non eſſe rerum, & ſecundum Mercurium, vmbra infinita. Quòd autem à
Error de chao *Moſe thou, & bou, ab aliis gentibus vocatur, chaos, chou, faciliſq; eſt à chou ad chaos*
tranſitus, maximè in deſinentia Græca: in qua omnia ferè Hebraica nomina, ſiue in u, ſiue
in i, deſinant, in os mutantur. Qui ergo aiunt, chaos ἀπὸ τῆς χώρας dici, i. locum, &
ſpatium elementorum; non rectè ſentiunt, nec antiquiſsimorum theologiam imitantur. Quā-
Lactantius. *obrem, doctè prudenterq; dictum à Lactantio Firmiano: Nemo (inquit) quærat, ex qui-*
bus iſta materiis tam magna, tam mirifica opera Deus fecerit: omnia enim fecit ex nihilo.
Nec audiendi ſunt Poëtæ, qui aiunt chaos in principio fuiſſe, i. confuſionem rerum atq; ele-
mentorum, poſtea verò Deum dirimiſſe omnem illam congeriem, ſingulisq; rebus ex con-
fuſo aceruo ſeparatis, in ordinemq; deſcriptis, influxiſſe mundum pariter, & ornaſſe. Sic
Proclus. *Proclus loqui videtur, qui putat Orpheum per chaos, materiam primam intellexiſſe. He-*
Heſiodus. *ſiodus in Theogonio, omnium rerum mitum vocat, quod ante omnes Deos Deasq; natum*
ſit. Extitit ante chaos, Poſt hæc latiſsima tellus, Quam ſuper innixum pondus rerum incu-
Ouidius. *bat omne. Ouidius vocat rudem indigeſtamq; molem Plato in Timæo vult, Deum in mundi*
Plato. *creatione nihil aliud feciſſe, quàm confuſa elementa in ordinem redigiſſe. Verumtamē quæ*
Propria opinio. *de hoc extiterit Platonis ſententia, in alio libro Pymandri dictum eſt. Itaq; hoc negotium*
de chao, duobus modis intelligendum eſſe puto, aut planè de illa priuatione æterna, æternoque nihilo, & ſic certè Catholicè ſentiunt, qui talia ſapiunt, aut certè de rudi illa indigeſtaq;
materia à Deo condita, ex qua mundus, diſtinctis ornatisq; rebus, emicuit atq; refulſit. Et ij
quoq; à catholica veritate nequaquam aberrant, nec à Moſis theologia, & Mercurij vera
puraq; philoſophia recedunt. Quomodo ergo vmbra infinita erat in abyſſo, aqua inſuper,
Epilogus. *& ſpiritus tenuis intellectualis per diuinam potentiam in chao, ſatis patêre arbitror.*

MERCVRIVS.

Floruit autem ſplendor ſanctus, qui ſub arena ex humida natura elementa eduxit, Diique omnes ſeminalem naturam diligebant.

Commentum III.

Lucis creatio *RVdi illa, atq; indigeſta materia producta, diſtinctionis opus, atq; rerum omnium ornatū, mundi faber aggreſſus; ex tenebris lucem eduxit, primaque eius vox lucis naturam creauit, tenebras diſpulit, mundum illuſtrauit, vniuerſis continuò attulit gratum iocundumq; conſpectum. Fiat (inquit) lux, & facta eſt*

Lucis creatio.

cta eſt lux. Imperium hoc (ait Baſilius) opus ipſum erat, mox enim fiebat natura. Non ſtrepitū cogitemus, qui per vocis organa editur, ſed diuinæ inclinationem voluntatis. Et rectè quidem incepit à luce, quandoquidem qualitas communis ſit; in qua cæleſtia cum infimis communicant corporibus, vtpotè cum igne, aliiſq; corporibus lucidis. Et reuera talis eſt naturalis generationis ordo, vt à communioribus ſemper ſumat exordium. Deinde, quia abſq; lucis adminiculo, nulla videri, aut eſſe poteſt diſtinctio. Deniq; abſente lucis beneficio diei, noctiſq;, nulla poteſt eſſe diſcretio. Lux præterea nos mœrore liberat, animumq́; demulcet blanda quadam placiditate. Et diuiſit lucem à tenebris, i. naturam harum impermixtam effecit, adeò, vt neutra alteri permiſceretur, ſed contrariæ ſibi eſſent, & contrapoſitæ. Illa autem lux, ſecundum Dionyſium cap. 4. de diuinis nominibus, fuit lux ſolis, adhuc tamen informis, quippe quæ quoad ſuam ſubſtantiam, communem habebat virtutem illuminandi. Quarto poſtmodum die particularem ordinis diſpoſitionē, eamque accepit ad particulares effectus producendos, vnde & diſtinctio lucis facta eſt, & tenebrarum: quoad cauſam primùm, quatenus ſcilicet Solis ſubſtantia erat lucis ſplendore affecta, terra verò opacitate tenebrarum: Deinde quoad loci naturam: nam vno in hemiſpherio lux, in altero autem tenebræ erant: Poſtremò quoad temporis cōditionem in eodem ſiquidem hemiſpherio, ſecundum vnam temporis partem, lumen videbatur, ſecundum verò alteram, tenebræ. Hanc ob cauſam (ait Moſes) Deum vocaſſe lucem, diem: tenebras verò noctem. Fiebat autem diei noctiſq; viciſſitudo, motu à principio toti cœlo communiter tributo, à quo profectò nox fit, atq; dies. Alius autem motus qui tempora diſtribuit, menſes, & annos, quarta die legitur inſtitutus. Appellauit ergo lucem diem: quæ nimirum dies eſt latio ſolis ſuper terram; & tenebras noctem: etenim ſicut ſole præſente, dies, ita planè eo abſente, nox efficitur. Appellauit (inquam) diem, artificialem. Cùm autem ait, factum eſt veſpere & mane, dies vnus, naturalem, qui 24. horarum ſpacio peragitur, innuit eſſe intelligendum: huiuſmodi namque diem noctemq; complectitur: ideóq; ſubditur, factum eſt veſpere, & mane, dies vnus. Sanè artificialis, quæ eſt prima pars diei naturalis, veſpere perficitur, completurq;. Nox autem, quæ eſt ſecunda pars diei naturalis, mane diei ſequentis, hac de cauſa veſpere præmittitur, mane autem ſequitur; quatenus diei naturalis complementum appareat, artificialis diei, noctiſq; terminos exprimendo, ex quibus planè conſtat ipſe dies naturalis. Hæc cùm ita ſe habeant, facilis vtique erit intellectu verborum Mercurij ſententia. Floruit (*inquit*) ſplendor ſanctus, *i. vox Dei ſancta, & illuminans: cuius imperium mox è tenebris lumen eduxit: vnde Apoſtolus Cor. 2. cap. 4. Deus eſt (inquit) qui dixit, ex tenebris lumen illuceſcere &c. Tunc quidem in principio orbis, dixit, fiat lux, & facta eſt lux: nunc autem ipſe factus eſt nobis lux. Itaq; à Moſe dictum eſt, fiat lux; ab Apoſtolo, E tenebris lucem ſplendeſcere; à Mercurio autem, floruit ſplendor ſanctus,* qui ſub arena *.i. confuſa illa indigeſtaque mole quodammodo latitabat: quæ ideo à Mercurio vocatur arena: quia inſtar arenæ, ſibi commixta adhærebat: arena enim ab hærendo dicta eſt, quod ſcilicet inuicem propter tenuitatem cohæreat. Cùm ergo illa primarum rerum congeries tenuis eſſet, & deformis, nexuq; quodam ſibi connexa, rectè à Mercurio arena eſt appellata. Ad hæc accedit,* 2. *quòd arena ſit puluis tenuiſſimus, & aridus, grauis, & ex hoc, inutilis & deſpectus cuiuſmodi profectò illud chaos, rudiſq; materia reputabatur. Denique arena interdum* 3. *vocatur locus, in quo pugnant cauſarum authores. Cùm autem elementa ſic mixta iacerent, quodammodo inter ſeſe pugnare videbantur: quam ob rem locus illius pugnæ, arena vocatur. Sequitur Textus:* Ex humida natura Elementa eduxit. *Quod prius arenam, nunc autem humidam vocat naturam, quia nimirum præcepto cedebat imperantis. De elementorum autem productione in alio libro Pymandri dixi. Sequitur Textus:* Dij autem omnes ſeminalem illam naturam diligebant. *Seminalem (inquam) quia inſtar ſeminis ſe habebat, reſpectu mundi diſponendi, ornandiq;, & ea quidem ab omnibus dijs diligebatur: quia ſcilicet rerum ornatus ſummo opifici gratus eſt,*

Baſilius.

Quare incepit à luce.

Dionyſius.

Diuiſio lucis & tenebrarū.

Dies.

Nox.

Artificialis.

Naturalis.

Textus Mercurij exponitur.

Arena tribus rationibus.

Textus.

Seminalis natura.

eiuſq;

eiusq; angelis, pijs rerum, hominumq; adminiſtratoribus: hæc quidem Mercurius philoſophando docuit; quæ ex Moſis oraculis acceperat. Cæterùm, quia huiuſmodi negocium, non paruæ eſt vtilitatis, atque ſpeculationis, cùm apud veræ philoſophiæ principes, tum etiam apud præclarißimos theologiæ authores; idcirco, & illorum quoq; oracula, conſulenda eſſe cenſui; vt illorum reſponſis auditis, clarius Mercurij ſapientiam cognoſcamus.

D.Ambroſius *Diuus Ambroſius lib. primo Hexameron cap. 9. de hac re pulchram affert philoſophando rationem: Vnde vox Dei (inquit) in Scriptura diuina debuit inchoare, niſi à lumine? vnde mundi ornatus niſi à luce exordium ſumere? Fruſtra enim eſſet, ſi non videretur.*
Deus lux. *Erat quidem Deus ipſe in lumine, quia lucem habitat inacceßib. lem. Timo. 1. 6. Sed etiam*
Fiat lux. *lucem fieri voluit, quæ oculis corporalibus comprahenderetur: Fiat (inquit) lux. Plena vox luminis: naturæ opiſex lucem locutus eſt, & creauit: Sermo Dei voluntas eſt, opus Dei natura eſt. Non dixit, vt ſequeretur operatio, ſed dicto abſoluit negocium: ipſe enim dixit, & facta ſunt, quia dictum impleuit effectus Author ergo lucis Deus, locus autem & cauſa tenebrarum mundus. Reſplenduit igitur ſubito aër, & expauerunt Tenebræ noui*
Dicere Dei quid ſit. *luminis claritate. Dixit Deus, non vt per vocis organa quidam ſonus ſermonis exiret; ſed vt voluntatis ſuæ cogitationem proderet operationis effectus. Et vidit, quòd lux eſſet*
Vidit lucem quod eſſet bona. *bona. Non ignorabat quod vidit: nec id, quod neſciebat antè, aut non viderat, comprobauit: ſuo vtitur teſtimonio, non alieno ſuffragio. Lucis natura huiuſmodi eſt, vt non in numero, & menſura, non in pondere, vt alia, ſed omnis eius in aſpectu gratia ſit. Proprijs ergo ſermonibus naturam lucis expreßit, quæ videndo complacet: quoniam ipſa videndi officium ſubminiſtrat. Principium ergo diei, vox Dei eſt: Fiat lux, & facta eſt lux: finis diei veſper eſt: ſequens verò dies ex noctis fine ſuccedit: ideoq; dictum eſt: Factum eſt*
D. Baſilius. *veſpere, & mane, dies vnus Diuus Baſilius Homelia 2. in Hexameron, aliam adducit rationem: Tum (inquit) fiebat dies, quia cedenti nox vicißim ſuccedebat, non quidem ſecundum motionem ſolis, ſed primogenia illa luce ſuum ſplendorem diffundente, ſeq; rurſus contrahente, idque pro menſura à Deo definita: Et facta eſt veſpera, & factum eſt mane, dies vnus. Sanè veſpera, & diei & noctis terminus eſt, vtriuſq; communis: at mane peraquè eſt noctis ad diem vicinitas. Vt igitur in ordine creationis primigeniam prærogatiuam deferret diei, ipſius diei finem priore loco commemorat. Deinde ſubnectit quod*
Dies vnus. *vltimum eſt noctis, quando nox diem ſequitur: Et factus eſt dies vnus, quia vnici principij gerebat imaginem. Hæc à magno ſunt dicta Baſilio. Quæ quamuis diſertè dilucideq; dicta ſint, vnum tamen illorum nempè luminis emittendi, retrahendiq; vicißitudo, non omnibus probatur: Animalibus enim non exiſtentibus, quorum vſibus erant illa famulatura, illius vicißitudinis nulla fuiſſet vtilitas. Non conuenit præterea lucidi corporis naturæ, vt illius luminis emittendi, retrahendiq; vicißitudinem ſubeat. Quare, ſi id contigiſſet, Miraculo potius quàm naturæ eſſet tribuendum: quod profectò in illa prima rerum productione, neceſſarium non erat. Fiebat ergo dies & nox per motum, vt dixi,*
D.Auguſtin. *ſimplicem, toti cœlo communem. Diuus Auguſtinus lib. 4. cap. 22. de luce illa primitus producta, aliquid ſublimius ſpeculatur. Lux illa (inquit) primitus creata, non corporalis, ſed ſpiritualis eſt, quæ conuerſa ad Deum, formatur. Conuerſio autem eius, qua id quod creata eſt, ad laudem referat Creatoris, & percipiat de verbo Dei cognitionem creaturæ, quæ poſt ipſam ſit: & hoc eſt mane illius diei. Deinde ſit veſpera illius lucis, cùm non in*
Cognitio matutina. *verbo Dei ſicut antè: ſed in ipſa natura cognoſcit. Quæ cognitio, quoniam minor eſt, rectè veſperæ nomine ſignificatur. Multum quippe intereſt inter cognitionem rei cuiuſcunq; in verbo Dei, & cognitionem in natura eius: vt illud meritò ad diem pertineat, hoc ad ve-*
Cognitio veſpertina. *ſperam. In comparatione enim lucis illius, quæ in verbo Dei conſpicitur, omnis cognitio, qua creaturam quamlibet in ſe ipſa nouimus, non immeritò nox dici poteſt. Itaq; ſancti angeli vniuerſam creaturam, in qua ipſi principaliter conditi ſunt; in ipſo verbo Dei prius nouerunt, in quo ſunt omnium etiam quæ temporaliter facta ſunt æternæ rationes, tamquè in eo per quod facta ſunt: ac deinde in ipſa creatura, quam ſic nouerunt, tanquam*

quam infra deſpicientes, eamq́; referentes ad illius laudem, in cuius incommutabili ratione, rationes, ſecundum quas facta eſt, principaliter vident. Hoc igitur modo Diuus Auguſtinus opera dierum diſtinxit.

DIGRESSIO SIVE QVAESTIO PRIMA.

Lux non eſt corpus.

CAP. I.

AVdita lucis Creatione, quid ipſa lux ſit, corpuſné, an aliqua qualitas cor- Lux non eſt
poralis, ſeu Spiritualis, ſcire tentabimus: Sic enim illius natura, & crea- corpus.
tionis ratio, facilius intelligetur. Porrò lucem corpus non eſſe, tum ex parte Rationes.
loci, & motus, tum etiam ex parte corruptionis, & generationis, facilè ad- 1.
uerti poteſt. Sanè, cuiuslibet corporis locus, alius eſt à loco alterius: ſiqui-
dem contiguum ſitu diſtinguitur: duo autem corpora ſimul eſſe ſecundum naturam,
fieri non poteſt. Ex parte autem motus: ſiquidem ſi lux corpus eſſet, illuminatio vtiq;
non fieret in inſtanti, eſſet enim motus localis corporis: qui planè in inſtanti fieri non
poteſt: quandoquidem quod mouetur localiter, prius medium magnitudinis, quàm ex- 2.
tremum attingit: atq; ita illuminatio non fieret in inſtanti. Neq; in tempore imperceptibili:
bili: in ſpacio namque, quod inter orientem inuenitur atq; occidentem, tempus latere
non poteſt. Motus præterea corporis naturalis ad aliquam partem determinatur, illumi-
nationis verò abſq; delectu ad partem quamlibet. Illuminatio ergo nõ eſt motus localis 3.
alicuius corporis: ac proinde lucem non eſſe corpus, patet ſatis. Idem quoq; facilè eſt col-
ligere ex parte generationis, atq; corruptionis. Etenim ſi lux eſſet corpus, aëre ergo, lu-
cis abſentia, tenebreſcente, luminoſi corporis ſequeretur corruptio. Atqui ridiculum
planè iudicatur, tantum corpus, ob luminis abſentiam, corruptionis ſubire iacturam.
lux ergo corpus nequaquam eſt, nec dici poteſt. Democritianis, lumen, corpora eſſe mi- Democriti o-
nutiſſima continuè defluentia à corpore luminoſo in corpora transparentia & coniuncta pinio.
vbiq; eorum partibus illuminantia: quæ cùm ſuper terminata cadunt corpora, faciunt
colores diuerſos, credendum non eſſe, lib. de anima. 2. tex. 69. apertiſſimè docet philo- Ratio contra-
ſophus. Etenim ſi corpus eſſet, aut certè ignis, aut aliquid de ſuperiori corpore: & ſic il- ria.
lud vbiq; penetraret perſpicuum perſpicuo non cedente: atq; ita duo corpora eſſent ſimul, Contra De-
ſeq́; penetrarẽt. Amplius, huiuſmodi corpora defluentia corporibus cœleſtibus à quibus mocritum. 2.
fluunt, nequaquam ſunt velociora, quippe cùm illorum motus ſit velociſſimus. Quare, cùm
motus corporum luminoſorum fiat in tempore perceptibili: Multò ergo magis horum
corporum defluentium, cuius tamen oppoſitum patet ad ſenſum: Sole ſiquidem appa-
rente in puncto orientis, aër ſubito reſplendet, terram quoq; lux mox illuminat, ac maria
circum lux igitur non eſt corpus. Iſta præterea corpora ad omnem diametrum moue- 3.
rentur: non ergo motu naturali: nullus enim motus naturalis eſt ad omnem poſitionis dif-
ferentiam. Quare, aut violẽtus eſſet, aut voluntarius. Non quidem violentus, alioquin par-
uo tempore conſiſteret. Neq; voluntarius: aliter huiuſmodi corpora eſſent animata, &
ſic natura eis adhibuiſſet alas, taliaq́; inſtrumenta ad uolatum neceſſaria: quod planè con- 4.
ſtat eſſe falſum. Adhuc ſi lumen eſt emanatio à corpore luminoſo, ſine ipſius detrimento, Quid ſit lumẽ
ſi eſſet corpus: illa profectò corpora luminoſa diminuerentur tandem ex continuo talium
corporum defluxu: quod perfectiſſimorum corporum naturæ nequaquam congruit. Itaq;
lumen eſt qualitas luminoſi corporis, quæ ab ipſo emanat, & formatur, tam in diaphanũ
peruium & terminatum. Verùm à peruio habet nitorem, à terminato autem, Colorem:
ab vtroq; autem indifferenter, quantitatem, figuram, atq; motum: hoc enim modo lumen
motum habet: quia ſcilicet illuminatio finis eſt localis motus corporis luminoſi. Vnde mo-

Lux non eſt corpus

to Sole, impropriè lumen moueri dicitur. Lumen ergo non eſt corpus, cùm abſq; infecti-
Luminis conditiones. one, & offenſione penetret, & ſi dimenſione non aſtringatur, neq; diffundatur tempore,
neq; partem hanc illuminet modò, aliam verò poſtea: Deniq; cum amplum pariter im-
Lux. pleat, & anguſtum, ſine ſui, & alterius detrimento. Hoc autem intereſt inter lumen
Lumen. & lucem, quòd illud profectò dicitur lumen, quod à corpore luminoſo in medium pro-
cedit: lux verò, eſt qualitas corporis luminoſi, ſecundum quam agit, & cauſat in medio
lumen. Omne ergo lumen eſt lux, non tamen omnis lux eſt lumen, lumen enim defluxus
quidam eſt à ſubſtantia lucis in aëre, vel in alio corpore diaphano receptus, & vndique
circumfuſus: lux verò eſt fontalis ſubſtantia, ex qua lumen egreditur: veluti Sol, ex
Splendor. quo lumen diffunditur. Splendor eſt quidam defluxus exiens à ſubſtantia lucis, à qua,
ſine alterius naturæ cõmixtione, egreditur; ipſi luci, à qua exit, duratione coæuus. Radius
Radius. eſt quidam luminoſus defluxus, quo mediante, lux, ſeu lumẽ, ſuam conficit perficitq; a-
ctionem. Differt autem à ſplendore: quandoquidem ſine alterius commixtione ſplendor
Plato de luce. egrediatur; radius verò à corpore luminoſo cõmixto. Cæterum ex Platonis ſententia, ex
lib. 10. de republ. nonnulli argumentãtur, lumen in medio multiplicatum, eſſe corpus: di-
cunt enim lumen eſſe Spiritualẽ ſolis radium, qui eſt oculus ſphæræ ſolaris. Et reuera viſi-
onem extramittendo fieri, ipſi putauère: ideoq; imaginati ſunt Spiritũ quendam viſibilẽ
10. de legibus. ab illo oculo emitti, qui per vniuerſum circũdat: ſic enim Plato eo in loco loqui videtur, vbi
voluit lumen tradi ſiue diffundi per mundum vniuerſum, quaſi mũdanæ animæ viſus to-
tum cernat, tangat, foueatq;. Quod profectò lumen interdũ apertè multiplicatur: quando
ſcilicet corpori generabili miſcetur: interdum verò occultè, quãdo ſcilicet aliorum viſcera
Timæus. petit. Simile quiddã ab eodem Timæo dicitur. Vniuerſæ (inquit) naturæ circuitus cum cir-
culari ambitu ſuo, reliqua rerum genera ſic complexus, ſecũq; ipſo congredi ſtudeat, con-
ſtringit omnia, locumq; vacuũ relinqui nuſquã patitur: quocirca ignis per omnia maximè
penetrauit, deinde aër, vt pote qui ignis tenuitati ſit proximus: & alia ſimili ratione dein-
ceps. Plato ergo multiplicat lumẽ per omnia prorſus naturalia: hoc idẽ ſentit in Phædone,
Phædo. cùm ait, terram puram in puro iacere Cœlo, in quo ſunt aſtra: quod planè verum eſſe non
poſſet; niſi per Cœlum intelligeret lumen. Philoſophus huiuſmodi ſententiam, ſic euertere
Ariſt. rationes contrariæ. ſtuduit: Si (inquit) ita res ſe haberet, tunc certè corporum daretur penetratio: quod
eſt abſurdum, & naturæ planè contrarium. Actus præterea corporis, non eſt corpus:
lumen autem eſt actus corporis; non eſt ergo corpus. Deniq; nullum corpus mouetur ſubi-
tò: lumen autem mouetur ſubitò, corpus non eſt ergo. Iamblicus, in Timæum de hac re ita
Iamblicus. ſcripſit: lumen eſt corpus (inquit) formale, ac ſpirituale: quod & cum corpore & in cor-
Solutio rationum Ariſt. pore conuenientiam habet: cum corpore (inquam) quoniam ſitualiter implet mundum:
in corpore verò, quoniam indiuiſibile eſt in partes certæ extenſionis. Ex hac autem Iam-
blici expoſitione, videtur quibuſdam ſolui poſſe Ariſtotelis rationes. Et primam quidem
1. hoc modo, ſi lumen eſt corpus alterius rationis; non ſequitur ergo penetratio corporis:
non enim habet quantitatem, qua ipſius partes extendantur: ſed illam accipit à medio.
2. Secunda quoq; philoſophi ratio, eadem facilitate ſoluetur: ſiquidem lumen non eſt actus
corporis, quatenus actus perfectio eſt, & forma: ſed potius, vt nobilitatem, perfectio-
3. nemq; præſtans. Ad 3. rationem ſic dicunt, nempè huic corpori nihil obſiſtere, quando-
quidem vnius cum corpore materiali rationis non ſit, quippe, qui ſit ſpiritus viſualis cor-
poris cœleſtis, qui alterius rationis eſt à ſpiritu oculorum noſtrorum: ſicuti corpus cœle-
Procli opinio. ſte à corpore noſtro. Proclus (teſte Simplicio) Alio modo putat eſſe reſpondendum:
æſtimat enim lumen, corpus eſſe omnium tenuiſſimum, per poros, ac minutiſſimas aëris
particulas means: ideoq; nullam corporum penetrationem ſequi: vt philoſophus affir-
mare atq; ſtatuere contendit. Ait præterea, lumen non eſſe actum corporis, ſed poroſo-
rum corporum complementum, ipſumq; moueri tempore inperceptibili. Porrò huiuſmo-
Simpl. di modus reſpondendi Simplicio non probatur: Si (inquit) totus illuminatur aër, non ergo
quidam partes ſunt poroſæ, aliæ verò denſæ: lumen præterea, & medium continua non
eſſent:

Lux non eſt corpus

eſſent: quod profectò ſenſui maximè aduerſatur. Adde, quod remoto lumine, nec maius ſit medium, neq; minus; ſed ſolà remanet luminis priuatio. Deniq; ſi aliquæ partes ſunt denſæ, aliquæ verò poroſæ, in repletione pororum denſæ reſiſterent: atq; ita motus fieret in tempore perceptibili. Contra verò rationes Iamblici, ſic à quibuſdam argutum eſt. Omne corpus naturale mouetur ad medium, vel circa medium, vel à medio: ſed nullum iſtorum lumini congruit, cùm abſq; partium delectu, omnia penetret: corpus ergo nullo modo dici poteſt. Sanè, ſi ſit corpus, vel habet ſitum, & ſic erit diuiſibile, & non indiuiſibile, 1. *vt ipſe dicit. Aut non habet ſitum, & ſic eſſet punctus: quod eſt falſum. Præterea, ſi eſt* 2. *indiuiſibile, quomodo medium dat ei quātitatem? Deniq; non eſt corpus generabile, neq; æternum. igitur nullo modo corpus.*

Contra Iamblicum rationes.

Porrò, ſi aliquis Iamblici ſententiam tueri vellet: ad obiectiones ſic reſpondere poſſet; & ad primam quidem, conſequentiam minimè quidem valere: ſiquidem hoc corpus, ſecundum Platonicos, in quibuſdam videtur, in aliquibus 1. *autē latet: ad præſentiam namq; oculi apparet, ad abſentiam autē latet: huiuſmodi ergo corpus, cùm non ſit gratia ſui, ſed alterius; ideò ab anima cœli per poſitionis mouetur differentias. At 2. dico, non habere ſitum, nec tamen ſequi punctum debere dici. Punctus* 2. *enim nec actu nec potentia eſt tale: hoc nihilominus potentia ſaltem. Ad 3 Dico ei dari* 3. *quantitatem per accidens: quò planè modo, corpus dat animæ quātitatem, quæ in ſe actu eſt indiuiſa: per quantitatem autem materiæ, venit ad eſſe magnum, nec hoc aliquando ab eo ſeparatur, ſed ſemper ineſt. Ad 4. Dico huiuſmodi corpus ex materia & for-* 4. *ma alterius rationis eſſe compoſitum, generariq; atq; corrumpi ſecundum noſtram apparentiam. hoc ergo modò Iamblici ſententia defendi poteſt.*

Solutio.

Cæterum apud Platonicos triplex lumen inuenitur, ſiue deſcribitur; Viſibile ſcilicet, intellectuale, atq; diuinum: viſibile quidem lumen ſolis eſt, qui eſt imago lucis angelicæ. Et reuera quēadmodum viſibile lumen in natura perſpicua duntaxat recipitur; ſic inviſibile in perſpicaci natura. Intellectuale autem, eſt natura angelica, quæ inſtar lucidiſſimi ſpeculi capax eſt diuini luminis. Diuinum autem eſt ipſe Deus, qui lucem habitat inacceſſibilem, ſuprà viſibile & intellectuale lumen conſiſtens.

Triplex lumen.

Tres Soles.

Iulianus platonicus in lib. de ſole, tres ſoles, iſta tria lumina appellauit: addens quoq; ex Phœnicum theologia, viſibile lumen, diuinæ angelicæq; intelligentiæ actum quendam perennem eſſe per ſolarem feneſtram, ad oculos emicantem: atq; inde per materias paſſim perſpicuas, quaſi conuenientes ſibi diffuſum.

Phœnices.

Plotinus Enneadis ſecundæ lib. primo, cap. 6. & 7 Platonis ſecutus Philoſophiam, ait in cœlo nihil aliud eſſe præter ignem: nullumq; adeſſe igni aliam qualitatem, præter lumen; quod quidem eſt à flāma diuerſum: calorē verò lenem tantumq; ſuauem. Item, lumen hoc eſſe corpus, emicare autem ab ipſo lumine equiuocum, quod eſſe dicimus incorporeum: quod quidem ab illo lumine dependet, ex illo micans, quaſi flos eius atq; nitor, quod vtique verè dicitur corpus album exiſtere. Lumen itaq; cæleſte, partim quidem varia ratione diſtributum eſt in ſtellis, in quibus tam colorum, quàm magnitudinū differentia diſcrepat: partim verò in reliquo, præter ſtellas cœlo, ſimili ratione riget. Et ſi oculis non appareat propter corporis tenuitatem perſpicuitatemq; aſpectui minimè reſiſtentem: quemadmodum in aëre quoq; puro contingit. Accedit ad hæc interualli etiam longitudo.

Plotinus.

Lumen cœleſte.

Porrò lib. quinto enneadis. 4. cap. 6: luminis conditionem deſcribens, ait lumen eſſe actū ex ſubiecto quodā emicantem ab illuminante, non ab illuminato dependentem. Profectò quemadmodum vita, quæ actus eſt animæ, ſub quo & aliquid velut corpus, ſi adſit, patitur, ac etiā non præſente corpore, eſt actus eiuſmodi; ita nihil prohibere videtur hoc modo lumen ſe habere. Siquidē eſt actus quidā corporis luminoſi, non eſt igitur color aëris, ſed in ſeipſo conſiſtit: aſtat verò aër. Itaq; lumen (vt dicit Plotinus) non eſt propria qualitas diaphani, ſed actus corporis ſolaris: Non enim paulatim ſuſcipitur, aut retinetur, neq; inficitur, aut confunditur, vel cum cæteris miſcetur, ſicut accidit qualitati naturæ. Sanè, ſicut mentes & animæ coniunctæ inuicem minimè confunduntur: ita & lumen, cùm cæleſtiū luminis generat imaginem. Adde, quòd quemadmodum verbum, ve-

Lumen eſt actus.

Lumen non qualitas.

In lumine ſunt tria.

In lumine ſunt tria.

luti actus imaginationis extra porrectus ab anima emittitur; in quo tria inueniuntur, eaq; inconfuſa, nempe, aër, motus, & ſignificatio: Ita planè à luce intellectuali cœleſtis animæ per omnia efficacis actus effunditur, in quo tria inueniuntur, lumen, calor, & vis occulta: quæ per omnia means, ſpeciales ſuas inſerit virtutes. Item cap. 7. eiuſdem libri clariſſimè proſequitur huiuſmodi negotium: Profectò (inquit) ſi lumen ſic inſit illuminato corpori, vt proprium iam eius euaſerit, illo vtiq; abeunte, protinus euaneſceret. Si

Duplex actus luminis.

autem eſt actus aliquis è fonte non effluens, non deſtruitur certè, ſed in ſua ſubſtantia permanet. Quando verò transfertur illud, quod illuminat; hoc quoq; in alio exiſtit loco: nō quaſi aliquis refluxus fiat, ſed quod actus illius exiſtat, eiq; eatenus adſit, quatenus nihil obſtat adeſſe. Eſt autem actus alter in luminoſo, & quaſi vita plurima corporis luminoſi, ac veluti principium & fons agendi. Eſt & actus alter vltra terminos corporis luminoſi,

Lumen vnde manet.

qui eſt interioris imago, & ſecundus actus à primo minimè deſtitutus. Videmus enim in animalibus quorū lucent oculi, lumen ex oculis emicare, lumen in tenebris extra fulgere: & quando ſe concludunt, nihil luminis extra relinqui. Eſt igitur ipſum lumen à corporibus manans, actus quidam lucidi corporis ad extra procedens: ipſum verò lumen omninò talibus corporibus inſitum, quæ quidem primò talia ſunt, eſt eſſentia ſecundum ſpeciem corporis primò lucidi. Quando verò vnà cum materia corpus tale miſcetur, colorem ex-

Lumē eſt res incorporea.

hibet, ſolus autem actus non exhibet, ſed velut colorationem quandam, vtpote qui ſit alterius, & ab ipſo continuè manans, à quo quidem quod abeſt, ab actu eius inſuper abeſt. Tum verò oportet omninò lumen incorporeum iudicare, quamuis ſit actus corporis. Quapropter non propriè de hoc dicitur, accedere vel diſcedere: ſed alio quodam pacto hæc ibi ita ſe habent, atq; eſt ipſius ſubſtantia tanquam actus. Quid ergo ſit lumen ſecundum Plotini, aliorumq; Platonicorum philoſophiam, dixi ſatis.

CAPVT II.

Lumen quid ſit ſecundum philoſophum.

Diſputatio de lucis natura, cùm ſit & vſui, & voluptati ſuauiſſima, ſpeculatione profectò indiget longiore: vt ſic ex variis præclariſſimorum philoſophorum ſententijs, illius veritas eluceſcat. Porrò philoſophus 2. de anima tex:

Lumen eſt actus diaphani

Com. 69. luminis naturam ita diffiniuit. Lumen eſt actus diaphani, ſecundū quod eſt diaphanum. Actus (inquam) quoniam id totum, cuius eſt actus, perficit. Vnde

Themiſt.

Themiſtius ait, lumen nequaquam recipi, ſicut ſigillum ceræ, ſiquidem ſuperficies ceræ, non autem profundum figuratur: lumen verò omnes prorſus aëris partes penetrat, & in-

Auer.

greditur. rectè ergo dicitur actus, ſecūdum quod eſt diaphanum. Etenim, teſte Auerroe, lumen non eſt perfectio aëris, in quantum aër, ſed primò eſt naturæ communis, & huius per naturam communem, lumen autem eſt perſpicui actus, non vt ab ipſo, ſed vt perfectio

Quomodo eſt actus.

ipſius: Itaq; lumen ad mentem peripatheticorum non eſt corpus, neq; qualitas, neq; accidens, ſed actus diaphani: Sicuti anima eſt actus corporis: non omnibus autem modis idem: nam lumine diaphanum fit officioſum, non autem recipit eſſe, ſicuti anima dat eſſe corpori, ſed eſſe luminoſum. Non deſunt, qui huiuſmodi ſententiæ minimè faueant, nempè aſſe-

Lumen eſſe accidens.

rentes lumen eſſe accidens: Damaſcenus enim lib. 2. cap. 6. apertè docet, lumen eſſe accidens aëris: tenebra ſiquidem non aëris ſubſtantiam, ſed accidens priuat, lumen ſcilicet. Igitur non eſt vſquequaq; tutum dicere: lumen non eſſe accidens. Item lux eſt per ſe viſibilis in iſtis inferioribus, igitur eſt accidens, ſubſtantia enim videri non poteſt. Dicis, lumen eſſe accidens in his inferioribus, non autem in cœleſtibus, cùm eiuſdem rationis non ſint. Addis etiam, quod lumen per ſe primò non eſt viſibile, ſed color, vt dicitur in libro de anima, eiuſdem autem potentiæ non ſunt duo prima obiecta. Reſpondeo, eſſe eiuſdem generis logici, & metaphyſici, non autem phyſici. Ad 2. Reſpondent nonnulli: in quorum

numero

De lumine.

numero haberi poteſt Auicenna 6. naturalium parte 3. dicentes, lumen & colorem eſſe
idem quoad ſuum formale, diſtingui verò per terminationem corporis. Color nanq; (vt ipſi Auicenna.
putant) eſt lux obſcurata ex opacitate corporis: Atq; ita dicunt non eſſe duo obiecta viſus Color & lumen ſunt idē.
formaliter diſtincta, ſed vnum tantum, nempè lumen, in quo eſt tota natura coloris: color
enim non eſt in tenebris, niſi in potentia. Cæterùm contra huiuſmodi Auicennæ rationem, in-
ſtat Ptholomæus 2. opticorum: Si ita (inquit) res ſe haberet, tunc proculdubio, duæ ratio- Ptholomæus.
nes, reſpectu lucis, vel coloris lucidi, eundem ſitum habentes, eundem quoq; colorem ha-
berent: quod planè falſum eſſe, ſenſus manifeſtè oſtendit. Commune igitur viſui atq; colori
adæquatum obiectum, eſt innominatū. Quòd ſi velimus ei nomen tribuere: vocari poteſt,
viſibile, ſicut dicit philoſophus 2. de anima, cuius quidem eſt viſus, hoc eſt viſibile: patet
ergo quid ſit ad 2. obiectionem dicendum. Addi poſſunt & aliæ rationes, quæ idem innue- Aliæ rationes
re videntur, lumen ſcilicet eſſe accidens, omne ens naturale, eſt ſubſtantia, vel accidens: 1.
ſed lumen eſt ens naturale, & non eſt ſubſtantia: igitur eſt accidens. Ad hoc accedit,
quod adeſt, & abeſt à medio. accidens ergo eſt, ſecundum Porphyrij doctrinam, natu-
ram accidentis, ſic deſcribentis. Amplius, omne ens extra formam alicuius ſpecificam eſt 2.
ipſius accidens: ergo &c. Reſpondeo ad primam obiectionem, aſſerens illam diſiuncti- Solutio.
uam rei conuenire prædicamentali atq; materiali, cuiuſmodi non eſt lumen; ſed eſt actio,
& perfectio diaphani. Ad confirmationem dico, ipſum non adeſſe, & abeſſe, vt dicit
Porphyrius, ſed ineſſe, & exire. Adeſſe nanq; eſt in ſuperficie coæquari, ineſſe verò in 1.
profundum tendere. Abeſſe præterea, eſt à ſua cohærentia remoueri: exire verò, ex imo
retrahi. Ad 2. dico, diaphanum bifariam conſiderari poſſe, quatenus eſt diaphanum, & 2.
ſic certè lumen non eſt accidens, ſed perfectio actusq́; diaphani. Aut quatenus eſt corpus
naturæ, & ſic aliquo modo admitti poteſt, lumen eſſe accidens diaphani. Hæc cùm ita ſe
habeant apud peripatheticos; non erit inutile ſcire, ſi in medio ſubitò multiplicetur, & Lumen educi-
quomodo, & vnde. Ad quod quidem dico, lumen ab agente naturali, per actionem ſubi- tur in medio
tam educi de potentia medij: omne enim agens, ſuum non educens effectum, de ſubiecti de potentia
potentia creationis exercet officium, quia ſcilicet de nihilo aliquid agit: ſed hoc ſolius eſt medij.
Dei: igitur agens naturale in cauſando lumine, de potentia medij illud educit. Sanè ſi de 1.
medio, ſiue ſubiecto non educeret; prius vtiq; in ſe, quàm in ſubiecto poneret effectum: at-
que ita creare diceretur. Amplius, illius multiplicatio luminis, aut fit per quendam exitū 2.
ex corpore luminoſo: aut à corpore illuminato, vtpote à medio. Non à corpore luminoſo, a-
lioquin ſuæ faceret paulatim detrimentum naturæ: Inſuper vnum accidens, de vno ſubiecto
ad aliud transferretur, vel lumen eſſet corpus, quæ omnia ſunt falſa. Si autem per exitum
à corpore illuminato; tunc planè illa luminis eductio ſe haberet inſtar eductionis formæ de
potentia materiæ: atq; ita habetur intentum. Adde, quòd illud, quod fit virtute naturæ, de 3.
aliquo fiat, neceſſe eſt. Sed lumen fit: igitur de potentia medij educitur: Alioquin migra-
ret de ſubiecto in ſubiectum, vel crearetur: quorum vtrumq; falſum eſt. Dices, lumen eſſe Lumen eſſe in
in medio per ſui multiplicationem, ſic philoſophando: Forma de materiæ potentia educta; medio per ſui
poteſt manere, etiamſi agens receſſerit: ſed lumen, recedente corpore luminoſo, recedit, & multiplicatio-
non perſiſtit; igitur non educitur de medij potentia. Amplius, forma, quæ eſt tota in toto, nem.
& tota in qualibet parte medij, ſiue ſubiecti, non educitur de potentia ſubiecti: ſicuti patet 1.
de anima rationali, quæ non eſt educta de potentia materiæ: & eſt tota in toto, & tota 2.
in qualibet parte ſed lumen eſt totum in toto, & totum in qualibet parte: eſt enim ſicut
forma ſimplex, & indiuiſibilis: Non ergo educitur de potentia medij. Adde, quòd forma, 3.
quæ educitur de potentia ſubiecti, tranſmutatiuam in ſubiecto ab agente concernit po-
tentiam, ſicq; neceſſariò contrarium exigit, atq; requirit: Sed lumen non habet contrarium,
ergo &c. Dico, maiorem primi argumenti non eſſe vniuerſaliter veram: ſunt enim quædam Solutio.
formæ de medij, ſiue ſubiecti educta potentia, quæ recedunt mox, agente recedente: in qua- 1.
rum numero, lumen haberi poteſt. Ad 2. non video, quare forma educta, non poſſit educi 2.
tota de toto, & tota de qualibet parte: ſicuti poteſt eſſe tota in toto, & tota in qualibet

De lumine.
parte. Minor præterea eſt falſa: quia ſcilicet lumen medio coextenditur: vnde non eſt in
3. medio indiuiſibiliter, ſicuti anima eſt in corpore. Ad 3. Non opus eſt formam de poten-
tia ſubiecti ſumendis poſiti extractam, contrarium non habentem, tranſmutatiuam in ſub-
iecto, præſupponere potentiam, quæ in contrario fundatur, vel annexum habet; ſed poten-
tiam potius huiuſmodi formæ ſuſceptiuam atq; ita ſuſceptiuam, vt ex ipſa, talis forma edu-
catur. patet ergo quomodo lumen educatur de medij potentia Porrò ad hanc quæſtionem,
Lumen fit in inſtanti. alia proximè accedit, vtrum ſcilicet in medio lumen generetur in inſtanti: cuius partem
affirmatiuam philoſophus 2. de anima tueri videtur: Si (inquit) illuminatio fieret in tem-
1. pore non eſſet rationi conſentaneum, ſpatium quod ab oriente in occidentem vſque diſten-
ditur, imperceptibili tempore illuminari poſſe: cuius contrarium percipimus. Temporis
2. præterea ſucceſſio, ideo alicui eſt neceſſaria actioni; quia ſcilicet medij reſiſtentiam pati-
tur: ſed ad lumen, nulla eſt medij reſiſtentia, opus ergo illi nō eſt temporis interuallo. Ad-
3. de, quod quemadmodū generans in fine, in totam materiam formam introducit in inſtanti:
idq; quia totū eſt vnum informabile diſpoſitum in illo inſtanti ad formam ſubſtantialem:
Ita certè cùm totum medium ſit vnum illuminabile, reſpectu luminis, diſpoſitum: lumen
ergo in inſtanti producitur. Reuera illuminatio medij eſt ſubitus prouentus: lumen enim
eſt perfectio, & actus diaphani luminoſi: igitur illuminatio fiet in inſtanti, præſertim ſi
diaphanum inuenerit totaliter diſpoſitum quod ſi aliquid infuerit illi impedimentum, tem-
4. pore planè eget, quò capax luminis fiat. Amplius, ſol in quolibet inſtanti temporis, nouum
radium emittit: alioquin in ſpacio æquali per aliquod tempus quieſceret: quod eſt falſum.
Igitur in inſtanti lumen, ſiue radius ab illo producitur. Sane accidentia non migrant de
ſubiecto in ſubiectum, quare radius à ſole productus, ſole abeunte, non tranſit de ſubiecto
in ſubiectum. In quolibet ergo ſpacio ſibi æquali, radium nouum producit. In illo autem non
Lumen non produci in inſtanti. eſt, niſi permutatum eſſe, quod correſpondet inſtanti. Ergo quod prius. Porrò vnus radius
ſolis tota die nequaquam contineatur non quidem continuitate, ſiue vnitate ſimplicitatis,
generatur enim & corrumpitur: neq; vnitate continuitatis: nam quæ ſunt in inſtanti, omni
1. carent continuitate: Erit ergo vnus, multiplicationis vnitate. Atqui ſicut ſunt infinita mu-
tata eſſe: ita planè infiniti radij in potentia. Patet ergo quomodo lumen fiat in inſtanti.
Cæterùm aduerſus ſupradicta, ſic quidam arguere ſoliti ſunt: Agens naturale 1. Corpus
luminoſum, ita agere in rem propinquam, ac in remotam, mens non capit humana, natura
quoq; ignorat: igitur lumen non producitur in inſtanti. huc accedit, quod illuminatio ſe-
cundum perſpectiuos, eſt ſecundum puncta: ita vt punctū illuminetur à puncto, vel pars
à parte: quod certè in tempore imperceptibili fieri non poteſt. Deniq; illuminatio eſt
2. motus, vtpote alteratio, quia eſt ad qualitatem ſenſibilem. Sed motus non poteſt eſſe in
inſtanti: illuminatio ergo non fit in inſtanti. Item Radius citius ad aliquem perpendicu-
lariter, quàm non perpendiculariter venit: igitur in inſtanti non producitur: feneſtra
præterea aperitur: & lumen generatur: ſed aperitur in tempore: pariter ergo lumen in
3. tempore producitur, Ergo quod prius. Amplius, ſi tanta eſt virtus in tanto tempore, &
maior, ergo in maiori. Quare ſi ſol producit inſtanti lumen, & potentius aliquod corpus
produceret in minori tempore, quàm in inſtanti, quod eſt falſum. Sanè tranſitus de vno
termino ad alterum, abſq; ſucceſſione, conſiderari non poteſt. Sol autem tranſit ab orien-
te ad occidentem: ſucceſſiuè igitur, in inſtanti lumen non diffundit Adde quòd ſola di-
ſtantia ſine contrarietate, ſucceſſionē cauſet: ſimiliter ſola diuiſibilitas termini ad quem.
4. Ergo quod prius. Ad huc: Quod extrahitur de potentia materiæ, in tempore multiplica-
tur: ſed lumen in medio educitur, & non creatur; in tempore igitur, & non in inſtanti
producitur. Reuera, non maiori velocitate mouetur effectus, quàm ſua cauſa. Sed cœlum, à
quo lumen dependet, mouetur in tempore: & lumen ergo ſimiliter. Igitur producitur in
5. tempore, & non in inſtanti, vt aliqui dixerunt. Amplius, cuius remotio fit in tempore;
eius quoq; inductio erit in tempore. Sed luminis receſſus fit in tempore, & ingreſſus quoq;
ſimiliter ſe habebit. Poſtremò, ſecundum Auer. Sententiam 2. cœli com. 39. illuminatio

infiniti

 De lumine.

*infiniti eßet rigoris, quod eſt falſum. Lumen ergo ſiue illuminatio nequaquam ſit in in-
ſtanti. Verùm quia prima ſententia, magis accedit ad rei veritatem; hac de cauſa pro illi-* Soluuntur ar
us veritate conſeruanda, ſic ad oppoſita, ſiue contraria argumenta reſpondemus. Et ad gumenta.
primum quidem dicimus, illorum imaginationem eſſe reſpuendam, qua imaginantur, plu- 1.
*res partes medij, plura eſſe illuminabilia, quorum vnum propinquum ſit, alterum verò
remotum: quandoquidem totum illud medium ſe habeat, vt vnius rei illuminabilis, ideoq́;
totum ſimul, & in inſtanti illuminatur. Ad primam confirmationem reſpondeo, illumina-
tionem non fieri per puncta, vt volunt perſpectiui, quòd ſi illorum opinio acceptetur: ad-
huc tamen non ſequitur illorum intentum: vnum ſiquidem punctum, in eo, in quo illumina-
tur inſtanti, aliud illuminare poße, cùm non agat per motum, neque ſit agens perfectum,
quod in paſſum diſpoſitum, ſibiq́; approximatum agere poteſt. Ad aliam confirmationem
dico, illuminationem non eſſe motum, ſed ſimplicem, & inſtantaneam ad qualitatem mu-
tationem, ſicuti generationem ad ſubſtantiã. Ergo &c. Ad 2. Negatur aſſumptum: licet* 2.
*enim efficatior ſit radius perpendicularis, non tamen velocius accedit, quàm non perpen-
dicularis. Ad confirmationem: Quamuis feneſtræ reſeratio fiat in tempore; illuminatio
nihilominus ſit in inſtanti, in vltimo vtiq́; illius temporis, ergo &c. Ad 3. dico illam pro-* 3.
*poſitionem in his rebus locum habere, quæ tempore menſurantur: in inſtanti autem nullum
eſſe tempus. Porrò confirmatio prima vera eſt in agente, quod prius reſpicit vnam partem
medij, quàm alteram: ſicut angelus in ſuo motu: ſol autem non eſt huiuſmodi, ſed immedia-
tè æquè agit in omnes partes medij: cuius virtus omnibus adeſt partibus medij eiuſdem.
Ad aliam confirmationem dico, non eſſe ibi tranſitum inſtar tranſitus ſagittæ, ſed in omni
parte medij, radium cauſari, ſiue produci. Ad aliam ſimiliter reſpondeo, ſecundùm diui-
ſibilitatem intenſiuam, ibi diuiſionem inueniri: ſecundùm verò quantitatem extenſiuam,
totum æquè immediatè reſpicere. Ad 4. reſpondeo, quod extrahi aliquid de potentia ma-* 4.
*teriæ, bifariam poßit intelligi: vno quidem modo per præcedentis alterationis acceſſum:
& ſic, ſine dubio, in tempore fiat, neceſſe eſt: Altero autem per ſummam materiæ diſpo-
ſitionem, & tunc extractio ſit in inſtanti. Ad confirmationem dico illam rationem vale-
re in eadem ſpecie motus, cuiuſmodi non eſt in propoſito. Ad 5. bene verum eſt, remotio-* 5.
*nem luminis aliquando fieri in tempore, ſed hoc eſt per accidens, per ſe autem fit ſubitò, &
in inſtanti: illa autem quæ ſunt per accidens, non ſunt in authoritatem adducenda. Ad
confirmationem dico, illam conſequentiam non valere, quoniam non eſt ibi ſimilis paßi re-
ſiſtentia. Ex quo patet, quomodo lumen in rebus à ſummo opifice conditis: illius geret ima-* Lumen eſt
ginem, & præſeferat potentiam: nullius enim rei, non modo terrenæ, ſed ne cœleſtis qui- imago Dei.
*dem actio eſt ita potens, vt in inſtanti ſuas vires exerere valeat, lumine duntaxat ex-
cepto: cuius virtus eſt tanta, vt in inſtanti operetur.*

CAPVT. III.

Lumen quid ſit ſecundum Auicennam.

*PRo huius rei magnitudine, philoſophorum, & quidem antiquißimorum ratio-
nes ſunt nobis conſiderandæ, vt ſic commodius quæſtionis veritatem inuenire
valeamus. Quam ob cauſam Auicennæ philoſophi doctißimi ſententia eſt ad-* Auicennæ
ducenda, & in medio proponenda: à qua non modò quid ipſe ſenſerit audire opinio.
*poterimus; verùmetiam quid alij de hoc lucis negotio ipſo ſtatuerint. Cæterùm ab Aui-
cenna 6. naturalium par. 3. cap. 2. quàmplurimæ recitantur ſententiæ: quarum vna for-
moſißima fuit, quæ lumen corpus eſſe putauit. Quidam (inquit) putauerint quod lumen
deſcendens ex lucido ſuper corpora, non ſit qualitas quæ contingit in eis, ſed corpora par-* Rationes anti
uißima ſeparata à lucido corpore, circumquaq́; comitantia longitudinem lucidi, quæ mo- quorum.
*uentur motu illius, & cùm cadunt ſuper corpora, illuminantur ab illis. Quorum rationes
huiuſmodi*

huiuſmodi fuiſſe, Auicenna affirmat: Radius (inquiunt) ſine dubio deſcendit à parte ſolis,
1. *& aduenit ex parte ignis, & hic eſt motus, nullius autem motus eſt niſi corporis: ergo &c.*
2. *Amplius, Radius mouetur motu locali, ad motum localem lucidi; motum autem localem*
3. *non habet niſi corpus, ergo. Item Radius offendens in aliquod, reuerberatur ab illo in ali-*
Soluuntur rationes. *ud: reuerberatio eſt motus localis, ergo. Sed huiuſmodi rationes facilè ſolui poſſunt, &*
prima quidem hoc modo. Deſcendere, ſiue procedere, bifariam intelligi poteſt, vel à loco,
in quo prius continebatur ad alium locum; vel à cauſa efficiente: ſicut deſcendit calor à ſo-
le, & inferiora petit. Si primum deſcendendi inſpexeris modum; tunc proculdubio motum
localem interuenire neceſſe eſt. aliquid enim ex vno loco, in quo continebatur, ad alium lo-
1. *cum migrare, ſine motu locali, fieri non poteſt. Quod ſi ſecundum modum conſideraueris,*
bene continget, nec impoſſibile reputatur. Etenim videmus ad præſentiam corporis lucidi, in
aëre lumē recipi, aëremq́ non cedere, lumen ergo non eſt corpus, aliter duo corpora eſſent
ſimul. Præterea illuminatio fit in inſtāti, vt iam diximus. & 6. quoq; phiſi. oſtenditur. lumē
igitur non eſt corpus: motus nanq; localis non fit in inſtanti. Cùm ergo lumen deſcendat à
corpore luminoſo, non primo, ſed ſecundo modo, nulla nos ratio cogere poteſt, vt lumen cor-
2. *pus eſſe fateamur. Ad 2. ex iam data reſponſione patet reſponſio. Ad 3. Reuerberari,*
3. *reflecti, diuidi, multiplicari, corporis ſunt proprietates: ideoq́ ſecundum Auicennam, Ra-*
dio ſiue lumini, tranſumptiuè tantum conueniunt: propterea nos non cogunt, vt lumen cor-
pus eſſe dicamus. Cæterùm ſicut corpus velociter motū, impedimentum aliquod inueniens,
reuertitur: ſic planè lumen ex corpore luminoſo defluens, & aliquod inueniens obſtaculū,
vtpote ſi à mundo, atq; terſo aliquo corpore recipiatur, aliud mox generat lumen in parte
Aliæ rationes quod lumen ſit corpus. *medij verſus luminoſum: nobis autem videtur lumen reflecti, cùm id minimè verum ſit;*
ſed eſt potius noui luminis productio. Patet ergo quomodo lumen non ſit corpus. Sed dice-
ret aliquis, nihil vltra ſuam ſpeciem agit. ſed lumen eſt aliquarum ſubſtantiarum cauſa:
omnia enim, teſte Auguſt. ſuper Geneſim, lumine adminiſtrantur, & ſine lumine non ge-
nerantur: nam ſol & homo generant hominem. Dionyſius quoq; Areopagita cap. 4. de di-
uinis nominibus, ait, lumen ſolis conſerre ad viſibilium corporum generationem. lumen ergo
Quod ſit ſubſtantia. *eſt ſubſtantia, atq; corpus. Soluitur lumen, ſiue lucidum agere alterando tantum, ſubſtan-*
tia verò immediatè generando; ideo non eſt ſimile: quòd ſi dixeris paſſibiles qualitates
Solutio. *ſucceſſiuè introduci, ergo & lumen. Dico, lumen eſſe qualitatem tertiæ ſpeciei, ſine contra-*
rio exiſtentem, inſtar perſpicuitatis, quæ caret contrario: ideoq́ opus non eſſe ſucceſſiuè ge-
nerari, ſed in inſtanti, cùm contrarium non habeat. Ergo &c. Addit adhuc Auicenna nō-
Lumē eſt manifeſtatio colorati. *nullos dicentes, lumen non eſſe aliud, niſi colorati manifeſtationem, imò quoſdam dixiſſe,*
lumen ſolis, multam eſſe ſui coloris apparentiam, quæ ſuperat viſum. Verùm huius falſitas
ſententiæ ex cauda noctilucæ apparet, quæ cùm ſit alba, in nocte tamen lucida videtur, nō
Reprehenſio. *ergo lux eſt manifeſtatio coloris. Nec valet dicere, lucem manifeſtare colorem, quia eſt*
maximus ex omnibus color: Nam ſi eſt maximus color: eſt ergo aliquid coloris ſpecie, vel
genere. Si ſpecie, habet ergo aliquod contrarium: omnis enim color in ſpecie, aliquod con-
trarium habet; lux autem non habet contrarium, niſi priuatiuè oppoſitum, nempè tene-
bras. Si verò genere, idem quod prius; ſiquidem non differt à colore in ſpecie: nam color
Lumen virtus actiua. *in albedine, eſt albedo. Itaq; ſecundum Auicennam, alioſq́ peripatheticos, lumen eſt vir-*
tus actiua corporis cœleſtis, qua agit, & influit in hæc inferiora, viuificatiua viuorum, ad
eſſe generabilium motiua, atq; calefactiua, quatenus eſt inſtrumentum intelligentiæ, quæ lu-
mine emiſſo, ad eſſe mouet generabilia. Etenim ſicut elementa quatenus ſunt corpora na-
turalia habent qualitates ſuas actiuas; ita profectò Cœlum qualitatem actiuam, quam vti-
que exercet lumine & motu. Porrò Auicenna lib. 8. naturalium part. 3. cap. 3. lucem ita
Auicēnæ diffinitio. *definiuit. Lux eſt qualitas, quæ ex ſua eſſentia eſt perfectio corporis lucentis, ſecundū quod*
eſt lucens. Reſpectu autem viſus, ſic diffiniri poteſt: Lux eſt qualitas in eo quod eſt viſibile
ex ſua eſſentia, & non per aliud, ex qua diſponuntur media ad viſionem colorati, hæc igi-
tur cùm ita ſe habeant, aliud dubium nobis examinandum eſt: Vtrum ſcilicet lumen
cauſatum

cauſatum à corpore luminoſo in medio diaphano, eſſe habeat reale, vel intentionale. Et re- Lumen habet
uera, ſi lumen habet tale eſſe in medio, quale habet in organo, quia ſcilicet eodem modo v- eſſe intentio-
trumq; mutatur; eſſe proculdubio in medio intentionale haberet: Nam & huiuſmodi ha- nale.
bet in organo. Senſus enim recipit ſine materia; ergo recipit ſolum intentionaliter. Amplı- 1.
us, ſi lumen protenderetur à lucente per totum medium vſq; ad organũ ſecundum eſſe reale; 2.
igitur ſenſibile poſitum ſupra ſenſum, ſenſationem faceret; quod planè phyloſopho non pro-
batur 2. de anima tex. 73. Ergo &c. Præterea, omnis forma realiter recepta in materia ha- 3.
bente contrarium, habet quoq; contrarium: omne enim quod recipitur in aliquo, per mo-
dum recipientis, recipitur. Quare, ſi recipiens habet contrarium; & receptum ſimiliter.
Sed omne corpus inferius diaphanum habet contrarium, cùm ſit elementum, aut elemen-
tatum Quam ob cauſam ſi lumen in eo recipitur ſecundum eſſe reale, habebit contrarium,
quod eſt falſum: lumini enim non niſi tenebra priuatiuè opponitur. lumen ergo in medio,
eſſe habet intentionale. Ad huc, lumen dat coloribus eſſe intentionale: in medio ergo eſt 4.
intentio quædam: eſt etiam ratio tendendi in lucem, & cognoſcendi. Non requiritur ergo
alia ſpecies lucis à lumine; intentio eſt ergo: ſpecies namq; lucis, per quam lux videtur,
eſt intentionalis, ſicut etiam coloris, Ergo &c. Verùm huiuſmodi rationes ſic ſolui poſſunt: Soluuntur rationes.
& prima quidem hoc modo: lumen in medio intentionale, atq; reale habet eſſe. Reale pro-
fectò, quatenus illuminat, intentionale verò, quatenus virtutem viſus habet immutandi.
Etenim cùm ſenſus ſit potentia pro aliquo gradu ſpiritualis, alioquin ſine materia nequa-
quam reciperet; eam à ſuo obiecto ſpiritualiter, intentionaliterq; immutari, minimè neceſ-
ſarium eſt Ad primam ergo negatur maior: & ad probationem dico, & ſenſum ſine ma- 1.
teria recipere, & cum immutatione intentionali, receptionem realem, atq; materialem cō-
currere. Dicis, ſi ita res ſe haberet, igitur viſus cæteris ſenſibus ſpiritualior non eſſet. Re-
ſpondeo, ideo viſum ſpiritualiorem dici, quia ſcilicet illius naturæ non aduerſatur, ſpiritua-
lem à ſuo obiecto immutationem ſuſcipere: quod planè alijs ſenſibus non congruit. Ad 2. 2.
negatur conſequentia: ſententia enim Philoſophi eſt ita intelligenda: ſenſibile poſitum ſu-
pra ſenſum, ſecundum eſſe reale, non cauſat ſenſationem. In cauſa autem eſt ſecundum A-
uerr. 2. de anima, com. 74. quod viſio non fiat ſine lumine, lumen autem non datur ſine
medio, in quo recipitur, cùm ſit actus medij diaphani. Non fit ergo viſio ſine medio. Quòd
ſi vltra eſſe reale, ſenſui per eſſe intentionale coniungitur; non prohibetur ſenſatio: alioquin
ſenſus tactus, ſuam nunquam ſenſationem haberet: ſuum enim obiectum, non ſolum inten-
tionaliter, verùm etiam realiter organum immutat. Quoniam ergo lumen, & realiter, &
intentionaliter in medio recipitur, ideo ſequi poteſt ſenſatio. Ad tertium, maior eſt falſa: 3.
non enim neceſſe eſt, vt receptum aſsimiletur recipienti quoad omnes conditiones recipi-
entis: alioquin anima intellectiua eſſet extenſa, quia ſcilicet recipitur in materia extenſa.
Elementum præterea, ſiue elementatum, quatenus eſt luminis receptiuum, contrarium non
habet; nam quatenus eſt diaphanum, lumen recipit: diaphaneitas autem, elementatis con-
uenit, non vt contrarium habentibus, ſed vt analogicè potius cum corpore cœleſti commu-
nicantibus. Sic namq; docet philoſophus 2. de anima. tex. 68. vbi poſtquam diffiniuit dia-
phanum, ſubiungit: Non enim (inquit) ſecundum quod aqua, neq; ſecundum quod aër dia-
phanum eſt, ſed quoniam eſt natura eadem in vtriſq;, & in perpetuo ſuperius corpore. Ad
4. patet ex ſupradictis ſolutio: Nam etſi quoad rationem viſus immutandi, eſſe intentio- 4.
nale lumen habeat; quoad verò ad rationem illuminandi eſſe habet reale. Et reuera quæ- Formæ in medio intentionales.
dam ſunt formæ in medio, quæ ſunt puræ intentiones, non quia ſunt intentiones logicæ aut
ethicæ; ſed potius, quia rationes ſunt, quibus ſenſus tendit in aliud. Huiuſmodi ſenſus termi-
nandi rationem non habent, ſed in ipſa ducunt ſenſibilia; tametſi in ſeipſis ſenſibiles non
ſint. Tales profectò ſunt, vt in pluribus, ſpecies coloris in medio. Aliæ verò ſunt tum reales
tum etiam intentionales: quæ ſcilicet non ſolum ſunt in aliud rationes tendendi; verumeti-
am ſecundum ſeipſas rationem actionemq; habent ſenſus terminandi: atque ita non modò
ſint quædam intentiones, ſed etiam res quædam ſenſibiles. Porrò res dixi, non quod aliquid

Formæ reales & intentionales. *ſint extra intellectum, & in rerum natura: alioquin prima res eſſent dicendæ: ſed quia in
ſeipſis ſunt obiecta realia, ſenſus terminandi rationem habentia, & in alia etiam obiecta
adducentia. Quòd autem ſint reales, ſic patet: à forma enim intentionali nõ prouenit actio
phyſica; non enim eſſent eiuſdem rationis, cauſa, & effectus; ſed à lumine in aere, vel in
aqua cauſato prouenit actio phyſica, nempè calefactio, ex 2. de cœlo tex. Com. 46. ergo &c.
Amplius, à forma intentionali non denominatur ſubiectum tale: oculus nanq; albus dici
non poteſt, quod ſpeciem albedinis intentionalem recipiat. Sed lumen ſubiectum, in quo re-*
Solutio. *cipitur, denominat: dicitur enim aër illuminatus lumine, habet ergo in medio eſſe reale. Di-
ces ad primam rationem: à forma intentionali debili, denominationem non fieri; poſſe ta-
men à fortiori fieri. Solis nanq; radius, per vitrum tranſiens, terram ſeu parietem vitreo
afficit colore, vt paries coloratus appelletur: ſic enim docet philoſophus 2. de anima lib.
tex. 1. 38. vbi videntem admittit, ex eo quod recipit intentionem coloris, eſſe quodammodo
coloratum. Dico philoſophum 2. de anima tex. 1.38. abſolutè, & ſine diminuente conditio-
ne loqui, vbi vocat aërem illuminatum lumine; non tamen patitur colorem intentionaliter
recipientem, coloratum abſolutè appellari. Sed dicit, quòd videns tanquam coloratum eſt,
videns (inquit Commentator) comprehendit colorem, quaſi coloratum efficitur. Soluis quo-*
2. *que ſecundam hoc modo rationem, lux cœli vna qualitas exiſtens, tria agit, nempè aërem
illuminat, calefacit, & immutat viſum. Porrò, quatenus duas primas exercet actiones; eſſe
habet intentionale: quatenus verò tertiam, eſſe reale: Non autem vt lux, ſed vt calor cale-*
Si duo lumina poſsint ſimul eſſe. *facit. Sed hoc aduerſatur Commentatori 2. cœli Com. 42. Sol (inquit) magis calefacit, quia
magis eſt luminoſus, lux enim ſua natura eſt calefactiua. Patet ergo quomodo lumen in
medio diaphano eſſe quoq; habeat reale. Dicis, ſi hæc ita ſe habent, num quid & duo lu-
mina poſſint ſimul eſſe? videmus nanq; in medio diaphano plurima ſimul; dubium eſt, an*
1. *ſint mixta inuicem, vel realiter diſtincta. Dico, realiter, atq; numeraliter ab inuicem di-
ſtingui. Illa enim, quæ ſunt diſtinctorum ſpecies, & rationes diſtinctè cognoſcendi, in
quocunq; fuerint ſimul; ab inuicem realiter diſtinguuntur: quia vnum repræſentatiuũ cre-
atum indiſtinctum; diſtincta diſtinctè, non habet repræſentandi virtutem: ſed lumina in
medio diaphani ſunt lucidorum ſpecies, & ipſa diſtincta: diſtinctè ergo ſunt repræſentan-
di rationes. Ita planè per ipſa duæ diſtinctæ candelæ, vt vna conſpiciuntur: Ab inuicẽ er-*
2. *go diſtinguuntur realiter. Amplius, duæ duorum colorum eiuſdem rationis ſpecies, eadem
in medij parte ſimul conſiſtunt. Igitur & duo lumina, quæ ſunt ſpecies lucidorum. Antece-
dẽs patet: nam per eandem ſpeciẽ magis denſam, magis & minus intenſum ſimul & diſtin-
ctè videri, fieri non poteſt. Sed per ſpeciem, quæ eſt in medio, vna albedo minus, & alte-
ra magis intenſa, à virtute viſiua ſimul, & diſtinctè videntur. ergo quod prius. Sanè illa,
quorum vno corrupto, alterum remanet in eſſe naturali, non ſunt vtiq; dicenda, eſſe idem
numeraliter: ſed vnius candelæ lumen, per eiuſdem amotionem corrumpitur, ſiue aufer-*
3. *tur, altero remanente: ſunt ergo ab inuicem realiter diſtincta. Præterea, Ex vnius corpo-*
Ratio?es contrariæ. *ris opaci in medio ſituatione, duæ vmbræ producuntur: Porrò ab vno corpore opaco in
medio diaphano reſpectu vnius luminis, vna tantum modo vmbra protenditur. Illa igitur
l?mina in aëris puncto, vel in parte ante corpus immediata, ſunt numeraliter diſtincta.
Patet ergo quomodo duo lumina ſimul ſint ab inuicem realiter & numeraliter diſtincta.*
Authoritates phi. *Sed dicet aliquis, hanc ſententiam philoſophi aduerſari authoritati 5. metaph. ſic phi-
loſophantis: Quæcunq; formæ ſimul ſunt in eodem ſubiecto, ſpecie diſtinguuntur, & 5. phyſ.
pręteſtatur, quod ſi forma, vel terminus eiuſdem ſit ſpeciei, & ſubiectum idem, & tem-
pus non interruptum; motus ſit idem numero. In medio ergo non ſunt duo lumina realiter,
& numeraliter diſtincta, ſed in vnum coeunt perfectius, & intenſius lumen, quod plurimis
æquipollet. Adde quoq; & rationes: quarum prima poteſt eſſe talis. In vna eademq; po-
tentia, duo actus eiuſdem perfectiui conſiſtere nequeunt. Sed reſpectu indiuiduorum eiuſ-
dem rationis, hoc eſt, reſpectu plurium luminum, vnica tantum ſubiecto ineſt potentia,
ſpecifica vtiq; non numeralis, alioquin actu eſſent infinita. Illa ergo lumina ſunt vnum &
non plu-*

De lumine cœli.

non plura diſtincta. Sanè formæ quæ educuntur de potentia ſubiecti: ſubiecti numerum ſiue naturam ſequuntur. Sed lumen educitur de potentia medij, vt ſubiecti. At ſubiectum eſt vnum, & lumen ergo ſimiliter. Ergo quod prius. Iterum, quando duæ formæ, quæ & intendi, & remitti poſſunt, in vnum coaleſcunt; perfectiorem quampiam formam producunt: alioquin illarum in vnum congreſſus eſſet ocioſus. Sed duo lumina ſunt huiuſmodi formæ: in vnum igitur coeuntia, perfectiorem formam progignunt, ergo &c. Ad hæc accedit, quod ſi manerent illa lumina ab inuicem diſtincta; non perfectius, quàm per duo, ſeu plurima lumina alia medium diſponeretur: ſed hoc cùm à ſenſu, tum etiam à ratione quàm longiſſimè abeſt, ergo quod prius. Reſpondeo primam philoſophi authoritatem de formis abſolutis, non autem intentionalibus, cuiuſmodi lumen eſt, intelligendam eſſe: Illæ enim vtpote albedo, nigredo, color, & quæ ſunt generis eiuſdem, eodem in ſubiecto, naturaliter diſtinctæ eſſe non poſſunt. Simili quoq; facilitate ſecunda ſoluitur authoritas: quæ profectò formis attribuenda eſt realibus, non autem intentionalibus. Ad primam autem rationem dico, quòd vnius perfectibilis, eiuſdem rationis, ſecundum vnam potentiam, vnica ſit perfectio, quando talis eſt, vt impleat atq; compleat totam capacitatem potentiæ: ſed hoc non facit ad propoſitum, Ergo &c. Nam ſi illa ratio eſſet vniuerſaliter vera, tunc hoc ſequeretur abſurdum; vt ne formæ quidem alterius rationis eodem in ſubiecto immediatæ eſſe poſſent. Ad confirmationem dico, formas numerandas non eſſe ſecundum potentiæ vnitatem, cùm illa vnitas potentiæ non ſufficiat, præſertim quando educentia ſunt diuerſa, & educta ab ipſis continuè dependeant, cuiuſmodi ſunt illa lumina, quæ continuè à luminaribus dependent, non quia ſunt ſucceſſiua, & in continuo fieri ſicut motus; ſed potius quia ſuum eſſe ſimplex continuè accipiunt, quod quidem multiplicari poteſt; ſicuti & ipſa luminaria, etiam ſi ſubiectum extiterit idem. Ad 2. dico, formas à ſuis cauſis efficientibus cõtinuè dependentes, in conſtitutionem perfectioris alicuius coire, non eſſe neceſſe, vt non ſint diſtinctæ, cùm continuè pendeant diſtinctæ, & ex ſui natura mixitionem abhorreant. Ad confirmationem reſpondeo, non opus eſſe in eadem medij parte; ad duorum luminum præſentiam, lumen naturaliter intendi: tametſi idipſum nobis videatur: tum quia viſus in medio non diſcernit luminum, ſed luminarium diſtinctionem: tum quia duo lumina, alicuius videndi obiecti actum reddunt meliorem. Hæc autem dixiſſe dè lucis natura, conditioneq; ſufficere poſſunt: ideoq; vnde exijt, redeat oratio; nempè ad ſplendorem ſanctũ, qui erat ſub arena, ſecundum Mercurium, & ad lucem, quam primò conditam fuiſſe, ait ſapientiſſimus Moſes: Et diligenti indagemus ſtudio: vtrum cœlum ſit natura lucidum, ſiue igneũ: deinde, vnde ſtellæ, luna, cæteraq; aſtra, ſuum lumen accipiant à ſole. Congruit planè hæc ſpeculatio, tractui, quem de luce edere cupimus, habet quoq; plurimum & vtilitatis, & iocunditatis: Igitur ſancte Pymander in lumine tuo, oſtende nobis lumen.

Solutio.

Digressio sive quaestio secunda.

Cœlum eſſe natura lucidum.

CAP. I.

QVamuis ſplendor ſanctus, qui erat ſub arena, corpori ſolari propriè ſit attribuendus, qui eſt fons luminis, pater hominumq; deûmq;; cæteris tamen aſtris, ſiue ſyderibus tribui poteſt, quæ ſunt natura lucida; tametſi à ſole, veluti à fonte luminis, maiorem recipiant lucis, ſiue luminis acceſſum. Cæterum, cœlum natura eſſe igneum, authore philoſopho 2. cœli tex. 41. antiqui putauêre. Præterea (inquit) quidam dicunt, ſtellas eſſe igneas: ideò quia ſuperum corpus igneum eſſe aſſerunt. Nam rationi accedit vnumquodq; ex his conſtare, in quibus eſt vnumquodq;. Auerroes 2. de ſubſtantia orbis, ait ſublunaria & cœleſtia in illuminatione, & obſcuritate æquiuocè con-

Sol fons luminis.

Cœlum igneum.

Philoſophus.

Comme:

uenire: Hæc (inquit) magis videntur dici æquiuocè, quàm ſecundum prius & poſterius; lux enim videtur fieri hic in hoc corpore igneo diaphano ſimplici, quod eſt in concauo orbis lunæ, quãdo agit in corpore denſo, & admiſcetur cum eo. At cauſa illuminationis, partim corporis cœleſtis ſcilicet ſtellarum videtur eſſe denſitas illius partis diaphanæ in actu

Cœlum eſſe diaphanum.

ex orbe: et hoc apparet in ſtellis, quæ eclipſant ſe ad inuicem, & bene apparet in luna. Et cùm ita ſit, ſtellarum & ſubiecta cœli eſt eadem natura, ſecundùm quod omnes antiqui dicunt, vt narrauit Ariſtoteles in lib. cœli & mundi. Et corpus cœleſte ſecundum hoc, eſt diaphanũ per ſe in actu è contrariò corporibus diaphanis quæ ſunt hic, quæ ſunt diaphana in actu apud præſentiam lucis. Senſus eſt: Partes cœli eiuſdem eſſe ſpeciei, penes rarum & denſum differentes, quæ differentiam ſpecificam conſtituere non valent, vnde poſtea ſubdidit: Et fortè corpora cœleſtia diuerſantur in raritate, & denſitate: quæ ſunt cauſæ illuminationis, & obſcuritatis. Et reuera (vt communis eſt peripateticorum ſen-

Cœlum eſt vnũ animal.

tentia) cœlum ex omnibus corporibus cœlicis conſtans, vnum eſt indiuiduum cœlicum, vnum numero in ſpecie animalis cœlici: cuius partes ſunt ſimilares, & in natura conſimiles, & in accidentibus propriis vniuocæ: Secundùm tamen magis & minus differentes, quatenus ſcilicet vna cæteris lumine antecellit: vt pote ſol, reliquis lucidior ſyderibus, non tamen primò lucidus. Sic etiam orbis ſtelliferus magis mobilis, non tamen primò. Itaq; primum lucidum eſt vniuerſum animal cœlicum, & ipſum quoq; primum mobile. Ex quo patet in illo animali cœlico, non eſſe aliquod primum, ſed bene aliquid magis, & minus. Etenim primum & poſterius, ſpeciei diſtinctionem; magis verò & minus diuerſas indiuidui partes oſtendũt. Cùm autem totum cœlum eiuſdem ſit ſpeciei; propriè primũ, & po-

Quod cœlum ſit totum lucidum.

ſterius in eo inueniri non poſſunt: niſi dixeris primum, quod eſt maximũ tale. Porrò Cœlum eſſe natura lucidum, argumento nobis eſſe poteſt luna ipſa cornuta: cuius pars ſolem reſpiciens, lucidior, altera verò minus lucida apparet: hæc autem pars minus lucida cùm videatur, idq; non ratione coloris, aut luminis, quod recipit à ſole: ſuæ ergo propriæ lucis ratione. In eclipſi præterea eiuſdem, in qua lumen à ſole receptum, amittit; videtur tamẽ: igitur ex ſui natura eſt lucida. Cœlicarum itaq; partium quædam ſunt maximè lucidæ, &

Quomodo omnes ſtellæ recipiant lumen à Sole.

minus opacæ, veluti eſt ſol: aliæ è contrario, vt luna: nonnullæ vero lucidæ, & diaphanæ mediocriter, quemadmodum ſunt ſtellæ, & aliæ partes cœli. Porrò quod eſt minùs tale, aliquid augmenti à magis tali ſuſcipere poteſt, ea in parte, qua deficit ab illo tali: hoc ergo modo luna, & omnes ſtellæ lumen à ſole recipiunt: non quidem vt lucidæ, & viſibiles fiãt, cùm iam ſint; ſed vt viſibiliores, lucidioresq; fiant. Quam ob cauſam diuerſitas lucis in ſtellis, aliisq; ſyderibus conſpicitur. Nam & ſi à ſolis lumine rigorem mutuent; lux tamen ſolis, quatenus fit Saturnia, aliam virtutẽ, quàm quando fit Martia, (teſte Ptolomæo) obtinere dicitur. Sit ergo hæc de cœli, aliorumq; ſyderum natura peripateticorum ſententia: quæ profectò maiorem in modum deſeruit rectè rationi, ac veræ philoſophandi rationi.

Iamblicus.

Cœlum eſſe igneũ.

Plato.

Porrò Iamblicus putauit, cœlum eſſe ignem purum, lucemq; eſſe eius formam ſubſtantialem, lumen verò eſſe corpus, ſiue illius imaginem, quò fit, vt lux formaliter frigiditati contraria ſit, quemadmodum & Plato in Timæo viſus eſt ſentire, Vt igitur (inquit) hic mundus eſſet animali abſoluto ſimilimus, ex eo quòd ſolus, atq; vnus eſſet, idcirco neq; duo, neque innumerabiles procreati ſunt, ſed vnus mundus vnigenitusq; factus eſt, & erit. Quoniam verò corporeus, ſpectabiliſq;, & tractabilis erat futurus, ac ſine igne videri nihil poteſt, nihilq; ſine ſolido, & ſolidum abſq; terra nihil: ideò in operis huius exordio Deus

Plotinus.

ignem primò terramq; creauit. Plotinus enneadis 2. lib. 1. cap. 6. hanc Platonis philoſophiam explicare ſtudet, atq; enodare. Cùm igitur (inquit) Timæus mundi corpus ex igne primum terraque componat, vt per ignem quidem videri, per terram verò ſolidum tangique valeat; conſentaneum eſſe videtur, vt & aſtra non totum quidem, ſed plurimùm habeant igneum; quandoquidem aſtra ſoliditatem habere videntur: forſitan verò rectè ſe id habebit: quippè cum Plato ſententiam hanc probabili, & apparenti ratione confirmet,

Plato.

Nempe ab ipſo ſenſu tum per aſpectum, tum per tactum plurimũ, vel totum igneum ap-

De lumine cœli.

pareat habere: per ipſam verò rationem conſiderantibus, terram inſuper habere putabitur, ſiquidem ſolidum abſq; terra eſſe non poßit. Adducit præterea aliud Platonis teſtimonium. Accendit (inquit) Deus lumen circa ſecundam à terra ſphæram: Solem certè ſignificans, quem alibi nuncupat ſplendidißimum, eundemq́; nitidißimum. Quibus in verbis omnem à nobis opinionem abigit ſuſpicantem aliquid illic eſſe aliud præter ignem. Significat præterea nullam adeſſe ignis aliam qualitatem præter lumen, quòd quidem eſſe ait à flamma diuerſum: calorem verò lenem tantùm atq; ſuauem. Ex illo autem lumine, micans quaſi flos eius atque nitor deſcendit, quod vtiq; verè dicitur corpus album exiſtere. Porrò, terram pro ſiliditate quadam accepit Plato; vt terra in cœlo, ſit eiuſdem ſoliditas.

Qui ignis ſint in cœlo, ex quæ terra.

Cùm igitur talis ignis, purißimum præbeat lumen, ipſeq; in ſede ſublimi reſideat, ibiq́; naturaliter habitet, ſuum lumen vtiq; diffundit: quod quidem varia ratione diſtributum eſt ſtellis, in quibus tam colorum quàm magnitudinum differentia diſcrepat, partim verò in reliquo, præter ſtellas, cœlo ſimili ratione viget. Etſi oculis non appareat propter corporis tenuitatem, perſpicuitatemq́; aſpectui minimè reſiſtentem: quemadmodum in aëre puro contingit: Accedit ad hac interualli etiam longitudo: hæc eſt clara Plotini philoſophia, Platonis ſententiam clarißimè interpretantis; quæ profectò multorum ſoluere poteſt nexus, atq; perplexitates argumentorum. Quam ob cauſam noſtri vocauerunt cœlum empyrion, hoc eſt, igneũ. Similia locutus eſt Homerus, approbaturq́; vehementer ab Ariſtotele Olympum dictum quaſi ὅλος λάμπη. *i. totum ardentem. de quo Homerus:*

Lumen cœli quale ſit.

Empyrion.

Venit Olympum, vbi ſedes diuûm dicitur eſſe
Immota, hac verò haud quatitur, nec ſpargitur hymbre.
Non nix decidit, aſt ſplendor purißimus albet,
Et ſine nube nitor, campos hic occupat omnes.

Oraculum Apollinis.

Eſt ſuprà cœleſti igni incorruptibilis & ardens flamma: illinc circum olympum diffunditur in orbem, hinc rurſus paruus promicat ætheris ſplendor. Porrò, lumen eiuſdē eſſe rationis in omnibus, in cœlo ſcilicet, in igne, atq; aliis huiuſmodi dixit Plato: quia nimirum lumini competit omni, eſſe diaphani actum: & vtrumq; præterea facit colorem in actu, atq; ſubitò immutat. Cùm igitur vtrumq; lumen, & cœleſte, & quod hîc habetur, virtutem habeat, manifeſtandi, atq; operandi; conſimilem quoq; modum generandi, eiuſdem in omnibus videtur eſſe rationis. Sed diceret aliquis, corruptibile, & incorruptibile differunt genere: ſed ita ſe habent hæc duo lumina: igitur non ſunt eiuſdem rationis. Adde, quod miſcibile, & ſeparatum ſint diuerſa, ratione vtiq; naturæ ſubiectarum: diuerſæ igitur ſunt rationis. Poteſt dici eiuſdem eſſe rationis virtualiter, nō autem formaliter: ſol enim eſt virtute, non forma calidus. Anaxagoras putauit cœlum igneæ eſſe naturæ, cui obuiat philoſophus in lib. meteorologicorũ. Si cœlum (inquit) eſſet ignis, aut igneæ naturæ, omnia planè elementa in nihilũ verterentur, ſuperioris ignis virtutem ferre non valētia. Sed conſultius eſt ſentire, Anaxagoram alio modo de ignea cœli natura fuiſſe locutũ, ſicut profectò audiuimus Plotinum philoſophantem. Accedit ad hæc, quod cœlum eiuſdem rationis eſſe cum elementis, bifariam poßit intelligi, phyſicè ſcilicet, atq; metaphyſicè. Phyſicè autem fieri non poteſt, cùm phyſica ſit forma, ſiue potentia in materia transmutabilis: quæ profectò cœli naturæ conuenire non poteſt. Bene autem metaphyſicè, ad quam ſpectat ratio actus, vel potentiæ: hoc autem modo, tùm forma cœli, tùm etiam elementorum eiuſdem ſunt rationis. Quare ſi ita Anaxagoras intellexit; philoſopho, eiuſque commentatori minimè aduerſabitur. Nam Auer: de ſubſtantia orbis lib: 2. quodlibet aſtrum eſſe dixit formaliter calidum, æquiuoca tamen ratione: Cœli enim calor eſt vitalis, elementaris verò mortificatiuus. nihil ergo prohibet hoc modo, cœlum igneum appellari: atq; ita Anaxagoram intellexiſſe. Quod ſi quis velit contendere, cœlum igneum, vniuoca ratione accepiſſe; procul dubio vera eſt, quæ ab Ariſtotele contra Anaxagoram ratio producitur: ſuo enim calore proxima ſibi queq; deſtrueret,

Lumē eſt eiuſdem rationis.

Rationes contrariæ.

Solutio.

Anaxagoras.

Defenditur.

Cœlum eſt igneum æquiuoca ratione.

 & illa

BIBLIOTECA ... VITTORIO EMANUELE

De lumine cœli.

& illa deinceps alia ſimiliter: atq; ita calore ſoluerentur omnia. Ex quatuor elementis cœlum miſtum eſſe, faſſus eſt Empedocles: & à prædominio quidem terræ, graue: ob celeritatem tamen motus nequaquam ruere poſſe: quod certè dictum eſt, ſecundùm æquiuocam, non autem vniuocam rationem. quo profectò modo vſi ſunt poëtæ, à quibus deorum hominumq; pater, Sol appellatus eſt, quòd ſcilicet omnium virtutem contineat cauſatiuam. Sic & omnium continet virtutem elementorum, & ſoliditatem quandam, quæ ſub terræ nomine deſcripta eſt. Hæc ſi rectè & candidè intellecta fuerint, inter huiuſmodi philoſophos de cœli natura non magna erit diſſenſio. Cæterum quoad luminis originem, quamuis peripateticorum ſententiam amplectendam, tenendamq; eſſe cenſeo; addendæ tamen ſunt aliorum opiniones; vt ſic quilibet abundet in ſenſu ſuo, multorum ingeniorum, & quidem præclariſſimorum cognitis, libratiſq; ſententiis.

Empedoclis opinio.

Communis opinio.

Nonnulli putauerunt, cœlum non eſſe totum lucidum, ſed aliquod primum quod eſt cauſa cæterorum: Imaginati enim ſunt partes cœli, ſpecie quidem diſtingui, genere autem eſſe idem. Porrò, Cùm in vnoquoq; genere ſit vnum, quod eſt in illo genere cæterorum cauſa; ita in cœlico genere rem ſe habere dixerunt, nempè eſſe vnum primum lucidum, à quo cætera lumen accipiunt: Hoc autem primum lucidum, ſolem eſſe arbitrati ſunt Aſtronomi: in quorum numero Ptolomæus haberi poteſt, qui paſſim hanc ſententiam confirmare videtur: Proinde ad mentem Ptolomæi dicere neceſſe eſt: in ſole, veluti in medio, Deum principaliter eſſe, mouereq; vniuerſum animal cœlicum motu diurno; ſolem præſertim, ad cuius motum, reliqua cœli corpora, veluti membra quædam mouentur. Et reuera primum in vnoquoq; genere eſt maximè tale: ſed in genere cœlico, ſole lucidius nihil: igitur eſt primũ lucidum.

Sol primum lucidum.

Ptolomæus.

Sol dominus vitæ.

Sol præterea eſt vitæ actioniſq; principium: vnde in omni genitura, emiſſorem vitæ, & annorum, dixerunt eſſe aſtronomi. Simile quiddam habetur met. 12. tex. com. 34. Primum (inquit) eſt melius: illud enim fuit cauſa, vt ſemper ſit ſecundum eandem diſpoſitionem conſimilem. Primum (inquit Auerroes) eſt perfectioris actionis, & melioris. Et iterum in eodem commento. Inter ſeptem planetas, ſol maiorem actionem habet; ideoq; antiqui vocauerunt iſtum Dominum vitæ. Homerus, ſolem magnum Iouem appellat, Iliados 2. & 12. met. com. 44. antiqui dant vitam Soli, Saturno verò res fixas. Sol autem videtur propter magnitudinem eius, & actionis eius in entibus, & propter hoc quod apparet, quòd motus aliarum erraticarum ordinantur ſecundum motum Solis, conſequitur ipſam habere motorem priorem omnibus erraticis. In 2 phyſ. ait, quod ſol & homo generant homines. Ex quo patet, Solem eſſe primò per ſe lucidum, à quo cætera, ſiue reliqua ſydera lumen accipiunt. Amplius, omnes ſtellæ regulantur à Sole, ſumuntq; ab illo fortitudinem, & debilitatem: nam lucanæ ſunt fortes, veſpertinæ verò imbecillæ: & de alijs quoq; ſimile haberi poteſt iudicium. Ex his ergo, atq; ſimilibus rationibus, aſtronomi, ſuæ opinionis ratiocinandi ſtudium acceperunt: quæ profectò ſententia multis admodũ grata fuit, & arriſit: vnde & hac noſtra tempeſtate, quamplurimi amplectendam eſſe putauerunt.

Homerus.

Sol eſt regula omnium.

Orbis ſtellarũ primò per ſe lucidus.

Verùm nonnulli, illud primum per ſe lucidum, orbem Stelliferum eſſe putauerunt: Quemadmodum (inquiunt) in animali, Cor eſt primum viuens, quia nimirum ab eo vita manat animantis: vita autem à calore procedit, calor verò à lumine, & motu: ſed hæc duo, primo mobili maximè inſunt, igitur eſt primũ tale. Sanè primo corpori, prima qualitas debetur: ſed prima qualitas eſt lux, & primum mobile, eſt orbis Stelliferus: lux ergo illi primò competit. Adde, quod primum alterans, primum lucidum, & primum mobilem, eſt, neceſſe eſt: alterat autem lumine & motu. Sed primum alterans, & primum mobile eſt cœlum ſtelliferum: ergo primum lucidum. Verùm huiuſmodi ſententiæ à Peripathetica philoſophia quàm longiſſimè abſunt: illa ſiquidem reputat totum aggregatum ex orbibus, vnum quodammodo eſſe animal, vnigenium, cuius partes ſpecie non differunt; ſed eiuſdem planè ſunt naturæ, ſecundum magis, & minus differentes, in accidentium tantummodo conditione, ſiue natura. Amplius, lucidum eſt à denſitudine partium, ſed nulla eſt cœli pars, quæ non ſit aliquantulum denſa; non enim datur ſummè denſum, ſicut

Totum cœlũ eſt eiuſdem naturæ.

nec ſum-

De partibus cœli ſi differant ſpecie.

nec ſummè rarum : omnes igitur ſunt, pro modulo ſcilicet, atq; denſitudinis qualitate lucidæ. Accedit ad hæc, quòd totum cœlum ſit diaphanum, igitur actu lucidum. Deniq; omne peruium cùm condenſatur, lucet : ſed omnes ſtellæ ſunt partes denſiores orbiū, igitur omnes lucent. Sol præterea, & ſi luminis præeminentia, non tamen motus velocitate, reliquis præſtat orbibus, non ergo Sol eſt primùm tale : Orbis quoq; ſtelliferus, & ſi præſtet motu, non tamen lumine; non ergo eſt primùm in hoc genere à quo alii orbes ſuum lumen recipiunt. hæc ſunt, quæ à quàmplurimis dici ſolent. Peripatheticorum verò ſententiam, veriorem, firmioremq; eſſe puto, vt potè veræ rationi magis conſentaneam. Quomodo ergo cœlum ſit natura lucidum diaphanum, aut igneum, ſecundum Anaxagoram, & Platonem, dixi ſatis.

Argumenta contraria.

CAP. II.

Poſſet aliquis contra prædicta ſic obiiciendo arguere : ſi totum cœlum, ſecun- 1.
dum Auerroem de ſubſtantia orbis lib. 2. & 2. de anima Comment. 69. eſt
diaphanum; igitur nō eſt totum lucidum, tenet conſequentia, lucidum enim
diaphanum dici non poteſt, ſed lucis potius receptiuum. Luna pratera, teſte
eodem 2. cœli Comm. 49. & 2. De ſubſtantia orbis, eſt obſcura; quia ſimi-
lis eſt naturæ terra : ab alio ergo illuminatur, ſiue lumen recipit : non ergo eſt natura lu-
cida Amplius, omnes ſtellæ recipiunt lumen à ſole, à ſeipſis ergo non habent lumen : re- 2.
cipiens nanq;, vt dicitur 3. de anima Comment. 4. & 2. Com. 67. denudatum debet eſſe
à natura recepti. Accedit ad hoc, quòd cœlum non ſit totum denſum, vt dicit Auerroes,
2. de ſubſtantia orbis, igitur non eſt totum luminoſum, denſitas enim eſt cauſa luminis :
Stella enim lucet, quia eſt denſior pars orbis. Minor autem patet : nam ſi totum cœlum
eſſet denſum, tunc profectò orbes inferiores eclipſarent ſuperiores, ſicuti vna ſtella ecli-
pſat aliam. Ergo quod prius. Iterum, quod eſt ſecundum ſe totum viſibile, non eſt totum 3.
ſecundum ſe lucidum; ſed huiuſmodi eſt cœlum, quod eſt ſecundum ſtellas tantùm viſi-
bile, igitur non eſt totum lucidum. Adde, quòd ſi cœlum ſecundum ſe totum eſſet lucidū,
tunc certè ſecundum ſe totum calefaceret : at, quaſdam inueniri ſtellas, quæ infrigidant,
Aſtronomini teſtantur, ergo &c. Accedit ad hæc, quòd ſi Luna recipiat lumen à ſole, vt
in eiuſdem eclipſi ſatis patet, aliiſq; lunæ figuris, & aliæ quoq; ſtellæ ſimiliter : 2. cœli
Comment. 49. Ex his ergo, atq; ſimilibus patet, totum lucidum cœlum non eſſe. Porrò ad Soluuntur argumenta.
huiuſmodi ex ſupradictis patet reſponſio. Ad primū quidem dico, totum cœlum eſſe dia-
phanum actu, & non potentia, ideóq; actu lucidum. Ad confirmationem reſpondeo, lu- 1.
nam recipere à ſole maius lumen, non quò luceat, cum ipſamet ſit lucida, ſed vnde vide-
atur : Eſt enim diaphana, & opaca, ſeu minus diaphana, circa partes circumferentiales
diaphana : circa verò centrales opaca, ſiue minus diaphana. Ad 2. concedo omnes ſtellas 2.
à ſole lumen recipere, quo ſcilicet magis luceant, & ſecundum huiuſmodi luminis gradū,
nudatas eſſe à lumine recipiendo : ex hoc autem non ſequitur, ex ſe natura lucidas non eſſe.
Ad confirmationem, negatur antecedens : cœlum enim ſecundum ſe eſt totum denſum :
non tamen æqualiter, ideóq; non eſt totum ſecundum ſe æqualiter lucidum. Ad 3. ſimili 3.
facilitate eſt reſpondendum, nempe cœlum ſecundum ſe totum eſſe viſibile non tamen æ-
qualiter. Ad confirmationem dico, omnes ſtellas lucem emittere, non autem calorem;
quoniam non omnis lux calefacit, niſi fuerit attritiua : Ad aliam confirmationem ſatis ſit
dictum. Ad alias quoq; rationes, quòd in vno quoq; genere ſit vnum primum, dixi, cœ-
lum non eſſe genus, nec eius partes ſpecie differre; ſed eſſe vnum numero animal in ſua Cœli partes ſpecie differre
ſpecie, in quo nihil eſt primum per ſe : licet bene aliquid magis tale. hoc autem modo Sol
dici poteſt principium vitæ, & regula cæterorum, hoc eſt, magis talis in illo genere. Sed
arguet

De partibus cœli ſi differũt ſpecie.

arguet aliquis contra prædicta: dicens, cœli partes eſſe inter ſe ſpecie differentes. Nam ſi omnes orbes eiuſdem eſſent ſpeciei; tunc profectò omnes eſſent corruptibiles, vt dicitur primò cœli. & Auerroes 12. Met. Com. 49. dicit, vnũ in ſpecie, & plura in numero, materiam habere: ſed cœlum materiam non habet: differt ergo ſpecie.

Alia argumẽta.

Amplius, in æternis, teſte Auerroe, primo cœli. Com. 4. vnum tantum eſt indiuiduum; quia pluralitas indiuiduorũ
1. *in eadem ſpecie, diminutionem arguit. idem 2. de anima 34. & 90. Com. primi de cœlo:*
2. *Omne (inquit) quod non eſt in materia, impoßibile eſt, vt inueniatur ex eo plus quàm vnum ens numero: ſed ſtellæ atq; orbes, ſecundum Auerroem, ſunt æterni: igitur, quodlibet eſt vnum tantum indiuiduum in ſpecie: atq; ita ab inuicem ſpecie diſtinguntur. Et reuera, quæ differunt numero, & conueniunt in ſpecie; ſunt in materia, 2. de ſubſtantia orbis, & 7. Metaphyſ. Comment. vigeſimo octauo. Sed orbes non ſunt in materia: ergo quod prius.*
3. *Iterum quorum loca ſpecie differunt: & locata ſimiliter: locus enim eſt forma, & perfectio locati, 4. phyſ. com. 23. ſed loca differunt ſpecie; quia ſcilicet diſtantiæ orbium à medio ſpecie diſtinguuntur: Igitur, & orbes. Adde, quod plus differt ſtella vnius orbis à ſtella alterius, quàm à ſtella eiuſdem: ſed ſtellæ eiuſdem orbis, numero differunt, vtpote virtute, & potentia: quemadmodum patet in ſtellis ſigniferi orbis apud Ptolomæum: ſtel-*
4. *læ igitur diuerſorum orbium ſpecie diſtinguũtur. Auicenna præterea ait: Stellas, ſiue orbes eiuſdẽ eſſe generis, ſpecie verò differre: Motus (inquit) differunt ſpecie: igitur & orbes: antecedens patet: motus enim diurnus, & motus vagarũ ſpecie diſſonant, ſeu diſtinguũ-*
5. *tur: ſunt enim à terminis contrarijs in contrarios ſupra diuerſos polos. Ad hæc accedit; quia centra orbium differunt ſpecie, maximè ſi fuerint eccentrici, & epicycli. Item Ptolomæus, ſtellis virtutes ſpecie differentes conceßit: vtpote ſexus, & conditiones diuerſas, lumina, terminationes, ſiue temperationes, aut complexiones. Algazel quoq; non modò orbes, verùm etiam eorundem motores, ſpecie differre aſſerit, genere autem conuenire: destructio deſtructionum lib. diſputatione ſeptima, in dubio quinto oſtendit. Auicenna præterea, vult Ariſtotelem 2. cœli tex. com. 49. exemplariter, non autem demonſtratiuè fuiſſe locutum: vbi ait, quia luna non mouetur motu conuerſionis, eò quòd facies ipſius ſemper ſpectetur: igitur nulla ſtella hoc modo mouetur: quia nimirum eiuſdem ſunt ſpeciei.*

Solutio argumentorum.

Hæc igitur atq; ſimilia ſunt argumenta, quibus oſtenditur, partes cœli ſpecie eſſe diſtinctas. Ceterùm ſecundum Auerrois ſententiam, ad huiuſmodi obiectiones facilè eſt reſpondere, quadam prius diuiſione præmiſſa, hac videlicet, Genus & ſpecies, atq; indiuiduum bifariam accipi, prædicamentaliter ſcilicet, & tranſcendenter. Porrò, quæcunq; ſub eodem genere, ſpecie, ſiue indiuiduo prædicamentali conueniunt; ea planè corruptioni obnoxia ſunt, vtpote compoſita ex materia & forma: huius autem cauſa eſt, quòd genus pro potentiali ponitur: omne autem potentiale, eſt tandem propter materiam. Differentia verò

Eſſe in genere prædicamentaliter.

ab actuali ſumitur: omne autem actuale eſt forma: propterea in accidentibus album eſt in genere, non autem albedo: componitur enim ex actuali, & potentiali. Hoc ergo modo, orbes, ſiue ſtellæ, nullam inter ſe generis, ſpeciei, ſiue numeri conuenientiam, ſiue differentiam habere poſſunt, cùm corruptioni minimè ſubiaceant. Rectè ergo Auicenna à commentatore reprehenditur. volebat enim Auicenna, orbes eſſe indiuidua, ſpecie differentia, ac genere prædicamentali conuenientia. Si (inquit) ita res ſe haberet, tunc orbes eſſent compoſiti ex materia & forma, atq; generabiles, & corruptibiles: atq; ita aliquod corpus prius cœlo inueniretur 2. cœl. com. 48. & ſic orbes non eſſent prima corpora.

Auerrois rationes contrà Auicennam.

Ratio autem Auerrois congruit compoſitis ex genere, & differentia, ſiue ex materia, & forma prædicamentali. Et re vera, ſi generatio vnius eſt corruptio alterius: Si orbes ſunt corruptibiles, ex aliquo priori corpore fuerunt producti: omne enim quod generatur, extrahitur de potentia materiæ virtute corporei agentis: omne autem extrahens, eſt corpus. 7. met. Com. 31.

Eſſe idẽ tranſcendenter.

Alio modo, aliqua dicuntur differre genere, vel ſpecie tranſcendenter, hoc eſt æquiuocè: quo planè modo vtimur, quando dicimus in æternis vnum indiuiduum eſſe tantũ in ſpecie. vnde Auerroes 10. Metaphyſ. ait, æternis & corruptibilibus nihil eſſe commune vniuo-

 Si partes cœli differāt ſpecie.

ne vniuocum Porrò, ad hunc modum ſtellas, & orbes diſtingui partialiter, non autem to-
taliter, nullum inde ſequitur abſurdum, Siquidem totū cœlum, eſt vnum numero animal
magnum, cuius orbes, & ſtellæ, complexione, id eſt, virtute differunt: vnuſquiſq; enim eo-
rum (teſte Ptolomæo in operationibus) proprio ac peculiari motu à ſua forma mouetur. Cæ- æquiuocè, nō
terùm, quemadmodum omnes operationes hominis ad vnam primam eiuſdem formam re- vniuocè conueniunt.
ducuntur; ita planè omnes orbes ad primum orbem, à quo omnes mouentur, & quem o-
mnes intendunt. Et ad primam formam, nempè ad primum motorem, qui eſt vniuerſi
prima forma, orbium verò, ſecundum prius & poſterius, ſic loquitur Auer. cœli Com. 49.
Debemus (inquit) intelligere ea eſſe conuenientia in ſpecie ſecundum prius & poſterius,
non autem ſecundum vniuocationem, hoc eſt, æqualiter: diuerſitas namq; motuum, non
facit diuerſitatem formarum ſpecificarum: ex modo enim diuerſitatis animalis in parte
dextra, & ſiniſtra, proficiſcitur. Certum eſt autem huiuſmodi diuerſitates, in eadem a-
nimalis ſpecie inueniri: in homine ſcilicet. Et eſt ſenſus. Vnū eſſe cœlici animalis primum Diuerſa cen-
motum, nempè diurnum, qui per ſe eſt omnium primus, cæteri verò ſunt partiales: Sicuti tra, & vnum
in homine eſt motus, à quo non fit totalis ſpecifica differentia: ſunt enim compoſsibiles centrum.
non modò in vna ſpecie, verùmetiam in vno indiuiduo: quandoquidem non faciant ſpeci-
ficam, ſed partialem differentiam. Eodem modo dici poteſt, orbes moueri circa diuerſa
centra, & circa vnum ſecundum motum communem, qui primò omnibus competit: nam
cæteri motus circa diuerſa centra, non totalem, ſed partialem faciunt differentiam. His Reſponſio ad
ita excuſsis, facilis eſt via ad argumenta reſpondendi. Et ad primū quidem dico, illam ra- primum.
tionem valere in rebus eiuſdem ſpeciei prædicamentalis: cuiuſmodi non ſunt ſydera, & 1.
corpora cœleſtia. Ad 2. ſimiliter reſpondeo, in æternis eſſe vnum animal cœlicum, quod 2.
eſt vnum indiuiduum: reliquos verò orbes ſe habere inſtar membrorum reſpectu anima-
lis; quæ non totaliter, ſed partialiter diſtinguuntur. Ad 3. concedo orbes differre ſpecie 3.
partialiter, propter locorum differentiam partialium: verùm quia in vnum locum com-
munem conueniunt, qui eſt locus totius; hac de cauſa, eiuſdem ſunt ſpeciei. Ad confirma-
tionem patet ſolutio: ſtella enim vnius orbis, & pars non ſtellata, non differunt ſpecie, ſed
ſecundum magis, & minus. Ad 4. dico cum Auerroe, vnum eſſe tantùm motum primū, 4.
nempè diurnum, cæteros verò eſſe partiales, qui ſpecie non diſtinguuntur: differentia e-
nim motuū non facit ſpecificam differentiam: nam & in vno animali numero, ſunt motus
diuerſi, à quibus tamen non fit ſpecifica differentia. Ad aliam dico, ipſum cœlum eſſe
concentricum terræ, tametſi membra ſint eccentrica: talis enim eccentricitas, non eſt cau-
ſa differentiæ ſpecificæ, niſi primò eſſe totius, ſicut de motibus dictū eſt. Ad 5. ſimiliter 5.
patet, quid ſit dicendum, ad Ptolomæum Algazelem. &c. ſtellæ nunquam differunt
viribus, ſiue virtutibus partialibus, non autem totalibus; quæ profectò totalem ſpecificā
differentiam facere non poſſunt. Quomodo ergo corpora cœleſtia eiuſdem ſint ſpeciei,
& in accidentibus diſtinguantur, quæ ſpecificam differentiam conſtituere nequeunt: di- Obiectio.
ximus. Dices, pars ſtellata differt à non ſtellata, etiam ſpecie: vt potè raritate, & denſi-
tate, luce, & tenebra; quæ oſtendunt ſpecificam differentiam naturarum. Dico, ſicut ſæ-
pius dixi, non differre ſpecificia differentia, ſed ſecundum magis & minus in eadem
ſpecie. Sed tempus eſt redeundi ad noſtrum Triſmegiſtum.

MERCVRIVS.

Cumq; indiſtincta, atq; indigeſta prius cuncta fuiſſent, leuia poſtmodum in excelſam regionem prouolarunt, grauia ſub arena humida reſederunt. Diſtinctis enim libratiſq; rebus, quæ igneo ſpiritu vehebantur; emicuit cœlum ſeptem in circulos.

D Commen-

mento.

Commentum IIII.

Textus expoſitio. POſt luminis ſplendoriſque ſancti ortum, conditionem, naturamq́; oſtenſam, reliqua diuinæ potentiæ opera, quæ in illo rerum primordio confecta ſunt, ſapientißimus Mercurius mirificè deſcribit. Cumq́; (inquit) eſſent cuncta indigeſta, *hoc eſt, ornatus pulchritudine vacua,* & indiſtincta, *non quin formæ ſubſtantialis naturam diſtinctam non haberent, ſed potius indiſtinctionem, quoad accidentalem ornatum illorum oſtendit:* leuia poſtmodũ in excelſam regionẽ prouolarunt, *nempè ſuapte natura, æquè, ac ſi alarũ remigio vſa fuiſſent, loca, ſuis naturæ qualitatibus apta, atq; accommoda petierunt, vt pote, corpora cœleſtia ſublimiorem; ignis, aër, & aqua, paulò inferiorem; terra poſtmodum, vt rudis, & indigeſta moles, infimam regionem occupauit.* Sub arena (*inquit*) *hoc eſt, extremum quid, & vile illius confuſionis membrum, terra reputatur. Reſedit in centro mundi, vbi propriũ ſuæ naturæ obtinet locum. Sic autem diſtinctis, libratiſq́; rebus, vt vnumquodq; proprio pondere ſe tueri poſſet; idq́; virtute ignei artificis,* cœlum emicuit in ſeptem circulos: *Apparuit vtiq; orbis ſtelliferus, cũ ſeptem Planetarum orbibus. Hæc eſt Mercurij mira, atq; abſcondita Philoſophia, quam à Moſe accepiſſe videtur: à quo opus ſecun-
Fiat firmamentum. dæ diei, hoc modo deſcribitur: Fiat firmamentum &c. Cuius profectò cognitio, ſiue ratio multiplex eſt apud antiquos: quidam enim pro firmamento, cœlum ſydereum, ſiue ſtelliferum acceperunt, quod ex elementis compoſitum eſſe putauit Empedocles. Vnde illud ſo-
Empedocles. lutum iri non credidit, ex eo, quod in illius compoſitione lis non eſſet, ſed amicitia tan-
Plato. tùm. Plato autem dixit, firmamentum non ex quatuor conſtare elementis, ſed inſtar quaſi elementi ſimplicis ſe habere. Ariſtoteles cenſuit firmamentum, quintum corpus eſſe ap-
Ariſtoteles. pellandum. Itaq; ſecundum Platonis ſententiam, non eſt rationi conſentaneum, aſſerere, cœlum ſecunda die fuiſſe conditum, multò autem minus ad mentem Philoſophi: corpora ſiquidem ſimplicia in ſuis formis ſubſtantialibus prima die producta ſunt: licet hoc admittere poſſit opinio Empedoclis: Siquidem ad creationis opus attinet, ipſam producere elementorum ſubſtantiam. Verùm dici poteſt, ſecundum ſuam ſubſtantiam, die ſecunda,
Firmamentũ. factum 2. die. firmamentum fuiſſe productum, quatenus iſtis diebus deſignatur temporis ſucceſſio. Quoniam autem cœlum natura incorruptibile, materiam habet, quæ alterius fugit conſortiũ formæ; proinde ex materia priùs tempore exiſtente, cœlum creatum fuiſſe, pro impoſſibili habetur. Secundum ergo illas duas opiniones, ſubſtantiæ firmamenti productio, ad opus attinet creationis: aliqua autem eiuſdem formatio ad opus diei ſecundæ. At ſi non temporis ſucceſſio, ſed ordo naturæ his diebus deſignetur; nihil prohibet, quocunq; modo firmamenti creatio intelligatur. Cæterùm, hac de cauſa ſeptuaginta interpretes cœlum,
Quare cœlum dicatur firmamentum. Steôrema, hoc eſt, firmamentum nuncuparunt; quòd ſolidum, atq; ſtabile ſit in ſuo ſitu, quem accepit à Deo. Similis dicendi modus inuenitur Pſal. 92. Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur. Vt igitur terram ſtabilitam à Deo eſſe dixerunt; idem planè ſentiunt de cœlo: cùm ſoliditatem aut firmamentum ipſum appellant. Homerus in ſuis ra-
Homerus. pſodiis, æreum cœlũ appellat: ſimiliter & Iob, vocat cœlos æreos: Idq́; ob illorum duriti-
Iob 37. cap. em, atq; ſoliditatem. Theodoritus, qui cœlum ex aquis conflatum voluit, atq; ex his duriſ-
Theodoritus. ſimè coaluiſſe, ſic loquitur: Quoniam inquit, cœlum ex fluxa aquarum natura conſtitit, & quæ prius liquabilis eſſet natura, ſolidiſſima eſt effecta, ea de cauſa, firmamentum eſt. Gennandius quoq; Firmamentum inquit, ex ipſius rei opificio, ipſum appellauit, eò quòd
Gennandius. cùm prius lenta, fluxa, ſolubiliſq; natura eſſet, ſolidam minimeq́; mobilem conſtipatio-
Plato. nem accepit. Plato etiam in legibus; Aſtrologiam verſari dicit circa ſolidi motum, per
Damaſcius. ſolidum, cœlum intelligens. Damaſcius, firmamentorum catenam, empyreum nomina-
Pſellus. uit: Sed hæc ex Chaldaicis Zoroaſtreorum oraculis ſumpta ſunt: vnde Pſellus de ſummo

Deo ait:

Deo ait: quòd ſeptem conglobauerit firmamenta mundi. Ariſtoteles quoque primo Meteororum, cœlum, ſolidum nominat, ſcribens à ſolidi motu ſcindi áerem per corpus ſolidum, ſolem intelligens. Cuius ſententiam explicans Alexander, ſic inquit: Cùm dixerit Ariſtoteles corporis ſolidi motum maximè diſcindere áerem, videtur aſſerere, & ſolis, & reliquorum aſtrorum corpus eſſe ſolidum, & perſpicuum. Hebraicè appellatur Rachia, i. porrectio, ac dilatio: ſic enim loqui conſueuit ſcriptura: vt cùm elementa diffuſa ſint, ac longiſſimè porrecta, dicat Deum ea effudiſſe, atq; porrexiſſe. Ideò Dauid C 2. Pſal. ait: Qui extendit cœlum, ſicut pellem. Et Iſaias cap. 42. qui extendit terram, & germina eius. Tota itaq; cœli porrectio, ac quaſi effuſio, Hebraicè appellatur Rachia, quæ profectò vox propriè firmamentum non ſonat. Poteſt ergo illa extenſio, ſiue effuſio intelligi, quidquid eſt corporum ſimplicium, inter primum mobile, & elementum aquæ, quod prius abyſſum appellauit, vt ea intelligatur ſecunda die certum ſitum occupaſſe. Vnde ſicut opus primæ diei deſcribitur illuminatio abyſſi .i. vniuerſi corporis diaphani; ita opus ſecundæ diei, intelligitur certus ſitus corporum ſimplicium, quæ interpoſita ſunt inter cœlum & aquam; vt per huiuſmodi ſitum, expanſionemq; inferior mundus coniungatur ſuperiori. Itaq; vox hebræa, quæ ſignificat expanſionem, extenſionem, & diductionem, ſpacium indicat; quòd à primo mobili, vſq; ad aquas extenditur. Hanc autem extenſionẽ, Mercurij verba manifeſtant: leuia *(inquit)*in excelſam regionem euolarunt, & grauia ſub arena *.i. ſub aquis* reſederunt. *Moſes quoq; in opere quartæ diei, ait Deum feciſſe luminaria, eaq; poſuiſſe in firmamẽto .i. in ſuperiori parte illius ſpacii. In quinto autem die iubentur reptilia produci ſub firmamento, hoc eſt, ſub inferiori parte ſpacii eiuſdem. Et reuera, ſi illud firmamentum diuidit aquas ab aquis: omne autem ſeparans vnum ab alio, ſua extremitate, vtrumq; contingere debet: illud ergo ſpacium, quo aquæ ſuperiores ab inferioribus ſeparantur, intelligi neceſſe eſt: alioquin qua ratione firmamentum dicitur diuidere aquas ab aquis; eadem etiã aquas ab igne, & cæteris elementis. Cœli igitur primò creati ſunt, tamquam pelles inuolutæ, & poſtea iuſſi ſunt ſe extendere per modum pellis, ſiue cortinæ inuolutæ, à primo mobili vſq; ad elementum aquæ. His accedit & ipſa ratio naturalis: Nam, vt dicitur 2. meteor. oportet hunc mundum ſuperioribus oblationibus eſſe contiguum; vt omnis eius virtus inde gubernetur: & hoc eſt, quòd illa abyſſus ſeſe extenderit ad certam quantitatem, vt ſit continuitas corporum, vſque ad corpora cœleſtia, quæ influere poſſet in hæc inferiora; quod, niſi eſſent contigua, fieri non poſſet: ergo quod dictum eſt à Moſe, fiat firmamentum, & diuidat aquas ab aquis, ſic eſt intelligendum: Abyſſus illa inuoluta extendat ſe à primò mobili vſq; ad elementum aquæ. Primum autem mobile, rectè appellatur aqua ſiue aquæ, propter eiuſdem diaphaneitatem, vt dicunt Hebræi: Hanc puto, ex omnibus præſtantiorem eſſe ſententiam. Quidam dixerunt, aquas proprii nominis in cœlo inueniri, & diuina ibi virtute conſiſtere: quod profectò Auguſtino nõ placet lib. 2 de Geneſi ad lit. cap. 1. Quidquid, inquit, à Moſe primo cap. Gene. ſcribitur, ita eſt accipiendum, vt ordini, & naturæ rerum nihil ſit repugnans, neq; eſt ad aliquod miraculum confugiendum. Origenes, vt latius declaratur in epiſtola Epiphanij ad Ioannem Ieroſolimitanum, putauit per aquas intelligi naturam angelicam, cuius duplicem ponebat ordinem: alterum angelorum, qui ſunt ſuprà firmamentum, de quibus dicitur, Benedicite aquæ quæ ſuper cœlos ſunt: alterum malignorum ſpirituum, qui in hoc áere verſantur. Porrò hæc Origenis ſententia non probatur Baſilio hom. 3. in Hexameron. Si propterea (inquit) opus eſſet dicere aquas, quæ ſuprà cœlos ſunt, rationales creaturas eſſe, eò quòd iubentur benedicere Deo; oportebit quoq; dicere, quòd ros, & pruina, ſint creaturæ rationales: ipſis quoq; præcipitur, vt Deum benedicant. Elucidat præterea, quid nomine firmamenti Moſes intellexerit. Scriptura inquit, quod per robuſtum eſt, neq; cedit, id omne firmamentum dicere conſueuit: vt eſt illud: Dominus firmamẽtum meum &c. & illud: Ego confirmaui columnas eius. Igitur & hîc etiam pro quadam firma ſolidaq; natura, ad detinendas aquas, quæ ſuaptè natura dilabuntur, per*

Ariſtoteles. Alexander. Amoſidæus. Hebræi. Dauid. Iſaias. Propria opinio. Extenſio. Textus Mercurij. Cœlum ſicut pellis. Diuidat aquas ab aquis. Auguſtinus. Origenes. Baſilius. Firmamentũ quid ſignificet.

facileq́; diſſoluuntur: hanc à ſcriptura vocem ordinatam eſſe arbitramur. Poſuit autem Baſilius aquas veras eſſe ſuper firmamentum ad temperandum cœlos, ne nimio motus ardore vrerent hæc inferiora.

Ambroſius. Ambroſius lib. hexameron 2. cap. 4. Fiat, inquit, firmamentum intermedium aquæ, ſuprà cœlum, hic firmamentum vocauit: vnde Dauid: Cœli enarrant gloriam Dei, & operá manuum ſuarum annunciat firmamentum. Et videtur mihi nomen cœlorum commune eſſe, quia plurimos cœlos ſcriptura teſtificatur: nomen autem eſſe ſpeciale firmamentum: Et vocauit, inquit, firmamentum cœlum; vt videatur ſuprà

Firmamentū. generaliter dixiſſe in principio cœlum factum, vt omnem cœleſtis creaturæ fabricam comprehenderet; hic autem ſpecialem firmamenti huius exterioris ſoliditatem, quod dicitur cœli firmamentum Danielis 3. Benedictus es in firmamento cœli. A firmitate ergo, firmamentum eſt nuncupatum, vel quòd diuina virtute firmatum ſit, ſicut ſcriptu-

Aqua. ra dicit: Laudate eum in firmamento virtutis eius. & cap. 3. Audio firmamentum fieri per præceptum, quo diuideretur aqua, & ab inferiore ſuperior diſcerneretur. Sermo Dei virtus naturæ, & diuturnitatis ſubſtantia. An non videtur tibi author idoneus, qui legem ſuo operi daret? Non mireris ergo, ſi ſupra fundamentum cœli, Dei virtute potuit vnda ſuſpendi. Itaq́;, & in principio conditum cœlum Deo authore, ſcriptura expreſſit, & operationis poſtmodum qualitatem, quæ per ipſius concurrentium rerum digeſta ſit ſpe-

Chryſoſtomus. cies, deſcribit. Hoc idem Chryſoſtomus in Geneſim homel. 4. & 5. ſentire videtur: Primò (inquit) Moſes ſummariè dixit, quid Deus fecerit, poſtea partes explicauit, vnde idem

Beda. eſt cœlum & firmamentum. Secundum verò Bedam & Strabum, primò die factum eſt cœlum empyreum: ſecunda verò cœlum ſydereum, quod firmamentum vocatur. Secundū

Damaſcenus. Damaſcenum, cœlum quod legitur prima die factum, eſt quoddam cœlum ſphericum ſine ſtellis, hoc eſt primum mobile, quod mouetur motu diurno: firmamentum autem eſt cœlum ſydereum, quod ſecunda die eſt conditum. Nonnulli arbitrantur, firmamentum eſſe illam partem áeris, in qua nubes condenſantur, & pluuiæ generantur: conſtat enim conſuetudine ſcripturarum, inferiorem partem áeris, terræ vicinam, cœlum interdum voca-

Probabilis opinio. ri. Sed iſtorū ſententia, veritati minimè congruit: quippè cùm quarto die ſtellæ in firmamento poſitæ fuerint. Alij putant, aquas, quæ ſunt ſuprà firmamentū, eſſe cœlum Cryſtallinum, quod propter eius diaphaneitatem, aqueum vocatur, ac ſub illo firmamentum contineri, quòd orbem ſtelliferum ſimul quoq́; & alios ſeptem planetarum orbes complectitur; & illud eſſe medium inter aquas ſuperiores, & inferiores, hoc eſt, inter cœlum

Cœlum Cryſtallinum. Cryſtallinum, & elementa, quæ nomine aquarum deſignantur. Et fecit Deus firmamentum, non quidem ſecundum formam ſubſtantialem, cùm illam à principio ſuæ creationis accepiſſet; ſed ſecundum aliquam ipſius firmamenti qualitatem, quæ à rabbi Salomone,

Iob. illius ſoliditas vocatur: iuxta illud Iob 37. Tu (inquit) forſitan cum eo fabricatus es cœlos, qui ſolidiſſimi, quaſi ære fuſi ſunt. huius quoq́; rei cauſa, ipſum cœlum vocatum eſt firmamentum, à firmitate ſic dictum. Fieri igitur aliquid hoc modo, æquè eſt, ac ſi diceret: Firmamentum, nouam aliquam ornatus diſpoſitionem, qualitatemq́; ſecunda diuinæ operationis diei accepiſſe. Alioquin ſi velis contendere, ſecundum formam illius ſubſtantialem fuiſſe conditum, in magnam vtiq́; abſurditatem te oportebit incidere: nempè, vt dicas, prius ſolem, quàm orbem ſtelliferum fuiſſe conditum: Prima die n. lux facta eſt, quam dixi lucem extitiſſe ſolarem. Sed id planè euertit optimæ naturæ ordinem, ſapientiſſimiq́; omnium opificis potentiam, ſapientiamq́; confundit. Ne ergo tibi in hanc abſur-

Quare Deus non dixit de 2. die quòd eſſet bonum. ditatis ſoueam ſit incidendum, proximè prædictam tuère ſententiam. Annotat D. Hieronymus in libro contra Iouinianum, non dici de ſecunda die, bonum Deo viſum eſſe, quia numerus binarius infauſtus ſit, à quo vnitas primum diſcerpatur, quod cauſa corruptio-

Hieronymus. nis eſt. Probatur omnibus propemodum Platonicis, Damaſcio præſertim, Platonicæ fa-

Rebbi Salomon. miliæ nobiliſſimo. Rabbi Salomon, aliter intellexit, cuius verba ſic ſe habent: Quare (inquit) non dicitur de ſecundæ diei opere: & vidit: quia nondum opus aquarum, niſi tertia die perfectum eſt: quamobrem negauit eſſe bonum, eò quòd eſſet imperfectum: verùm

Si cœlum ſit graue.

rum D. Hieronymi ſententia, rationi, veræq; philoſophiæ magis eſt conſentanea. Itaq; ſecundum ſeptuaginta interpretum æditionem, firmamentum diuidit inter aquas, & aquas, i. orbis ſtelliferus, diuidit cum ſeptem aliis orbibus, inter cœlum Cryſtallinum, & informem tunc elementorum congeriem, quæ aqua vocata eſt, propter eas, quas ſupra diximus, rationes.

Qvaestio I. Cap. I.

D. Auguſtini doctrina de opere ſecundæ diei.

Multa ſubtiliter, ac ſapienter dicta ſunt à D. Auguſtino lib. 2. de Geneſi ad literam cap. 1 & ſequentibus: quæ profectò alijs ſanctorum ſententijs inſerenda eſſe iudicaui: & non temerè quidem dixit Deus: Fiat firmamentum. 2. Multi (inquit) aſſerunt iſtarum aquarũ naturam ſuper ſydereum cœlum eſſe non poſſe; quòd ſic habeant ordinatum pondus ſuum, vt vel ſuper terram fluitent, vel in aëre terris proximo ferantur vaporaliter. Nec quiſquam iſtos debet ita refellere, vt dicat ſecundum omnipotentiam Dei, cui cuncta poſſibilia ſunt, oportere nos credere, aquas tam graues, cœleſti corpori in quo ſunt ſydera ſuperfuſas. Nunc enim quemadmodum Deus inſtituerit naturas rerum, ſecundum ſcripturas eius; ſic nobis conuenit quærere, non quid in eis; vel ex eis ad miraculum potentiæ ſuæ velit operari. Nunc autem quærimus, vtrum conditor rerum, qui omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuit, non vnum locum ponderi aquarum proprium circa terram tribuerit, ſed & ſuper cœlum, quod vltra limitem aëris circumfuſum ac ſolidatum eſt: Quod qui negant eſſe credendum, de ponderibus elementorum argumentantur: non enim tantùm locis, ſed etiam qualitatibus elementa diſtinguuntur; vt pro qualitatibus proprijs, etiam loca propria ſortirentur. Aquæ autem locus proprius eſt terra; non illud cœlum igneum, cùm illic aër multò aquis leuior manere non poſſit. Quidam, hunc aërem cœlum appellari voluit, non ſolum ſermone communi, ſed etiam noſtrarum ipſarum conſuetudine ſcripturarum: vnde & volatilia cœli appellantur, cùm aues in hoc aëre manifeſtum ſit volare. Hunc autem aërem, firmamentum appellauit, quia interuallum eius eſt inter quoſdam vapores aquarum & iſtas aquas, quæ corpulentius in terris fluitant. Hanc ergo diligentiam conſiderationemq; laude digniſſimam iudico: quod enim dixit, neq; contra fidem eſt, & in promptu poſito documento credi poteſt. Quidam hæc negantes, aquas eſſe poſſe ſuper cœlum ſydereum, de ipſorum ſyderum qualitatibus, conuincere moliuntur. Aſſerunt nanq; ſtellam, quam Saturni appellant eſſe frigidiſſimam, eamq; per annos triginta ſigniferum peragere circulum, eò quòd ſuperiore ac per hoc ampliore ambitu graditur. Porrò eam frigidam facit aquarum ſuper cœlum conſtitutarum illa vicinitas. Verùm quoquo modo quales libet aquæ ibi ſint, eſſe eas ibi minimè dubitemus: maior eſt quippe ſcripturæ huius authoritas, quàm omnis humani ingenij capacitas. Hæc quidem Auguſtinus. Et in opere imperfecto cap. 8. Et quoniam inquit, cœlum firmamentum vocauit, non abſurdè intelligitur quidquid infra cœlum æthereum eſt, in quo pacata atq; firmata ſunt omnia, mutabilius eſſe & diſſolubilius. Quod genus corporalis materiæ ante acceptam ſpeciem, diſtinctionemque formarum, aqua firmamentum vocatum eſt. Super hanc aquam ferebatur ſpiritus domini, hoc eſt, ſuper ipſam mundi materiam. hæc autem hoc loco, firmamento interpoſito diſcreta credenda eſt, vt inferior ſit materia corporalis, ſuperior animalis: hoc enim firmamentum dicit, quod cœlum poſtea vocauit Et libro primo de Geneſi contra Manichæos cap. 11. Quoniam inquit, materiam illam dicebamus nomine aquæ appellatam, credo ſub firmamento cœli, materiam corporalem rerum viſibilium, ab illa incorporali rerum inuiſibilium fuiſſe diſcretam. Imitari videtur Auguſtinus hebraicam veritatem, quam paulò antè recitans, commendauit. Annotat diuus Auguſtinus cap. 8. 2. lib. de Geneſi, quid ſibi

Aquæ ſunt ſuper cœlum.

Aer pro firmamento.

Saturnus quare frigidus.

Cœlum pro firmamento.

Firmamentũ id eſt extenſio

Si cœlum ſit graue.

velit illa repetitio: Et fecit deus firmamentum: cur ergo non dixit, & fecit Deus lucem?

Lux pro natura angelica.

Quia inquit in illa natura intelliguntur omnes angeli ſancti, atq; virtutes, & propterea non repetiuit factum, poſteaquàm dixit: Facta eſt lux: quia non primò cognouit rationalis creatura conformationem ſuam, ac deinde formata eſt: ſed in ipſa ſua conformatione cognouit, hoc eſt, illuſtratione veritatis, ad quam conuerſa formata eſt. Cætera verò, quæ infrà ſunt, ita creantur, vt prius fiant in cognitione rationalis creaturæ, ac deinde in genere ſuo.

Lucis, & firmamenti differentia.

Quapropter lucis conditio prius eſt in verbo Dei ſecundum rationem, qua condita eſt, hoc eſt, in coæterna patris ſapientia: ac deinde in ipſa lucis conditione, ſecundum naturam, qua condita eſt: illic non facta ſed genita; hic verò facta, quia ex informitate formata: & ideò dixit Deus, Fiat lux, & facta eſt lux; vt quod ibi erat in verbo, hic eſſet in opere. Conditio verò cœli prius erat in verbo Dei ſecundum genitam ſapientiam, deinde facta eſt in creatura ſpirituali, hoc eſt, in cognitione angelorum, ſecundum creatam in illis ſapientiam: deinde cœlum factum, vt eſſet etiam ipſa cœli creatura in ipſo genere proprio. Cùm ergo hæc ita ſe habeant, non temerè quis dubitabit, ſi cœlum quoad vocatur firmamentum, ob

Vtrum cœlũ ſit graue, vel leue.

eiuſdem firmitatem, ſoliditatem, atq; duritiem, omne autem tale, eſt graue, aut leue; num cœlum ſit natura graue: quod profectò philoſopho non placet, prim. cœl. tex. Com. 19. Quum inquit, ad idem totum, & pars ſecundum naturam feratur, veluti tota terra, & parua gleba, euenit primò, vt ipſum quidem neq; leuitatem, neq; grauitatem habeat vllam:

Ariſtot.

nam aut ad medium, aut è medio ſuapte naturæ ferretur. Deinde fieri nequit, vt ipſum moueatur aut ſurſum, aut deorſum detractum: quippè cùm motu alio moueri non poſſit, neq; ſecundum naturam, neq; præter naturam, neq; ipſum, neq; partium aliqua; eadem ſi-

Plato.

quidem ratio eſt de parte, & de toto. Et tex. Com. 17. vt recitat commentator, Platonis explodit ſententiam, aſſerentis omne corpus eſſe graue, vel leue, nec medium aliquod inueniri: Datur, inquit, corpus, quod non eſt graue, neq; leue. Quod planè non eſt intelligendum, vt ſimplex priuatio: veluti ſi quis dixerit, quòd lapis non ſit cœcus, neq; videns: ſed affirmationis vim obtineat ſermo, neceſſe eſt. Exempli gratia, inter cœcum & videns, datur me-

Auerro.

dium per negationem, vtpotè lapis, qui non eſt cœcus, neq; videns: Non datur tamen aliquod animal, quin ſit alterum ipſorum. Cùm ergo corpus cœleſte, non ſit naturæ, vt grauis aut leuis rationem ſubeat; non eſt neceſſe alterum illorum eſſe. Apud antiquos, vna propemodum ſententia fuit ab omnibus ferè obſeruata, quia aſſerebant, cœlum eſſe graue, nõ ruere autem, ob perpetuum illius motum, quo ſemper agitur: vnde ab Athlante ſuſtentari, fabulantur poëtæ: ſicuti docet philoſophus 2. cœl tex. 4. Quamobrem inquit, neq; putandum eſt ipſum ita ſe habere, iuxta veterum fabulam, qui ad ipſius ſubſidiũ egere Ath-

Athlantis fabula.

lante ipſo ferunt. Hi nanq;, qui hanc protulerunt ſententiam, idem quod poſteri viſi ſunt ſentire. Suppoſuêre enim cœlo ipſi, fabuloſæ animæ neceſſitatem, ceu corporibus his terraceis, quæ ſurſum ſunt, ac pondus habent. Hoc igitur, hoc pacto exiſtimandum non eſt. Ce-

Ariſtot.

terùm Athlantis fabula allegoricè intellecta, ſenſum habet rectæ veræq; philoſophiæ ſatis accommodum; quemadmodum in lib. de cauſa motuum animalis, philoſophus ſentire videtur. Athlantis, inquit, pedes in terra poſiti ſunt: quia nimirum centrum eſt punctum, circa quod voluitur cœlum: & per quod tranſit diameter mundi ad ortum, & ad occaſum. Humeros habuiſſe ſe fertur: quatenus ſcilicet illæ partes, ſunt dextrum & ſiniſtrum

Iuniorum opinio.

cœli: caput autem ad meridiem, eò quòd ſit cœli ſurſum. Porrò iuniorum interpretum ſententia fuit, hac de cauſa de Athlante illa à Poëtis confictа fuiſſe, quò mirificam Athlantis aſtrorum ſcientiam omnibus propemodum mortalibus teſtimonij cœleſtis authoritate, notam redderent: nam ita hac aſtrorum peritia, mortales omnes facilè ſuperauit, vt

Homo cœlum ſuſtentans.

quaſi cœlum .i. illius ſcientiæ dignitatem, authoritatemq; ſuſtentare videatur. Com. 13. ſecundi de cœlo, Commentator hominis cœlum ſuſtentantis, fabulam elucidat. Illi inquit, opus eſt, vt ad meridionalem polum, caput habeat, pedes verò ad ſeptentrionalem, dextrum ad ortum, & ſiniſtrum ad occaſum, pectus ad culmen cœli, dorſum ad imum, quod eſt ſub terra. Aliter inquit, non eſſet motus cœli ab ortu in occaſum per meridiem ſuper duos polos: quod

cœlum incorruptibile.

los: quod profectò rationi aduerſatur: pars enim culminis cœli, quæ eſt ſuper terram, eſt
præſtantior, ideoq; prior in motu ſit, neceſſe eſt, quàm ea, quæ ſub terra conditur. Amplius,
ortus ſui nobilitate occaſum ſuperat: ab ortu ergo verſus culmen diei, incipere debuit.
Hæc igitur & ſimilia dicuntur, per quandam methaphoram, qua, & cœli motus, & illius
naturæ conditio nobis innoteſceret: non quia cœlum graue ſit & leue, cuiuſmodi ſunt elementa.
Tex. 6 Secundi de cœlo arguit contra Platonem. Præterea inquit, nec ab anima,

Ratio philoſophi contra Platonem.

quæ perpetuò ipſum manere cogat, conſentaneum eſt rationi: nam talis animæ vita nequaquam
ſine triſtitia beata eſſe poterit. Et eſt ſenſus: ſi cœlum ſuſtinetur ab anima violenter,
duo ſequerentur abſurda. alterum, quod cœli motus perpetuus non eſſet, nam nullum violentum

Diſenſio.

poteſt eſſe perpetuum: alterum verò, illius animam infelicem fore, quippe, quæ
tam ingentem molem violenter ſuſtentaret. Tex. 5. eiuſdem libri reprehendit Empedoclem:

Contra Empedoclem.

Præterea inquit, neq; ſuſtineri tanto tempore poteſt ob conuerſionem ipſam, quæ celerior
motus eſt propria ſua inclinatione, vt Empedocles inquit. Et eſt ſenſus, cœlum motu
violento, tanto tempore ſuſtentari non poſſet. Arbitrabatur namq; cœlum grauis eſſe naturæ,
ſed ob celerrimam rotationem ruere non poſſe: ſicuti aquæ accidit in cipho repoſitæ,
quæ ob frequentem motum, minimè labitur deorſum, aut aliquo modo effunditur. Verùm

Quare cœlum dicitur graue.

ſecundum Simplicij ſententiam, graue, quod Græci (baron) appellant, non modò ſignificat
rei naturam, quæ ad medium fertur, vel à medio, veluti ſunt elementa; verũ etiam alicuius
rei dependentiam: hanc ob cauſam, cùm corpus cœleſte à ſuo, ſiue primo omnium motore
ſic dependeat quoad motum, tum etiam quoad eſſe, non ſine cauſa corpus graue nominatur
& re vera ſi illius protectione deſtitueretur; mox in antiquum chaus remearet.
Rectè ergo ſenſit philoſophus, nec temerè & Plato: cùm ille primo, hic autem ſecundo modo

Argumenta.

acceperit. Dices, ſtella aliquando ad medium accedit, quando nimirum eſt in ſuæ 1.
augis oppoſito: interdum verò à medio recedit, vtpotè quando eſt in auge. Aſtipulatur
huic rei viſus: medio enim eodem modo ſe habente, & viſu minimè impedito, ſtella interdum
maior, nonnunquam minor apparet: maior (inquam) cùm ad medium acceſſerit;
minor verò, cùm è medio receſſerit: quæ profectò fieri non poſſent, ſi grauis non eſſet 2.
neq; leuis. Adde, quòd illud, quod omnibus ſuperfertur, atq; ſupereminet, eſt omnium
leuiſſimum, authore philoſopho; ſed tale quid, eſt ipſum cœlum; omnium igitur corporum 3.
eſt leuiſſimum. Amplius, vnus orbis cœleſtis eſt altero leuior: alioqui nulla videretur eſſe

Soluuntur argumenta.

ratio, quare ille eſſet ſuperior, iſte verò inferior In orbibus igitur cœleſtibus, & graue aliquid, 1.
& leue, facilè eſt inueniri, veluti in elementis: ergo quod prius. Reſpondeo ad primũ
non omnem receſſum à medio, eſſe ſurſum moueri: neq; omnem ad medium acceſſum, eſſe
moueri deorſum: niſi in ſphæra actiuorum, paſſiuorumq; vtrumq; contigerit. Nihil eſt ergo
ad propoſitum. Amplius, non omnis acceſſus, & receſſus à medio, eſt ſurſum, vel deorſum
moueri; niſi ille tantùm qui per rectam lineam fieri contigerit: atqui ſtellæ, ob motum,
quem ab eccentrico & epicyclo habent, ad mediũ acceſſum atq; receſſum habere dicuntur: 2.
ergo &c. Ad 2. illa ratio valet in ſphæra actiuorum & paſſiuorum; non autem in cœlo,
vbi ſolummodo viget nobilitatis, non grauitatis, leuitatiſq; diſcretio. Ad 3. ex dictis patet 3.
reſponſio. Quomodo ergo corpus cœleſte nõ ſit graue, neq; leue, ad mentẽ philoſophi, dixi.

Quaestio secunda. Cap. 1.

Cœlum eſt ingenerabile & incorruptibile, ſecundum philoſophum.

Dixi cum philoſopho, cœlum non eſſe graue, neq; leue; diſputandum erit deinceps, an cœlum ſit generabile, & corruptibile: Etenim ſi firmamentum, ob ipſius firmitatem ſtabilitatemq; nominatur; rationi conſentaneum eſſe videtur, vt à corruptione ſit prorſus immune. Cæterùm, cœlum à Deo creatũ,

Mercurius de mundi creatione.

Cœlum incorruptibile.

idq; ſuo verbo, Dialogo 4. Mercurius apertiſsimè docet: vniuerſũ *inquit*, mundũ verbo non manibus fabricatus eſt opifex. Sic, *inquit*, illũ cogita Deum vnicum voluntate ſua cuncta conſtituentẽ. *Et in fine primi dialogi:* Sanctus es, *ait*, qui verbo cuncta cõſtituiſti. *Et dial: 5. optimo vſus exemplo, cœlum, ſiue mundum à Deo conditum fuiſse, oſtendit.* Et enim cum ſtatuã *inquit*, & imaginem, abſq; fabro, & pictore fieri nullus aſſerere audeat; mirã mundi huius conſtructionem ſine conditore conſtitiſſe putabimus? Caue fili, ne vnquam artificium priues artifice. *Vtitur poſtea verbo, vt abſq; vlla caligine intelligamus, mundum à Deo creatũ fuiſse: ſic enim loquitur in laudibus Pymandri.* Qua, *inquit*, potiſsimũ in re laudes cantabo tuas? Num in his, quæ creaueris, an in illis, quæ non creaueris potius? Num in his fortè, quæ in lucem è tenebris eruiſti, an in his, quæ latẽt adhuc arcano ſinu recondita? *Dialogo 8. perſpicuè docet: Et factum quidem eſse mundum à Deo, & ab eodem immortalitate donatum.* Primus *inquit*, omnium verè ſempiternus, immortalis, ingenitus Deus, omnium autor, ſecundus deinde ad illius imaginẽ, mũdus ab eo genitus, ſeruatus, nutritus, & immortalitate donatus. *Et iterũ, quod ſempiternum quidem eſt, ab altero factũ non eſt: ſed cœlum eſt factũ, ſeu creatum à Deo; non eſt ergo ſempiternum. Habet poſtea immortalitatẽ ex ſui opificis voluntate, liberalitateq; Plato Mercurij ſtudioſus, hãc eandem imitatur in Timæo philoſophiæ rationem. Quæ à me facta, ait Mundi faber, me ita volente indiſsolubilia ſunt. Omne enim quod vinctum eſt, ſolui poteſt; ſed mali eſt, quòd pulchrè compoſitum, ſeq; habet benè, velle diſsoluere. Quapropter quia generati eſtis immortales quidem, & indiſsolubiles omninò non eſtis, nec tamen vnquam diſſoluemini; nam voluntas mea, maius præſtantiusque eſt vobis vinculum ad vitæ cuſtodiam, quàm nexus illi, quibus eſtis tunc, cùm gignebamini, colligati. Et eſt ſenſus, cùm mundus corporeus, tum etiam ſubſtãtiæ incorporeæ, quia à Deo, mundi patre, & opifice facta ſunt, diſſolui poſsunt, quoniam omne, quod vinctum eſt, ſolui poteſt; minimè tamen diſsoluentur; eò quòd voluntas opificis, mundum incorruptibilem fabricantis, naturæ ſuperet rationem. Vterq; iſtorum catholicam ſapit doctrinam, & ſanctarum imitatur veritatem ſcripturarum: quæ aſſerunt, & mundum à Deo conditum eſſe, & ab eodem immortalitatem accepiſse. Neq; huiusmodi doctrina, philoſophi ſententiæ planè aduerſatur, tametſi ille velit mundum eſſe ingenitum: Mercurius enim & Plato, mundum à Deo, creatione emanaſse volunt: philoſophi autem rationes ſecundum viam generationis procedũt. Vnde primo cœli tex: Com: 20. ſimili modo inquit: De ipſo arbitrari, rationi eſt conſentaneum, quod ſit & ingenerabile, & incorruptibile: itemq; & augmẽti, & alterationis expers. Aſſert rationem, quam generationis argumento ſtabiliuit: Quia omne quod generatur, ex contrario & ex ſubiecto quodam generatur: ſimiliter etiam quod corrumpitur: ſed cœlo nihil contrarium eſſe poteſt, eò quòd motui circulari, nullus motus ſit contrarius: ergo. Conſultè igitur videtur natura hoc, quòd nunquam in futurum generabile, aut corruptibile erit, à contrariis excepiſſe: ſiquidem in contrariis & ortus, & interitus eſt. Hæc eſt philoſophi ratio, qua nititur probare, cœlum ingenerabile eſſe, atq; incorruptibile. Atqui Mercurius aſserit cœlum eſſe creatum, & non via generationis productum ex alio quopiam præcedenti ſubiecto; ſed potius ex antiquo, & æterno chao, hoc eſt, nihilo; ſicut paulò ante dictum eſt. Idem quoq; Plato in Timæo ſentire videtur. Non eiſdem ergo fundamentis, atq; rationibus nituntur. In 2. de cœlo & mundo tex: com: 3. Supremum autem locum, cœlumq; ipſum veteres quidem Diis tribuerunt, tali argumento, quòd ſolum ipſum ſit immortale: Inſuper etiam ipſum nec genitum, nec corruptibile eſſe, itemq; omni mortali imbecillitate vacare. Præterea eſſe ſine labore, ea ratio nunc teſtatur, quæ eſt, quòd nulli ſubijcitur violentæ neceſsitati, quæ quidem detineret ipſum aptum alio modo ferri. Omne ſiquidem tale languidum eſt, tanto quidem magis, quanto fuerit ſempiternum, atq; diſpoſitionis expers. Hæc quidem philoſophus: cuius profectò rationes Mercurio, aut Platoni legitimè aduerſari non*

Marginal notes: Dialog. 1. 4. 5. — Creauit omnia. — Mundus eſt incorruptibilis. — Dial. 8. — Plato. — Mundus eſt incorruptibilis ex voluntate Dei. — Philoſophi ſententia de mũdi generatione. — Cœlum non habet contrarium. — Cœlum locus Deorum. — Ratio Mercurij & Platonis.

Cœlum incorruptibile.

*ſari non poſſunt: Vterq; enim illorum, cœlum immortale, & incorruptibile eſſe profite-
tur, atq; ab omni penitus violenta neceſsitate, laboreq́; liberrimum; ſed id, à ſuo conditore
& opifice Deo accepiſſe. Etenim, vnumquodq; ea ratione ſolui poteſt, qua & vinctum
eſt, atq; ligatum. Non ergo propter contrarietatem aliquam, aut violentam neceſsitatem,
quæ à cœleſtibus quàm longiſsimè abſunt, cœlū diſſolutioni ſiue corruptioni patet; ſed quia
eo ipſo ſoluitur, quo & ligari potuit. Et reuera, vnumquodque creatum, ſicut ex nihilo* Quomodo
conditum; ita planè in nihilum habet aptitudinem remeandi, ſi protectione deſtituere- mundus ſit à
tur creatoris. Eſt ergo cœlum ſuapte natura corruptibile, ſeu annihilabile; quia ſcilicet Deo.
*creatum: opificis tamen bonitate nunquam diſſoluendum, atq; corrumpendum. Cæterum,
mundum à Deo, veluti radium à ſole emanaſſe, philoſophus putauit: ac proinde habere
quidem à Deo ſui ordinis dependentiam, non autem temporis initium. Ad hanc autem ſuæ
ſententiæ falſam erroneamq́; deuolutus eſt imaginem; quia diuinam Dei potentiam, ad ex-
tra, ex neceſsitate operantē fecit: quod profectò Deo attribui non poteſt: alioqui non eſ-
ſet ſeipſo beatus; ſed illi opus eſſet præſentia rerum, vt ſuam beatitudinem conſequi poſſet:
quod planè ab omni veræ philoſophiæ ſtudio abhorret, atq; alienum iudicatur. Simplicius,* Simplicius
Platonis, atq; Ariſtotelis conciliationem hoc modo ſtatuere conatur. Duplex (inquit) eſt conciliat Pla-
generatio: altera quidem naturalis, quæ præuia alteratione ſubiecto affecto, ex contrario tonem cum
in contrarium proficiſcitur; & tali quidem mundus non eſt genitus: altera verò, quæ Philoſopho.
*eſt emanatio ab ipſa ſuperiori cauſa, per quam genitum ſuis in partibus diſtinctis accipit
eſſe: & huiuſmodi mundum à Deo eſſe genitū putat: & hanc dixit fuiſſe magni Platonis
mentem. Alexander Aphrodiſeus, ad mentem philoſophi, Platonem intelligens ſe putans,* Alexander.
*dixit à Platone infinitum atq; æternum chaos poſitum fuiſſe, ex quo poſtea Deus mundum
fabricauerit. Vnde & mundus ab æterno confuſe quidem conſtiterit; poſt modum verò
diſtinctionem acceperit, quæ à Platone mundi genitura nominatur. Quòd ſi ita res ſe ha-
beret, mundi productio ab æterno extitiſſet; diſtinctio verò in tempore, quam motus in-
formis atq; inordinatus præceſsiſſet. Sed de hoc diſputaui aliis libris. Xenocrates voluit,* Xenocrates.
*mundi productionem eſſe illius dependentiam, ob quam æternum eſſe putauit; genituram
autem ornatum, & dependentiam à partibus, inter ſe, non tempore, ſed cauſalitatis di-
gnitate diſtingui. Sed reuera aliud ſenſit Plato, ſicut ſæpè dixi: nempe prius mundum in-
formem fuiſſe productum: deinde ornatum, atq; diſtinctionē accepiſſe. Arguit Ariſto-* Ariſtotelis ar-
teles primo cœli tex: com: l. 32. contra Platonem de mundi principio diſputantem, ſi actū gumenta.
potentia antecedit, vniuerſo tempore erat &c. Senſus eſt, potentiæ ſeſe mutuò conſequūtur, 1.
*quemadmodū & eſſe, & non eſſe: Re namq; exiſtente, ceſſat potentia ad eſſe, & ad non eſſe
potentia ſurgit: & è contrariò: atq; ita cū vno actu conſiſtit ſemper oppoſiti potentia: &
è diuerſo. Quare ſi mundus habuit eſſe ante ſuam conſtitutionē: ſimul ergo ipſe eſt, & non
eſt: atq; idē ſimul eſſet, & non eſſet. Amplius, tex: l. 33. Impoſsibile eſt eſſe aliquid corru-* 2.
*ptibile, quod aliquando non corrumpetur: erit enim ſemper & aliquid corruptibile, quod
& actu nunquam corrumpetur. Quare ſimul erit poſsibile ſemper eſſe, & non ſemper
eſſe. Et de generabili ſimile eſt iudicium. Reſpondeo, ex propria ſubiecti natura, poten-* Solutio.
tias ſibi mutuò ſuccedere, opificis verò voluntate impediri poſſe: Sicut Plato in Timæo, do- 1.
cet: mea inquit, voluntas maius vinculum eſt &c. Ad 2. dico, corruptibile aut generabile, 2.
*ſuapte natura, corrumpi oportere: niſi aliunde fuerit impeditum. Itaq; quamuis mundus,
ſiue cœlum poſsit à ſuo ſtatu dimoueri, quia creatura eſt, & non Creator; non dimouebitur
tamen, ob potentiſsimam vtiq; opificis voluntatem. Sic & vna ex parte æternum; non erit
vndiq; æternum. Dices cum Ariſtotele, Aut mundus eſt ſemper ens, aut ſemper non ens:* Obiectio.
aut quandoq; ens, quandoq; non ens. Non primo modo, ergo ſecundo; atq; ita aliquando nō 1.
erit: quod Platoni non placet. Iterum, omnis natura aut eſt neceſſaria, aut contingens, aut 2.
*impoſsibilis: ſed mundus, ſiue cœlum eſt quædam natura, non quidem neceſſaria, Deus e-
nim ſolus eſt ens neceſſarium: neq; impoſsibilis; alioqui in rerum natura non conſiſteret;* Solutio.
Igitur natura contingens, & ſic perpetuus eſſe nō poſſet. Dico Platonem inter ſemper ens, 1.

ruptibile. & ſemper non ens,plura media poſuiſſe : nempè impoßibile, & neceſſarium ſecundum
2. quid,hoc eſt, non ex omni, ſed ex vna parte tantùm. Ad 2. patet ſolutio : Mundus enim
cùm ſit creatus ex ſua ratione intrinſeca, poſſet non eſſe : ſuſtentatur autem ex intrinſeca
opificis potentia. Iterum argues cum Auerroe : An mundus ſua natura poteſt non eſſe,
vel neceſſe eſt, eſſe. Quòd ſi neceſſe eſt,vt ſit ; omni ergo ex parte neceſſe eſt eſſe : atque
Auerro. obie- ita mundus neceſſariò ſemper fuit. Quòd ſi ſua natura poteſt non eſſe , quandoq; ergo non
ctio. erit. Dico, eadem facilitate Auerrois ſententiam ſolui poſſe, qua & Ariſtotelis ſoluta eſt.
Cœlum ergo eſt ingenitum ea generatione, qua animalia generantur : genitum verò crea-
tione,quæ aliquo modo generatio nominatur : incorruptibile ex conditoris voluntate,ſecun-
Philoponus. dum Platonem,vel quia omni contrario vacat, vt vult Ariſtoteles. Philoponus , cœlum ex
1. ſui natura corruptibile eſſe arbitratur; nactum verò æternitatem ex opificis potentiſſima
voluntate. Authoritatem ſequutus Platonis dicentis, Dei voluntatem eſſe maius vinculum,
2. quàm naturā creaturarum. Addit,virtutem corporis finiti eſſe finitam 8. phy. ſed cœlum
3. eſt corpus finitum,quia ſcilicet non datur infinitum materiale in actu : Eius ergo virtus eſt
finita: & per cōſequens cœlum ex ſui natura,non habet æternitatē. Amplius,in ōni corpo-
re naturali, eſt materia, forma, & priuatio : Sed cœlum eſt corpus naturale : inſunt ergo
illi hæc prima rerum naturalium principia. Quòd ſi dixeris,Materiam cœli à materia in-
feriorū eſſe diuerſam; tunc planè ex eo potiſſimum conſtaret,quod eſſet vtriq; cōmune,&
4. ex eo etiam, quod proprium. Non ergo cœlum eſt ſuaptè natura incorruptibile. Iterum,
cœlum quieſcit, igitur cœlum incorruptibile non eſt : valet ex regula prioriſtica : quoties
enim ad antecedens eſſe , ſequitur conſequens eſſe : & ad antecedens poßibile , ſequitur
Solutio. conſequens poßibile : Sed cœlum poteſt quieſcere, ſic enim loquitur Auerroes, duodeci-
mo Metaphyſ: comment: quadrageſimo primo De poßibilibus eſſe , & non eſſe , mo-
tum æternum eſſe : Cœlum ergo poteſt non eſſe. Sed omne poßibile,eſt corruptibile : cœ-
1. lum ergo non eſt incorruptibile. Solent Peripathetici ad hæc ſic reſpondere. Ad primam
2. Auerroes. quidem iam patet ex ſuperioribus reſponſio. Ad 2.verò reſpondet Auerroes,aſſerens du-
plicem eſſe potentiam, alteram quidem ad eſſe, & hanc in cœlo non inueniri , cùm ſit æ-
ternum : alteram verò ad motum, & hanc quidem cœlo ineſſe ; quæ profectò corporis fi-
niti eſt,& ipſa finita: ſed à ſuo motore immortalitatem,ſiue incorruptionem recipit. : Cœ-
Ratio contra lum ergo ſecundum Auerroem,eſt finitū magnitudine,infinitum verò duratione. Sed di-
Auerroem. cet aliquis , ſi in cœlo eſt virtus ſemper ad eſſe, teſte philoſopho in lib: de cœlo : igitur eſt
potentia ad eſſe. Adde, quod virtus eſſendi eſt magis à forma, quàm à materia ; per for-
mam enim res eſſe accipit, per materiam verò non eſſe. 7. met. cœlum ergo habet poten-
Solutio. tiam ad eſſe. Amplius, ſi cœlum non habet potentiam ad eſſe , igitur non poteſt eſſe: atq;
ita non contingit eſſe, igitur impoßibile eſt eſſe. valet argumentū ab æquiualenti ad æqui-
ualens. vnde ſi cœlum impoßibile eſt eße : igitur neceße eſt non eße. Sed hoc vltimum
conſequēs eſt contra ſenſum: primū ergo antecedēs eſt impoßibile: Cœlum ergo habet po-
tentiam ad eße. Reſpondeo ſecundum doctrinam Auerrois : Potentiam ad eße bifariam
dici : ad eße ſcilicet, & non eße , & talem in cœlo inueniri , philoſophus negat , & com-
1. mentator ſimiliter. Alteram verò ad vnum tantùm , nempè ad motum , & talem cœlum
habere affirmat. Quoniam ergo in cœlo eſt materia,quæ habet potentiam ad eße tantùm,
& ſemper actui connexā ; hac ratione,cœlum habere potentiam,philoſophus putauit. Ad
2. 2. virtus eſt à forma,non ſecundum vtrumq;,ſed dimidium tantùm : ideoq; non finita , nec
infinita eſt,niſi reſpectu motus. Itaq; cœlum nō habet potentiā ad eße ſecundum vtrumq;,
ſed ſecundum dimidium,ratione formæ, quæ eſt ratio eßendi ; & materiæ quoq; ratione,
3. quæ ſemper eſt actui eßendi coniuncta. Ad 3. principale , dicit Auerroes, corpori cœle-
ſti,ad motum, ſeu ad vbi, materiam ineße tantùm : ideoq; cœlum non eße compoſitum ex
materia & forma,ſicuti & cætera corpora naturalia ; compoſitionem autem habere poſ-
Obiectio. ſe, ſeu habere,ob reſpectum, quem habet ad motum. Dices, ſi cœlum eſt ens actu : igitur
eſt actus,vt habens actū: Sed cœlum eſt ēs actu,agit enim in hæc inferiora: igitur,aut eſt
ens actu,

Si cœlum poſsit quieſcere.

ens actu, aut habens actum. Porrò cœlum non eſſe actum, omnibus conſtat; non enim eſt
anima rationalis, angelus, aut Deus: habet actum ergo. at ōne tale eſt compoſitum ex ma-
teria & forma: cœlum ergo eſt compoſitum ex materia & forma. Cæterùm an cœlum Materia cœli.
ſit compoſitum ex materia & forma, dixi in alio libro, & an materia ipſius ſit eiuſdem
rationis cum materia inferiorum. Quapropter illud vnum tantùm dicam, quod ad mentem
Auerrois ſpectare cenſeo, vnam formam, vnamuè materiam in cœlo Auerroem collocaſſe:
animam quoq; cœli, & intellectum eiuſdem, & formam conſtituiſſe. intellectum inquam,
quatenus cœlum; formam verò, quatenus mouetur. Itaq; materia cœli, reſpectu animæ, eſt Sine intelligē-
materia ad eſſe; anima ſiquidem dat cœlo principium eſſendi. At quatenus ordinem ha- tia cœlum nō
bet ad motum, & eſt in actu per animam; eſt materia ad vbi. Ex quo patet, cœlum cir- eſt actus.
cumſcripta intelligentia, non eſſe actum, nec habens actum, ſed potentiam potius ſe-
cundum dimidium, ad ſemper eſſe ſcilicet. Ex hoc etiam patet, circumſcripta intelligen-
tia, cœlum non eſſe agens, imò, nullam actionem habere. Hæc quidem ſecundum Auer-
roem. Ad 4. nego cœlum poſſe ſimpliciter quieſcere, benè autem ſecundum quid, quod 4.
certè, quomodo ſit intelligendum, ſequenti capitulo declarabitur. Cœlum ergo non eſſe ex
ſe incorruptibile, dixi.

QVAESTIO III. CAP. I.

An cœlum ſecundum ſe totum poſsit quieſcere.

QVoniam pollicitis ſtandum eſt, & iam proximè promiſi me enodaturum quæ- Cauſa finalis,
ſtionem de quiete cœli, vt ſuperiori argumento plenè ſit ſatisfactum; hac efficiens, &
de cauſa, illam in medium adducere curaui. In primis autem, ſecundum A- formalis idē
uerrois doctrinam, nobis ſciendum eſt, cœlum ab intelligentia, iuxta tria cau- in Deo.
ſarum genera, formalem ſcilicet, efficientem, atq; finalem, dependentiam habere: ſic e-
nim docet Tertia diſputatione deſtructio deſtructionum in ſolutione dubij 18. Aſſeritq;
hæc tria in ſeparatis, vnum eſſe. Omne, inquit, dans formam alicui; eſſe vtiq; illi largitur, 1.
& eſt illius efficiens: ſed Deus dat formam mundo, ſiue cœlo, quia finem in eum confert:
Eſt ergo efficiens, et finis cœli. Et reuera, vt dicitur 12. met: Deus mouet, vt intelligibile, Motus orbiū
& appetibile; porrò appetibile finis, intelligibile verò agentis rationem habet, Com: 36. rationalis.
& 44. & 2. cœli Com: 58. Motus inquit, in cœlo non ſunt violenti, ſed ex deſiderio ra-
tionali. Quod enim eſt propinquius primo orbi; magis habet deſiderium: quoniam pro-
pinquitas in loco illic, eſt ſimilis propinquitati eſſentiarum ad inuicem; quæ eſt propin-
quitas in ſcientia, & in intellectu rationali. Quantò enim magis intellectus primi moti eſt
fortior, tantò magis deſiderium illius eſt perfectius: Et quantò magis deſiderium eſt for-
tius, tantò motus eius eſt velocior. Amplius, omnia agentia (teſte Auerroe 12. met: 44. 2.
Com: agunt participatione vnius agentis primi 2. met: com: 4. quæ enim talia ſunt per par-
ticipationem; ad vnum, quod eſt tale per eſſentiam, reuocentur, neceſſarium eſt. Deus
igitur eſt primum agēs per eſſentiam totius entis ſimpliciter. Itaq; intelligentia, ſecundum
Auerroem, eſt cauſa motus cœli, & eſſe ipſius cœli. Motus quidem, vt cauſa effectrix, &
educens: quia nimirum motus, eſt ſuapte natura corruptibilis, & ſemper alius atq; alius:
eſſe verò, vt conſeruans; non quidem præſeruatiuè, ſed coexiſtitiuè. Cùm ergo motus poſſit
ex ſui natura corrumpi; non temere quærimus, ſi cœlum omninò poſſit ab omni motu quie- Cœlum poſſe
ſcere. Dubium autem nullum eſſe poteſt, quin cœlum, quatenus eſt corpus, poſſit quie- quieſcere.
ſcere: omne enim corpus in eò quod corpus, poteſt quieſcere. Præterea cœlum poſſe quie-
ſcere ſecundum aliquem motum, conſtat ſatis: quieſcit certe à motu, quo hodie mouetur:
ſed de hoc non eſt nobis diſputandum; ſed de eo potius, an poſſit ab omni motu quieſcere.
Pro cuius rei intellectu, non ignorare oportet, cœlum interdum accipi pro animali cœle- Rationes q̄
ſti: quod ſcilicet ex intelligentia & corpore conſtat cœleſti; & tunc apud philoſophos, cœlum quie-
ſcere poſsit.

 non li-

Cœlũ poteſt quieſcere.

non licet aſſerere, cœlum quieſcere poſſe, nam intelligentias neceſſariò mouere arbitrantur.
Interdum verò pro corpore cœleſti, quod eſt materia ad vbi: atq; ita placet Auerroi, poſſe
1. cœlum quieſcere: vna inquit, eademq; eſt materia contrariorum, 5. phyſ: com: 14. ſed cœ-
2. lum eſt materia motus, & quietis: ergo. Igitur, & moueri poteſt, & quieſcere. Et reuera
cœlum eſt corpus dimenſione finitum, vi paſſiua limitatũ, loco deſcriptum: poteſt ergo ceſ-
ſare à motu, 8. phyſ: cõ: 29. & 2. Cœli. cõ: 39. Amplius, illa cœli pars, quæ eſt materia ad v-
bi, cùm reſpectu motus ſit merè paſſiua: erit ergo in potentia contradictionis: poteſt ergo
quietem recipere. Quod ſi poteſt quieſcere, aliquando tandem quieſcet: alioqui ocioſa eſſet
illa potentia, quæ ſuo actu fruſtraretur. Adde authoritatem Auerrois 1. cœli, com: 100.
motus cœli inquit, eſt æternus; quia nimirum ipſius materiæ natura eſt innata non moue-
ri violenter, & non quieſcere naturaliter. Sed huic obuiat apertè eius ſententia. 12. met:
com: 41; vbi ait, in cœlo potentiam ad corruptionem non inueniri, bene tamen ad quietem,
ideoq; illi opus eſſe intelligentia, ex qua, motus perpetuitatem recipiat: qui ſui natura eſt
3. finitus, dimenſio quoq; cœli finita. Iterum nono met: com: 17. non eſt timendum cœlũ quie-
ſcere: ſed timor eſt de poſſibilibus: ergo quod prius. Sed his aduerſantur, quæ ab Auer-
roe pro certò habentur, nempè, quòd ſi cœlum quieſceret, cœlum non eſſet: quare ſi poſ-

Solutio rationum.

ſibile eſt cœlum quieſcere, poſſibile quoq; eſt, cœlum non eſſe: quod eſt falſum. Præte-
rea, ſi cœlo aduerſatur, velocius, aut tardius moueri, quàm mouetur; pari quoq; modo,
& quies illi aduerſabitur. Reſpondeo ad rationes, quæ ſibi inuicem aduerſari videntur:
1. & ad primam quidem dico, cœlum eſſe in potentia ad quietem; nec illius potentiam eſſe
ocioſam: Nam & ſi totum cœlum non quieſcat; in aliqua tamen eiuſdem reuolutione
id inuenitur. Porrò, illud nominatur poſſibile, quo poſito in eſſe, vel ſecundum ſe totum,

Secundũ partem motus cœli poteſt eſſe.

aut ſecundum aliquod ſibi ſimile in ſpecie, nullum ſequitur impoſſibile. Itaq; cœlum ſecun-
dum partem motus quieſcere poteſt: non ſecundum totum ad mentem Peripatheticorum.
Etenim ſi ex corruptione vnius contrarij aliud generetur: igitur ſi alterum contrariorum
non poteſt non eſſe, alterum non poteſt eſſe: nam eo ipſo, quòd motus cœli non eſt, ſequi-
tur ipſum eſſe. Quod ſic patet: Aut enim motus deſinit eſſe per ſe; aut ad corruptionem
ſubiecti. Non quidem per ſe; alioqui poſt motum eſſet motus: neq; etiam ad corruptio-
nem ſubiecti; alter ſequeretur corruptio, & ita alteratio. deniq; primus motus cœli non
eſſet. Cœlum ergo, ſecundum Peripatheticos, quietem vniuerſalem habere non poteſt.
2. Ad 2. authoritatem commentatoris dico hoc ſentire, nempè naturam cœli non eſſe inna-
tam quieſcere: hoc eſt, non habere formam ad quietem tendentem, vnde æternitatem mo-
3. tus, ex intelligentiæ virtute, & formæ qualitate, ſtabiluit. Ad 3. verum quidem eſt,
cœlo non conuenire, ex motore, & corpore conſtituto, tardius, vel citius; non autẽ, qua-
4. tenus eſt corpus, cui quies non aduerſatur. Ad 4. Antecedens, & conſequens non ſunt
in eadem ſpecie potentiæ: nam cœlum, eſt ad imaginationem poſſibile; poſſe verò quieſcere,

Ad alias rationes.

ſecundum eiuſdem materiæ naturam. Ad alias rationes eiuſdem, dico, Materiam cœli v-
nam, eandemq; & motus & quietis eſſe, non tamen vniuerſalis: ſicuti vna pars ignis cor-
rumpitur; non tamẽ totus. ex hoc etiam patet ad alias ſequentes rationes ſolutio. hæc qui-
dem illi: Nos autem cum ſcripturis dicimus, cœlum in fine mundi, quietẽ vniuerſalem ha-

Zacharias.

biturum: Iurauit, inquit Ioan. in Apocalypſi, quòd tempus amplius non erit. Vnde Zacha-
rias 14. Et erit dies vna, quæ nota eſt domino; non dies, neq; nox: & in tempore veſperæ
erit lux; quia nimirum diei noctisq; tunc non erit viciſſitudo, ſed vna continua dies. Hoc

Hieronymus.

idem ſentit Hieronymus in capite Iſaiæ ſexageſimo: Cœli inquit, & terræ, ſolis atq; lunæ
nobis ceſſabit officium. Iſidorus exponens illud Iſaiæ cap. 30. Lucebit ſol ſeptempliciter,
ait, ſolem poſt iudicium laboris ſui mercedem accepturum; atq; eo in ordine, in quo crea-

Abacuc.

tus eſt, eſſe manſurum: ſimiliter lunam atq; alia ſydera cœli. Quam ob rem Abacuc 3.

Motus cœli ceſſabit.

cap ſuæ prophetiæ vaticinatur, dicens: Sol & luna ſteterunt in ordine ſuo. Et re vera po-
teſt hoc multis ex cauſis manifeſtum fieri: & inprimis quidem ex parte liberi agentis,
omne ſiquidem agens liberum, cui ineſt contradictionis libertas, ſicut poteſtatem habet

moucndi;

Cœlũ poteſt quieſcere.

*mouendi; ita quoq; & non mouendi; non enim eius perfectio ex motu pendet, alioqui mo-
tus nobilior eſſet intelligentiarum ſubſtantia, quod eſt abſurdum: finis ſiquidem eſt nobi-
lior his, quæ ſunt ad finem: ſed intelligentiæ liberè mouent orbes, quia libera ſcilicet volun-
tate ſicuti in alio libro dixi: poteſt ergo motus cœli omninò deficere. Conſtat quoq; hoc ex
par. · m· bilis: Nam ille facilè à ſuo profecto officio poteſtatem habet recedendi; cui non* 2.
*ineſt neceſſarius, ſiue motus naturalis: ſed talis eſt cœli motus, omnis enim motus agit pro-
pter aliquem terminum habendum; quo adepto, poteſt à ſuo officio quieſcere. Quod in gra-
uium atq; leuiũ motu, latiſſimè patet. Vnde mobile tali ſub termino naturaliter quieſcens,
violenter ab illo recederet. Quare, ſi cœlum moueretur naturaliter: & frequenter natu-
raliter quieſceret, & idem frequenter violenter moueretur: quod eſt abſurdum. Adde,
quod ſimul & ſemel naturaliter moueretur, & violenter. Etenim ſui in motu circuli, ad
ſui motus naturalem ſimul accederet terminum, vtpotè ad aliquem ſitum, ſimulq; ab eo-
dem recederet: quod eſt abſurdum, ne dicam impoſſibile. Motus ergo cœli naturalis non
eſt, neq; violentus; quia non eſt contra inclinationem ipſius naturalem: alioqui receſſus à
termino eſſet illi naturalis. Et tunc idem ſequeretur abſurdum: nempè ſimul naturaliter,
& violenter moueri. Ineſt ergo cœlo potentia neutra ad motum atque quietem; ſicuti ſu-
perficiei ad albedinem, eiusq; oppoſitum: ergo quod prius. Item, ſicut de nouo quælibet pars* 3.
*motus poteſt incipere, ſiue ſui habere principium; ita planè, & totus ipſe motus: eiuſdem
enim ſunt rationis. Sed qua certè ratione incepit; eadem planè & determinari poteſt. Igi-
tur motus cœli poteſt non eſſe, & à curſu ſuo ceſſare. Amplius, finis motus cœli, eſt conti-* 4.
*nuus generationis ordo; qui planè eſt propter hominum vitam conſeruandam. Nos enim,
teſte philo. 2. phyſ. finis omnium ſumus: ſed numerus hominum à Deo præſtitutus, habe-
bitur, cùm finitus fuerit numerus electorum. Ergo &c. Cùm igitur motus cœli, ſit motus
liber, dependens ab intelligentia, poteſt ergo ceſſare: imò ceſſabit omninò.*

Motus cœli non eſt naturalis, neq; violentus.

Argumenta contraria.

CAP. II.

Contra prædicta ſic arguunt Philoſophi: nullum violentum poteſt eſſe per- 1.
*petuum; ſed quies vt dicitur in libro de cœlo; corpori cœleſti eſt violenta;
motus enim cœlo eſt naturalis, & eius perfectio: motus ergo cœli nunquam
ceſſabit. Adde illud philoſophi 9. met. dicentis, non eſſe timendum, ne cœ-
lum aliquando ſtet: quia nimirum nullus motus poteſt aliquando ceſſa-
re, cuius motor non laborat in mouendo: ſed motor cœli, mouet ſine labore, vt ipſemet fa-
tetur ibidem: motus ergo cœli nunquam ceſſabit. Amplius, ſi motus cœli ſecundum philo* 2.
*ſophum & commentatorem eſt æternus à parte ante: eadem quoq; ratione erit à parte
poſt: vt loquitur octauus Phyſicorum. Et reuera, vt dicitur: 9. met. In æternis non eſt
potentia contradictionis: ſed cœlum ſecundum Philoſophum eſt res ſempiterna: in illo er-
go eſſe non poteſt poteſtas contradictionis, ad motum ſcilicet, & quietem. Non poteſt igi-
tur non moueri. Item, ſi cœlum ceſſaret à motu: intelligentiæ ſuo quidem ſine fruſtra-* 3.
*rentur, ſuaq; operatione priuarentur. tenet conſequentia ex Philoſopho 12. met. aſſerente,
proprium ipſarum finem, operationemq; in mouendo cœlo, conſiſtere. Nam & ſi non ſit
ipſarum finis perfectiuus, quia ſcilicet eſt operatio tranſiens in cœlum; ex perfectionis
tamen plenitudine illarum proficiſcitur; nempè ex amore, & deſiderio, quo ſecundæ ad
primam feruntur. Neceſſariò ergo cœlum ab intelligentia mouetur. Item, quando extre-* 4.
*ma ſunt æterna; habitudo ergo inter illa conſiſtens, erit quoq; æterna. valet conſequen-
tia. ex extremorum enim mobilitate ſequitur habitudinis varietas, atq; mobilitas. Sed
extrema huiuſmodi ſunt æterna, vt potè intelligentia, & cœlum: Igitur habitudo, hoc eſt,
motus erit æternus. Sanè in ſempiternis non eſt error, nec aliquid à caſu, nec vt in pauci-*

 oribus;

Cœlũ poſ ſe quieſce re.

oribus; imperfectionẽ namq; ſonant hæc omnia; quæ profectò corpori perfectiſſimo minimè eſt tribuenda. Motus ergo cœli eſt ſempiternus, & neceſſarius: hæc ſibi n. coincidunt.
5. neceſſariũ enim, 5. met. non poteſt non eſſe: ergo quod prius. Poſtremò, ſi ita res ſe haberet, multa inde ſequerentur abſurda: & inprimis, quòd omnis penitus motus eſſet deſtruendus, primo deſtructo, à quo alij motus eſſentialiter pendent. Deinde, quòd omnis planè generatio ceſſaret, atq; ita mundus peiorem ſortiretur cõditionis honeſtatem: quæ certè ſunt auditu abſurda, & tam pulchro corpore indigna. Itaq; ſecundum commentatorẽ, 12. met. motus cœli eſt æternus, non quidem ex ſui, ſed ex parte mouentis. Reſpondeo,

Soluuntur argumenta.

1. & ad primum quidem dico, cœli quietem, ſiue ceſſationem à motu, non eſſe violentam; quia eius ſcilicet motus non eſt naturalis, quatenus naturalis violẽto opponitur: vnde non ſequitur inde aliqua mundi imperfectio, ipſius ſpeciebus integris permanentibus; imò vltima illius perfectio; quies enim eſt finis motus: clarè enim videbitur ipſius dignitatis ſplendor, & luminarium aucta maieſtas. Ad Philoſophi authoritatem dico, ipſum non cognouiſſe finem mundi, à ſanctis nobis intimatum ſcripturis: hac de cauſa putauit intelligentias neceſſariò mouere: & quia non laborant in mouendo; motum cœli æternum fore
2. cenſuit: Cuius oppoſitum nobis cœlitus edoctis tenendum eſt, atq; defendendum. Ad 2. dixi, in alio libro motum non eſſe æternum, ſed cum cœlo incepiſſe: quod quidem non generatione, ſed creatione conditum eſt. Ad confirmationem dico, ad formam ſubſtantialem in cœlo non eſſe contradictionis potentiam, alioqui eſſet corruptioni ſubiectum: bene autem ad formam accidentalem, hoc eſt, ad motum, & quietem, præſertim cùm in-
3. differenter ſe habeat ad vtrumque. Ad 3. negatur conſequentia: Mouere etenim cœlum non eſt finis intelligentiarum perfectiuus; neq; neceſſariò, ſed contingenter eundem conſequitur: ex imperio vtiq; voluntatis ad vlteriorem finem, nempè ad electorum numerũ complendum tendentis: hoc igitur vltimo fine habito, ceſſabit motus orbium. finis ergo intelligentiarum formalis, non in mouendo cœlo, ſed in Deo videndo, amandoque poſitus eſt. Quamobrem, finito cœlorum curſu, intelligentiæ ſuo fine, operationeque fraudandæ non erunt: imò multæ plurimæq; ſunt intelligentiæ, & quidem beatæ, quibus tamen orbi-
4. um mouendorum officium non incumbit. Ad 4. illa ratio aliquid haberet momenti, quando vtrumq; neceſſariò ageret: Sed cùm intelligentia liberè, & non neceſſariò moueat; vim aliquid concludendi minimè habere poteſt. Ad confirmationem dico, aliquid vt in paucioribus in cœlo inueniri: ſicuti patuit in eclipſi, quæ dominicæ paſſionis tempore accidit: & tempore Ioſue Sol ſtetit immobilis: & viuente Ezechia, Sol retroceſſit quinde-
5. cim lineis. Poteſt ergo cœlum ceſſare ab officio mouendi. Ad 5. Dico, in fine curſus numeroſæ naturæ, præcipuas mundi partes remanſuras: nempe intelligentias cœleſtes, homines, corpora cœleſtia, & elementaria: cætera verò omnia, quæ vſui inſeruiebant humano, in interitum itura: Nec proinde mundum peiorem ſortem habiturum: imò potiorẽ, præſtantioremque, vt potè ſuam renouationem adeptus. Amplius, ceſſante motu cœleſti, non eſt neceſſe, vt omnis quoq; motus ſuum finem ſortiatur, faciatq; finem currendi ſiue mouendi; nam & beati poterunt ſe mouere, & damnati varios patientur alterationis paſſionisq; motus. Tempus quoq; ceſſabit, quæ eſt paſſio primi mobilis, non alia tempora, cùm quilibet motus ſuo menſuretur tempore, propriiq; temporis determinatam habeat quãtitatem. Ad authoritatem commentatoris reſpondeo, quòd aduerſus ſeipſum pugnet: nam in lib. de ſubſtantia orbis apertè docet, ab intelligentia, non ſolùm motum, verùm etiam & eſſe ſeu ſubſtantiam cœlo elargiri. Quare, ſi motus cœli ex ſe eſt poſſibilis, & non neceſſarius, atq; perpetuus; & ſubſtantia quoq; ipſius ſimiliter ſe habebit. Quoniam igitur, & motus, & ſubſtantia cœli eſt ab intelligentia; vtrumq; igitur eſt poſſibile ens, & nequaquam neceſſarium. vnde nullum ſequitur inconueniens, ſi motus cœli ſit finem habiturus. Patet ergo, quomodo ceſſante motu cœli, non omnis motus inferiorum deſtrueretur; imò ignis virtutem haberet calefaciendi, agendique in ſubiectum ſibi proximè diſpoſitum. ſimiliter & alia elementa, niſi cœlitus eſſent impedita. Et reuera mo-

Motus quomodo tẽpus non erit.

Motus nõ eſt neceſſarius.

Ceſſante motu cœli, eſſet adhuc motus.

tus cœli non eſt forma actiua, ſed potius paſsio quædam de genere paſsionis, cœlo ab in- Cœlũ poſſe quieſcere.
telligentia tributa. Quam ob cauſam, non eſt alicui iſtorum inferiorum motus, mutatio-
niſque neceſsaria, quaſi per ſe motus, mutationiſque principium; ſed potius ad cœleſtium
corporum virtutem inferioribus communicandam: quæ profectò per ſitus, atq; aſpectus
acceſſum, & receſsum, varietatem, modum, ordinemq́; commodè impenditur. His ergo ha-
bitis, nihil inferioribus impedimenti ceſsatio motus præſtabit; quò minus inferioribus o- Alexander, quomotus remoueret.
mnis alterationis, mutationiſq́; non inſit aptitudo. Alexander arbitratur, ceſsante motu
cœli, adhuc elementa agere poſſe, & pati; non ordinatè tamen: proinde ſæpè contingere,
vt inuicem coaleſcant. Sanè, ſi cœlum agit in hæc inferiora, motu, lumine, & influentia;
motu igitur eiecto, adhuc tamen ageret influentia, ac luminis virtute. Elementa præ- 1.
terea, ſuas qualitates non amitterent: agerent ergo, & paterentur ab inuicem. Adde, 2.
quod cœlũ eſset locus omnium ſublunarium communis: ſed locus conſeruat locata; adhuc
ergo etiam ſine motu ſublunaria ab eo conſeruarentur. Hæc quidem dicta ſint ad mentē Argumenta contraria.
theologorum: nempè motum cœli habiturum finem mouendi, mundumq́; innouandum, at-
que in meliorem ſtatum transformandum. Sed arguet aliquis cum Philoſopho. Si motus 1.
cœli ceſsaret omninò; nulla igitur in hæc inferiora ſequi poſſet corruptio, ſiue generatio.
tenet conſequentia: lumen .n. & influentia cœli, abſq; motu, virtutem influendi, agendiq́; Lumen, & influentia indigent motu.
habere non poſſunt: nam motus, vt dicit in lib. de gene. ſtellam abducit, & adducit: cu-
ius acceſſu, & receſsu, generationis ordo, & texitur, & conſeruatur: & in 2. de cœlo, ait:
Stellam motus velocitate, aërem conterere, diſgregare, denique calorem efficere. Eodem
modo, influentia ſine motu eſse non poteſt: Motu ſiquidem, ad ſitum proprium ſtella 1.
adducitur, eamq́;, aut per oppoſitum, aut per diametrum, vel aliquem alium motum,
alteri ſtellæ configurat: ex quo multarum proprietatum, influxuum diuerſitas proficiſci-
tur. Quòd ſi motus ceſſaret, nihil horum contingeret. Amplius, per motum, ſtella varia 2.
ſigna decurrit, è cuius decurſu hæc inferiora variè afficiuntur. Denique motus eſt cauſa,
cur ſtella, nunc in meridiem aſsurgat, nunc verò in ſeptemtrionem declinet; vnde varia
rebus euenire portenta in lib. Apoteleſmatum Ptolomæus, omnium propè mathematico-
rum facilè princeps, arbitratur. Ergo quod prius. Ad hæc accedit authoritas 8. lib. Phy-
ſicorum, vbi apertè docetur: Motum cœli veluti vitam, ad omnia ſe habere. At ſine ea, 3.
quæ ſibi competit vita, earum eſt, aut eſſe poteſt nihil, quæ ſub creatæ lege creaturæ con-
tinentur: ergo &c. Adhuc, motus cœli eſt ipſius finis, 2. de cœlo & de generatione, quo
conſeruatur in eſſe. remoto igitur cœli motu, & ipſum quoq; remoueatur, neceſſe eſt: nā
ablato fine, & eius, quod eſt ad finem, auferetur eſſe: ſed motor ſine mobili conſiſtere
nequit: Igitur, ſi motus cœli deficeret omninò, omnis planè cœleſtiũ natura, ſuæ ſubſtan- 4.
tiæ defectum incurreret, atq; ita in antiquum chaos redirent omnia, quod eſt falſum:
Motus ergo ceſſare omninò non poteſt. Item in eſsentialiter ordinatis, eo ceſſante, quod
eſt totius ordinis principium, cætera quoq; illius ordinis, ſimilia patientur incommoda.
Sed motus cœli eſt primus in ordine mouentium, tum quia temporis atq; naturæ dignita-
te cæteris antecellit, tum quia eſt omnium finis: Ergo deficiet nunquam: alioqui omnia eſ- 5.
ſent defectura. Præterea, ſi propter defectum primi motus omnia eſſent in interitum ca-
ſura: aut id eis accideret per corruptionem, aut certè per annihilationem. Non primo
modo, quippè cùm corruptio vnius ſit, generatio alterius. Nec etiam ſecundo modo: Nam
ſicut ex nihilo, nihil fit; ita planè, quod eſt, in nihilum eſse caſurum, eſt impoſsibile a-
pud Philoſophos. Itaq; ſi ceſsaret motus cœli, omnium planè rerum fieret confuſio, non ſo- Soluuntur argumenta.
lùm quoad ipſarum motum, verùmetiam quoad eſſe. Ne ergo talia contingant abſurda,
præſtat aſserere: motum cœli finem nullum habiturum. hæc illi. Ad quæ planè, & his ſi-
milia facilè eſt reſpondere: Et ad primum quidem dico, poſt numeroſæ curſum naturæ,
multarum generatione rerum opus non eſse, nec ergo vario ſtellarum aſpectu per dele-
tionem adducto: tunc enim mundus, meliorem nactus conditionis libertatem, liberabi-
tur à ſeruitute: ſiquidē omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſq; adhuc, reuelationem fi-

liorum

Cœlũ non creſcit neque decreſcit.

liorum expectans, iuxta Apoſtolum ſcribentem ad Romanos: cap. 8. Ad 2. ſimiliter eſt reſpondendum. Ad 3. verùm quidem eſt, motum cœli eſſe quodammodo eiuſdem finem, ſecundum eam, quam modò mundus obtinet imperfectionem: At, poſtquam ab ea liber
2. extiterit, vt potè mundus in libertatem filiorum Dei mutatus; meliorũ finis conditione
3. gaudebit. Ad 4. dico, motum cœli eſſe primum omnium motuum, quibus corpora ſubdi-
4. ta ſunt, non autem eorum motuum, quibus res immateriales feruntur: quippè cùm illi,
5. motui cœleſtium, minimè ſubditi ſint. Ad 5. Remoto illo fundamento, nempe, motum nõ
eſſe finem motoris, & orbis, ſed alium quẽdam præſtantiorem, dignioremq́; vt illa ſequantur abſurda, minimè eſt neceſſarium. Sortieturq́; itaq; mundus ſuam innouationem,

Mundi innouatio.

in qua finem accipiet currendi. Et reuera, vnumquodq; ſuam perfectionem naturaliter appetit: Motus autem, qui omni fine caret, non parum imperfectionis habet: quare, ſi mundus nunquam à ſuo motu ceſſaret; nunquam profectò ſuam ipſius perfectionem attingeret. Suadet etiam hoc nobis humanæ mentis indefeſſum deſiderium, quo agitur quotidie, exoptátque, ſicut dicit Apoſtolus, veteri tegumento depoſito, ſuperveſtiri: propterea gemimus intra nos filiorum Dei adoptionem expectantes. Quomodo ergo motus cœli finem ſit habiturus, dixi.

Paulus Ro. 8.

CAPVT. III.

Cœlum non eſt augmentable.

POſtquam ad vtramq; partem diſputaui, oſtendiq́; an cœlum ſit generabile nec ne: & vtrum aliquãdo tandem à ſuo motu vacabit: operæ pretium eſſe puto, & ſuperiori ſatis conſentaneum doctrinæ, non ignorare, an ſit idem augmento, ſeu decremento obnoxium. Porrò, philoſophus primo cœli tex: com: 21. de hac re ſic philoſophatus eſt. At verò ait, & creſcit omne quod creſcit: & decreſcit omne quod decreſcit, à cognato, quod aduenit, & quod in materiam

Quare non augetur.

reſoluitur: huic autem competit nihil, ex quo factum fuerit. Et eſt ſenſus, quidquid creſcit, & decreſcit; hoc certè ab aliquo ſibi cognato recipit, quod in principio eſt illi diſſimile, in fine verò ſimile redditur, atq; in illius qualitatem conuertitur: Sed cœlo nihil accidit, quod in illius materiam reſolui poſſit, cùm ex præcedenti aliqua materia minimè cõſtet; igitur augmenti, aut decrementi eſt expers omninò. Addit Auerroes aliam rationem: Omne inquit, quod augetur, vel diminuitur, nutritur: ſanguis enim, & animalium

Auerroes.

Cœlum non nutritur.

materia, & proximum nutrimentum eſt membrorum: Nutriendum verò eſt ei ſimilare, quo nutritur: Sed cœlum non nutritur; vtpote non ſimilare alicui à quo nutriatur: igitur non creſcit, aut decreſcit. Si autem inquit philoſophus, nec accreſcere, nec corrumpi poteſt, eadem ratione, & inalterabile eſſe accipiendum eſt. omne enim alterabile (teſte Commentatore) eſt generabile: ſed cœlũ non eſt generabile: igitur non eſt alterabile. Al-

Cœlum non eſt alterabile.

teratio inquit philoſophus, motus eſt in qualitate: qualitates autem quæ quidem ſunt habitus & diſpoſitiones, non ſine mutationibus in paſſionibus fiunt: vt ſanitas, atque morbus. Quæ verò naturalium corporum in paſſionibus mutantur; ea omnia videmus incrementum ſuſcipere, atq; decrementum, ceu animalium corpora: parteſq́; ipſorum, atq; ſtirpium etiam, & elementorum ſimili modo. Quare ſi corpus, quod circulo fertur, neq; accrementum, neq; decrementum ſuſcipere poteſt; & inalterabile eſſe, conſentaneum eſt ra-

Alteratio quid

tioni. Et eſt ſenſus: cœlum non eſt alterabile, quia alteratio eſt motus in qualitate, quæ eſt paſſio: Omne enim alterabile eſt mutabile in paſſionibus; ac proinde augmenti, aut decrementi ſuſceptibile. ſed cœlum nihil eſt eiuſmodi: igitur non eſt alterabile. Porrò defectus lunæ, atq; ſolis, alterationes dici non debere, arbitratur Auerroes; quia ſcilicet non ſunt ad paſſiones; neq; temporariæ, quæ fiunt per materiam, ſed ſubitariæ potius: Eſt autem alteratio ad qualitatem, vt idem dicit, vt augmentatio ad quantitatem, & latio ad vbi,

In quibus eſt alteratio.

& generatio ad ſubſtantiam: In primæ autem ſpeciei qualitatibus, vt pote in habitibus, & diſpoſitione, non eſt alteratio: neq; in ſecundæ ſpeciei qualitatibus, hoc eſt, in potentia,

Cœlũ nõ eſſe augmẽtabile.

tia, & impotentia: neq; in figura, quæ eſt quarta ſpecies qualitatis; ſed in qualitatibus tertiæ ſpeciei, quæ ſunt paſſiones; nam hoc modo alteratio eſt in his, quæ habent ſubſtantiam, & materiam: Cœlum ergo non eſt alterabile. quia, vt dicit philoſophus tex: cõ: 22. eiuſdem libri, non recipit accrementum, neq; decrementum, neq; iuuentutem, neq; paſſionem. Videtur autem & ratio his aſtipulari, quæ apparent: & ea, quæ apparent rationi. Omnes enim homines de diis exiſtimationem habent: & omnes, qui deos eſſe arbitrantur, tam barbari quàm Græci, ipſum ſupremum locum Deo attribuunt; vt videlicet immortale ad immortale ſit accommodatum: quippè cùm alio modo ſit impoſſibile. Adiecit ad rationes, ſigna, et communẽ hominum ſenſum, ob cauſam eorum, qui abſq; ſignis, rationibus aſſentiri nequeunt. Vltra rationes inquit Auerroes, adiecit ſigna ſenſibilia: quia plurimi ſunt, qui non valent aſſentiri primis propoſitionibus per intellectum notis; vtpote natura rudes, hebetes, aut ob prauam aliquam conſuetudinem, & minimam exercitij experientiam.

Albumazar.

Albumazar ait, poſt rationes, ſigna à philoſopho addita eſſe; vt ſic concluſionis veritas, certæ veritati, hoc eſt, primis principiis eſſet propinquiſſima. Nam & ſi huiuſmodi concluſionis veritas non perinde ſit ac principiorum; eſt tamen illi affinis, cùm conſtet ex ſenſibus.

Galenus.

Galenus in libro, quem demonſtrationem appellauit, ait, Ariſtotelem ſigna addidiſſe; quia mundi æternitas aliter probari non poteſt: & propterea in lib: quem compoſuit de creditis, mundum eſſe æternum, inter credita repoſuiſſe.

Philoſophus.

Accidit autem hoc & per ſenſum ſufficienter, inquit philoſophus, vt ad humanam eſt dicere fidem: In omni enim præterito tempore per traditam inuicem memoriam, non mutatum vllo pacto fuiſſe videtur, aut in toto vltimo cœlo, aut in ſuarum propriarum partium vlla. Senſus eſt, ſi cœlum eſſet corruptibile, non videtur veriſimile tantò temporis interuallo latere potuiſſe; vt ſaltem aliqua illius pars huiuſmodi naturæ ſignum aliquod non oſtenderet. Cùm autem id memoriæ proditum non ſit, nec à maioribus noſtris inuentum; nobis profectò perſuaſum eſſe debet, cœlum eſſe æternum. Addit et tertium ſignum: Videtur, inquit, & nomen fuiſſe datum à veteribus etiam vſq; ad præſens tempus eo modo opinantibus, quemadmodum & nos dicimus: non enim ſemel, neq; bis, ſed infinities eaſdem ad nos acceſſiſſe opiniones putare oportet. Quapropter quia primum corpus, diuerſum quoddam eſt à terra ipſa, igne, aëre, atq; aqua; Æthera ſupremum locum appellauerunt; à ſemper currendo perpetuo tempore, illi cognomentum ponentes.

Æthera vnde dicantur.

Anaxagoras.

Anaxagoras autem nomine hoc non rectè vtitur: æthera enim pro igne dicit. Vtitur alio ſigno, quod nominis æthimologiam ſequitur: Maiores noſtri inquit, vocauerunt cœlum æthera, ab eo, quod eſt ſemper, & thin id eſt, currere; non autem vrere, vt dicebat Anaxagoras. Adduxit autem Chaldæos in teſtes, inquit Auerroes, in quibus olim viguit philoſophiæ ſtudium, quia ipſe primus Græcorum, hoc de mundi æternitate problema, in partem affirmatiuam detorſit: Ipſe, inquit, primò fuit dicens ex phyſicis Græcis, quod cœlum eſſet ingenerabile.

Cœlũ corpus æternum.

Cùm ergo cœlum ab antiquis vocatum ſit æthera, à ſemper currendo, & hæc eadem opinio infinities ſit renouata, atq; confirmata; videtur, inquit, rationi conſentaneum, vt cœlum ſit corpus æternum, & per conſequens non augmentabile, nec alterabile. Item 2. cœli, tex. Com. 2. Et dicamus, inquit, quòd oportet nos credere ſermones antiquorum veriſſimos, & maximè qui ſunt parentes noſtri: Dixerunt enim, quod aliquid eſt velociſſimum, mobile æternum, non corruptibile, & eius motus non habet finem: ſed ipſe finis ſit cuiuslibet finis, & vltimum cuiuslibet vltimi, & continens omne continens. Hæc quidem philoſophus. Cui planè opinioni paulò antè reſponſum eſt.

Plato.

Plato in Timæo aſſerit, cœlum non eſſe augmentabile, quòd ſcilicet omnia intra ſeſe contineat: Factum eſt, inquit, hoc animal perfectum, & vnum, cùm nihil extrà relictum fuerit, ex quo alterum generetur. Poſtremò ne quis ipſum morbus, aut ſenectus attingeret. Et iterum, tempus vnà cum cœlo factum eſt, vt vnà orta, vnà etiam diſſoluantur, ſi qua his diſſolutio vnquam contigerit. Et ad exemplar æternæ naturæ ideo factum eſt, vt mundus hic ille præſtantior quoad poteſt, ſimillimus ſit. Itaque Plato, cœlum incorruptibile, inalterabile, atq; inaugmentabile dicit eſſe: factum tamen

Cœlum factũ eſt.

à mundi

Cœlū nō eſſe augmētabile.

à mundi patre, & principe omnium. Plotinus lib. primo cap. 3. enneadis 2. quare cœlum non ſeneſcat, neq; accrementum, aut decrementum recipiat: quia inquit, non effluit extra ſe. Si igitur eſt in ſeipſo, & non à ſeipſo fluit; permanens idem, nec augetur, nec minuitur, neq; igitur conſeneſcit. Perpetuitatis huius cauſam, diuinæ voluntati attribuamus. Et cap. 5. Si totum cœlum perſeuerare debet, eius quoq; partes, ſcilicet ſtellas, oportet perſeuerare: Hæc ille. Patet ergo ex multorum ſapientum authoritate, cœlum alterabile non eſſe. Sed dicet aliquis: Quidquid eſt alteri contrarium, alterationi eſt obnoxium; alteratio enim inter contraria inuenitur: Sed inter ſolem & hæc inferiora, videtur huiuſmodi contrarietas, ſuo enim acceſſu, & receſſu, eſt cauſa, vnde illa, corruptionis, generationiſq́; viciſsitu-

Plotinus oſtē dit quare cœlum nō ſeneſcit.

Quod cœlum ſit augmentabile.

1\. *dinem ſubeant: Sol ergo eſt alterabilis. Adde, quòd inter ſtellas aliqua videtur eſſe con-*

2\. *trarietas, vtpote inter Solem, & Saturnum, Martem, & Venerem, authore Ptolomæo in*

3\. *primo Apoteleſmatum. Ergo quod prius. Amplius, ſol, tempore æſtiuo eſt calidior, quàm hyemali: Calor igitur gradualiter intendi, ac remitti poteſt. Omnis autem gradualis intenſio qualitatis poſsibilis, eſt alteratio: Ergo &c. Luna præterea in ſua ecclipſi, aliquid alterationis patitur. Deniq; inter ſtellas poteſt eſſe maxima diſtantia, vtpote vna in occaſu, alia verò in parte orientis; ſed vbi eſt magna diſtantia, ibi etiam eſt magna contrarietas. 10. met igitur cœlum eſt alterabile. Amplius, cœlum recipit accrementum, & de-*

Quod ſit augmentabile.

4\. *crementum, igitur eſt alterabile; nam cœlum dependet ex infinita dei virtute: ex parte ergo illius infinitæ virtutis accrementum ſuſcipere poteſt. Porrò illi omnipotentiæ actiuæ, reſpondeat aliqua paſsiua, neceſſe eſt: ex quo patet, cœlum quoad ſe ſpectat, accrementum ſuſcipere poſſe. Et reuera, cœlum eſt quantum, vtpote corpus: igitur augmenti, & decrementi ſuſceptiuum. omne enim quantum eſt diuiſibile in infinitum, & per conſequens augmentabile. Reſpondeo; duplicem eſſe alterationem, corruptiuam ſcilicet, & perfectiuam: vnamq; illarum, nempè perfectiuam, cœlo ineſſe. Perfectiuam inquam, non realem. ſed intentionalem. Etenim in momentarijs tranſitorijſq́; fit qualitatibus intentionalis alteratio; quæ profectò qualitates ſolo motu locali haberi poſſunt: in ſubiecto enim permanentiam non habent. Ad hunc modum loquitur Auerr. primo cœli Com. 21. Qualitates inquit, quarum alteratio non eſt contradictio ſecundum ſuum eſſe, non eſt poſsibile, vt ſit in cœlo, ſecundum mutationem, & ſecundum eſſe. Ineſt ergo corporibus cœleſtibus alteratio intentionalis: non quidem propter mutationem ſubſtantiæ, aut qualitatem permanētem, ſed potius propter motus localis conditionem, ordinemq́; Ptolomæus in primo apoteleſmatū, capite de luna, ait, Lunam cæteris planetis humidiorem eſſe, ob humores terræ, atq; vapores. Sed rectè ab Albumazar corripitur: luna inquit, non eſt ita terræ proxima; vt illius qualitatibus affici poſsit: quippè cùm vapores non vltra 16 ſtadia attollantur: cœlum præterea qualitatibus elementorum non inficitur, Authore philoſopho 2. cœli. Quare prior reſponſio, ſiue opinio eſt magis tenenda: vtpote rationi magis conformis, atq; conſentanea. Ex his autē patet ſolutio primi argumenti: Sol enim non eſt inferioribus contrarius, aut ſimilis realiter, ſed virtualiter tantùm: vnde dici non poteſt formaliter alterabilis, ſed ſecundum*

Soluuntur argumenta.

Alteratio intentionalis eſt in cœlo.

Ptolomæus.

Albumazar.

Ad primum.

2\. *motum & aſpectum, vt dictum eſt. Ad 2. reſpondent Aſtronomi, à quibus docetur, ſtellas contrarias eſſe, vtpote contrariorum productiuas, aut contrariarum hæreſum, hoc pacto: Sol & Saturnus ſeſe habēt (authore Ptolomæo) quia ſcilicet ille caloris, hic autem frigoris eſt productiuus. Mars præterea, & Saturnus ſunt oppoſiti, quod Saturnus ſit diur-*

3\. *nus, Mars verò nocturnus. Ad 3. Sol eſt calidior tempore æſtiuo, ob maiorem illius ad nos acceſſum, atq; vicinitatem, è contrariò ſe habet tempore hyemali. Ad confirmationem dico, non quamlibet diſtantiam, contrarietatem efficere; ſed eam duntaxat, quæ eſt*

Cœlum non eſt augmentabile.

4\. *gradualis, quæ inter ſtellas minimè inuenitur. Ad 4. dico, cœlum eſſe augmentabile per diuinam potentiam, non autem per ſe ipſum; cùm nullum illi inſit principium, vnde augeri poſsit, ſecundum aliquam auctionis ſpeciem. Mundus ergo, quoad ſui perfectionem, eſt omnibus numeris perfectus, nec augmenti, aut decrementi ſuſceptiuus; ideoq́; dici non poteſt cœlum ſecundum aliquod intrinſecum ſui principium alterabile, ſiue augmentabile.*

Cœlũ non eſt corpus infinitum.

quoad verò ad infinitam virtutem artificis, augmentabile dicitur per negationem, hoc eſt, per potentiam in artifice, non autem in cœlo exiſtentem. Ad confirmationem reſpondeo, quòd cœlum ſit diuiſibile ſecundum mathematicam, non autem phyſicam rationem, quia ſcilicet caret contrario. Quomodo ergo cœlum non ſit alterabile, neq; augmentabile, ſed omnis accrementi, aut decrementi, alterationiſq; expers, dixi.

QVAESTIONIS QVARTAE CAP. I.

Cœlum non eſſe corpus infinitum.

*SI firmamentum, ſiue cœlum non eſt corpus graue, aut leue, generabile, & corruptibile, augmentabile, vel alterabile; ſed vltimũ omnium corporum; Ariſt.
deniq; continens omnia corpora: Num eſt quantitate infinitum? Reuera, de hoc non parua fuit apud antiquos controuerſia. Etenim, inquit, Philoſophus, primo cœli tex. 33. Hoc ferè contradictionum omniũ his, qui de natura aliquid enuntiarunt, principium & fuit, & erit ſanè. Omnium planè rerum naturalium quaſi materiale principium, Anaxagoras, Parmenides, & Meliſſus, infinitũ, ad men- Anaxagoras.
tem philoſophi, eſſe dixerunt; ex quo quaſi per ſeparationem, congregationemq; rerum
naturalium generatio fieret; eamq; perpetuò manſuram. Empedocles, & Phyſici, rerum Empedocles.
naturalium principium, finitum eſſe voluerunt; atq; ex illò lite, & amicitia, generationis ordinem ſeruari. Itaq; qui de hoc negotio perperam philoſophati ſunt, varias de mun-
di ortu pepererunt ſententias, teſte Auerroe, Com. 33. 1. cœli: Diuerſitas, inquit, cadens in Auer.
iſtis quæſtionibus prouenit ad magnam diuerſitatem. Nam qui mundum infinitum eſſe Infinitum ca-
dixerunt, idque magnitudine; ij profectò mundum, principium non habere, dicere co- ret agente.
guntur: corpus enim infinitum caret agente: corpus ergo actu infinitum eſſe nequit; nam eo ipſo, quò eſt effectum, proculdubio eſt determinatum, atq; finitum. Qui verò mundũ, ſiue cœlum dixerunt eſſe infinitum tempore, ſiue duratione; ij planè poſuere mundi opificem incorporeum, atq; indiuiſibilem, ſicut putauit Ariſtoteles. Porrò, qui dixerunt, mundum eſſe infinitũ numero, & ij quoq; prima principia infinita eſſe excogitarunt. Re-
ctè ergo dictum à Philoſopho, tex. 33. Paruum exitum à veritate his, qui receſſerunt, Paruus error
longè progredientibus infinities fieri maiorem. huius autem cauſa eſt, quia principium in principio
virtute in maius eſt, quàm magnitudine. Idcirco quod in principio parum eſt, id in fine magnus in
ſit longè maius. Operæ ergo pretium erit, non ignorare, vtrumnè infinitum, principij vicem fine.
ſubire valeat. Eſt autem infinitum, multiplex, ſeu multipliciter dici poteſt: Nempè du- Infinitũ quo-
ratione, vt motus, ſecundum Ariſtotelem: Magnitudine, veluti ſi daretur aliquod cor- tuplex.
pus infinitum: Multitudine, vt in numeris videtur contingere: Virtute, Deus ſcilicet. Porrò, infinitum virtute, principij rationem habere, dubitat nemo. Deus namq; qui eſt infinitæ virtutis, eſt omnium principium, ſicuti demonſtraui in alio libro Pymandri, ad
mentem etiam philoſophorum diſputando. Infinitum autem duratione, aut primarij, aut Quale infini-
ſecundarij principij rationem videtur habere: Magnitudine verò infinitum, nullo pacto tum habet ra-
principij munere fungi poteſt: In cauſa quidem eſt, quia impoſſibili poſito in eſſe, ſem- tionem prin-
per ſequitur impoſſibile: Sed infinitum magnitudine dari, eſt impoſſibile; ad illud ergo cipij.
ſequitur impoſſibile, nempè aliquod principij, ſeu principati rationem non habere. Quouis ergo modo, magnitudine, ſiue multitudine infinitum acceperis; nec principij, nec principiati rationem habebit. Quando ergo Philoſophus dicit, infinitum ſi eſſet, habere prin-
cipij rationem; dicamus ad mentem antiquorum fuiſſe locutũ, qui infinitum cùm ex par- Infinitum ma
te materiæ, tum etiam ex parte motoris poſuerunt. Quare ſi infinitum magnitudine in re- gnitudine nõ
rum natura inueniretur; illud planè principij ſubiret rationem: in rei autem veritate, ni- dari.
hil tale eſſe poteſt in ordine rerum. Et reuera, omne corpus aut eſt ſimplex, aut compoſitum, ſimiliter & infinitum, teſte Philoſopho 34. tex. 1. cœli. Atqui patet ſi ſimplicia*

Cœlũ eſt corpus infinitum.

Cœlum non eſt infinitum magnitudine.

ſint finitæ; compoſitum neceſſariò finitum eſſe: quod enim ex finitis, & multitudine, & magnitudine conſtat; ipſum & multitudine, & magnitudine eſt finitum. Tantùm enim erit, quanta ſunt ex quibus componitur. Reſtat ergo videre, vtrum aliquod ſimplicium corporum infinitum contingat eſſe magnitudine. Cæterùm, cœlum eſſe finitum magnitudine, ſic probari poteſt. Si corpus motum circulariter eſſet magnitudine infinitum; careret vtiq; centro: Centrum enim eſt punctus in medio, è quo æquales lineæ ad circumferentiam protrahi poſſunt: circumferentia namq; eſt finis atq; terminus corporis: qua ſi vacauerit, & centro quoq; vacare, neceſſe eſt. Quòd ſi ita eſſet, procúldubio circulariter moueri non poſſet: omne enim corpus mobile, aut mouetur à centro, aut ad centrum, aut circa centrum. Præter autem has motus ſpecies, nulla eſſe poteſt in motu locali. Quam

Non haberet centrum.

ob cauſam ſic arguebat Philoſophus tex. 35. Si cœlum eſſet magnitudine infinitum; infinitæ quoque eſſent, quæ è medio protraherentur lineæ. Itemque, & infinitarum talium interuallum eſſet infinitum; extra quod nulla magnitudo lineas tangens ſumi poſſet: ſi enim illud eſſet finitum, maius ſemper aliquid accipi poſſet. Quare quemadmodum numerum ex eo dicimus infinitum, quia maximus non eſt; eadem ratio, & de ſpatio. Et eſt ſenſus: quemadmodum in numeris ille non eſt infinitus, qui eſt maximus, ſed potius ille,

Infinitum nõ poteſt pertranſiri.

qui quouis dato ſemper poteſt eſſe maior; ita planè illud eſt ſpatium infinitum, quod eſt omni alio accepto maius. Si autem infinitum pertranſiri non poteſt; interuallum neceſſariò infinitum eſſet, ſi cœlum eſſet infinitum: Non igitur circulo moueri poſſet. At cœlũ circulo moueri cernimus: non ergo eſt infinitum. Amplius, lineæ in huiuſmodi corpore infinitæ deſcriptæ, ſeſe interſecare non poſſent: Etenim ſi à tempore finito, tempus finitum abſtuleris; & reliquum quoque erit finitum, & principium habere, neceſſe eſt. Eodem modo, ſi ambulationis tempus principium habet, & motus principium eſt, & magnitudinis etiam. Quare ſi lineæ protractæ à centro, ad circumferentiam eſſent infinitæ, & tẽ-

Cœlum mouetur finito tempore.

pore finito mouerentur: Quia 24. horarum ſpatio alterum duorum neceſſariò ſequeretur, aut ſpatij infiniti lineas eſſe finitas; aut infinitum, principium habere & finem. Quorum vtrumq; eſt falſum. Si enim voluitur tempore finito, igitur finitum eſt, quod ita mouetur; omne autem finitum, principium habet & finem. Verum, illud eſt perſpicuum impoſſibile, vt finito in tempore quicquam tranſeat infinitum: Tranſibit ergo in tempore infinito. Sanè, ſicut dicitur 6. phyſ. Si mobile eſt infinitum, & motus quoq;, & tempus ſimiliter ſe habebunt: Sed cœlum mouetur finito tempore, circuit, atq; conuertitur per totum orbem: Impoſſibile igitur eſt, infinitum eſſe, quod circulo mouetur. Amplius, omne corpus figuratum, eſt finitũ magnitudine; figura enim terminis clauditur, & terminatur: nul-

Cœlum eſt finitum, quia figuratum.

lum autem huiuſmodi poteſt eſſe infinitum. Sed cœlum eſt figura ſphæricum; igitur eſt magnitudine finitum. Vnde Philoſophus primo cœli tex. 39. Præterea, inquit, quemadmodum linea, ex ea parte, qua finis eſt, infinita eſſe non poteſt, niſi ad longitudinem; & ſuperficies ſimiliter, cùm fuerit terminata; nulla ex parte eſt infinita ſimiliter quadratum, circulus, ſphæra; ita planè & corpus, quod circulo fertur. Iterum tex. 41. Si cœlum eſt infinitum, & circumuoluitur; infinitum finito tempore erit pertranſitum: ſit enim cœlum quidem, quod manet infinitum, hoc eſt, ſpatium imaginarium; id autem, quod in hoc mouetur, æquale. Quare ſi circumuolutum fuerit, quod eſt infinitum; æquale ſibi infinitũ tempore finito peragrabit: at hoc eſt impoſſibile. Etenim ſi tempus, in quo circumuolutum eſt, finitum eſt; etiam magnitudinem, quæ pertranſita eſt, neceſſe eſt finitã eſſe. At æquale ſibi pertranſiuit, igitur finitum eſt, & ipſum ſcilicet, quod mouetur. Quod igitur id, quod circulo mouetur, non ſit immenſum, neq; infinitum; ſed finem habe-

Plato dicit Deũ tantùm eſſe infinitum

nt, perſpicuum eſt. hæc quidem Philoſophus. Porrò Plato in libro de ſanctitate, infinitũ dicit eſſe vnum, quod figura caret, & partibus, nempè Deum optimum maximum: Infinitum, inquit, eſt ipſum vnum, cùm principio fineq; careat: Ergo & abſq; figura. neq; enim rotundi, neq; enim recti particeps eſt. hæc profectò, atq; alia, quæ ibi dicit Plato, Deo ſoli ſunt attribuenda. De cœli autem, ſiue mundi conditione in Timæo loquens, dicit

illum

Cœlũ eſt corpus infinitum.

illum eſſe magnitudine finitum. Ita, inquit, diuina arte fabricatus eſt mundus, vt omnia à ſe, & in ſeipſo patiatur. & iterum: Idq; ea ratione fecit, primùm quidem, vt hoc animal quàm maximè perfectũ ex perfectis partibus eſſet: Deinde, vt eſſet vnum, cùm nihil extrà relictum fuerit, ex quo alterum generetur. Quare, ſi mundus nihil extra ſe poſſidet, eſt magnitudine certè finita. Adiecit præterea illi figuram, tali vtiq; corpori congruam: ergo finitæ eſt magnitudinis: nihil enim figuratum poteſt eſſe infinitum. Plotinus quoq; lib. 4. enneadis. 2. cap. 7. Huiuſmodi infinitum materiale inueniri, negat omninò. Si infinitum eſt, inquit, vt id pertranſire quis nequeat; meminiſſe oportet, non poſſe eiuſmodi quicquam in rebus exiſtere: neq; ſi ipſum per ſe, & in ſe infinitum ſit: neq; ſi in alia ſit natura; quaſi cuiquam corpori accidens. Profectò neq; ipſum in ſe immenſum, quoniam pars quoq; eius neceſſariò foret immenſa: neq; infinitum accidens alteri, quoniam illud, cui accidit ſuaptè natura infinitum minimè foret: neq; ſimplex, omne enim corpus eſt per omnia diuiſibile. Item infinitum accedens ad terminatum, eius perdet naturam: infinitum ergo alicuius accidens eſſe non poteſt: Igitur nec in ſeipſo, nec in alio eſt aliquod corpus infinitum. Etenim ſi daretur corpus ſimpliciter actu infinitum; aut ſimplex eſſet, aut compoſitum. Non quidem ſimplex; ſua nāq; actione infinita, reliqua deſtrueret corpora ſimplicia, & cætera quæcumq; atq; ita mundus, ſuæ pateretur ruinæ naufragium: Neq; compoſitum, in rerum enim natura, plura corpora infinita eſſe non poſſunt; quandoquidem vnumquodque tale, cùm ſit ſecundum omnem dimenſionem ſimpliciter infinitum; omnem profectò occupat locum, vnde alteri non cedit, nec cedere poteſt corpori; alioqui infiniti rationem amitteret. Item, ſi infinitum daretur corpus; aut extra mundum eſſet, aut intra mundum contineretur. Non eſt extra mundum, cùm ibi nihil reale, ſed imaginarium tantùm ſit: Neq; intra mundum; omne ſiquidem tale eſt finitum magnitudine. Adde, quòd extra cœlum non ſit tempus, aut motus, vt dicit philoſophus 1. cœl. tex 100. ex quo apparet extra cœlum, corpus aliquod eſſe non poſſe. tex.98. Ad huc, omne corpus, vt patet ex ipſius diffinitione, tertio phyſ. tex. com. 40. eſt planitie terminatum, profunditate quoque, & ſimilibus; igitur infinitum eſſe non poteſt. Corpus certè eſt profunditas, cuius terminus eſt ſuperficies: & ipſa ſimiliter eſt latitudo, cuius finis eſt linea; quæ planè eſt longitudo à puncto terminata. Multitudo, eſt pluralitas finita 5. met. cap. de quanto. Numerus eſt multitudo menſurabilis vno. 10. met. tex. com. 21. Cùm igitur hæc ita ſe habeant, implicat planè contradictionem, Aliquid & corpus eſſe, & illud quidem infinitum. Iterum, quemadmodum docet philoſophus 3. phyſ tex. com. 42. & primo cœli tex. com. 34. & nos etiam paulò antè tetigimus: Infinitum non poteſt eſſe corpus ſimplex, aut compoſitum: igitur nullo modo poteſt eſſe corpus. Ex ſufficienti diuiſione patet conſequentia. Secunda autem pars antecedentis ſic probatur: non eſſe autem corpus ſimplex, ex ea maximè perſpicuum eſt, quam antea diximus ratione: nec etiam compoſitum; nam aut ex vno elemento magnitudine infinito conſtaret; aut ex multis, magnitudine quidem finitis, numero autem infinitis. Non primum; illud enim ſua actione cætera conſumeret: neq; ſecundum, plura enim eſſe nequeunt infinita; cùm vnum omnem occupet locum. Itaq; cœlũ eſſe corpus infinitum, eſt impoſſibile.

Mundus eſt finitus magnitudine.

Plotinus dicit non dari infinitum materiale.

Non dari corpus actu infinitum.

1. 2. 3. 4.

CAPVT. II.

Cœlum eſſe corpus infinitum argumentis probatur

Contra ea, quæ dicta ſunt, ſic aliquis poſſet obijcere. Primus motor eſt infinitus, ergo & primum mobile. tenet conſequẽtia. quia cùm moueat ſecundùm vltimum ſuæ potentiæ, ſi mobile non eſſet magnitudine infinitum; moueret vtiq; in inſtanti: quod eſt falſum. Mobile ergo primum eſt infinitum magnitudine. Ne autem quis hoc impoſſibile eſſe arbitretur, exemplo illi 1.

Cœlũ eſt corpus infinitum.

eſſe poteſt, lapis compoſitione infinitus: quod ſic probatur: In qualibet horæ vnius parti-
cula, vna bipedalis lapidis pars producatur: ſed partes horæ, ſaltem proportionales, ſunt
infinitæ: ergo & partes bipedales ſic productæ, eſſent ſimiliter infinitæ. lapis ergo ex
2. illis compoſitus, eſſet infinitus: ergo quod prius. Amplius, Quando aliqua duo ita ſe ha-
bent, quòd vnum eſt ſubiectum, alterum verò proprietas eiuſdem; vnum ſine altero eſſe
non poteſt. Sed quantitas ſe habet, vt ſubiectum, infinitum verò, vt paſſio 1. phyſic: tex:
15. vbi philoſophus dicit, infiniti rationem, quantitati congruere, & infinitum in quantita-
te inueniri: Sed datur quantitas, ergo & infinitum. Adde, quòd imaginatiua imaginatur
infinitum: eſt ergo, aut poteſt eſſe: tenet conſequentia. Quod mouet aliquam potentiam
paſſiuam ad actum, eſt vel poteſt eſſe; motiuum enim non conuenit niſi enti: Sed infini-
tum mouet imaginatiuam, nempe potentiam paſſiuam ad imaginandum: eſt ergo, aut po-
teſt eſſe. Sic etiam imaginamur corpus cœli eſſe infinitum, cùm omnia complectatur; er-
3. go ſuæ non habet magnitudinis terminum. Iterum, ſi ideò infinitum moueri circulo non po-
teſt, quia infinita velocitas non poteſt eſſe in tempore; id profectò non videtur veritatem
habere, quandoquidem tarditas infinita poſſit eſſe tempore finito: Igitur infinita poteſt
eſſe velocitas tempore finito. nam ſi vnum contrariorum eſt in rerum natura; & reliquũ
inueniri neceſſe eſt. Antecedens patet: polorum namq; circumferentiales partes, cæteris
cœli partibus tardius mouentur, aliquæ verò duplo tardius, & aliæ triplo, & ſic vſq; in
4. infinitum, & tempore tamen finito: ergo. Præterea cœli lux eſt in infinitum diffuſiua:
igitur infinitum eſt cœli conuexum. Antecedēs patet: lux certè ex ſeſe replet omnia opa-
ca: ſed opacum vmbræ productiuum, eſt infinitum: & lux igitur ſimiliter ſe habebit.
1. cœli 18. 39. Ad hæc accedit authoritas Auerrois dicētis, corpori circulariter mobili, quatenus eſt quã-
tum, infiniti naturam nequaquam aduerſari: quantum enim per finitum & infinitum, di-
uiditur: Sed differentia non repugnat generi; nec ergo infinitum, quanto repugnabit. Itē,
infinitum in qualitate inueniri poteſt; nam ſubtilitas poteſt in infinitum creſcere, teſte
Commentatore 4. phyſ: com: 72. raritas quoq; & denſitas, com: 84. Igitur, & in quan-
titate ſimiliter ſe habebit. Quare cœlum in quantum eſt res corporea, atq; quanta, poteſt
eſſe infinitum. hæc, & ſimilia dici poſſunt veritatis inueniendæ cauſa. Porrò ad huius-
modi argumenta, ita reſpondeo, & ad primum quidē, antecedēte conceſſo, nego conſequē-
1. tiam: ad probationem verò dico, quòd & ſi primus motor ſit infinitus, vt in aliis libris
Pymandri oſtendi; non mouet tamen neceſſariò, ſed liberè, neq; ſecundum vltimum ſuæ
potentiæ. Quare, non opus eſt, vt mobile, ſit etiam magnitudine infinitum. Ad confir-
mationem dico, huiuſmodi actum proportionabilium partium menſura non teneri; ſed tã-
tummodo eiuſdem eſſe quantitatis: quippè cum partes proportionales ſint tantùm in
2. potentia. Ad 2. Nego minorem, ſi ſermo ſit de infinito actu, atq; ſimpliciter: Ad pro-
bationem autem dico, philoſophi ſententiam, conditionaliter, non autem abſolutè eſſe in-
telligendam. Ad confirmationem, nego minorem: quando enim imaginatiua, infinitum
intelligit; illud profectò, ex finito percipit: Siquidem priuationem per habitum natura-
liter cognoſcimus. Maior præterea eſt falſa: Multa enim imaginamur, quæ nullo modo
3. eſſe poſſunt, vt potè multa chymerica, & fabuloſa. Ad 3. ex: 3. phyſ: patet ſolutio: vbi
docetur à philoſopho, in diminuendo, non autem in augendo, infinitum poſſe conſiſtere:
ſed tarditas eſt quædam motus diminutio, velocitas verò motus augmentatio: non ergo
4. eſt par vtriuſq; ratio: ideoq; negatur ſimilitudo. Ad 4. dico, cœli lucem non eſſe in in-
finitum luminoſam, lux enim eſt virtus finita, & luminoſi etiã corporis ſimiliter: lucis
ergo multiplicatio non poteſt creſcere in infinitum. Ad probationem ſimiliter patet re-
ſponſio: eò enim vſq; vmbra cauſari poteſt, quò & lumen multiplicari: ſed illius multi-
plicatio eſt finita: & vmbræ quoq; erit ſimiliter. Ad Auerrois authoritatem dico, cor-
pori, quatenus eſt quantum, infinitum non aduerſari: bene verò, quatenus eſt corpus: nã
ſuapte natura eſt finitum, atq; terminatum. Sic etiam viſus conuenit talpæ, vt eſt animal,
non autem vt eſt talpa. Quam ob cauſam putauit Auerroes primo cœli com: 39. lineæ in-
finitum

Soluuntur argumenta.

Infinitum repugnat corpori, non autem quanto.

Cœlũ eſt corpus infinitum.

finitum congruere, longitudinis, non autem lineæ ratione; ſimiliter ſuperficiei, latitudinis, non ſuperficiei, & corpori, magnitudinis, ſiue quanti, non autem corporis ratione. Et reuera, ex duobus oppoſitis, ſi ratio vnius alicui non congruit, alterius congruat, neceſſe eſt. Vnde finitum, & infinitum competunt quanto; vnum quidem propriè; alterum verò minimè. Quantum enim ex ſui natura non eſt finitum, atque terminatum, ad certum extenſionis gradum: Potius ergo infinitum, quã finitum competit quanto. Sanè, finitum non cõplectitur totam prorſus quanti eſſentiam, & eſſe; quandoquidem cum quolibet quidem gradu finito conſiſtere queat: A nullo ergo finiti gradu eius eſſentia prorſus complectitur: nec eſſe ſimiliter; quippè cum eſſe ſit actus eſſentiæ. Cùm igitur finitum ad eſſentiã, & eſſe quanti non ſpectet: infinitum ergo quanto non aduerſabitur. Adde, quod ſi eadem numero dimenſio interminata dicitur, quia ſub diuerſis terminis ſtare poteſt: Terminus ergo non ſpectat ad eſſentiam: Quanto igitur, infinitum non aduerſatur.

Infinitum cõpetit quanto.

Rationes cõtrariæ.

Sed dicet aliquis, ſi infinitum non repugnat quanto, ſaltem ſecundum eius eſſentiam: eſt ergo poſſibile, vt ſit aliquod quantum infinitum. Tenet conſequentia: omne enim non repugnans alicui ineſſe, poteſt ineſſe; nam inter poſsibile, & impoſsibile, non datur medium. Quare ſi infinitum non repugnat quanto, poteſt ergo illi ineſſe: alioqui ſi impoſsibile eſt illi ineſſe, repugnet ergo, neceſſe eſt: ſed impoſsibile eſt infinitum ineſſe quanto; nam teſte Ariſtotele primo priorum illud eſt impoſsibile, quo poſito ineſſe, ſequitur impoſsibile. Sed poſito quanto infinito in actu, multa ſequerentur abſurda, & impoſsibilia: repugnat ergo quanto infinitudinis ratio.

Quomodo infinitum non repugnet quãto.

Dicò, ineſſe ad id tantum reſtringi, quod eſt, poſsibile verò ad id, quod eſt, & poteſt ineſſe: Non repugnans autem, ad id, quod eſt, & poteſt ineſſe, denique, quod non repugnat intellectui; hoc enim modo, corpus poteſt intelligi ſine loco, & materia ſine forma; nullaq́ue eſt ex parte intellectus repugnantia, cùm illi non repugnet ineſſe, ſecundum ſe aut poſsibili ineſſe. Ex his ergo patet ad rationes oppoſitas ſolutio.

Solutio.

1\. *Vnde conſequentia primæ rationis conſiſtere nequit: Infinitum enim, & ſi repugnet quanto, quoad ineſſe, & poſsibile eſſe; non tamen repugnat intellectui, ſic quantum concipienti.*

2\. *Ad aliam dico, quod licet omne repugnans ſit impoſsibile; non tamen omne non repugnans, eſt poſsibile: Ex quo patet infinitum, quanto non repugnare, cùm ab intellectu ſic concipi poſsit: bene autem repugnat corpori; ſiquidem eò ipſo, quò corpus nominamus, rem finitam, ac terminatam dicimus. Itaque ex his, cœlum finitam non autem infinitam habere magnitudinem, perſpicuum eſſe puto:*

Elemẽta ſunt finita.

idipſum quoque de elementis ſentio. Nam ſi locus ſurſum & locus deorſum ſunt finiti; & corpora etiam, quæ ad huiuſmodi loca mouentur, ſimiliter ſe habebunt: locus enim eſt æqualis locato. Quare, ſi locus eſt finitus; & locatum quoque magnitudinis erit eiuſdem. Quòd autem locus ſurſum, & locus deorſum ſint finiti; ex eò maximè patet, quòd ſi vnum contrariorum ſit finitum, reliquum eiuſdem erit quantitatis; continentur ſiquidem ſub eodem genere, & ſub illo maximè diſtant: Sed locus deorſum, qui eſt centrum mundi, ad quem grauia feruntur, & ibidem quieſcunt, eſt magnitudine finitus; & locus quoque ſurſum, ad quem mouentur leuia, eſt quoque finitus: ergo &c.

loca ſunt finita.

Adde, quòd locus medius, qui eſt totum ſpatium interpoſitum inter cœlum lunæ, & mundi centrum, ſit finitæ magnitudinis: nam ſi extrema ſunt finita, ſicut dixi, & probaui; & media etiam, ſimili ſpatij magnitudine menſurantur: Elementa ergo quæ in hoc ſpatio, & medio continentur, & numero, & magnitudine ſint finita, neceſſe eſt omninò.

Philoſophus.

hoc modo loquitur Philoſophus primo cœli tex. 44. At verò inquit, neque id, quod ad medium, neque id, quod è medio fertur, infinitum erit. Contrariæ lationes ſunt, qua ſurſum, & qua deorſum pergitur: Contrariæ verò ſunt ad contraria loca. Et eſt ſenſus, locus ſurſum, & locus deorſum ſunt contrarij; quia contrariorum ſcilicet motuum termini ſunt.

Loca contraria sũt finita.

Sed ſi inquit, alterum contrariorum definitum eſt, & alterum definitum erit; Medium verò eſt definitum. Nam ſi vnde vis deorſum feratur, quod ſubſtat non contingit, vt vltra medium progrediatur. Cùm igitur medium definitum ſit, & ſuperum locum definitum eſſe, neceſſe eſt. Si igitur loca ſunt definita, & corpora erunt finita.

Cœlū eſt corpus infinitum.

nita. Auerr com. 44. 1. cœli. Dicit, contraria æqualia eſſe debere ſecundum qualitatem: nam ſi alterum eſſet infinitum, totum ſibi ſpatium vendicaret, atq; ita penitus alterum deſtrueret. Sunt autem æqualia proportione; quia vnum non ſuperat alterum infinita proportione: non autem corporis mole, aut virtute agendi; alioqui inter illa, actio eſſe non poſſet.

Auerr. dicit contraria eſſe æqualia.

Hactenus de locis extremis contrarijs, atq; finitis. Probat pòſtmodum tex. 45. loca quoq; media eſſe finita: Præterea, inquit, ſi ſurſum & deorſum definita ſunt; & id, quod eſt inter hæc, definitum eſſe neceſſe eſt. Nam ſi definitum non ſit, motus infinitus erit profectò, quod eſt falſum. Medium ergo ipſum definitum erit. Quare & id corpus, quod in hoc eſt, aut eſſe poteſt, ſupponit philoſophus ad ſenſum conſtantiam ſubiecti: atq; ita argumentatur: Si ſurſum & deorſum ſunt loca definita; medium quoq; definitum erit: alioquin ſi medium eſſet infinitum, quod ſenſu conſtat inter hæc extrema inueniri; motus vtiq; eſſet infinitus, quod eſt impoſſibile. Adde, quòd ſi medium eſſet magnitudine infinitum, non eſſet corpus, quod ſurſum ferri poſſit; neque etiam deorſum, aliter contingeret infinitum pertranſiri: Medium ergo, finitum ſit, eſt neceſſarium omninò.

Loca media finita.

Ex his igitur perſpicuum eſt, corpus infinitum eſſe non poſſe. Accedit ad hæc, quòd ſi corpus mobile motu recto eſſet infinitum, cùm omne tale ſit natura graue, vel leue; haberet vtiq; grauitatem, ſiue leuitatem infinitam: Sed hoc eſt impoſſibile: nullum ergo corpus motum motu recto, eſt infinitum. Tenet conſequentia: ſi enim paruum corpus, paruam habet grauitatem, & magnum, magnam; igitur infinitum, habebit infinitam. Sed conſequens eſt falſum, & impoſſibile. Si enim in corpore graui infinito eſſet grauitas infinita; igitur deorſum moueretur in inſtanti. Conſequētia patet: nam ſi corpus aliqualem habens grauitatem, alicuius temporis in mouendo ſibi ſpatium vendicat; & habens minorem, in minori moueretur: habens igitur infinitam; in inſtanti ſuum motum complebit. Sed implicat contradictionem, aliquid moueri, & idem in inſtanti; motus enim ſuaptè natura in tēpore fiat, neceſſe eſt. Itaq; aliquod elementorum non mouetur in inſtanti: & per conſequens, non eſt aliquod inter ipſa elementa, grauitatis, aut leuitatis infinitæ. Habetur hæc doctrina apud Philoſophum 1. cœli, tex 46. Ad hæc, inquit, ſi grauitas non eſt infinita, neq; aliquod horum corporum erit infinitum: infiniti namq; corporis, infinitam eſſe grauitatem, neceſſe eſt. Eadem autem erit ratio & in leui. Nam ſi grauitas eſt infinita, erit & leuitas; ſi id infinitum ſit, quod ſupereminet. Et eſt ſenſus, ſecundum Auerr. Omne corpus, quod recto motu mouetur, eſt graue, aut leue: Quòd ſi corpus fuerit infinitum, grauitatem proculdubio habebit infinitam: ſed impoſſibile eſt, grauitatem, aut leuitatem eſſe infinitam; alioqui motus fieret in inſtanti; effectus enim infinitus, ex infinito prouenit effectiuo principio: Nullum ergo elementum eſt corpus infinitum.

Ex porta grauitatis.

Non datur grauitas infinita.

Philoſophus.

Graue nō mouet in inſtanti

Auerr.

Proinde Philoſophus tex. 51 de hoc negotio diffinitiue loquens, ſic ait: Si tanta grauitas per tantum ſpatium in hoc tempore mouetur; & tanta adhuc in minore tempore mouebitur: veluti ſi dimidia grauitas hoc in tempore moueretur; dupla in dimidio illius mouebitur. Porrò, finita grauitas, omnem finitam intercapedinem, finito quodam tempore tranſiet; infinita verò improportionabiliter, quia infiniti ad finitum proportio nulla eſt: Temporis autem minoris ad maius finitum eſt; ſed in minore, ſemper minimum autem non eſt: igitur in inſtanti, quod falſum eſt. vnde Auerr. Non eſt, inquit, dicendum illud moueri in non tempore, quia omne quod mouetur, in tempore mouetur, vt dicitur 6. Phyſ. Nec eſt dicendum illud moueri in tempore, quia cuiuslibet temporis, ad quodlibet tempus, eſt quædam proportio: at infiniti grauis ad infinitum graue, nulla eſt proportio in exceſſibus: Quare, ſi daretur graue infinitū, nullo modo moueri poſſit. Quòd ſi dixeris illud graue infinitum moueri in tempore minimo; hoc quoq; ſtare non poteſt: nam illius temporis nulla eſſet vtilitas: ſumeretur .n. contra aliud finitum in eadem proportione, in qua infinitum eſſet maius ad alteram. Quare in æquali tempore per æquale ſpatium infinitum, atq; finitum mouerentur: quod quidem eſt impoſſibile. Nam ſi in quantoiuis tempore, finito tamen, moueretur infinita grauitas, per aliquam finitam diſtantiam; neceſſe eſt

Philoſophus.

Grauitas infinita moueretur in inſtāti.

Auerr.

Obiectio.

etiam

Infinitum corpus in actu non dari.

etiam aliam finitam, eodem ipſo moueri. Imaginantur, inquit Simplicius, ſophiſtæ infinitam grauitatem moueri ſuper ſpatium finitum in quantouis paruo tempore. Impoſſibile ergo grauitatem infinitam eſſe, ſimiliter autem, & leuitatem. Itaque cœlum non eſſe magnitudine infinitum, nec etiam aliquod ex elementis, patet ſatis: Cum gratia ſancti Spiritus paracleti. Amen.

Simplicius.

Concluſio quæſtionis.

CAPVT III.

Infinitum corpus non dari.

Nõ datur corpus infinitũ.

QVamuis de hoc negotio nonnihil ſuperius tetigerim, non dari ſcilicet corpus infinitum, quia tamen de hac materia philoſophus doctè copioſeq; diſputat, eius doctrinam imitari placuit. Inprimiſq; dico cum eodem philoſopho 1. cœli tex. 54. Infinitum corpus in rerum ordine nequaquam inueniri. Nam ſi daretur corpus actu infinitum, vel certè eſſet heterogeneum, id eſt, ex diſſimilibus compoſitum partibus: veluti eſt corpus animalis, quod ex carne & oſſe conſtat, & ſanguine: vel homogeneum, id eſt, ex ſimilibus partibus conſiſtens, vt ſingula quæq; elementa. Porrò, ſi daretur corpus heterogeneum actu infinitum, illud planè partes haberet infinitas, quæ ex infinitis ſpeciebus eſſent conſtitutæ, quod profectò eſt abſurdum, pariter & impoſſibile;

Heterogeneũ.

heterogenei namq; corporis partes ſunt corpora ſimplicia, ſaltem primæ partes: quandoquidem omne compoſitum, ex ſimplicibus partibus componatur: aut certè ad illa reducibiles ſunt ſimplicia: quæ iam finita, atq; determinata eſſe, ſuperiori probatum eſt ratione. Itaq; heterogeneum corpus infinitum eſſe nõ poteſt. De homogeneo quoq; ſimile philoſophus habere videtur iudicium:

Homogeneũ.

huiuſmodi enim corpus, cùm ſit naturale, aliquo certè motu locali ſibi naturali poſſet moueri, quod eſt falſum: Siquidem circulariter nequaquã moueretur, quia non haberet centrum, circa quod motus circularis verſatur; infiniti enim centrum nullum eſt, nec etiam motu recto; omne ſiquidem huiuſmodi, eſt graue, vel leue: haberet ergo grauitatem, ſeu leuitatem infinitam, quod certè exploſum eſt, atq; reprobatum. Igitur, illud corpus nullatenus moueretur, quod planè naturæ corporis naturalis minimè competit: Non datur ergo corpus aliquod actuali infinitum magnitudine. Sic ſanè docet philoſophus 1. cœli, tex. 57. Si primi inquit, motus finiti ſint; ſpecies quoq; ſimpliciũ corporum finitas eſſe, neceſſe eſt.

Philoſophus.

Simplex quidem motus eſt, qui ſimplicis eſt corporis: ſimplices autem motus finiti ſunt: omne autem corpus naturale, neceſſe eſt ſemper habere motum. Tria quædam dicit, nempè ſimplicem motum ad corpus ſimplex pertinere, ad mixtum verò, mixtus: deinde motus ſimplices eſſe numero finitos, vtpote à medio, ad medium, & circa medium. Poſtremò, cuilibet corpori naturali ſimplicem motum ineſſe. Ex his autem colligitur, corpus heterogeneum ex partibus ſimplicibus numero infinitis, conſtare non poſſe: quippe cùm motus ſint finiti, & ſimplicis corporis, ſimplex quoq; ſit motus.

Non conſtat ex partibus infinitis.

1\. *Neque hoc corpus heterogeneum ex partibus finitis conſtare poterit; quippe cùm vnam quamq; partem illius, infinitam eſſe, neceſſe ſit. At, ſuprà oſtenſum eſt, grauitatem, & leuitatem infinitam dari non poſſe: corpus ergo heterogenum infinitum eſſe non poteſt,*

2\. *Præterea, loca quoq; ipſarum ſcilicet partium, magnitudine infinita eſſe, neceſſe eſt: quare & motus omnium infinitos eſſe: hoc autem impoſſibile eſt: nam, neq; id, quod deorſum, neq; id, quod ſurſum fertur, ſecundum eandem rationem in infinitum moueri poſſunt.*

Loca ſunt infinita.

Impoſſibile eſt enim fieri, quod eſt impoſſibile eſſe factum; vtpote coruum eſſe album, formicam eſſe cubitalem, & Tyberim eſſe in Ægypto. Impoſſibile igitur eſt, & illuc ferri, quò nullum corpus, quod fertur, poteſt peruenire. Cùm igitur loca non ſint infinita; mobilia quoq;, quæ in illis, vel circa illa mouentur, infinita eſſe non poſſunt. Præterea, etſi ſeiuncta ſunt, vt corpora infinita atoma, ſecundum Democritum; aut partes infinitæ conſimiles, ſecundum Anaxagoram; Nihilominus ex omnibus infinitum ignem contingit eſſe. Et eſt

Infinitum corpus in actu non dari.

*ſenſus,etſi ſecundum illorum ſententiam ſint ignes infiniti ſeparati;adhuc tamen continge-
ret vnum ignem ex illis omnibus fieri; & tunc ſimilis ſequeretur abſurditas,leuitatem ſci-
licet habere infinitam. Tex. 60. aliam addit rationem : Præterea, inquit, corpus erat id,*
Simplicius. *quod omni ex parte dimenſionem habet : idcirco ait Simplicius,fieri non poteſt vt plura*
Corpus diſſimilare nõ eſſe infinitum. *diſsimilia infinita ſint in vno mixto ; vnumquodq; enim illorum,ſecundum longum, latum,
& profundum totum locum occuparet. Quare , quomodo fieri poteſt, ait philoſophus, vt
plura quidem ſint diſsimilia,vnumquodq; autem ipſorum ſit infinitum; omni enim ex par-
te,vnumquodque infinitum eſſe oporteret. At verò neq; ſimilare infinitum contingit eſſe
omne : Primò quidem, quia non eſt alius præter hos motus : habebit igitur horum vnum.
Si autem hoc eſt ; continget, aut grauitatem eſſe infinitam, aut leuitatem : Nam corpus,
quod circulo fertur,impoſsibile eſt eſſe infinitum. Sed his paulò antè reſponſum eſt. Igi-*
Neq; ſimilare. *tur tũ ſimilare,tum etiam diſsimilare corpus non poteſt eſſe infinitum. Tex.62. ex motus
diuiſione argumentatur. Præterea, inquit , nec omninò infinitum moueri contingit. Nam
aut ſecundum naturã,aut vi mouebitur : & ſi vi,etiã ſibi inerit ſecundum naturam. Et eſt
ſenſus,quando alicui corpori inuenitur aliquis eſſe motus violentus ; alteri abſq; dubio erit*
Infinitũ non moueri. *naturalis. Igitur , ſi infinitum vi mouetur ; naturaliter moueri neceſſe eſt. Porrò, omne,
quod mouetur,propriũ habet locum,ad quem moueri poſsit: ſed hoc eſt impoſsibile,quan-
doquidem omnem prorſus occupet locum ; vnde non poteſt habere locum extra locum ſu-
um naturalem,ad quem feratur. Et reuera,non datur locus infinitus , cùm loca planè ſint*
Infinitum nõ patitur ab alio. *determinatæ magnitudinis, atq; diſtantiæ : Ergo quod prius. Amplius , aut huiuſmodi in-
finitum eſſet paſsiuum,aut actiuum : ſi paſsiuum,aut ab infinito, quod certè fieri non po-
teſt, duo enim non ſe compatiuntur infinita : ſi verò à finito, in æquali ergo,& finitum in
paſſum finitum & infinitum ageret. teſte Ariſt.1. cœli tex.63. Si verò illud fuerit actiuũ
non poterit agere in aliud infinitum, propter eandem rationem : neq; infinitum ; alioqui
finitum & à finito,& ab infinito æqualiter pati poſſet : ſed vtrumq; eſt falſum, ergo &c.*
Quod infinitũ poſsit agere. *Sic certè docet philoſophus 63. Quòd autem omninò impoſsibile ſit,inquit, infinitum pati
aliquid à finito,vel agere in ipſum; perſpicuum eſt,propter eas ſcilicet,quas diximus ratio-*
1. *nes. Sed dicet aliquis,ſi finitum poteſt agere in corpus finitum ; multò ergo magis corpus
infinitum. tenet argumentum primo loco à maiori ; ſecundo verò, quia infinitum, reſpe-
ctu finiti,totius naturam ſibi vendicat. Infinitum ſi præterea eſſet, principij rationem ob-
tineret, & per conſequens rationem agentis : ageret ergo. Adde quod eſſet ens naturale,
haberet ergo virtutem agendi. Igitur, infinitum poteſt agere in corpus finitum. Amplius*
2. *non omnis actio & paſsio eſt finita; octaua enim ſphæra mouet,ſecundũ philoſophos,alias*
Solutio. *ſphæras motu infinito,ergo &c. Dico,fieri non poſſe,vt detur corpus infinitum ad mentem
philoſophi. Implicat enim contradictionẽ,nempè ipſum agere,& non agere: agere inquam
ob virtutem,& formam; non agere autem,ob illius improportionatam naturam. Ad aliud
reſpondet Auerroes,octauam ſcilicet ſphæram,alias ſecum ſua rapere virtute,idq; virtute*
Corpus ſenſibile nõ eſt infinitum. *primi motoris,de cuius infinitate modò non loquimur. Adde, quòd nec infinitum ab infi-
nito moueri poſſet in aliquo tempore finito: In infinito ergo : Sed infinitum quidem tempus
finem non habet, id autem quod motum eſt, habet. Si igitur omne ſenſibile corpus actiuã
aut paſsiuam,aut vtramq; potentiam habet ; impoſsibile eſt corpus infinitum ſenſibile eſſe.
Corpus ſenſibile,id eſt,corpus naturale ; ad differentiam vtiq; corporis mathematici , cui
non ineſt, ſicuti naturali,virtus agendi atq; mouendi. Amplius, tex. 69. Quæcunq; etiam*
Extra cœlum nõ eſt corpus aliquod. *corpora ſunt in loco,omnia ſenſibilia ſunt: non ergo corpus vltra cœlum infinitum erit, nec
etiam finitum. omninò ergo extra cœlum nullum corpus erit. Quòd ſi dixeris aliquod in-
telligibile eſſe extra cœlum, cùm extrà & intus ſignificent locum : Erit igitur in loco : at
omne,quod eſt in loco,eſt corpus ſenſibile:nullum igitur corpus ſenſibile infinitum eſſe po-
teſt ; quia nullum tale poteſt eſſe in loco. Item, tex. 70. fortiores addit rationes : Neque
circulo inquit,moueri poteſt infinitum , ſi eſt ſimilare, quippè cùm infiniti non ſit mediũ,
caret enim circumferentia: id verò,quod circulo mouetur,circa medium fertur. Præterea*

etiam

Infinitum corpus in actu non dari.

etiam neq; in rectum ferri poteſt infinitum: Mota enim motu recto, vnum habent locum, in quo naturaliter mouentur: alium verò, ad quem præter naturam feruntur: ſed infinitum, omnem occupat locum; Infinitum ergo corpus nullo modo poſſet moueri. tex. 71. Amplius ſiue natura habeat motum in rectum, ſiue vi moueatur; vtroq; modo habebit motricem potentiam infinitam, & qua ad motum naturalem moueretur, & qua etiam præter naturam moueri contingeret: infinita autem potentia ad corpus pertinet infinitum. Si igitur ſecundum naturam, & præter naturam moueri contingit; erunt duo infinita, & quod mouet ſic, & quod mouetur: ſcilicet duo corpora, iuxta Simplicium, mouens vtiq;, & motum: nam quæ mouentur motu recto, vnum mouetur ab altero: ſed extra infinitum nihil eſt: Ergo quod prius. Tex. 72. dices hoc corpus à ſeipſo, & non ab alio moueri. Contrà, ſi ſeipſum quidem mouet, animatum ergo erit. hoc autem quonam modo infinitum animal erit? Nam ſuaptè natura, quodlibet animal determinatam habet formam ac proportionem partium. Non datur ergo animal infinitum. Sin autem quid aliud ſit ipſum mouens, à corpore moto; duo ergo erunt infinita, & mouens, & motum, forma, atq; potentia diuerſa: forma inquam, quia mouens eſt actus, motum verò potentia: potentia autem, quia mouens eſt potentia actiua, motum verò paſſiua. Atqui non dantur plura infinita: nullum ergo corpus poteſt eſſe actu infinitum Tex. 73. Amplius, ſi vniuerſum non ſit continuum: ſed (vt Democritus dicit, ac Leucippus) corpora vacuo ſine diſtincta, vnum eſſe motum, neceſſe eſt: Nam figuris quidem diſtingui, naturam autem ipſorum vnam eſſe dicunt. Quare, aut omnia corpora grauitatem habent, nullumq; eſſet corpus ſimpliciter leue: aut ſi leuitatem, nullum graue erit; quod certè, & veritati aduerſatur, & ſenſui. Præterea, ſi omnia huiuſmodi corpora eſſent leuia; daretur vtiq; ipſius vniuerſi infiniti aliquod vltimum, ad quod talia corpora ferri poſſent: ſi verò omnia eſſent grauia, daretur centrũ ad quod deſcenderent ſed vtrunq; eſt falſum: infinitũ enim tum medio, tum vltimo caret. Tex. 74. Præterea, omninò, vbi non eſt medium, aut vltimum, nullus erit lationis locus corporibus, hic quidem ſurſum, ille autem deorſum. Quòd ſi locus non ſit, nec etiam motus erit; neceſſe eſt enim moueri, aut præter naturam, aut ſecundũ naturam: hæc autem proprijs alienisq; locis definita ſunt: naturaliter enim in proprijs, præter naturam verò in alienis mouentur locis. vniuerſi quidem igitur corpus infinitum non eſſe; ex his perſpicuum eſt. hæc philoſophus Tex. 75. Cùm igitur hæc ita ſe habeant apud Ariſtotelem; operæpretium erit, & huic negotio ſatis conſentaneum, an aliquod ſit infinitum, modumq; & ordinem non ignorare oportet; vt ſic abſolutam, plenamq; habeamus de infinito ſcientiam. Ceterùm 3. phyſi. tex. 25. hanc materiam eruditè, copioſeq; explicat, & elucidat: aſſeritq; omnes, qui dignè philoſophati ſunt, de infinito ſermonem feciſſe. atq; ipſum omnes, tanquã principium quoddam conſtituiſſe. Alij quidem, inquit, per ſe, non velut accidens alteri; ſed vt ſubſtantiam, quæ eſt ipſum ens infinitum, quemadmodum Pythagorei & Plato. In cauſa autem eſt, vt dicit Auer. quia poſuerunt ipſum eſſe principium: cuius planè ratio accidenti non competit. Verùm Pythagorei quidem ipſum infinitum à ſenſibilibus non ſeparant, extra tamen cœlum conſtituunt, nempè infinita ſenſibilia, non autem intra, cùm cœli ambitus finem ſuæ habeat magnitudinis. Cuncta enim ſenſibilia è numero orta fuiſſe, Pythagoras putauit, authore Themiſtio, quam ob cauſam in numerum omnia referebat. Quoniam autem extra cœlum, ſenſibilibus ibidem conſiſtentibus ineſſe infinitũ arbitratus eſt; propterea extra ſenſibilia, infinitum minimè collocauit. Addidit etiam numerum parem, eſſe infinitudinis cauſam, ex eo, quòd in duo media ſit diuiſibilis, & illa ſimiliter in [illegible]ia, & ſic in infinitum. Cùm verò numerus impar, hac diuiſione in duo minimè ſit diuiſibilis; non temerè ergo à Pythagora dictum eſt, parem numerum infiniti, in parem verò, finiti rationem habere. Vnde philoſophus, & illi quidem par ipſum infinitum eſſe aſſerunt: hoc enim comprehenſum, ab ipſo impari finitum, rebus ipſis infinitudinem præbet: & eſt ſenſus: par ab impari finitur, igitur eſt cauſa finiti: par verò infiniti. Eſt autem huius rei ſignum id, quod accidit in numeris: Cùm namq; circa vnum ſeorſumq; ponuntur normæ, nunc

Eſſent duo corpora infinita.

Non datur animal infinitum.

Democritus repetitur.

Infinitum caret medio & vltimo.

Concluſio.

Variæ de infinito ſententiæ

Infinitum nõ eſt accidens.

Pythagoras.

Par numerus cauſa infiniti.

Infinitum ſecundum Anaxagoram.

alia ſemper fit ſpecies, nunc eadem. Senſus eſt: Numerus vni additus, eandem ſemper efficiens ſpeciem, eſt finitudinis cauſa: aliam verò reddens ſpeciem infinitudinis. Sed numerus impar cauſa eſt ſemper eiuſdem ſpeciei: ergo &c. Nobis autem exemplo eſſe poſſunt nonnulli impares numeri: veluti 1. 3. 5. 7. 9. & huiuſmodi: ex quibus, ſi duo ſimul vniti fuerint, figuram quadratam conficiunt: vtpote tria, & vnum, quaternarium: rurſus 4. & 5. efficiunt 9. qui eſt numerus quadratus, ex trinario: iterum 9. & 7. faciunt 16. qui eſt ex quatuor ductis: demum 16. & 9. conficiunt 25. qui conſtat ex quinq; ductis. Patet ergo, Numerum imparem, circa vnum, eandem ſemper efficere figuram; ideoq́; finitudinis radicem eſſe, cùm ſuæ limites ſpeciei exeat nunquam: parem verò normatim in infinitum, ſpecies augere. Nam vnum & duo ſunt tria; qui planè numerus eſt triangulus: Et tria & quatuor ſunt ſeptem, ſeptem & 6. 13. ſicq; nouas ſemper gignit ſpecies. In alio libro Pymandri, vbi Pythagoræ poſitionem adduxi, de hac re ſatis diſputaui. Plato, vt dicit Philoſophus, quia non ſolū ſenſibilibus, verùm etiam intellectualibus rebus infinitum conceſſit; idcirco infinitū extra cœlum collocauit. Verùm quomodo hæc eſſent intelligenda, in eodem libro explicaui. Plato enim infinitum vocat magnum, & paruum, vtpote magnum in magnis, & minimum in minimis: Pythagoras autem extra cœlum infinitum poſuit; quia nimirum Dei maieſtas cœlo concludi non poteſt, nec ſub illo contineri: in ſenſibilibus tamen dixit inueniri; quatenus ſcilicet eſt rebus coniuncta. Parem quoq; voluit eſſe numerum infinitudinis cauſam; quia numero pari vnitas ſemper addi poteſt. Anaxagoras, & Democritus infinita elementa poſuerunt, atq; ab illis quoddam infinitum corpus compoſitum; ex ſimilaribus autem, ſecundum Anaxagoram; ex corpuſculis verò, ſecundum Democritum, quæ figuris ab inuicem eſſent diſtincta. Anaxagoras autem partem quamlibet fuiſſe toti commixtam concedit, quòd quodlibet ex quolibet fieri videbat; cuius profectò rationes ſequenti capitulo commodius explicari poſſunt. Itaque in rerum ordine, aliquod corpus actu infinitum, nequaquam inueniri poſſe, dixi ſatis.

Numer⁹ impar cauſa finitudinis.

1.3.5.7.9.

1.2.3.4.7.6.

Plato.

Anaxagoræ opinio de infinito.

CAP. IIII.

Anaxagoræ & Democriti ſententia de infiniti conditione, atq; natura.

ANaxagoras vult omnia in illo chao verè fuiſſe commixta; quia quodlibet ex quolibèt ortum habere, putauit: idq́; ſpectare ad vniuerſi pulchritudinem. Sanè omne quod fit, ex tali corpore fieri arbitratus eſt: deinde omnium eſſe generationem, non tamen ſimul: Præterea aliquod principium præter chaos, huius eſſe generationis effectiuum; illudq́; eſſe vnum, & perpetuum, quod ab ipſo mens nominatur: Poſtremò mentem illam mox agere cœpiſſe, vbi intelligere cœpit. Omnia ergo illa ſimul fuerunt, quæ à mente poſtea diſtincta ſunt, atq; diſcreta. Conſule alium librum Pymandri, vbi ex profeſſo Anaxagoræ poſitionem enarraui. Democritus autem, & ſi nullum primorum corporum ex alio fieri dicat; concedit tamen quoddam commune corpus omnibus eſſe principium, magnitudine partium, atq; figuris differens. Illud ergo vnum chaos apud Democritum, eſt congregatione tantum, non verà commixtione vnitum, atq; compactum: ſed de his ibidem videre poteris. Addit poſtea philoſophus tex: 30. non ſine ratione ab omnibus propemodum infinitum principium fuiſſe appellatum. Non ſine ratione, inquit, ipſum conſtituunt principium omnes: neq; enim fruſtra eſſe poteſt, neq; aliam ſibi; præter illam principii vim ineſſe: Omne enim quod eſt, aut principium eſt, aut ex principio: ſed ipſius infiniti principium non eſt, nam eiuſdem erit etiam finis. Præterea, vt ſit principium quippiam; & ingenitum, & incorruptibile, eſſe oportet: nam & quod exoritur, finem accipiat neceſſe eſt: & omnis corruptionis eſt finis: Quocirca, huius non eſt principium, ſed ipſum cæterorum eſſe videtur,

Democriti opinio de infinito.

Infinitū eſt principium.

Infinitũ ſecundũ Anaxagorã

detur. Senſus eſt: Quod non generatur, neq; corrumpitur, principij tantùm rationem habet: ſed infinitum eſt huiusmodi: igitur ad infinitum ſpectat principij ratio, atq; conditio: ad ipſum quoq; ratio gubernandi: vnde ſubdidit. Amplius, & ambire cuncta, atq; omnia gubernare, vt aſſerunt ij, qui præter infinitum, nullas alias faciunt cauſas, vti mẽtem, atq; concordiam.

Gubernat omnia.

Inſuper etiam ipſum eſſe diuinum: Nam immortale eſt, atq; indefectibile, veluti Anaximander, atq; naturalium plurimi aſſerunt. Ex quo patet, Deum tantummodo infinitum eſſe dicendum; quippe, qui principium ſit vniuerſorum, immortale, æternum, diuinum, denique omnium gubernator, & rector.

Deus eſt infinitus.

Et reuera, infinitum eſſe non poteſt, niſi ſubſtantia fuerit ſeparata, intellectus infinitus, omnia intelligens, ſuſtentans, atq; gubernans: Nam ſubſtantiæ dimenſioni ſubiectæ, conditiones quas recitauimus, tribui non poſſunt; omnis enim ſubſtantia dimenſioni ſubiecta, eſt materialis, atq; compoſita, atq; ita dependens. Itaq; apud antiquos philoſophiæ duces, certum erat, principium omnium, numen, & immortale, eſſe infinitum.

Ex quinq; probat infinitum

Verùm philoſophus more boni dialectici, infinitum inueſtigare ſtudet. Tex. 31. Eſſe inquit, quicquã infinitum ipſum, ex quinq; contemplãtibus fides erit:

Ex tempore.

Ex tempore, nam ipſum eſt infinitum; vtpote incomprehenſibile:

Magnitudine

Ex magnitudinum diuiſione, qua quidem in infinitum vtuntur etiam Mathematici; cuius elucidatio patet 6. phyſ: tex: com: 17.

Generatione.

Præterea, quia hoc modo ſolum generatio, & corruptio nunquam deficiet, ſi infinitum illud ſit, è quo per ablationem res fiunt. Valet hæc ratio apud illos, qui dicebant generationem eſſe perpetuam, & per ablationem partium ab aliquo vno ente fieri.

Finito.

Rurſus quia finitum ſemper ad aliquid finitur: quare nullus ſit finis, neceſſe eſt; ſi ſemper aliud ad aliud finiatur. Senſus eſt, corp[o]rum nexus, ac ſeries exigit aliquod corpus actu magnitudine infinitum; alioqui corpora, bono finis carerent. A commentatore hæc ratio vocatur famoſa, ſed falſam reputat: Illam verò, quam de tempore adduxit; cæteris eſſe veriorem; quia, inquit, omne quod generatur in tempore, vel in momento generatur: quare ſi tempus generaretur; tunc profectò illius generatio eſſet in tempore, & ſic ante tempus eſſet tempus.

Auer. ratiões.

Item, omne genitum, & corruptibile, ex vtroq; extremo, tempore clauditur: ſed tempus non clauditur tempore: nec ergo generari.

Solutio.

Dico, creatione, non autem generatione tempus eſſe productum: quare & ſi commentatoris rationes ad ſuam mentem, doctrinamq; vera ſint; nobis autem falſæ ſunt, qui ſimul omnia eſſe creata profitemur. Quinta ratio potiſſima eſt apud philoſophum tex: 32. quod cunctis communem fecit dubitationem. Nam quia mens in cogitando non deficit, fit vt numerus, mathematicæq; magnitudines, & id, quod extra cœlum eſt, infinitum videatur:

Ex imaginatione.

Senſus eſt, ſi imaginationes ſunt veræ, & ſpatium imaginamur, vltra cœlum, infinitum: igitur & mundi erunt infiniti, & corpus infinitum. Cur inquit philoſophus, magis in hac parte vacui quã in alia hic noſter mundus eſt conſtitutus? Quare ſi alicubi ſit magnitudo hæc; & vbiq; ſit, neceſſe eſt.

In perpetuis non differt eſſe à poſſe.

Præterea ſi ſit vacuum, atq; locus infinitus; etiam infinitum corpus eſſe, neceſſe eſt: nam in perpetuis non differt eſſe, & poſſe.

Auer.

Vnde Commentator, impoſſibile inquit, in rebus æternis, quas non continet tempus, eſt neceſſarium: quod autem eſt poſſibile, vt ſit, & non eſt; in indiuiduis ſpecierum inuenitur, quæ à tempore continentur. Quare ſi extra mundum, ſiue cœlum, vbi non eſt tempus, infiniti mundi eſſe poſſunt: eſſent ergo.

Poſſe ab eſſe quomodo differt.

Hæc philoſophi poſitio valet ad illius doctrinam, qua mundum æternum eſſe putauit, idq; ſecundum eſſẽtialia, non autem accidentalia prædicata. Nam ſi mundus eſt æternus: poſſe non ſeparatur ab eſſe, quoad illius ſubſtantiam, alioqui non eſſet perpetuus. Secus autem eſt de quibusdam accidentibus: nõ enim ſequitur, luna poteſt pati Eclipſim; ſemper igitur huiusmodi defectum ſuſtinet: ſed bene, luna poteſt eſſe, igitur ſemper eſt. Porrò nobis hæc authoritas non probatur, tenentibus atq; defendentibus, mundum æternum non eſſe: ſolus ergo Deus eſt, cuius poſſe non differt ab eſſe, quoad ſuam eſſentiam, atq; diuinitatem. Verùm, vt certam de infiniti natura aliquam habere valeamus rationem; non ignorare oportet, quot modis infinitum dicatur.

Primus modus infiniti.

Vno igitur modo inquit philoſophus tex: 3. phyſ: 34. dicitur id, quod impoſſibile

Infinitũ ſecundũ Anaxagorã

eſt pertranſiri ex eo, quia non eſt aptum pertranſiri, perinde, vt vox inuiſibilis. Alio modo id, quod tranſitionem habet inconſutilem, aut quod vix, ſcilicet vt labyrinthus, aut
2. *pelagi altitudo tranſiri poßit: aut quod aptum eſt quidem ad habendum, non habet ta-*
3. *men tranſitionem, vel finem. Præterea, infinitum omne, aut appoſitione, vt numerus, aut diuiſione, vt magnitudo, aut vtrinq; vt tempus. Itaq; primo modo, punctum dici poteſt infinitum, idq; negatiuè; quia ſcilicet non eſt quãtum finibile. Secundo autem priuatiuè, non eſt tamen reperibile, cùm nihil ſit actu in rerum ordine, quod ſit aptum ad finem habendum, nunquam tamen ad finem perueniat; niſi fortaßis motus ſecundum Peripatheticos. Tertio modo infinitum contrariè. Ex his ergo patet non dari aliquod infinitum ens actu materiale; nam illud quidem eßet magnitudo, aut multitudo: atqui non datur actu magnitudo, aut multitudo infinita: non eſt igitur actu ens accidens infinitum.*

Contra Platonem.

Arguit etiam philoſophus tex: 37. contra Platonem, non dari infinitum actu ens, vt ſubſtantia à ſenſibilibus ſeparata: quia, inquit, infiniti ratio, & ipſum infinitum eſt idem. Quare, aut erit indiuiſibile; aut in infinita diuiſibile: non diuiſibile, quia fieri non poteſt, vt multa infinita ratione eadem ſint. Nam quemadmodum aëris pars, eſt aër; ſic & infiniti pars, infinitum quid eſt, ſi ſubſtantia ſit, atq; principium. Indiuiſibile eſt igitur. Sed impoßibile eſt, vt tale, quod eſt actu ens, ſit infinitum; quando quantum quiddam eße, neceſſe eſt.

Defenſio.

Dixi ſ[e]pius hanc non fuiſſe Platonis mentem: nempe ens actu infinitum, eſſe quantum; ſed ſubſtantiam ſeparatam à ſenſibilibus, æternam, atq; diuinam: proinde nullus philoſophi rationibus relinquitur locus. Vnde neſcio, quomodo ipſemet tex: 39. profiteatur, hanc inquiſitionem vniuerſalem eſſe. Vtrum videlicet eſſe poßit infinitum, & in Mathematicis, & in intellectibilibus, & in his, quæ nullam prorſus habent magnitudinem. hæc philoſophus. quæ, ſi attente inſpexeris, verbis, non rebus, contra Platonem, atq; Pythagoram pugnare videbitur.

Conciliatio.

Nos, inquit philoſophus, ſi ſit in ſenſibilibus, & his de quibus doctrinam facimus, hoc eſt, vtrum in his ſit infinitum corpus, quæ auctione proficiſcuntur, perſcrutamur: atqui Plato, & Pythagoras, de infinito incorporeo locuti ſunt: alioqui eorum doctrina omninò eſſet abſurda. Sed de his hactenus. Reliquum autem eſt, vt mentem philoſophi de infinito corporeo, ſi detur necne, diſputantis, diligenter audiamus.

Infinitum corporeum non dari.

Ex his igitur, inquit, tex: 40. logicè conſideratis, videbitur vtiq; ipſum non eſſe. Si namq; ratio corporis, eſt ſuperficie terminatum eſſe; neq; intelligibile, neq; ſenſibile vllũ corpus erit infinitum, vt paulò ante dixi. At verò neq; numerus ita vt ſeparatus, & infinitus: numerus enim omnis, aut id, quòd numerum habet, numerabile eſt. Si igitur numerabile, numerari poteſt: etiam pertranſiri poterit infinitum.

Numerũ non eſſe infinitũ.

Senſus eſt, numerus ſeparatus, vtpote qui in ipſis vnitatibus, non autem in ipſis rebus eſt conſtitutus, infinitum eſſe non poteſt; quippe, qui poteſt numerari, igitur & pertranſiri. Ratio eſt logica, ſi quis enim multitudinem infinitum admitteret; is planè numerum eſſe non diceret, aut numerum habere: quia nimirum numerus ſupra multitudinem, menſurationis addit rationem. Et reuera numerus eſt multitudo, vt dicitur x. met: menſurata per vnum.

Pythagoras.

Præterea cùm à Pythagora numero tribuatur infinitum, Deum vtiq; intelligit, qui numerari non poteſt: vt illic in Pſalmo legimus: Et ſapientiæ eius non eſt numerus.

Dauid.

Tex: 42. adducit rationes phyſicas, quas hactenus explicaui, perdurantq; vſq; ad tex: 50. deinde redit ad Anaxagoræ negotium examinandum.

Anaxagoræ opinio expedit.

Anaxagoras inquit, de ipſius infiniti quiete abſurda loquitur: aſſerit enim infinitum ipſum ſeipſo firmari; idq; ex eo euenire, quia in ſeipſo eſt, quãdo nihil aliud ipſum contineat: quaſi vbi aliquid ſit, ibi eſſe aptum conſiſtere. Itaq; chaos ſecundum Anaxagoram, ſeipſum ſuſtentabat, quia in ſeipſo erat: quia vbi aliquid eſt, ibi aptum eſt conſiſtere. Sed hoc non eſt verum, ait philoſophus, nam eſſe poteſt aliquid vi alicubi, & non vbi aptum eſt eſſe; vtpote lapis in tecto.

Auer:

Auerro: com: 50. Inducit Anaxagoram in oppoſitum, nempè quod ſi infinitum quieſceret, vi vtiq; & non naturaliter quieſceret: ſi, inquit, daretur corpus infinitum; illud vtiq; eſſet immobile: non enim haberet locum, ad quem moueri poßit: Alicubi quieſceret ergo. Aptitudinem ergo habebat

De infiniti immobilitate.

Infinitum corpus in actu non dari.

*bebat ibidem quieſcendi. Naturaliter ergo ibi quieſceret : quod eſt falſum; eſſet enim ibi
quies violenta, ob loci carentiam, ad quem poſſet moueri. Tex: 51. Magis expendit atq;
examinat Anaxagoræ negotium. Si, inquit, igitur non mouetur totum, in ſeipſo vtiq; ful-
citur, & in ſeipſo eſt : immobile eſt ergo : ſed infinitas, ſiue infinitudo non eſt cauſa quie-* 1.
*tis; quippe cùm terra quieſcat, nec tamen ſit infinita, quieſcit autem ob ſuam ipſius gra-
uitatem. Quare ſi infinitum quieſceret, aliqua eſſet ratio aſſignanda, ſuæ quietis : nam illæ,* 2.
*quas Anaxagoras enumerat, aliis etiã rebus, quæ non mouentur, congruere poſſunt; quòd
nimirum ſeipſas fulciant, atq; infinitudinem habeant. Præterea, ſi infinitum in ſeipſo ma-* 3.
*net, ac ſeipſum fulcit; & quælibet ergo pars ſimiliter ſe habebit : totius enim, & partis
ſimiles loci ſunt, vt terræ, & glebæ deorſum, & omnis ignis, & ſcintillæ ſurſum. Quare, ſi infiniti ipſius locus ſit in ſeipſo conſtitutus; etiã partis idem erit : quò ſit, vt in ſeipſa ſit. Senſus eſt, ſi illud infinitum eſt totum in ſeipſo, vti in loco; & pars quoq; infiniti ſimiliter ſe habebit : in Homogeneis enim vnus eſt locus totius, & partis : ſed hoc eſt falſum; pars enim non occupat omnem locum, ſicuti illud infinitum : non ergo valet ratio Anaxagoræ. Philoſophi autem ſententiam commentator ita intelligẽdam eſſe putat, nempe locum partis, et totius eſſe vnum ſpecie, non autẽ magnitudine, aut paruitate; vt locus totius terræ, & glebæ, eſt medium mundi. Tex: 49. Dicit, quòd ſi infinitũ eſſet ſimilare, aut immobile eſſet, aut ſemper moueretur: quod quidẽ eſt impoſſibile. Cur enim potius deorſum, quàm ſurſum, aut ad quẽuis locũ moueretur? Corporis præterea infiniti, eſt locus infinitus; Quænã igitur ipſius quies? aut quis præterea motus? non mouetur ergo: aut ad omnẽ locũ mouebitur. Sed nunquid hæc ratio, alicui quoq; elementorũ tribui poteſt? Dicã ſequenti capitulo. Quid ergo Plato dixerit de infinito, Pythagoras, Anaxagoras, Empedocles, dixi, & dicturus ſum.*

Infinitum nõ eſt in ſeipſo.

Locus partis, & totius eſt vnus.

CAP. V.

Si infinitum ſit immobile.

QVoniam Philoſophus arguens contra Anaxagoram, viſus eſt ad quoddam impoſſibile illum adduxiſſe, infinitum ſcilicet, aut ſemper moueri violenter, aut ſimiliter, violenter ſemper quieſcere : Eundemq́ue etiam eſſe locum partis, & totius : hanc ob cauſam, idem negotium diligentius examinandum eſſe putaui : inprimisq; dico, Philoſophum tex. 49. Corpori infinito (ſi eſſet) locum tribuiſſe infinitum, atq; eundem eſſe locum totius corporis infiniti, & partis. hæc ergo ratio elemento terræ accommodari non poteſt, cùm locus illius ſit finitus, vt potè centrum totius, ad quod quælibet pars ſeparata à toto naturaliter mouetur. hoc autem infinito tribui non poteſt : habet enim locum infinitum, omnem partem, aut locum occupantem. Itaque illa Philoſophi authoritas, quòd ſcilicet idem ſit locus partis, & totius, ſecundum Themiſtium ita intelligi debet : quòd quemadmodum ipſi toti ſupernus, aut infernus locus eſt peculiaris; ita etiam & partibus. Quare, ſi eſſet aliquod corpus naturale infinitum, ipſum planè naturaliter eſſet ſurſum, & deorſum, & in dextro, & in ſiniſtro, denique omnem locum ſibi vendicaret. Ex hoc etiam patet, quid Philoſophus ſenſerit de loco totius elemẽti, & partis eiuſdem; quòd ſcilicet ſit idem ſpecie, non autem magnitudine. Sed dicet aliquis, ſi daretur aliquod corpus infinitum, nunquid ipſum eſſet in loco? Dicò, aut illud eſſet in loco per centrum, ſicuti de loco vniuerſi 4. cœli, Com. 43. & 45. locutus eſt Auerroes : aut iuxta Themiſtium, eſſet in loco per partes, quarum vna eſſet in alia. Cæterum quoad negotium Anaxagoræ ſpectat, tum in alio libro Pymandri, tum etiam in hoc quarto eiuſdem dixi, huiuſmodi non fuiſſe Anaxagoræ mentem, quam tam multipliciter Philoſophus accuſat. Proſequitur poſtea Philoſophus tex. 53. ſuum intentum finem, vt omninò explodat à rerum ordine corpus infinitum : omninò, inquit, patet fieri non poſſe, vt ſimul corpus aliquod dicatur infinitum, & locus aliquis tribuatur corporibus: omne enim

Locus totius, & partis.

Si infinitum ſit in loco.

Infinitum nõ habet mediũ.

corpus

Infinitum corpus in actu non dari.

corpus ſenſibile, aut ſurſum mouetur, aut deorſum, aut circa medium; ſed corpori infinito hæc tribui non poſſunt: quo namq; modo illud diuides, aut quo pacto ipſius infiniti erit, hæc quidem pars ſuprà, illa verò infrà, vel vltima, vel media? Addidit Auerroes, ſicut

Auerr.

ſuprà annotaui, infinitum non eſſe graue; alioqui nullum eſſet corpus leue, & è contrario: quia nimirum, infinitum eſt, quod ſecundum omnem dimenſionem eſt tale. Tex. 54. Præterea, inquit, omne corpus ſenſibile in loco eſt; loci verò differentiæ ſunt ſex: Quæ

Non dari locũ infinitum.

quidem non ſolùm noſtra ex parte ſunt, poſitioneque, ſed in ipſo vniuerſo diſtinctæ: at tales ipſi infinito ineſſe non poſſunt, eò quod nullo clauditur termino; partes autem illæ, ex terminorum reſpectu dependent. Tex. 35 à conditione totius vniuerſi, infinitum penitus ſeparat, atq; excludit. Etiam, inquit, ſimpliciter impoſſibile eſt, locum infinitum eſſe: in loco autem eſt omne corpus; impoſſibile eſt corpus aliquod infinitum eſſe. Nam

Quale infinitum admittit Philoſophus.

quod eſt in loco, id alicubi eſt, nempe, aut ſurſum, aut deorſum, aut in aliqua alia differentiarum ſex: quarum vnaquæq; finem quendam habet. Quòd igitur actu corpus infinitum non ſit, ex his perſpicuum eſt. Senſus eſt: ſi omne quantum ſuaptè natura eſt finitum; & locus ſimiliter, cuius profectò differentiæ termino clauduntur: igitur ſi non datur locus infinitus; nec etiam corpus infinitum inueniri poteſt: omne n. corpus eſt in loco: locus autem, & locatum proportionem habent ad inuicem. Tex. 56. An aliquo modo detur aliquod infinitum, diligenter proſequitur. At verò, inquit, plura emergerent impoſſibilia, ſi nullum penitus infinitum eſſet. Temporis enim erit aliquod principium atq; finis, & magnitudines, non in magnitudines diuiſibiles, & numerus etiam infinitus non erit. Itaq; ſecundum Philoſophum, tempus eſt infinitũ: nam ſecundum Geometram, magnitudo, ſiue continuum eſt diuiſibile in infinitum: ſecundum autem Arithmeticum, numerus appoſitione in infinitum poteſt augeri, idq; poteſtate, non actu. Quam ob cauſam

Infinitum poteſtate.

ait Philoſophus, infinitum vno modo dici actu, alio verò poteſtate: quod etiam vno quidem modo additione, alio autem diuiſione exiſtit. Itaque magnitudo actu quidem infinita non eſt, diuiſione autem eſt. Reſtat igitur infinitum poteſtate. Non oportet autem, Tex. 57. infinitum poteſtate ens, ſic accipere, vt actu demum fiat; quemadmodum ſi poteſt hoc ſtatua eſſe, demum etiam hoc ſtatua ſit. ſenſus eſt, Infinitum in rerum ordine, eſt poteſtate, & non actu, poteſtate, inquam, quæ imperfectum habet actum, veluti dies; & ludus, quorum ſemper eſt alius, & alius: non autem poteſtate, quæ, poſteaquam adepta eſt actum completum, deficit omninò. Differt autem infinitudo temporis ab ea, quæ

Infinitudo quid ſit.

in diuiſione magnitudinis inuenitur. Aliter, inquit, in tempore ipſo, atq; in hominibus, hoc eſt, in generatione, infinitudo ipſa patet: aliter in diuiſione magnitudinum. generatim autem infinitudo hoc modo eſt, vt ſemper aliud, atq; aliud ſumatur: nam licet, id, quod accipitur, ſit ſemper finitum, ſemper tamen aliud, atq; aliud eſt Sanè hæc ratio communis eſt, infinitis certè omnibus, vt accipienti, ſemper reſtat aliquid accipere. Non ergo oportet Tex. 58. ipſum infinitum eſſe in aliquo actu ſubſtantiali, ceu indiuiduum, & hoc

Infinitum additione, & diuiſione idem.

aliquid, vt domus, aut aliquid huiuſmodi; ſed potius, vt dies, & ludus, quorum eſſe non eſt exortum, vt ſubſtantia quædam, homo, vel ſtatua: ſed vt id, quod in generatione ſemper, atq; corruptione conſiſtit, & aliud, atq; aliud eſt ſemper. verùm differt infinitum, quod accidit magnitudinibus, ab eo, quod in generatione, & tempore inuenitur: magnitudo enim ſemper manet eadem, non autem eadem temporis momenta, & hominum indiuidua. Tex. 59. At verò, infinitum, quod in additione, & quod in diuiſione eſt; idē quo-

Diuiſio per ſe eſt infinita.

dammodo eſt: fit enim in magnitudine finita, per additionem è contrà. Nam quatenus diuiditur, conſideratur in infinitum demptio: Sic cùm additur, ad magnitudinem determinatam, videtur adiectio. Senſus eſt, iſta duo infinita quodammodo coincidunt, quia ſcilicet quodlibet illorum eſt poteſtate infinitum: differunt verò, quoniam diuiſio per ſe eſt infinita, vt pote via, qua itur ad materiam, quæ eſt capacitate infinita: Additio verò, ſiue adiectio eſt per ſe finita, quippè, quæ pergit ad formam, quæ eſt finis, ac natura determinata: per accidens autem eſt infinita, quatenus ſcilicet eſt diuiſio vice verſa facta.

Infinitum corpus in actu non dari.

*cta. Sic etiam diuiſio per accidens eſt finita, quia cum appoſitione coincidit. Cæterum di-
uiſio omnis, tunc infinita eſt & adiectio ſimiliter; quoties non eadem quantitate, ſed pro-
portione ſeruata, magnitudinem diuidas. Secunda eſt igitur magnitudo, vt in infinitum
abeat; eadem proportione partium, non quantitate ſeruata: alioqui vniuerſam magni-*

Proportione non quantitate ſeruata.

*tudinem mox exhauries. vnde Philoſophus eodem tex. Etenim ſi quis de finita magnitu-
dine ſumpta, eadem ratione, hoc eſt, proportione, aliam acceperit ſcilicet magnitudinẽ,
non eãdem totius magnitudinem ſumens; non pertranſibit vnquam magnitudinem illam
finitam. Sin verò hoc modo rationem adaugeat, vt ſemper magnitudinem eandem ſumat;
pertranſibit tandem propterea, quòd omne finitum quouis conſumitur finito: Tex. 60.
aperit, quod tantopere ſtabilire conatus eſt. Alio, inquit, modo non eſt infinitum in re-
bus, ſed hoc modo poteſtate videlicet, atq; diuiſione, actu verò etiam, veluti diem, ac lu-*

Differentia inter diuiſionẽ, & adiectionẽ.

*dum dicimus eſſe; & poteſtate hoc pacto, vt materia; & non per ſe, vt ipſum finitum. Et
additione igitur hoc modo, poteſtate infinitum eſt; quod quidem aliqua ex parte dici-
mus idem eſſe ei, quod in diuiſione eſt: quippè, cùm aliquid ipſius ſit extra ſumendum.
hoc autem intereſt inter diuiſionem, & adiectionem: quod in diuiſione minor ſemper
pars dari poteſt; in adiectione autem datur maior, vt potè vltima ſphæra, qua non da-
tur altera maior. vnde Philoſophus: Si infinitum actu ſenſile corpus hoc pacto eſſe non
poteſt; perſpicuum eſt, neq; per additionem poſſe eſſe hac ratione poteſtate infinitum,
niſi, ſicut dictum eſt, ſcilicet è contrariò diuiſioni. Huius autem rei rationes adducuntur*

Auerr. rationes.

*ab Auerroe: Si in magnitudinis, inquit, diuiſione, non procederetur in infinitum, tunc
profectò ad indiuiſibilem magnitudinem, ſeu ad nihil eſſet deueniendum; quorum vtrum-
que fieri non poteſt. Nam ſi diuiſio magnitudinis ad nihil, finem acciperet, ceſſat igitur ad
indiuiſibile: ſi verò ad aliquid, aut diuiſibile, aut indiuiſibile; non primum: omne enim* 1.
diuiſibile poteſt diuidi: Ad indiuiſibile ergo; ſed hoc quoq; eſt falſum: Magnitudo ſi-
*quidem, non niſi in magnitudinem diuiditur. ceſſat ergo ad magnitudinem diuiſibilem;
ſed tunc ſequeretur idem abſurdum. Præterea, diminutio eſt ire ad nihil: in cauſa eſt ma-* 2.
*teria; infinitudo autem per materiam inuenitur. In diuiſione ergo datur proceſſus in infi-
nitum. Secus autem res ſe habet in additione: Nam ſi iretur in infinitum, vt omni magni-
tudine finita, alia maior dari poſſit; tunc proculdubio, magnitudo actu infinita in rerum* 3.
*ordine inueniri poſſet: Nam ſi magnitudo, inquit Commentator, haberet potentiam, vt
maior eſſet omni magnitudine finita; illi profectò potentiæ, actus purus, non permixtus
cum potentia, correſponderet: cuius naturæ eſſet totum ſimul. Eſſet ergo poſſibilis inuen-
tu magnitudo actu infinita. quod paulò ante multis rationibus, atq; argumentis cum Phi-
loſopho reprobaui. Accedit ad hæc, quòd adiectio ſit iter ad formam, quæ eſt finitæ, ac*

Rationes contra Commentatorem.

*determinatæ cauſa naturæ; idcirco non procedit in infinitum: diuiſio verò ad materiam,
quæ eſt infinita atq; indeterminata. hæc quidem Commentator. Sed dicet aliquis, ſi ma-
gnitudo ſeparata eſſet à materia, illa profectò adhuc eſſet diuiſibilis: Igitur diuiſio ex* 1.
*materiæ ratione nequaquam proficiſcitur: neq; materia eſt infinitudinis cauſa; nam ſicut
materia eſt diuiſibilis in infinitum; ita quoq; forma materialis. Adde, quòd cœlum, vt ip-*
ſemet fatetur, eſt ſine materia, & tamen eſt diuiſibile in infinitum, quemadmodum Phi- 2.
*loſophus ſentire videtur, cùm dicit omnem magnitudinem in infinitum eſſe diuiſibilem.
Item, in additione non plus itur ad materiam, quàm ad formam: nam ſicut plus mate-* 3.
riæ, ita etiam plus formæ acquiritur: non ergo rectè ſenſit Commentator. Dico ad pri-

Solutio.

*mum: quòd ſi poneretur magnitudo ſeparata à materia; eſſet quidem diuiſibilis ſine ma-
teria, non tamen ſine aliquo, quod vice materiæ fungeretur: Agens enim, à quo magni-* 1.
*tudo eſſet diuidenda, ſuppleret vicem materiæ. Diuiſio ergo magnitudini contingit ex
parte materiæ. Ad 2. Auerr. poſuit quidem materiam in cœlo, quæ eſt ſecundum dimi-* 2.
dium, hoc eſt, ad vbi, non autem ſecundum vtrumque: Eſt ergo diuiſibilis. Ad 3. Dico, a- 3.
*liud eſſe auctionis terminum, aliud verò ſubiectum eiuſdem: omne enim, quod augetur,
ex parte quidẽ ſubiecti, plus de materia; ex parte autem termini, plus habet de forma.*

 Ex hoc

Infinitum corpus in actu non dari.

Materia eſt cauſa infinitudinis.

Ex hoc patet, aliud eſſe id, quod diuiditur; aliud verò rationem diuiſionis: id enim, quod diuiditur, eſt materia, & forma; quæ ſunt ipſum totum: ratio verò diuiſionis, eſt ipſa materia, auctionis autem, forma. Hanc autem fuiſſe Commentatoris mentem, vel ex eo maximè conſtat, quòd ipſe loquatur de materia, quæ eſt altera pars compoſiti; non autem, quæ ſit pars qualitatiua, totum autem ipſa forma, vt quidam ſentiunt: alioqui auctio, ob materiæ cauſam in infinitum poſſet augeri; dimenſioni ſiquidem in abſtracto conſideratè, infinitudo minimè aduerſaretur, quod profectò Auerroi non probatur, ſicut ipſe in ſuo commento ſentire videtur. Vtrum ergo infinitum ſit immobile, & quid ſit apud philoſophum infinitum, dixi.

CAP. VI.

Argumenta contraria, quibus probatur, magnitudinem ſic eſſe augmentabilem, vt omnem finitam magnitudinem excedere poſſet.

*Dixi, quòd ſi daretur magnitudo, quæ eſſet maior omni magnitudine finita;
tunc opus eſſet dari aliquam magnitudinem, actu infinitam: nam quod eſt
maius omni infinito, eſt abſque dubio infinitum; quod ſatis abundè ſuprà re-
probaui. Sed dicet aliquis. Sicut ſe habet diuiſio ad diminutionem; ſic pla-
1. nè appoſitio ad augmentationem: nam ſicut res quanta, eò magis ſit minor,
quò magis diuiditur; ita planè ſit maior, quò magis ei aliquid additur. At per diuiſionē
(docet Philoſophus) fieri poſſe, vt quacunque paruitate finita data, minorem ſemper ſit
2. accipere; igitur in appoſitione, ſemper licebit maiorem inuenire. Amplius, ſicut ma-
gnitudini, ob formæ rationem, aduerſatur in infinitum creſcere; ſic certè eadem ratione
in infinitum diuidi: aliter in rebus naturalibus non daretur maximum, cuius oppoſitum
ſentire videtur philoſophus, 1. Phyſ tex. 36. Manifeſtum eſt igitur, inquit, quoniam im-
poſſibile eſt carnem, aut os, aut aliquod aliud quodcunque eſſe in magnitudine, aut in ma-
ius, aut in minus. Quare, ſi magnitudo non poteſt eſſe omni alia maior, nec etiam minor.
3. Item, ſicut poſſibile eſt accipere lineam, omni alia minorem, & hoc eſt principium apud
Geometram; ita planè apud eundem ſimile habetur principium, quod poſſibile eſt ac-
cipere lineam omni alia maiorem, & ſic in infinitum. Sed non datur linea, niſi in corpo-
re naturali; quia ſcilicet quantitas non ſeparatur à materia ſecundum eſſe. Si ergo poſſi-
bile eſt dari lineam per appoſitionem omni alia maiorem; & magnitudinem etiam. Non
enim eſt veriſimile propoſitionem Geometricam ex falſis procedere, cui ſcilicet Philoſo-
4. phus naturalis contradicere poſſit. Præterea in quolibet continuo ſunt infinitæ partes pro-
portionales, propriam quidem entitatem poſitiuam habentes. In quolibet ergo continuo
ſunt infinitæ entitates; & per conſequens quodlibet continuum infinitam habet actualem
entitatem. quocunque enim numero dato, contingit dari maiorem. Erit ergo aliquis effectus
actu infinitus, quod planè Philoſopho non probatur. Reuera, nulla videtur eſſe implica-
tio; ſi omnia poſſibilia produci, ſint actu producta: ſed illa ſunt numero infinita, ergo.
A. cedit ad hæc, quòd tempus potuerit ab æterno produci, & in qualibet temporis parte,
vnum hominem: atque ita animas rationales actu eſſe infinitas. habet hoc argumentū non-
nihil ponderis. Nam ſi ſecundum Philoſophum, tempus eſt æternum, & animæ quoque ra-
5. tionales ſunt immortales: Aliquod ergo ens eſt actu infinitum. Amplius, multitudo infi-
nita ſi ponatur, non implicatur contradictio, poſſibilis eſt ergo: tenet conſequentia ex
cap. de poteſtate 5. met. Antecedens probatur, quia ſcilicet infinitas non tollit rationem
multitudinis: nec è contrario, multitudo infinitatem deſtruit: aut aliquod, quod ad ip-
6. ſam infinitatem conſequitur. Ergo quod prius. Item, tot ſunt modò actu potentiæ in mate-
ria; quot profectò formas erit receptura: ſed illæ ſunt infinitæ ſecundum Philoſophum;*

qui

Infinitum corpus in actu non dari.

qui generationem poſuit æternam, vt ſcribitur 2. de generatione: ſunt ergò nunc actu in
materia prima potentiæ infinitæ: Nam ſi nunc non habet potentiam ad formam, quam e-
rit receptura: eius ergo recipiendæ poteſtate carebit. Implicat aliquid eſſe potens, ali-
cuius reſpectu, ad quod non habeat potentiam. habet igitur materia potentias actu infini-

Soluuntur argumenta.

tas. Patet ergo quomodo detur aliquis effectus actu infinitus, etiam ex Philoſophi ratio-
nibus. Ad hæc, & his ſimilia ſic reſpondere valemus: & inprimis aliquem effectum, a-
ctu infinitum in rerum ordine minimè inueniri poſſe dicimus: nam ſi infiniti ratio, ſicut
dictum eſt, in partium ſucceſſione, atq; perpetua viciſſitudine conſiſtit; fieri non poteſt,

Ratio infiniti in quo conſiſtit.

vt aliquod ens creatum ſit actu infinitum; deſtruit enim omnmò rationem infiniti: Si-
quidem quidditatiuè, & eſſentialiter infinitum, eſt in actu potentiæ permixto: impli-

Reſponſio ad primum.

cat ergo contradictionem quamlibet illius partem eſſe actu productam. infinitum enim
eſſet finitum, actus ſiquidem terminat potentiam. Ex hoc patet, falſam eſſe primi argu-
menti ſimilitudinem: diuiſio enim ad materiam tendit, quæ eſt poteſtate infinita; ap-
poſitio autem ad formam, à qua res quanta terminatur: hoc autem intelligendum de ma-
teria prima, quæ nullum habet contrarium. Etenim, quemadmodum magnitudini, quate-
nus eſt talis, conuenit in infinitum diuidi; ita etiam, & materiæ primæ, quatenus eſt ta-
lis. Ad 2. Magnitudinem non diuidi in infinitum, ita, vt non detur minimum, idque ob 2.
cauſam, atq; rationem formæ, bifariam intelligi poteſt. Aut enim id intelligitur per ſe-
parationem partium, quaſi vnaquæq; pars, extra totum in infinitum eſſe habeat: & ſic
abſq; dubio, in infinitum proficiſci formæ ratio non patitur: alioqui non daretur minimũ
in ordine rerum. Aut id intelligi debet per ſeparationem quidem partium; quæ tamen
actu ab inuicem minimè ſeparantur, & ſic formæ ratio non cogit, vt minimum omninò
detur: quandoquidem illud ſit non exiſtens. hoc autem modo, magnitudinis diuiſionem
in infinitum, Philoſophum poſuiſſe putare debemus. Patet ergo quomodo detur minimum
in rebus naturalibus, & quid Philoſophus ſenſerit. Ad 3. Principium apud Geometram 3.
ſic eſt intelligendum: poſſibile eſt, ad omnem lineam imaginari maiorem, non autem da-
ri. Porrò, non omne imaginabile, poteſt eſſe actuale obtinere, alioqui multa ſequerentur
abſurda, nẽpe chimæram aliquando fore, & ſimilia multa, à quibus natura abhorret õni-
nò. ex quo patet, argumentum nullum pondus habere. hoc pacto Commentator naturalem
cùm Geometra conciliare ſtudet. Ad 4. Dico in continuo eſſe partes infinitas potentia 4.
tantùm, non autem actu: nam eſſe in actu, eſt actualiter ab inuicem ſeparari, quod pro-
fectò illis, quàm diu ſunt in toto, contingere non poteſt; quandoquidem non habeant eſſe
actu, niſi per eſſe totius. Quòd ſi actu ſepararentur à toto, eſſent vtiq; finitæ, vt potè quæ
deſinerent eſſe partes totius. Ergo quod prius. Ad 5. Negatur antecedens, infinitas enim 5.
aufert multitudinis actu exiſtentis rationem: Nam apertè implicat, multitudinem eſſe
infinitam, & actu exiſtere. Aufert etiam omnem multitudinis ſpeciem, quippè cùm mul-
titudo infinita ſub aliqua multitudinis ſpecie contineri non poſſit: alioqui infinitum ſub
aliquo certè finito clauderetur. Quare, quemadmodum, quod non poteſt in aliqua anima-
lis ſpecie collocari, omnem prorſus deſtrueret animalis rationem; ita planè multitudo infi-
nita, in aliqua multitudinis ſpecie reponi non poteſt, quia ſcilicet omnem euertit multi-
tudinis rationem. Ad 6. Si potentia referatur ad proximam, & non ad remotam; tunc 6.
falſa eſt maior; ſiquidem alia non indiget; aliter non eſſet potentia proxima. ſi verò ad
potentiam remotam; ſimiliter etiam eſt falſa: quandoquidem vera ſit tantùm pro poten-
tiarum pluritate formali; ex qua, multitudo actu realis infinita non proficiſcitur. Etenim
ex pluralitate formali, ad pluralitatem realem non valet conſequentia. Patet ergo, quo-
nam pacto non detur multitudo actu infinita, cùm apertam implicet contradictionem.

Multitudo actu infinita non datur.

Et reuera, omnis rerum naturalium multitudo, in aliqua multitudinis ſpecie ſit, neceſſe
eſt; quippè cùm in genere ſit nihil, quod in aliqua illius ſpecie non ſit poſitum: ſed omnis 1.
multitudinis ſpecies, eſt ſecundum aliquam ſpeciem numeri; ſpecies ſiquidem multitudi-
nis, ex numeri ſpeciebus, nobis vtiq; notioribus, cognoſcimus; ſed illæ ſunt finitæ, quia nu-

Infinitum corpus in actu non dari.

merus eſt multitudo menſurata vnitate, menſuratio autem cum infinitate cognationem non habet. In naturalibus ergo, multitudinem actu infinitam inueniri, eſt impoſsibile. Amplius, omnium entium multitudo, teſte Philoſopho 1. cœli, tex. 99. infra vltimam
2. *ſphæram continetur: finita eſt ergo; nam vt dixi, cœlum non eſt corpus infinitum. Quare, ſi daretur multitudo actu infinita, finitum contineret infinitum, quod eſt falſum. Sed*

Minimum naturale dari.

dicet aliquis, cùm hæc ita ſe habeant, nunquid datur minimum naturale tam in homogeneis, quàm in hetherogeneis? cui ſic aliqui reſpondent. omne corpus naturale, quod ſcilicet habet eſſe per ſe, & ſeparatim exiſtens, à cæteris actu diuiſum, ſiue ſit homogenea, ſiue
1. *hetherogenea, habet minimum; alioqui forma nõ fieret in materia ſic determinatè diſpoſita: quod profectò aduerſatur Philoſopho 2. de anima, tex 24. aſſerenti, vnumquemq; actum fieri in materia propria, atq; in potentia exiſtente diſpoſita. Tenet conſequentia; quantitas enim eſt prima diſpoſitio. Quare, ſi non datur certa, & determinata, non ſolùm in maius, verùmetiam in minus in materia, vt formam recipere poſsit; non fieret vtiq; in materia ſic determinatè diſpoſita, ſed indifferenter, quod ſenſui minimè probatur.*

Quantitas eſt prima diſpoſitio.

Porrò, quantitatem eſſe diſpoſitionum primam, quibus indiget materia ad formam recipiendam, exemplo nobis eſſe poſſunt elementorum formæ; quæ, etſi imperfectiſsimæ ſint, ſi ad compoſitorum formas comparentur; in materia tamen determinatas habent magnitudines, ſeu quantitates: Videmus, inquit, Commentator de ſubſtantia orbis, formam caliditatis, qua aqua incipit in dimenſionibus augeri, áëris dimenſionibus vicinari. &c. er-
2. *go. Amplius, ſi forma non determinaret ſibi certam quantitatem in materia, ſecundùm magis & minus, ita, vt abſq; alicuius delectu, in qualibet parte eius ratio ſaluari poſsit; ſuperflua ſanè in aquæ dimenſionibus augendis eſſet actio naturæ, pro generatione áëris*
3. *habenda: quod eſt falſum. Præterea, forma elephantis in quantitate grani ſinapis, ſaluari poſſet, quod pari falſitate repellitur. tenet conſequentia: ſi enim partes homogeneæ, ex quibus elephantis corpus componitur, vt poté, caro, os, neruus, poſſunt ſemper eſſe minores; ita certè minuentur, vt grani ſinapis qantitatem induant, ex quo corpus hetherogeneum componatur, in quo elephantis forma ſaluabitur. hoc ſanè ſentire videtur Philoſophus 1. Phyſ. tex. 38. Eſt dare, inquit, minimam carnem, & minimam aquam. Et iterum, ſi omne corpus, remoto quodam, neceſſe eſt minus fieri; carnis autem determinata eſt quantitas & magnitudine, & paruitate: ex minima ergo carne, nullum certè corpus,*
1. *ſegregatum iri, patet ſatis: alioqui erit minus minimo. Item, apud commentatorem hæc doctrina eſt clariſsima 6. Phyſ. comment. 49. Minimus, inquit, color eſt determinatus per ſe, ſicuti minima forma. & com. 32. ait: Minimum de omni generato, quantitatis eſſe terminatæ, vt minima pars ignis. & cõ. 91. Omne generabile, inquit, naturale à principio*

Minimum nõ dari.

generationis, & in fine quoque, aliquam quantitatem naturaliter habet; quæ ſcilicet, & extremum determinatum habet, & medium: quorum terminos ſi tranſire voluerit, ſuæ amittit entitatis, naturæq; rationem. Hæc igitur cùm ita ſe habeant, patet minimum atq; maximum rerum ordini neceſſariò eſſe tribuenda. Poſſet autem aliquis contra prædicta ita arguere: Quemadmodum, authore Phyloſopho 5. met. eſt quanto eſſentiale, in partes diuidi; ita planè, vt vnumquodq;, in id, quod diuiditur, hoc aliquid eſſe poſsit; atq; ita non opus eſt ad minimũ per ſe exiſtens deuenire: omne enim, quod poteſt eſſe hoc aliquid,
2. *per ſe vtiq; exſiſtere poteſt. Amplius, partes, quoad formam, & materiam eiuſdẽ ſunt rationis cum toto; per ſe ergo, ſicut & totum exiſtere poſſunt. Nam ſi partes ſunt toto eſſentialiter priores: non ergo illis aduerſatur contradictoriè, vt eodem quoq; priores*
3. *ſint duratione Item, circumſcripto omni continente, & omni corruptibili, & ſit ſola aqua in vniuerſo: illa autem aqua cùm ſit quanta, diuidatur; tunc certè illa, in quæ diuiſio cadit, nihil eſſe non poſſunt, quia ſcilicet diuiſionis naturæ non conuenit: nec erunt ex non aqua ex ſola diuiſione; alioqui aqua componeretur ex non aqua: illa quoq; paruitas, quæ iam eſt in actu, formæ aquæ non aduerſatur, neq; diuiſione corrumpitur, circumſcriptum eſt enim omne corruptiuum. Non aduerſatur ergo formæ naturali aliqua ratio, vt ſemper*

Infinitum an habeat rationem partis, vel totius.

non ſit minor minima. Iterum, omne alterans, prius vtiq; partem alterat ſubiecti ſibi propinquiorem. Quare, ſi ponatur minimum ſubiecti, in quo poſſit forma introduci ab agente; aut illud erit indiuiſibile, vt punctus, quod planè eſt impoſſibile; aut erit diuiſibile, & tunc pars erit propinquior agenti quàm alia, in quam forma erit introducenda: Sed pars eſt minor toto: illud ergo non fuit minimum, in quo potuit forma introduci; aut eſt dare minus minimo, quod implicat: Non ergo datur minimum in rebus naturalibus. Dico, non dari minimum in rerum ordine, ſi quantitatis naturam ſpectes, quæ eſt diuiſibilis in infinitum: at ſi formæ conditionem inſpexeris, quæ non poteſt eſſe niſi in debita quantitate; ſic abſq; dubio, in naturalibus, neceſſe eſt inueniri maximum, & minimum. Ex his autem patet rectè inſpicienti, quonam modo vtraq; ſententia defendi poſſit. Itaq; magnitudinem, atq; multitudinem actu infinitam non dari, latiſſimè patet. Et reuera, teſte philoſopho, tex. 62 infinitum non eſt, cuius nihil eſt extra, ſed id, cuius aliquid ſemper eſt extra: non ſicut antiqui dicebant, totum & omne eſſe infinitum, quòd extra omne nihil ſit; ſed potius id eſt infinitum, extra quod aliquid ſemper eſt ſumendum. hoc planè modo à Philoſopho 63. tex. deſcribitur: Infinitum igitur id eſt, inquit, cuius ſecundum quantitatem accipientibus aliquid ſemper extra licebit apprehendere.

4. Solutio.

Quid ſit infinitum.

3. Phyſ.

CAPVT. VII.

Infinitum habet rationem partis, & non totius.

QVoniam nonnulli antiquorum auſi ſunt aſſerere, infinitum totius rationem habere: operæpretium eſſe putaui, quid de hac re ſit tenendum, non ignorare: præſertim cùm philoſophus 3. phyſ. tex. 63. & ſequent. de hoc abundè diſputarit. Cæterùm, qui infinitum totum eſſe arbitrati ſunt, hoc modo arguebant. Totum eſt, extra quod nihil eſt: ſed extra infinitum eſt nihil: infinitum ergo totius habet rationem. Quibus plane cum philoſopho reſpondere poſſumus: Id, cuius nihil eſt extra, perfectum ac totum eſſe; hunc enim in modum, totum ipſum diffinire conſueuimus, dicentes id eſſe totum, cuius nihil abeſt, vt hominem totum; id verò, cuius aliquid abeſt, eo abſente non vniuerſum eſſe. Sanè, vt dicit Auerroes, ſi extra mundum aliquid eſſet, illud vtiq; eſſet corpus actu infinitum: Etenim illud corpus non eſſet circulare, quia pari ratione extra illud eſſet aliud corpus, & ſic in infinitum: eſſet ergo corpus rectum: at illud non terminabitur, niſi ad aliud: ſed nihil eſt ibi, ad quod terminetur: eſſet igitur infinitum. Verùm totum atq; perfectũ ſunt idem penitus, aut ſua natura cognatiſſima, quatenus perfectum nihil eſt prorſus, quod finem non habeat: qui quidem finis terminus eſt. & reuera, ſicut totum ſe habet ad partes, cui nulla deeſt; ità planè perfectum ad finem, ſiue ad terminum. Quocirca putandum eſt, melius Parmenidem quàm Meliſſum dixiſſe, quippe cùm Meliſſus infinitum totum appellet, quod nimirum extra ipſum nihil ſit: Parmenides verò, totum dicat finitum è medio æquè diſtans, i. quòd circumferentia eius ſecundum quodlibet ſui æquè diſtet à centro. Non enim fieri poteſt, vt infinitum toti ipſi, ac vniuerſo perinde hæreat, vt linum lino nectitur: ſicuti in prouerbio vulgata erat ſententia: Imò quatenus eſt infinitum non eſt totum per ſe, ſed per aliud continetur, & non continet, eſt etiam ignotum, quia materia formam non habet. Quare perſpicuum eſt, infinitum ipſum, partis magis, quàm totius rationem ſubire, ſiquidem pars ſit totius, perinde vt æs ſtatuæ æneæ Tex. 65. Itaq; vt dicit commentator tex. com. eiuſdem, infinitum non eſt totum per ſe, ſed per aliud, nempè ratione formæ: Nam materia, cui philoſophus infiniti rationem conceſſit, per ſe quidem eſt infinita, ſeu indeterminata; à forma recipiens ſuæ infinitudinis terminum. Infinitum igitur non eſt totum ſecundum ſe, ſed ſecundum aliud, quia ſcilicet non eſt totũ in actu puro; ſed habet aliquid potentiæ permixtum. Infinitas ſiquidem, quæ eſt in diuiſione magnitudinis, quoddam totum in actu puro eſſe non poteſt: quia ſcilicet infinitas diui-

Infinitũ non eſt totum.

Totũ & perfectum ſunt idem.

Cõtinetur & non continet

Infinitum an habeat rationem partis vel totius.

ſiones in actu ſimul eſſe, eſt impoſſibile: ſecundum ergo aliud .i. aliquam diuiſionem eſt in actu. Sed dicet aliquis, ſubiectum recipiens infinitatem, materiam non eſſe: quod enim recipitur in materia, & cuius materia eſt ſubiectum, eſt forma, quæ profectò eſſet infinitas quædam: ad hoc philoſopho aduerſatur dicenti, infinitum, materiæ, nõ autem formæ rationem habere, ergo &c.

An materia ſit ſubiectum infinitatis.

Amplius, omne habens partes, ſuarum reſpectu partium, totius, & non partis rationem ſubit: ſed infinitum, quatenus eſt tale, habet partes: totius ergo & non partis officio fungitur. Adde quod materia prima ſecundum commentatorem eſt in-

1. *finita, & quoddam totum, habens vtiq; partes, cuius ſcilicet quælibet pars, eſt ita in actu,*
2. *ſicut eſſe poteſt: Ergo quod prius.*
3. *Reſpondeo ad primum, commentatorem per infinita-*

Solutio.

tem intellexiſſe vtiq; infinitatem ſecundum dimenſionem, quæ eſt ipſa quantitas continua, vel eiuſdem proprietas. Porrò huiuſmodi infinitum formaliter, eſt quædam forma, quia nimirum eſt quædam quantitas continua, quæ eſt quædam forma. Quando ergo philoſophus dixit, infinitum habere rationem materiæ; ad infinitum materialiter, id eſt, ad materiam referri voluit: materia enim prima, cui competit contineri, non eſſe totum in actu. Et quoddam ignotum, ac partis rationem habere, eſt infinitum materialiter, quia eſt ſub-

Materia prima eſt cauſa diuiſibilitatis

iectum quantitatis, quæ diuiſione eſt formaliter infinita: etenim materiam primam quantitas immediatè ſequitur: cùm autem in partes extenſas diuidi, ex quantitatis ratione proficiſcatur; Igitur materia prima diuiſibilitatis in infinitum, eſt ſubiectiuè, atq; materialiter cauſa: quia nimirum eſt primum quantitatis ſubiectum: diuiſibilitas verò in partes quantitatiuas, aut eſt omninò idem, quod ipſa quantitas, aut paſſio, vel proprietas eiuſdem. Adde, quòd infinitum ſecundum diuiſionem ſit duplex, vnum quidem Materiale, quod ſubiectiuè primæ competit materiæ; aliud Formale, quæ eſt quantitas continui. Patet

2. *ergo quomodo materia ſit infinitatis ſubiectum. Ad 2. Dico, totum dupliciter accipi poſſe: vno quidem modo largè, vt id dicatur totum, cui aliquo modo competat partes habere; Qui profectò modus, infinito (ſi eſſet) tribui poſſet: Alio modo, vt totum id ſit, cuius partes in actu conſiſtunt: & hic quidem modus, infinito non competeret, cuius omnes partes (vt dictum eſt) in actu ſimul eſſe nequeunt. Itaq; ſecundum hunc modum, infinitum totum dici non poſſe, philoſophus dixit: totum enim apud philoſophum exiſtit in actu potentiæ non permixto, atq; ideo eſt finitum ſecundum extrema: totum verò primo modo ſecundũ*

3. *diuiſionem, eſſet infinitum. Ad 3. patet, quonam pacto materia prima non ſit totum in actu completo; eſt enim pars ſubſtantiæ compoſitæ, & in actu formali per formam. Vnde quamuis quælibet primæ materiæ portio ſit in actu: quia tamen reſpectu alterius formæ introducendæ eſt in potentia ſubiectiua; non eſt tota in actu cõpleto. & hæc quidem ſufficere puto pro commentatoris doctrina defendenda. ex quibus etiam patet, quam ob*

Infinitũ continetur & nõ continet.

cauſam, infinitum totum à philoſopho nequaquam appelletur. Cæterùm infinitum contineri, & continere, ſic probatur à philoſopho tex. 66. Nam ſi inquit, in rebus ſenſibilibus, atque intellectibilibus, magnum ipſum, & paruum continent: res ergo intelligibiles continerent. At abſurdum eſt, ac impoſſibile, id, quod ignotum eſt, atq; indefinitum, continere ac definire. Senſus eſt, ſi ſecundum Platonem, in rebus intelligibilibus infinitum inuenitur, quæ ſunt notiſsimæ, & infinitum eſt ex ſui natura incognitum; non eſt rationi conſentaneum, velle aſſerere, quòd notiſsima, ab ignotiſsimo contineantur. Sed diceret Plato, non rectè à philoſopho argutum fuiſſe; ſiquidem ab eo maximè diſſentit: nam ille intelligibilia

Infinitum eſſe ignotum.

nobis incognita, ipſe verò notiſsima eſſe, profitetur: Dicamus ergo, ideo infinitum contineri, & non continere, quia, (vt dictum eſt) partis, & non totius rationem habet. Sed operæpretium erit ſcire, quomodo infinitum ſit ignotum: nam de hoc ipſo locutus philoſophus eſt 1. phyſ. tex. 35. ſi igitur infinitum, ſecundum quod infinitum, eſt incognitum ſecundum multitudinem quidem & magnitudinem, hic ſermo eſt de infinito materiali, quod dupliciter conſiderari poteſt: primo quidem modo abſtractè, ſeu ſecundum rationem formalem; ſicq; non eſt penitus ignotum, imò eius notitia traditur à philoſopho 3. phyſ. ſicut iam ſupra diſputaui. vide & tex. 63. ab eodem diffinitur. Præterea, ſicuti rectum cognoſcimus per obliquum,

Infinitum eſt incognitum.

*liquum,ita planè finitũ per infinitum : vnum enim oppoſitorum per aliud cognoſcimus.
hoc ergo modo infinitum non eſt incognitum. Alio modo, infinitum nominatur id, cui cõ-
petit ratio infiniti: vtpote magnitudo infinita,numerus,corpus: atq; ita nobis ignotum eſſe,* Quare eſt incognitum.
*conſtat ſatis. vnumquodq; enim cognoſcitur, quatenus eſt ens,aut eſſe poteſt ; ſed infinitũ
quantitatiuum in actu eſſe non poteſt : eſt ergo incognitum. Amplius,ſi eſſet quantũ actu* 1.
infinitum,illud ſine dubio haberet partes infinitas actu exiſtentes : ſimiliter & principia 2.
*aliter eſſent finita,quæ profectò à nobis ſciri non poſſunt: ergo quod prius : ſic enim philo-
ſophus ſentire videtur primo poſteriorum , & 2. met. tex. com. 13. Porrò infinitum in po-
tentia intelligi poſſe, Auerr. docet 3. de anima Com. 19. Cæterùm, infinitum ſecundum mul-* Cognitio infiniti confuſa.
*tiplicem cognitionem intelligi poteſt: vno quidem modo indiſtinctè,& in quodam confuſo,
veluti infinita indiuidua in vna natura ſpecifica: Alio autem modo diſtinctè,quando nimi-
rum intellectus ſingulas partes ſeparatim intelligit ; idq; comprehenſiuè , quando ſcilicet
omnes partes ſimul intelliguntur,diſtinctè atq; perfectè,aut ſucceſſiuè,vtpote vnam par-* Diſtincta.
*tem poſt alteram. Ex quo patet intellectum humanum poſſe cognoſcere infinitum,indiſtin-
ctè tamen,atq; in quodam cõfuſo ; poteſt namq; continuum cognoſcere, in quo ſunt partes
infinitæ componentes: ſic etiam ſpeciem humanam , in qua ſingularia infinita eſſe poſſunt.
Nullus autem intellectus,citra diuinum,nec comprehenſiuè, nec ſucceſſiuè, poteſt infinita* Intellectus diuinus ſolus cognoſcit infinita comprehenſiuè non ſucceſſiuè.
*diſtinctè cognoſcere. Comprehenſio enim quandam adæquationem , vt ſaltem æqualitatem
dicit ; quia ſcilicet maius à minori comprehendi non poteſt,ſed ſolus intellectus diuinus eſt
infinitus: ipſi ergo ſoli competit infinita comprehendere. Infinitũ præterea ſucceſſiuè co-
gnoſcere,perinde eſt,ac partem poſt partem numerare ; ita,vt nulla relinquatur,quæ non
ſit actuali numero numerata: ſed id non conuenit naturæ infiniti,quandoquidem illius par
tes ſimul in actu eſſe non poſſint. Quamobrem,etſi ab intellectu diuino infinitum compre-
henſiuè intelligi poteſt,non tamen ſucceſſiuè: quia infinito aduerſatur numeratio,& tran-
ſitus. hæc autem impoſſibilitas,non ex parte diuini intellectus, ſed rei intellectæ proficiſci* Cognitio particularis.
*tur. Itaque, infinitum à nobis cognitione particulari cognoſci non poteſt : ſicut etiam docet
Auerr. 2. met. com. 19. & 3. de anima: com. 13. Et intendit inquit, quòd intellectus,qui eſt
finitus non poteſt cognoſcere infinitum,ita quòd comprehendat illud in actu .i. in ratione
particulari,& non in potentia, hoc eſt,in ratione vniuerſali. Reuera , noſtri quidem intel-* Vniuerſalis.
*lectus proprium obiectum,eſt rei materialis quidditas : ſed infinitũ ſub illa minimè con-
tinetur :igitur ab intellectu noſtro nequit intelligi. Nam ſi à nobis intelligi poſſet,aut vnica* Non intelligitur à nobis.
*certè, aut pluribus intellectionibus. Non quidem vna ; alioquin per ſpeciem vnam ab ob-
iecto genitam: quod eſt falſum: ſiquidem omne agens,quatenus eſt ens,agit : Quare,quod
cauſat vnam ſpeciem,eſt vnum in actu: omne autem huiuſmodi habet vnam formam : ſed* 1.
*infinitum caret omni forma: quippe cùm formæ ſit terminare,atq; finire ; infinitum autem
omni termino vacet : à nobis ergo intelligi non poteſt vnica intellectione. nec etiam pluri-
bus : alioquin plures ſpecies intellectui noſtro ſimul ineſſent, quod planè fieri non poteſt:* Soluuntur rationes.
*nam plures ſpecies intelligibiles, ſunt plures eiuſdem rationis formæ , à quibus intellectus
non perficitur,ſuntq; ad inuicem incompoſſibiles. Adde quòd inter obiectum, & potenti-
am,quædam debet eſſe proportio: ſed inter finitum & infinitum,nulla eſt proportio : Infi-
nitum ergo eſt nobis incognitum. Porrò,ad hæc quidam ſic reſpondere conſueuêre : & ad* 1.
*primum quidem dicunt, proprium intellectus noſtri obiectum , quidditatem materialem
non eſſe; quippe cùm obiectum intellectus ſit ens in quantum ens,quod eſt quidditate ma-
teriali communius : igitur adæquatum intellectus obiectum , quidditas materialis eſſe
non poteſt. Ad 2. dicunt, infinitum vnica intellectione intelligi poſſe : & ad probationem* 2.
*reſpondent,infinitum non ideo terminatum eſſe, quia vna ſub ſpecie intelligitur,quandoqui-
dem illa ſpecies ab infinito genita , non ſit in ipſomet infinito, ſed in ipſo intellectu finito.
Præterea nihil opus,vt quis putet, à nobis vnica intellectione nihil intelligi poſſe , niſi vnica
ſpecie : Nam omne quod poteſt apud noſtrum intellectum eſſe vnius compoſitionis extre-
mum ; vnica,ac ſimplici intellectione poteſt intelligi : Ab intellectu enim illud tantùm*

Infinitum eſt incognitum.
Poſſe multa ſimul ſcire.

*ſimplici apprehenſione apprehenditur primò, quod profectò cum aliò componit: Sed fie-
ri poteſt, vt aliqua duo, ſint vnum extremum vnius compoſitionis apud intellectum, quorũ
ſpecies in eodem duæ habeantur. Mons ſiquidem aureus, vna quidem ſpecie nequaquam
intelligitur, cùm nihil vnum tale ad extra inueniatur, à quo vna ſpecies effici poßit. Extre-
mum nihilominus vnius compoſitionis efficit, huius ſcilicet, Mons aureus eſt figmentum,
vel aliquid tale. ergo &c. Amplius, à nobis multa poſſunt ſimul ſciri: ergo ſimul intelligi.
Antecedens probatur, nam ſi vnam per ſpeciem in actu concluſionem conſidero, & alias
duas in habitu poßibiles: ſi illarum ſpecies in actu non habuero, opus mihi erit, illarum
concluſionum ſpecies inuenire. Sed eſto, non ſit aliquod ſingulare ad extra, à quo aliqua
ſpecies extrahi poßit; Aut illa à me nunquam intelligetur concluſio: aut certè aliquam
habebo ſpeciem in actu, ſicuti de prima. Illius autem concluſionis ſpecies à virtute phan-
taſtica abſtrahi non poteſt; quia ibi per ſe duæ ſpecies ſimul eſſe nequeunt, ſicut in intel-
lectu. Et reuera, plures ſpecies eiuſdem rationis ſecundum eſſe intentionale in vno ſubiecto
3. eſſe poſſunt ſimul, ſicuti duo lumina in eadem parte medij, Ergo &c. Ad 3. dicunt, quod
Reſponſio. cùm illa proportio ſit motiui ad mobile, dißimilitudine potius quàm ſimilitudine opus
habet: non ergo cogit huiuſmodi ſententia. Poßet autem aliquis ad huiuſmodi rationes ſic
reſpondere: & ad primam quidem cum peripatheticis dicere: obiectum intellectus eſſe
vniuerſale ſenſibile; potentiæ enim non per obiecta, ſed per res de quibus ſunt, vt dicitur
1. 3. de anima, ſecantur ſiue diſcernuntur. Porrò idem eſt, & intellectus, & methaphyſicæ
ſubiectum, vt ens quidem, non autem vt obiectum: quia habitui nullum aßignari poteſt
2. obiectum. Ad 2. Si infinitum eſſet materiale, ab illo vtiq; nulla ſpecies cauſari poſſet; non
quidem infinita, quia res finita illius capax eſſe non poſſet: nec finita; alioqui finitum æqui
polleret infinito, quippe cùm ab eo ſimilis effectus poſſet produci. Adde, quòd ſi ab intel-
lectu perciperetur ſpecies ab infinito genita, infinitum vtiq; eſſet in actu. omne autem ma-
teriale in actu conſiſtens, finitum ſit, neceſſe eſt: Supereſt ergo aſſerere, ſicut dictum eſt,
infinitum materiale non dari, nobiſq; eſſe incognitum, quatenus eſt id, cui competit ratio
infiniti, notum verò ſecundum rationem formalem. Quomodo ergo infinitum habeat ratio-
nem partis, contineatur, & non contineat, ſitq; nobis incognitum, dixi.*

CAPVT VIII.

Infinitum vigore, ſiue ſubſtantia, à nobis intelligi poſſe.

Infinitum in corporum poſſe à nobis cognoſci.

*ETſi, quæ dixi de infiniti materialis cognitione, rationi ſatis conſentanea eſſe
videantur, dubium eſt apud nonnullos, an ſimilia ſint nobis dicenda de in-
finito immateriali, vt pote de Deo Optimo Maximo. Ad quod quidem, ſic
reſpondere quidam ſtuduerunt. Deus eſt infinitus, ſicuti probaui in aliis li-
bris Pymandri: ſed Deus à nobis cognoſcitur, quemadmodum multis verbis
1. diſputaui in alio libro: infinitũ ergo cognoſcitur à nobis. Reuera, vnaquæq; res, per omnes
cognoſcitur cauſas, teſte philoſopho 2. met: per primam cauſam ergo: quæ cum ſit infi-
nita; infinitum ergo à nobis cognoſcitur. Amplius, Deus cognoſcitur à nobis, vt creator:
2. ſed vt creator eſt infinitus; creatio enim omniũ rerum, eſt opus infinitæ virtutis: vt in-
finitus ergo à nobis intelligitur. Adde, quod Deus à nobis intelligitur, quatenus eſt omniũ
finis, quemadmodum oſtendi in alio libro Pymandri: Igitur, vt infinitus; alioqui aliquod
bonum maius Deo, quod eſſet omnium finis à nobis poſſet intelligi, quod eſt falſum. Deniq;
intellectus componit infinitum cum Deo: Deus ergo, vt infinitus intelligi poteſt; omnis e-
3. nim compoſitio, ſeu diuiſio per ſe ſupponit intellectũ ſimplicium. Amplius, Deus cogno-
ſcitur per aggregationem conceptuum, nempe quòd ſit ens infinitum, neceſſarium, & ſi-
milia: igitur cognoſcitur, vt infinitus. Adde, quod effectus, qui in hoc mundo videntur,*

licet ſuapte natura ſint finiti; opificis nihilominus infinitã oſtendunt virtutem. Ergo quod Infinitum in vigore
prius. Iterum omnes quorumcunq; generũ ſpecies ſunt intelligibiles, quia nimirum diffini- quomodo
biles: ſed ſpecies numeri, & figuræ ſunt infinitæ, quia præter vnã ſpeciem datam, alia atq; cognoſci-
alia accipi poteſt, & ſic in infinitum. Igitur infinitũ à nobis poteſt intelligi. Quòd ſi dixerit tur.
quiſpiã huiuſmodi ſpecies veras non eſſe, quia ſcilicet non exiſtunt in rerũ natura; id certè 4.
veritatẽ non habet, ſiquidẽ ſpecies roſæ eſt vera, roſa nondum exiſtente. Præterea, ſi vera 5.
eſt ſententia philoſophi in 4. phy. cap. de vacuo, qua ſic arguit: Si duo corpora poſſunt
eſſe ſimul: ergo & infinita. à ſimili ergo, ſic poſſumus argumentari. Si duæ ſpecies poſſunt
intelligi à nobis: ergo & infinitæ. & quælibet eſt principium cognoſcendi: infinita ergo à no
bis poſſunt cognoſci. Sanè, ſi duæ, & tres, & quatuor poſſunt in nobis eſſe, ergo & infinitæ:
ſpecies enim intelligibiles cùm eſſe habeãt ſpirituale, vna non impedit alterã: igitur in in- 6.
tellectu infinitæ poſſunt eſſe. Adde, quòd ſi philoſophus cognouit, & probauit, ſecundũ ſuæ
doctrinæ fundamenta, tempus eſſe infinitum, & motum cœli ſimiliter: igitur, infinitum
à nobis poteſt cognoſci. Hæc, & ſimilia dici ſolent ab his, qui huiuſmodi partem tuentur.
Ad hæc, quæ modo adducta ſunt argumenta, ſic à quibuſdam reſponderi ſolet: & ad Soluũtur ar-
primum ſic: Deus à nobis quidem cognoſcitur, non tamen ſub ratione infiniti: quippè cùm gumenta.
nullus in rerum ordine ſit effectus infinitus, ex quo dei infinita ſubſtantia nobis innoteſcat.
Pari quoq; facilitate confirmatio ſoluitur: nam & ſi prima cauſa ſit infinita, non tamen 1.
vt infinita à nobis cognoſcitur: Dico, cognoſci Deum, vt infinitum, non quidem compre- Deus eſt infi-
henſiuè, cùm à ſuo ſolo intellectu comprehendi poſſit: neq; abſtractiuè, quia nulla ſpeci- nitus.
es infinita, ex rebus conditis abſtrahi poteſt: ſunt enim, & numero, & eſſentia finitæ.
Neq; intuitiuè, ſiquidem intellectus corpori coniunctus, diuinam non intuetur eſſentiam:
Sed potius aggregatiuè, ſiue attributiuè: attribuimus namq; illi, potentiam infinitam, vi-
tam, & huiuſmodi. Siquidem, ſi omnia, quæ intra rerum ordinem continentur, finita
ſunt, & terminata. Quod igitur eſt ſuprà rerum ordinem, cauſarum, atq; entium: infi-
nitum ſit, neceſſe eſt: aliter à genere entium nequaquam differret. Hoc igitur modo deũ
à nobis cognoſci, & ſic intelligi, nullum ſequitur abſurdum. Ad 2. Deus cognoſcitur, vt 2.
creator, cognitione ſupernaturali, non autem naturali. Præterea, non valet conſequentia:
cognoſcitur Deus vt creator, & vt creator eſt infinitus: igitur cognoſcitur, vt infinitus. Cognoſcitur
Dico, omnium eſſe propemodum philoſophorum ſententiam, cùm philoſophi, tum etiam vt infinitus.
Platonis, deum eſſe principium, à quo dependent omnia: à quo inquit philoſophus 12. met:
Cœlum dependet, & natura. Quamobrem, ſi deus ab omnibus, vt omnium cognoſcitur
principium; igitur, vt infinitus. tenet conſequentia: nam ſi omnia ab ipſo dependent: o-
mninò neceſſe eſt, vt ipſe ſit independens, atq; ita infinitum. Cum ergo cognoſcitur à no-
bis vt creator, & à philoſophis vt omnium principium: Igitur ab omnibus cognoſcitur; vt
infinitus. Ad confirmationẽ reſpondent, vltimi finis rationem, finiti & infiniti rationẽ non Vltimus fi-
habere: vnde Deus ipſe intelligitur, vt vltimus finis: non tamen vt finitus, & infinitus, ſed vt nis.
non finitus. Dico ad id tandem eſſe deueniendum, vt ſcilicet vltimus finis ſit infinitus; alio-
qui certe vltimus dici non poſſet. Ad aliam confirmationem dicunt, id tantùm ab illa ha-
beri, nominis ſcilicet ratione infinitum intelligi poſſe: atq; pro hac quidem notitia habenda
finiti ſpeciem ſufficere. Sed videant ipſi, quomodo ſpecies finiti cauſa eſſe poſſit infiniti in-
telligẽdi. Præſtat ergo dicere, infinitum incorporeum, nempè Deum benedictum, non ſecus 3.
ac dixi, à nobis intelligi. Ex his patet veritas tertij argumenti. Ad 4. dicunt eas tantum- 4.
modo ſpecies eſſe, quæ ſuis in ſingularibus inueniuntur, atq; nobis per ſenſuum miniſterium
intelligibiles fiunt: quæ planè ſunt finitæ. Reſpondetur ab illis nos poſſe intelligere numeros
infinitos à ſpecie vnitatis; quemadmodum docet Auguſtinus per ſpeciem vnius ſolis, tot,
quot volumus, poſſe intelligere ſoles. Dico huiuſmodi numeros eſſe finitos, cùm non detur
numerus actu infinitus: proinde infinita cognoſci per accidens, & confusè, hoc eſt, per ſpe-
ciem finiti. Nam etſi infinito nomen imponimus: non tamen quid rei, ſed quid nominis ſit, Infinitũ quid
à nobis percipitur. Sed dices, nihil voce exprimi poteſt, quod mente non concipitur. 4. nominis.

in vigore quomodo cognoſcitur.

met quod ſi nihil intelligitur, nihil ſignificatur. Intellectus præterea, inter finitum & infinitum diſcernit, ens quoq; & non ens: igitur extrema cognoſcit. Adde, quòd priuationes, & negationes intelligibiles ſint, cùm de ipſis enunciationes fiant. Dico, huiuſmodi infinitū non intelligi per propriam ſpeciem, ſed per accidens, veluti ſilentium per ſpeciem ſoni; ita infinitum per ſpeciem finiti, ſicq; mente concipi, nomen imponi, atq; diffiniri: intellectus

Diffinitur quid nominis

enim diſcernit, finitum quidem per ſe, infinitum verò per accidens. Similiter priuationes cognoſcuntur, nempè per habituum ſpecies: omnis enim ſpecies per ſe eſt alicuius repræſentatiua, ſui verò oppoſiti per accidens. patet ergo quomodo tale infinitum intelligitur.

5\. *Ad 5. negatur ſimilitudo, locus enim eſt terminus corporis: atq; quatenus eſt terminus, habet rationem formæ: corpus autem locatum vice materiæ fungitur: Species verò intelligibiles reſpectu intellectus, ad modum ſe habent formæ informantis, atq; perficientis: intellectus autem modū materiæ, & perfectibilis. vnde fit, quòd ſi duo corpora terminari poſſunt ab vna forma, pari quoq; ratione, & infinita; non autem eſt ſimile, quòd ſi mate-*

An ſint ſpeciẽ infinitæ in telligentis.

ria perfici poteſt à duabus formis oppoſitis, ergo ab infinitis. Adde, quòd philoſophi conſequentia ſit intelligenda, quando tam reſpectu paucorum quàmplurium æqualis habeatur repugnantia. Quare ſi in vno eodemq; loco duo corpora eſſe poſſunt, eadem ratione, & infinita: non autem eſt ſimile de ſpeciebus, in quibus talis repugnantia non inuenitur. Itaq; vna materia mixti plurium elementarium poteſt eſſe formarum: vna autem forma non niſi vnius ſubiecti; nam vnam formam habere plus vno ſubiecto, de ſubſtantia orbis Auer. reputat impoſſibile: non tamen ſubiectum plures vna forma. Intellectus igitur, plures poteſt ſpecies habere, non tamen infinitas: nam habere actu ſpecies infinitas, infinitæ planè eſt perfectionis; quæ in creatore, ſiue principio omnium tantummodò inueni-

Tempus quomodo ſit infinitum.

tur. Adde, quòd rerum materialium naturæ ſpecificæ ſint finitæ; nec ſecundum philoſophi doctrinam maiori in numero eſſe poſſunt: ſpecies ergo intelligibiles ſunt finitæ. Multitudo præterea naturarum actu infinita, à philoſopho non admittitur; à quibus ſpecies intelligibiles abſtrahi poſſunt: infinitæ ergo ſpecies actu, in noſtro intellectu eſſe non poſſunt. Ad vltimam confirmationem dico: tempus & motum non eſſe actu infinita, ſed ad infinitum tendere ſecundum philoſophum, quæ certè à philoſopho cognita eſt: verùm id

Augeri eſt ire ad formam.

dici non poteſt, comprehenſiua, ſucceſſiua, diſtinctaq; infiniti cognitio. Patet ergo, quomodo Deus à nobis, vt infinitus cognoſcitur, & quemadmodum infinitæ ſpecies noſtra in mente eſſe non poſſint. Reliquum mihi eſt, vt ad tex. philoſophi 67. 3. phyſ. redeam, quò de infinito abſoluatur negotium. Rationi, inquit, conſentaneum eſt; vt id quidem, quod in adiectione conſiſtit, non videatur hoc pacto infinitum; id verò, quod in diuiſione, infinitum eſſe: nam infinitum intus, quemadmodum materia continetur; forma autē continet. Senſus ergo eſt, ſicut dixi ſuperius, auctionem, ſiue additionem non creſcere in infinitum, quia

Diminui ad materiam.

tendit ad formam cuius intereſt rem terminis deſcribere: Diminutionem autem ad materiam, quæ eſt potentia infinita, vnde tex. 68. liquidò etiam in numero quidem euenit, vt verſus minus terminus ſit; verſus verò plus, omnem exuperet multitudinem. In magnitudine verò contrà. Huius rei cauſa eſt, quia vnum eſt indiuiſibile; numerus verò plura vno, quantaq; quædam. Quare ad indiuiſibile ſtetur, neceſſe eſt. Vnde Auerr. Omne vnum eſt

Numeri infinitudo vnde ſit.

indiuiſibile, qui eſt tale per formam, quæ eſt in ſeipſa vna: at verſus plus, ait philoſophus, intelligere ſemper contingit; vt non ſit deueniendum ad maximum; diuiſiones enim magnitudinis in duo, infinitæ ſunt poteſtate quidem, non actu: Sed numerus fit ex diuiſione continui: in infinitum ergo procedit. Verùm numerus hic, nec à diuiſione ſeparabilis, nec infinitudo ipſa permanet: Sed fit velut & tempus, & numerus temporis. Cæterùm ideo

Auerr.

additio in numeris procedit in infinitum, quia, teſte Auer. com 68. eſt coæua diuiſioni: diuiſio autem ob materiæ cauſam, in infinitum tendit. Diminutio autem numeri, auctionem

Quomodo eſt infinitus.

reſpicit, quæ ad formam ſpectat; hac de cauſa in vno ſtetur, neceſſe eſt. Sed dicet aliquis rerum numerum finitum eſſe, quia citra primum ens, omnes continentur, & primam materiam: media ergo, quæ ſunt inter extrema, ſunt finita. Adde, quòd numerus, aut eſt res

numerata

Mundi infiniti.

numeratæ, aut accidens illarum : ſed res numeratæ non habent minimum : igitur nec numerus. Dico, numerum vno modo accipi pro diuiſione formali, quæ fit per oppoſita, cauſatq́ multitudinem, quæ eſt de tranſcendentibus, qua ratione ens diuiditur per vnum, & multa : & hic certè numerus non procedit in infinitum, nec de eo philoſophus loquitur. Alio modo pro diuiſione, quæ fit per quantitatem, habetque rationem menſuræ : qui planè numerus in infinitum (ſicut dixi) procedit, ac de illo loquitur philoſophus. Ad confirmationem reſpondet Themiſtius 4. phyſ. tex. 108. Numerum bifariam intelligi poſſe, nempe aut eum, qui eſt ex vnitatibus, quem, ſatis patet, minimum habere, vtpote duo, ſiue dualitatem, quæ ad vnum reſoluitur: Aut eum, qui ex rebus eſt conſtitutus : & hic quidem, quo ad multitudinem, minimum habet, vtpote duas lineas, duos leones : quoad magnitudinem autem, minimè: quippe cùm quælibet res talis ordinis diuiſibilis ſit in infinitum. vnde philoſophus tex. 69. eiuſdem 3. phyſ. In magnitudinibus, inquit, contrà fit : Nam diuiditur quidem, & ipſum continuum in infinita. Verſus autem maius non eſt infinitum: quantum enim contingit poteſtate eſſe, tantundem etiam actu eſſe continget. Nullum ergo corpus ſenſibile eſt infinitum: aut omnis magnitudinis finitæ, ſemper exuperationem eſſe continget; alioqui cœlo quippiam maius exiſteret. Patet ergo, id, quod paulò ante quærebamus, cœlum ſcilicet corpus infinitum non eſſe, ob eas rationes, quæ iam à præclariſſimis ingenijs dictæ ſunt.

Duplex numerus.

Magnitudo eſt diuiſibilis in infinitum.

QVAESTIONIS QVINTAE CAP. I.

Infinitos mundos non inueniri.

POſtquam ex multorum clariſſimorumq́ apparuit virorum ſententiis, cœlum non eſſe infinitum, id, quod hactenus apud multos dubium fuit, nempe an ſint infiniti cœli, ſiue mundi, inſerere placuit : tum quia, & huic propoſito congruere iudicaui : tum verò, quia & noſter Triſmegiſtus de hac quidem materia pulcherrimè, belliſſimèque philoſophetur. Audiamus ergo libenter ſapientiſſimum Mercurium de Mundi vnitate melliflua canentem. Primus omnium, *inquit, dialog. 8. Pymandri,* verè ſempiternus, immortalis, ingenitus Deus, omnium author. ſecundus deinde ad illius imaginem mūdus ab eo genitus, & ab eodem ſeruatus, nutritus, & immortalitate donatus, veluti à proprio parente. *Et eſt ſenſus : Mundus eſt vnus, quia illius faber, ad cuius imaginem factus eſt, vnus eſt : Mundus enim imaginem imitatur opificis exemplarem : nam ſicut ille vnus eſt, ita etiam, & mundus. Et dialog. 9.* Deus igitur Coſmi, id eſt, mundi pater eſt: iure autem Coſmus appellatus eſt; omnia ſiquidem varietate generationis κοσμεῖ; id eſt exornat. Ipſe quoq. Coſmus, id eſt, ornatus nominatus eſt. *Et dial. 10.* Mundus, *inquit*, pulcher eſt, non tamen bonus : Etenim ex materia conſtat, paſſionibusque ſubiicitur : primusq; eſt eorum, quæ patiuntur : Mundus ſphæra eſt, id eſt, caput, nec ſupra caput materiale quicquam, quemadmodum, nec aliquid ſub pedibus intelligibile. *Et eſt ſenſus : ſicut ſupra caput, & ſub pedibus hominis, non eſt aliquid hominis : ita planè extra mundum, non eſt alius mundus, aut corpus aliquod materiale; quandoquidē omnia intra complectatur, & ſua magnitudine ambiat : vnde ſubdit Mercurius :* Itaq; mundus totus ex materiali quodam, & intelligibili compoſitus eſt. Mundus animal primum, homo ſecundū, poſt mundum animal, primum autem animalium reliquorum. *Si ergo à Mercurio vnum animal nominatur: vnus eſt ergo, & non plures mundi. Mundi præterea vnitatem per vnius adminiſtrationem oſtendit.* Hęc, *inquit*, mundi totius adminiſtratio, ex vnius natura dependet, perq; vnam mentem rectè diſcurrens, qua nihil validiùs, nihil diuiniùs, nihil denique magis vnitum. *Ab vno*

Mercurius dicit vnum eſſe mundum.

Dial. 8.

Dial. 9.

Coſmus.

Dial. 10.

Mundus non eſt bonus.

Extra mundum nihil.

Vnus gubernator mundi.

Mundus eſt vnus.

ergo Deo, optimo, maximo, vnus conditus eſt mundus omnibus numeris perfectus, quoad ſuæ conditio naturæ pati potuit. Dial. 11. Contemplare mundum, *inquit*, inuiolabiſe corpus, quo nihil antiquius. Inſpice præterea mundos ſeptem ſuppoſitos, ornatu mirifico fabricatos. *Septem planetarum orbes, ſeptem mundos nominauit; qui intra mundi magni terminos continentur. Apertius poſtmodum oſtendit mundum eſſe vnum.* Vnus, *inquit*, Deus, mundum vnum confeſſus eſt, & ſolem vnum, & vnicam lunam, vnam quoque diuinitatem vnus igitur ſingula facit in multis: vna vita cunctorum manat ex Deo, vnam habet ideam incorpoream, quæ formas per corpora ſingulas exprimit. Itaque, *inquit Mercurius*, Deus vnus, vna vita, vna idea, mundum vnum condidit. *Et dial. 12. Dicit, mundi materiam eſſe vnam, ex qua mundus conſtat.* Materia, *inquit*, vna. Totus verò hic mundus magnus eſt Deus, imago maioris. *In Aſclepio*, Mundus, *ait*, præparatus eſt à Deo receptaculum omniformium ſpecierum, omniumque agitatio, atq; frequentatio, quorum Deus gubernator, diſpenſans omnibus rebus humanis, quantum vnicuiq; neceſſarium eſt. *Et iterum*, Mundus eſt diſpenſator vitæ omnibus, quæ in ſe ſunt, & eſt locus omnium, quæ ſub ſole gubernantur: viuificator ipſe extrinſecus ab æternitate, viuificatque ea, quæ intra ſe ſunt, omnia differens, numeris, & temporibus ſtatutis, atq; fixis, cuncta per ſolis effectum, ſtellarumq; diſcurſum, omnia tēporalia ratione diuinaq; lege conſcripta. *Rurſus, mundum hunc ſenſibilem, ſeu elementarem, à ſuperiori dicit gubernari:* Mundus hic ſenſibilis, & quæ in eo ſunt, omnia à ſuperiori mundo, quaſi ex veſtimento eius contecta ſunt. *Mundus igitur ſecundū Mercurij doctrinam, eſt vnus, qui ſe habet inſtar veſtis totum corpus contegentis; animalis, omnia membra poſſidentis; vitæ omnia viuificantis; gubernatoris, omnia gubernātis. hæc eſt præclara, & vtilis ſapientiſſimi Mercurij theologia, quā Plato ſtudioſè imitatur in principio Timæi: Volens, inquit, Deus, omnium, quæ intelligi poſſunt, pulcherrimo & vndiq; abſoluto exemplari mundū hunc ſimilimum reddere; animal vnum ipſum effecit, aſpectui ſubiectū, animalia cuncta naturæ ſuæ conuenientia intra ſuum limitem continens. Proinde rectène mundum vnum diximus, an rectius plures, innumerabilesue dici oportuit? Vnum profectò, ſi modò ad vnius ſimilitudinem ſit formatus. Quod enim viuentia omnia quæcunq; intelliguntur, continet; ſocium alterum habere non poteſt. Alioqui aliud animal, quòd hæc duo contineat, eſſe oporteret, cuius duo hæc partes eſſent, nec illorum, ſed tertij huius, mundus hic ſimulacrum rectius diceretur. Vt igitur hic mundus eſſet animali abſoluto ſimilimus, ex eo quòd ſolus, atq; vnus eſſet; idcirco neq; duo, neq; innumerabiles procreati ſunt; ſed vnus mundus, vnigenitusque factus eſt, & erit. Addit poſtea Plato aliam rationem, nempe materiæ vnitatem: Ex omni, inquit, quippè igni, äere, aqua, terra, ipſius faber ita ipſum compoſuit, vt nullam cuiuſquam iſtorum partem, aut vim extrà relinqueret. Idque ea ratione fecit, primùm quidem, vt totum hoc animal quàm maximè perfectum, ex perfectis partibus eſſet. Deinde, vt eſſet vnum, cùm nihil extrà relictum fuerit, ex quo alterum generetur. Poſtremò, ne quis ipſum morbus, aut ſenectus attingeret. Quam ob cauſam rationemq; vnum totum ex omnibus totis, & perfectis perfectum, morbi, & ſenectutis expertem Deus mundum conſtituit. Ita nempe diuina arte fabricatus eſt mundus, vt omnia in ſeipſo, & à ſeipſo patiatur, & agat. Ratus eſt enim ille author, mundum ſi ſibi ipſi ſufficiat, præſtantiorem fore, quàm ſi aliorum adminiculis egeat. Non eſt dubia Platonis doctrina: nec in dubium vocari poteſt: quæ mundi vnitatem, ſeu mundum eſſe vnum, clariſſimè oſtendit. Nam ſi mundus factus ſit ad exemplar perfectiſſimi animalis, omniaq; intra ſe contineat, non eſt, vnde alius fiat, aut neceſſarius ſit. Eadem propemodum apud Plotinum enneadis. 6. lib. 7. cap. 12. habetur doctrina: Concedamus, inquit, hunc mundum, velut ad illius exemplar effingi. Et ennead. 3. lib. 2. cap. 2. Ab illo itaq; mundo vero prorſus, & vno, mundus hic dependet, non*

verè

Margin notes: Dial. 11. — Dial. 12. — Aſclepius. — Mundi duratio. — Mundus eſt ſicut veſtis. — Plato de mundi vnitate. — Vnitas mundi probatur. — Materiæ vnitas. — Mundus omnia in ſe habet — Plotinus.

Mnndus eſt vnus.

verè vnus, vt mundus ille intelligibilis; quia vlla pars ſibi ſufficit: ſed dum ſalutem ſibi quærit aliunde, bellum illi infert, ex quo ſeruatur. Et cap. 3. Neque poteſt quiſpiam huic mundo, quaſi non pulchro, iure detrahere; cùm ſit à natura præſtantiori, ab authore, & opifice Deo. Ille namque totum quiddam fecit pulchrum prorſus atq; ſufficiens. Quoniam verò quod factum eſt, mundus ſimul eſt totus, ſi mentis aures ad hunc conuertere libeat, audies ita clamantem: Me proculdubio fecit Deus: atque ego inde factus ſum perfectus ex cunctis animalibus conſtitutus: mihi ipſi ſufficiens, nullius indigus: quoniam omnia ſunt in me animalia ſimul, atq; plantæ, cunctorum natura generalium. Præclarè Plotinus teſtatur, & mundum vnum eſſe, & à Deo fabricatum. Et enn. 4. lib. cap. 9. Factus eſt itaque mundus tanquam ædificium quoddam ſpecioſum longéque varium, non ſeparatum ab èffectore, neq; rurſus ſe illi commiſcuit. Igitur, ad Plotini mentem, & mundus à Deo ſeparari non poteſt, & ab illius ſubſtantia longiſſimè abeſt. Alij quoque Platonici, tres mundos poſuêre: primum omnium Deum, vniuerſorum authorem, quod ipſum boni appellamus. Ab hoc mens creatur Angelica, atq; ipſum mundi corpus: ſecundus vniuerſi corporis anima: tertius, tota hæc quam cernimus machina. vnde Plotinus, enn. 6. lib. 4. cap. 2. Eſt vtiq; verum, inquit, aliquod vniuerſum: eſt etiam veri vniuerſi illius imago; ipſa videlicet viſibilis huius mundi natura. Ipſum igitur, quod reuera vniuerſum eſt, in nullo prorſus exiſtit: nullum enim ens, eſt ante ipſum: nam cùm ſit primùm ens, neque locum quærit, neque omninò quieſcit in aliquo. Itaq; vniuerſum hoc à Plotino vocatur primum ens, à quo ſenſibile hunc mundum pendere affirmat. Hæc quidem à Mercurio, Platone, Plotino, de vnitate mundi ſatis clarè dicta ſunt: quos D. Auguſtinus in lib. de ciuitate Dei 11. cap. 5. diligenter imitari ſtudet: Si, inquit, infinita temporis ſpatia ante mundum cogitant, in quibus eis non videtur Deus ab opere ceſſare potuiſſe; ſimiliter ergo cogitent extra mundum infinita ſpatia locorum: in quibus ſi quiſquam dicat non potuiſſe vacare omnipotentem; nónne conſequens erit, vt innumerabiles mundos cum Epicureo ſomniare cogantur? Sanè Epicurus, vt dicit Metrodorus, ſic abſurdum eſſe ait, ſi vnicus in infinito mundus ſit, ac ſi vnica in latifundio ſpica naſceretur. Democritus, corpuſcula poſuit per inane infinitum temerè volitantia, quibus meſſet forma, & magnitudo, eſſentque inſecabilia, ideóq; ἀτόμους dicta, quibus Epicureus pondus addidit. Itaq; illa indiuidua variis formis prædita, variis magnitudinibus, tum etiam ponderibus multum diuerſis, iactatione fortuita per vacuum immenſum agitata, non ſimplici caſu inter ſe commixta, & coagmentata, infinitos ſubinde mundos progignere, infinitos interimere arbitratus eſt, ſine certa cauſa, ſine conſilio natos hæc ſunt mania Democriti, & Epicurij figmenta. In lib. retractationum primo cap. 3. Duos mundos, vnum ſcilicet intelligibilem, alium verò ſenſibilem, cum diuinarum authoritate ponit ſcripturarum. Duos, inquit, mũdos vnum ſenſibilem, alium intelligibilem, non ex Platonis, ſed ex mea ſententia pono: Nam & Dominus ait: Regnum meum non eſt de hoc mundo. Quare, ſi alius à Domino Chriſto ſignificatus eſt mundus; ille congruentius poteſt intelligi, in quo erit cœlum nouum, & terra noua; quando complebitur, quod oramus, dicentes: Adueniat regnum tuum. Nec Plato quidem in hoc errauit, quia eſſe mundum intelligibilem dixit. Mundum quidem intelligibilem, vocauit ipſam rationem ſempiternam, atq; incommutabilem, qua fecit Deus mundum. Quam, qui eſſe negat, ſequitur, irrationabiliter deum feciſſe quod fecit; aut cùm faceret, vel antequam faceret, neſciſſe quid faceret, ſi apud eum ratio faciendi non erat: Si verò erat, ſicut erat, ipſam videtur Plato vocaſſe intelligibilem mundum. Habemus igitur ex D. Auguſtini doctrina quid ſit mundus intelligibilis, & quonam pacto plures mundi eſſe non poſſint. Quòd autem mundus à Deo conditus ſit, lib. 11. de ciuit. cap. 4. conſpicuè ſatis dilucideq; deſcribit: Viſibilium omnium, inquit, maximus eſt mundus, inuiſibilium omnium maximus eſt Deus. ſed mundum eſſe conſpicimus, Deum eſſe credimus. Quòd autem Deus mundum fecerit, exceptis propheticis vocibus, ipſemet mundus, ordinatiſſima ſua mutabilitate, & mobilitate, & viſibilium omnium pul-

Mundi vnitas & pulchritudo.

Vox mundi confitentis.

Mundus à Deo non ſeparatur.

Tres mundi.

Plotinus.

Auguſtinus.

Epicurus.

Democritus.

Mundi infiniti.

Duo mundi ex ſcripturis.

Mundum à Deo factum.

eſt vnus. *cherrima ſpecie, quodammodo, & factum ſe eſſe, & non niſi à Deo ineffabiliter, atq; in-*
uiſibiliter magno, & ineffabiliter, atq; inuiſibiliter pulchro ſe potuiſſe, proclamat. Mun-
Peripathetici. *dum neque genitum, neq; vnquam interiturum Peripathetici affirmant, tametſi mundum*
Cato. *vnum eſſe dicant: Quos imitatur Plinius, Manilius. Cato ſenior, opinionem Aegyptiam*
Pythago. *hanc eſſe dicit: Plato, genitum quidem, nunquam autem dixit interiturum. Pythago-*
rici, à Deo quidem genitum, corruptibilemq; eſſe aſſerunt, nunquam tamen interiturum,
quia ſcilicet diuinæ naturæ vi conſeruatur. Alii, vt Epicurei, Anaxagoras, Empedocles,
& Stoici opinantur, mundum initium habuiſſe, & finem habiturum. Sed de his in aliis
Quare nō poſ *libris Pymandri abundè ſatis locuti ſumus. Conſtat igitur inter illuſtres Philoſophiæ du-*
ſint eſſe plures *ces, mundum eſſe vnum. Etreuera, rationi omninò eſt conſentaneum, nec aliter fieri poſ-*
mundi. *ſe, mens cogitat humana. Etenim ſi ad vnius perfectionem, neceſſaria eſt vnius guberna-*
tio, vnius primi mobilis motus, quatuor elementorum naturæ, propriis, atq; mutuis qua-
litatibus diſtinctæ. Igitur, ſi eſſent infiniti mundi, infiniti quoq; eſſent primi gubernato-
res, motus primi, atq; elementa: quæ planè omnia impiiſſima ſunt, & abſurda. Sanè, ter-
ra vnius mundi, ad centrum alterius naturaliter moueretur, & illa viciſſim eodem modo
Vna terra mo *ſe haberet: Quælibet enim corpora grauia eiuſdem ſunt ſpeciei; & ad vnum, eundemque*
ueretur ad cē- *locum naturaliter feruntur. Quare, ſi eſſent plures terræ, illæ cùm eiuſdem ſint ſpeciei,*
trum alterius. *& æquali motu agantur; vna igitur, ad alterius centrum moueretur; quod certè fieri*
non poteſt: ſiquidem quia non dantur duo centra, ſed vnum tantùm, vnus eſt ergo mun-
dus. Quòd ſi dixeris, elementa huius mundi, non eſſe eiuſdem ſpeciei cum elementis alte-
rius: Ergo æquiuocè mundus prædicaretur de illo, & de noſtro: quod planè ipſiſmet ad-
uerſariis nequaquam probatur. Adde, quòd eſſent plures primæ ſubſtantiæ, quod eſt fal-
ſum, quippè cùm ſubſtantia immaterialis, eadem ſub ſpecie, augmenti ſiue multitudinis ſit
ignara. Plures primi ergo motores eſſe non poſſunt: eſt ergo tantum vnus mundus. Non e-
nim eſſe poſſunt plures mundi ſucceſſiuè; neceſſe enim eſſet alterum corrumpi. Sed cœlū,
Eccentrici. *vt dixi, eſt incorruptibile: ergo quod prius. Neque plures mundi eccentri; voco excen-*
tricos, quando vnus extra alium eſſet poſitus, vt duæ pilæ, quæ ab inuicem ſeparatæ ſunt:
Concentrici. *concentricos verò, veluti ſi ſupra primum mobile, alia ſphæra terræ eſſet poſita: & ſic*
deinceps ordinibus rerum diſtributis, alia ſequerentur elementa. hic enim noſter mun-
dus, omnem prorſus materiam complexus, omniaq; corpora: nihil ergo extra habet, vn-
de alius mundus fabricari poſſit. hæc ratio agenti conuenit naturali, non autem diuino,
cuius potentiæ ſubeſt materiæ creatio. Quamobrem, etſi vnus ſit tantùm mundus, quoad
tamen ad infinitam Dei potentiam ſpectat; poſſet & plures condere. Patet ergo vnum
eſſe mundum. quod, vt clarius intelligi poſſit, Philoſophi verba adducere curaui.

CAPVT II.

Mundum eſſe vnum Philoſophus multis rationibus probat.

Philoſophi Verba.

NVnc autem inquit, prim: cœli tex. 76. Et quòd plures cœli non ſint, dicamus, hoc enim conſiderandum diximus eſſe. Si quis de corporibus vniuerſaliter demonſtratum eſſe non arbitretur; extra mundum hunc nihil ipſorum eſſe poſſe: omnia itaq; & vi, & natura, manent, & etiam mouentur. Quo quidem in loco non vi manent; in eum ſecundum naturam feruntur: & ad quem non vi feruntur, in eo quoq; natura manent. Quo verò in loco vi manent, ad eū etiam vi feruntur: & ad quem vi feruntur, in eo quoq; vi manent. Præterea ſi hæc latio vi ineſt, contraria competet ſecundum naturam. hæ ſuppoſitiones philoſophi ſunt per ſe notæ ex principiis ſenſibilibus. Sequitur tex. 77. Si ad hoc itaq; medium, illinc vi terra fertur; hinc illuc ſecundum naturam ferretur: & ſi hîc terra non vi manet, etiā huc illinc

Mundi infiniti.

hinc ſanè ipſa ferretur; Vnius enim corporis vna eſt ſecundum naturam latio. Eſt ſenſus, ſi plures eſſent mundi, plures eſſent terræ: ſed non ſunt plures terræ, igitur nec plures mundi: nam aut terra in hoc noſtro mundo manet ſecundum naturam, aut vi. Si autem vi hic manſerit, ad illum natura ferretur; atq; altera terra ſuperflua eſſet, & vi conſiſteret. At ſi hîc ſecundum naturam manet; illa huc mouebitur, & illic violenter ſtabit, & ſuperflua eſſet, & inanis. Quæ cùm ſint impoßibilia, efficitur, vt vnus tantùm, & non plures ſint mundi. Sequitur textus: Præterea cunctos mundus ex eiſdem corporibus conſtare, quæ ſunt eiuſdem naturæ, neceſſe eſt: corporum etiam vnumquodque eandem vim habere, rurſus neceſſe eſt; vt terram, ignem, & ea quæ inter hæc ſunt. Nam ſi ea, quæ hîc, & illic ſunt, æquiuoca ſunt, hoc eſt, non eadem forma dicuntur; vniuerſum etiam, quem mundum appellant, æquiuocè dicetur. Sed perſpicuum eſt ipſorum aliud è medio, aliud ad medium aptum eſſe ſuaptè natura ferri: quippe cùm ignis omnis eiuſdem ſit ſpeciei, & vnumquodq; etiam cæterorum. Senſus eſt, ſi ſecundum Democritum, & alios eiuſmodi mundi illi eiuſdem ſunt ſpeciei: vnum profectò centrum haberent, & ita ſequerentur, quæ diximus abſurda. quòd ſi alterius ſunt ſpeciei; igitur mundus æquiuocè diceretur, quòd illis non placet. Sequitur tex. 78. Inſuper & motus ipſi ſunt finiti, & vnumquodq; elemẽtorum per vnumquemq; motum dicitur. Senſus eſt, ſi ſpecies motus ſunt finitæ, vtpote à medio ad medium, & circa medium: igitur Mundi non ſunt numero infiniti; alioqui infinitos motus haberent: vnde ſequitur, quare ſi motus ijdem ſunt; & elementa ſint eadem vbiq; neceſſe eſt. Partes igitur terræ, quæ in alio mundo ſunt, ad hoc medium aptæ erunt ferri, & ignis etiam, qui ibi eſt, ad hoc vltimum: at impoßibile eſt. Nam ſi hoc eueniet, ſurſum quidem terram ſuo in mundo, ignem verò ad medium ferri, neceſſe eſt. Simili ratione, & terram, quæ eſt hic è medio ſecundum naturam ferri; alterius mundi mediũ petentem, neceſſe eſt: propterea quòd ipſi mundi inter ſe talem habent poſituram. verba philoſophi clariſſima ſunt, quæ ex ſuprapoſitis quoq; intelligi poſſunt rationibus. Sed dicet aliquis, Mundus eſt Dei omnipotentis effectus, etiam ſecundum Peripatheticos; plures ergo mundi eſſe poſſunt. Tenet conſequentia: infinita enim Dei potentia ad vnius tantummodo mundi ordinem terminari non poteſt. Adde, quòd quò ſpecies aliqua eſt nobilior, eò certè eſt potentior ad indiuiduorum pariendam, conſeruandamq; multitudinem: ſed mundus omnibus creaturis nobilitate, antiquitate, atq; virtute antecellit: ergo quod prius. Dicunt nonnulli, non poſſe plures mundos fieri; non quin Dei potentia non ſit potens ad producendum, ſed quia mundi natura id pati non poßit. Similiter patet reſponſio ad confirmationem. mundus ſiquidem cùm ſit opus perfectiſſimum; alium non patitur, aut pati poteſt conſortem. Sequitur tex. 80. Inſuper etiam ponendum non eſt corporum ſimplicium in cœlis, pluribus eandem naturam eſſe; aut ſi eandem eſſe aſſeramus, medium ipſum vnum atq; vltimum, vnum facere, neceſſe erit. Quo quidem conceſſo, vno plures eſſe mundos, impoßibile eſt. Senſus eſt, teſte Auer: Plures eſſe mundos, eſt propoſitio falſa, & impoßibilis: nam ſi plures ſunt mundi; igitur, non eſt vnus: & ſi plures, eſt vnus, quia vnum medium habẽt. Tex: Enunciare verò aliam ſimplicium eſſe naturam, ſi minus, aut plus propriũ è locis ipſa diſtent, alienum eſt à ratione. Quid enim refert, vt tanta longitudine, an tanta diſtent, cùm eandem formam habeant? Senſus eſt, locorum intercapedo, non aufert, ſed auget motum, mobile enim diſtans velocius ferri, quàm proximum, ſenſus ipſe edocet. Sed dices, cur corpus prope ſuum locum velocius feratur? In primis eſt ipſum mobile, quod ſic aptum eſt ferri: Deinde loci vicinitas, quæ eſt cauſa diſpoſitiua; mobile enim loci vicinitate diſponitur, vt citius feratur. Poſtremò eſt motus naturalis, quo ipſum mobile mouetur. Et reuera, duplex corpori mixto grauitas ineſt: altera quidem naturalis, altera verò accidentalis: naturalis autem ab agente naturali, mediante forma graui tribuitur corpori; agens enim, ſicuti dicitur 8. phyſ. com. 4. quantum dat de forma, tantum dat de conſequentibus formam, mediante ipſa forma: Accidentalis verò ineſt à cauſis extrinſecis, quæ ab aliquibus non inſipidè impetus nominatur. Itaq; corpus gra-

Si plures mũdi, ergo plures terræ.

Mundus æquiuocè diceretur.

Species motus ſunt finitæ.

Quæſtio quod poſsint eſſe plures mundi.

Solutio.

Vnum mediũ mundi.

Cur corpus propè locum velocius fertur.

Grauitas naturalis.

Accidentalis.

Mundi infiniti.

Hyparchus.

pus graue propè ſibi locum connaturalem; citius mouetur, quia quodammodo grauius redditur grauitate accidentali. Hyparchus Metapontinus putauit hoc contingere ex parte mouentis per violentiam; cuius virtus quò magis remittitur, eò magis motus contrarius intenditur. Sed hæc ratio his tantum congruit rebus; quæ poſt motum violentum, naturaliter mouentur: non habet ergo locum in his rebus, quæ ſunt extra locum ſuum: vt pote ſi lapis generetur in mediâ aëris regione. Sed de his ſatis. Sequitur tex. At verò aliquē eſſe ipſorum motum, neceſſe eſt: perſpicuum enim eſt ipſa moueri. Ad quod omninò moueri aptum non eſt, id vi moueri, impoſſibile eſt. Senſus eſt, ſi illa corpora mouentur, vt planè videtur, & motum habent ſuæ ipſorum naturæ conformem, & difformem, ſiue contrarium ſimiliter: nam quod omninò moueri non eſt aptum, nec etiam vi moueri poterit. Sequitur

Idem numero medium.

tex. 83 Dices, nunquid illæ terræ mouerentur ad medium, idem numerò, an ſpecie tantùm. Nunquid igitur, ſi eſt aliquis motus ſecundum naturam eorum, quæ eiuſdem ſunt ſpeciei; neceſſe eſt etiam, vt vnumquodq; eorum ad vnum numero locum moueatur. Nam ſi partes; quæ hîc ſunt, & partes quæ ſunt in altero mundo inter ſe ſimiliter ſe habent; & ſpecie inter ſe non differunt: Igitur, aut has ſuppoſitiones amouere, aut medium vnum, &

Vnum cœlū.

vltimum eſſe, neceſſe eſt. quòd ſi ſit: his eiſdem ſignis, eiſdemuè neceſſitatibus, & vnum duntaxat cœlum eſſe, & non plures, neceſſe eſt. Senſus eſt: cùm ſuppoſitiones ſuperius dictæ, amoueri, ſiue aufferri non poſſint: vnum igitur erit mundi medium, atq; ita vnum cœlum, ſiue orbem. Tex. 85. Eſſe autem aliquid, quò ferri terra eſt apta, atq; ignis, ſatis perſpicuum eſt; omninò enim id, quod mouetur, ex quodam mutatur in quoddam: atque

Omnia moueri in finem proprium.

hæc videlicet ex quo, & in quod ſpecie differunt. Senſus eſt, omnia corpora mouentur in finem, igitur ad propria loca, & proprijs motibus: non autem caſu, aut temere, ſicuti dicebat Democritus. loca verò, motus ſpecie diſtinguuntur: vtpote locus à quo, & locus ad quem. Itaq; vnumquodq; corporum ſimplicium, ad locum per ſe intentum, atq; finitum per ſe mouetur: cùm autem vnum ſit centrum mundi; ad illud, omnes aliæ terræ mouerentur. Tex. Præterea, mutatio ōnis eſt finita; vt id, quod cōualeſcit ex morbo proficiſcitur

Latio eſt finita.

in ſanitatem; & id, quod increſcit, ex paruo in magnum aſſurgit: Igitur id, quod fertur, etiam ex quodam in quoddam procedit, fit nanq; hoc ex loco ad locū. Senſus eſt, ſi omnis mutatio ſuapte natura eſt finita; latio quoq; ſimiliter ſe habebit; atq; ita mundi infiniti eſſe non poſſunt. tex. 86 oportet rurſus, etiam ipſa ex quo, & ad quod aptum eſt ferri, ſpe-

Loci motus ſpem finiti.

cie differre: nam neq; quod ſanatur quouis pergit, neq; quod mouetur, quo vult mouet. Igitur, & ignis, & terra non ad indefinitum feruntur; ſed ad oppoſita; qualia quippè ſunt ſurſum, & deorſum, quæ loco opponuntur, vt ſunt illationis fines. Senſus eſt, omne quod fertur; inter terminos ſpecie differentes feratur, neceſſe eſt: ipſa enim ex quo, & ad quod corpora feruntur, ſpecie diſtinguuntur: quod enim ſanatur, non quouis pergit, ſed ad ſuum oppoſitum ſimiliter, & quod mouetur: Ignis ergo, & terra non ad infinitum, ſed ad oppoſita feruntur, nempè ſurſum & deorſum, quæ loco opponuntur. Tex. Et cùm motus, qui in

Quomodo in cœlo ſit motus contrarius.

orbem fit, oppoſita quodammodo habeant, ea quæ diametrantur: Toti verò nihil contrarium ſit: fit etiam ex his, vt motio quodammodo inter oppoſita, atq; finita vertatur. Quare finē eſſe aliquem, neceſſe eſt, & non in infinitum procedere. Senſus eſt. Poterat quiſpiam philoſopho obijcere: ſi motus eſt à contrario in contrarium: Motus ergo cœli erit per oppoſita. Reſpondet, motum cœli, quoad partes, fieri per contrarium, maximè quoad illas partes, quæ diametrantur, nempè ortus, culmen, & imum; hæ ſiquidem partes ad oppoſita ſe habent, quatenus ſcilicet ſunt rectæ lineæ fines, ſiue termini. Sic etiam ſtella, quæ eſt in ortu aſcendere dicitur, quæ verò in occaſu, deſcendere, & quæ in culmine, culminatè, & quæ in imo, per imum ferri. Quoad totum autem, motus cœli contrarium non habet; in orbe enim nullus eſt finis, nullumq; principium, niſi inſtitutione tantū (teſte Ptolomæo) nullum ergo ibi poteſt eſſe contrarium. Porrò ad Mathematicorum mentem, hæc à philo-

Quatuor puncta in cœlo diametrā.

ſopho dicta fuiſſe, Auerroes profitetur: Mathematici enim quatuor in cœlo puncta diametra ponunt, in quibus ſtellæ conſtitutæ, diametræ nominantur. Adde, quòd ſecundum

Mathe-

 Mundus eſt vnus.

*Mathematicam conſiderationē,motus circularis,alteri poteſt motui circulari eſſe contra-
rius: ab ortu enim in occaſum,& ab occaſu in ortum,ſuper eodem ſpatio,eisdemq; polis,de-
niq; circa idem centrum fiunt.Quoniam autem motus circularis eſt corporis,quod fine va-
cat,& principio; hac de cauſa,propriè contrarium habere non poteſt. Sequitur tex.* 88.
Quòd autem nihil in infinitum proficiſcatur, ea deprehenditur coniectura,quòd & terra, Nihil infinitũ
& ignis, quò propiora ſuis locis ſunt, terra quidem medio, ignis verò ſurſum loco, eò velo- proficiſci.
*cius feruntur. Quòd ſi infinitus eſſet locus; infinita nimirum eſſet etiam velocitas: & ſi
velocitas infinita eſſet; & grauitas,& leuitas infinita eſſet. Nam,vt id,quod altero veloci-
us deſcendit grauitate, illud excellit; ſic quoq; ſi infinita eſſet huius auctio, & velocitatis* Arguit ex cõiectura.
*nimirum infinita eſſet. Senſus eſt,non modò ratione, verùm etiam coniectura, ſiue ſigno
quodam nobis ſatis conſtare poteſt, & motus, & ipſorum locos, ſiue ſitus, numero eſſe fi-
nitos: Siquidem terra quò fuerit centro proximior, eò velocius mouetur: & ignis ſimili-
ter ſuo proximus loco: habent ergo loca ſibi perſcripta, atq; determinata: alioqui ſi in in-
finitum mouerentur: infinita quoq; eſſent leuitate,ſiue grauitate,quod ante reprobauimus.
Nam ſi terra motus deſcenderet in infinitum: à grauitate moueretur infinita: ignis verò
à leuitate infinita. Auerr. ſic arguit: Si graue,aut leue mouerentur in infinitum, fierent* Auerr.
*infinita: conſequens eſt impoßibile, ergo & antecedens. conſequentia probatur: ſi enim
mouerentur in infinitum, velocitas creſceret in infinitum, & grauitas ſimiliter Sed hæc
fieri non poſſunt: ergo quod prius, Tex.* 89. *At verò neq; ab aliquo, neq; vi (vt aſſerunt
quidam)extruſum ſurſum alterum eorum fertur,alterum deorſum. Tardius namq; maior
ignis ſurſum, & maior terra moueretur, cuius contrarium nunc cernimus. Neque etiam* Elementa vi
propè finem velocius pergerent, ſi vi extruſioneq; mouerentur: omnia quæ ſic mouentur, non moueri.
*cùm longius ab eo,quod vim attulit,diſtauerint: tardius profectò feruntur. Quò fit,vt iis
conſideratis,fides ſumi poßit de his,quæ diximus ſatis abundè. ſenſus eſt.Quæcunq; vi mo-
uentur,quantò propinquiora ſuo ſunt principio. tantò velociora ſunt: quantò verò propin-
quiora fini,eò tardiora: ſed in elementis contrarium certa experientia oſtendit: ipſa ergo
vi aliqua non mouentur; ſed naturaliter, atq; locum habent ſuæ naturæ conformem, qui
planè infinitus eſſe non poteſt: quippe cùm naturæ creatæ limites ſuperet,ab eisq; contine-
ri non poßit. Tex.*90. *Præterea,& per eas rationes,quæ ſunt ex prima philoſophia,& ex* Cœlum vnũ
ipſo circulari motu,quem quidem hic ſimiliter,& in cæteris mundis perpetuum eſſe,neceſſe eſſe dupliciter
eſt: idem profectò deduci poteſt. Philoſophus 12. *met. tex. com.* 49 *cœlum vnum eſſe,* oſtendit.
duobus planè modis manifeſtat: primo quidem,quia plura numero,& ſpecie eadem,in his 1.
*inueniri debent,quæ cum materia concipiuntur: ſed cœlum,ſiue mundus non eſt huiuſmo-
di: non ſunt ergo plures mundi. Secundo,id, cuius primus mouens, eſt vnus numero, non* 2.
*poteſt eſſe plus vno in ſua ſpecie: ſed primus mundi motor eſt vnus: Igitur mundus eſt
vnus. Hæ quoq; ſunt Mercurij,atq; Platonis rationes.*8. *phyſ. vnum orbis primum eſſe mo-
tum declarat: igitur,vnus eſt mundus. Ad has ergo rationes, philoſophus ſui legendas* Cauſa indiui-
ſtudioſos remittit. Et reuera,principium, quo indiuiduum eſt vnum numero,& diuerſum duationis.
*ab alio eiuſdem ſpeciei (vt dicunt peripathetici) eſt materia, qualitatiuis diſpoſitionibus
affecta. Materia enim ſola, principium eſſet remotum: at, ad illas diſpoſitiones contra-
cta, principium eſt,vnde indiuiduum ſit vnum numero: ab altero eiuſdem ſpeciei diſtin-
ctum. Quoniam autem materia, qua orbis conſtat vniuerſus, eſt ſic affecta qualitatibus
vnius iam orbis exiſtentis; efficitur, vt plura eiuſdem ſpeciei indiuidua, pati, ſuſtinereq;* Quare mũdus
non poßit: vnus ergo mundus,& plures eſſe non poſſunt. eſt vnus.

CAP. III.

Aliæ philoſophi rationes idem probantes.

eſt vnus.

Verba philoſ.

Tria eleműta.

INſuper etiam perſpicuum fiet, inquit philoſophus tex. 91 Cœlum vnum eſſe
neceſſariò, nobis hoc modo conſiderantibus. Nam cùm tria ſint elementa cor-
porea; tria etiam erunt elementorum loca: vna quidem eius corporis quod
ſubſiſtit, is videlicet, qui circa medium: alius autem eius, quod in orbē fer-
tur, qui quidem vltimus eſt. horum tertius eſt, qui medij eſt corporis: In
hoc enim corpus eſſe neceſſe eſt id, quod ſupereminet: Nam ſi in hoc non eſt, extra erit:
ſed hoc eſt impoſſibile quippe cùm aliud quidem grauitate vacet, aliud grauitatem habe-
at, cuius locus eſt inferior, atq; in medio. Senſus eſt. Vnus eſt ignis, ergo vnus eſt mundus.
Antecedens patet ex alio libro Pymandri, vbi elementorum poſitus eſt numerus conſe-
quentia probatur: ignis enim medium obtinet locum inter illa corpora, quæ grauitate va-
cant, nempè corpora cœleſtia, & quæ grauitatem habent; elementa vtiq; grauia. Itaq; ſi
plures eſſent mundi, ignis vtiq; extra locum ſuum conſiſteret; eſſet enim ſupra cœlum, &
ſub terra; atq; ita magna eſſet confuſio rerum: cùm ergo corpus ignis non poſſit eſſe ex-
tra hunc mundum; vnus eſt ergo mundus. Tex: 91. At neq; præter naturam ſibi accom-
modabitur ille locus; competet enim alij ſecundum naturam: at nullum aliud eſt; in me-
dio ergo eſſe, neceſſe eſt. Senſus eſt, neq; aliquis alius locus igni accommodari poterit, in
quo ignis ſit præter naturam; alioqui alteri conueniet corpori ſecundum naturam: atqui
ſoli competit igni locum medium poſſidere: Igitur, vnus eſt mundus, quia vnus tantum
eſt locus ignis, alius elementorum grauium; vltimus corporum cœleſtium. Itaq; tum ex
parte primi motoris, atq; motus, tum etiam ex parte vnius centri, atq; trium locorum,
infimi ſcilicet, medij, & vltimi, mundum tantummodo vnum eſſe, conſtat ſatis. Sed di-
cet aliquis, forma cœli eſt in materia: igitur, aut actu, aut ſucceſſiue, plures cœli ſiue mū-
1. di eſſe poſſunt. Antecedens eſt philoſophi primo cœli tex. 92. Aliud, inquit, eſt hoc cœ-
lum, & ſimpliciter cœlum. Conſequentia patet: nam ſi forma eſt à materia ſeparata, ni-
hil prohibet, quin eiuſdem formæ plura eſſe poſſint exemplaria, atq; ita plures mundi.
Si verò forma ſit in materia eodem modo, plures eſſe poſſunt mundi; ſicut plura eiuſdē
ſpeciei videmus indiuidua eſſe. Sanè, materia ſignata non eſt de ratione ſpeciei: indiffe-
renter ergo in hac & in illa, ratio ſpeciei ſignata ſaluari poterit: atq; ita plura eiuſdem
2. eſſe poſſunt ſpeciei indiuidua. Adde, quòd materia ſit poteſtate multiplex, quare ſi for-
ma cœli, ſiue mundi eſt in materia, poſſunt vtiq; eſſe plures formæ eiuſdem ſpeciei in ea-
3. dem materia, atq; ita plures mundi. Item Auer. com. eiuſdem tex. cùm ex Platonis, tum
etiam ex philoſophi ſententia argumentari videtur: Etenim ſi vera eſt Platonis ſententia
mundum ſcilicet à Deo factum eſſe ad exemplar mundi intelligibilis, qui eſt idea mun-
di; plures eſſe poſſunt mundi; nullum enim impedimentum naſcitur ex parte exempla-
ris, quin multa eſſe poſſint exemplata. At ſi ſpectes rationem philoſophi dicentis; illius
rei plura eſſe poſſe indiuidua, aut actu, aut ſucceſſiuè, cuius forma eſt in materia ergo
quod prius. Soluit philoſophus huius perplexitatem quæſtionis tex: 93 dicens maiorem
illius argumenti, nempe omne corpus, cuius formæ ratio eſt alia, quatenus eſt forma, &
alia, quatenus eſt in materia, eſt, aut poteſt eſſe; plus vno in ſpecie, cœlo, ſiue mundo
conuenire nō poſſe, quod ex tota ſua conſtat materia; ſed illi tantùm corpori, quòd omnem
intra ſe materiam non complectitur. Itaq;, quoniam mundus, vniuerſam intra ſe materi-
am concluſit, vt dixit Plato in Timæo, & Mercurius in Pymandro; hac de cauſa, nihil ex-
trà materiæ relictum eſt, vnde alius mundus fabricetur. Vnde philoſophus tex: 93 Nulla
inquit, ob hoc, mundos, aut eſſe, aut plures eſſe poſſe, neceſſitas eſt, ſi hic mundus vniuer-
ſa ex materia conſtat, vt conſtat profectò. Et tex. 34 Exemplis aliarum rerum adhibi-
tis, rem dilucidauit. Fiet, inquit, forſitan hoc modo quod dictum eſt magis manifeſtum:
Nam ſi ſimitas, concauitas eſt in naſo, aut in carne, caroq; materia eſt ſimitatis; ſi omni-
bus ex carnibus vna efficiatur caro, atq; in hac exiſteret ſimitas ipſa; nullum profectò
aliud ſimum aut eſſet, aut fore poſſet. Simili quoq; modo: Si materia in homine caro eſt,
atq; oſſa, ſi vniuerſa ex carne omnibusq; ex oſſibus homo exoriretur, modò hac minimè
diſſolui

Vnitas mūdi ex vni⁹ ignis ſitu probatur.

Quod poſsint eſſe plures mundi.

Solutio.

Mundus conſtat ex tota materia.

Exemplum philoſophi.

Vnum numero conſtat ex ſua materia.

Mundus eſt vnus.

*diſſolui poſſint; alius nimirum homo eſſe non poterit. Similiter & in cæteris id genus. hæc
quidē philoſophus, à Mercurio mutuauit, & Platone. Verùm, ſicuti paulò ante dixi, huius-
modi rationes agenti congruunt naturali; cuius virtus operandi ſine materia conſiſtere,*
Ratio philoſophi conuenit agenti naturali, non diuino
*aut aliquid efficere nequit: non autem diuino, à quo ex nihilo materia condita eſt. Qua-
re, quemadmodum materiam ex nihilo eduxit, vnde mundus mirifico conſtat ornatu; ita
planè & aliam alterius generis ex nihilo producendi habet potentiam, mundumq́ alterū
fabricandi: neq; enim putandum eſt, mundi opus, diuinam prorſus exhauſiſſe, ſiue eua-
cuaſſe potentiam; ſiquidem omnia quæ ad extrà ſunt, finita ſint, neceſſe eſt: finitum ve-
rò infinitum euacuare non poteſt: Dei autem potentiam infinitam eſſe, pluries dixi. Hæc
philoſopho minimè diſplicerent, ſi diceret materiam mundi à Deo ex nihilo conditam eſſe,
Deiq́ potentiam infinitam eſſe, eamq́ pro ſua (vt decet) libertate, non autem neceſſita-*
Diuerſa ratio cœli, & huius cœli.
*te agere. Sequitur tex. 95. Omnino itaq;, quorum ſubſtantia in ſubiecta quadam eſt ma-
teria, eorum nihil exoriri poterit, niſi ex aliqua conſtiterit materia. At cœlum eſt qui-
dem ſingulare, & ex materia conſtat; ſed, quia non ex parte ipſius, ſed ex vniuerſa con-
ſtat; ſit, vt quamuis ratio cœli, & huius cœli ſit alia; nullum tamen aliud erit, aut plures
fieri poſſent, propterea quòd hoc omnem comprenderit materiam. Sed dicet aliquis: cœlū
ergo conſtat ex materia & forma: atq; ita eſt corruptibile. Reſpondet Auerr. ſicut dixi-
mus in alio lib. cœlum conſtare ex materia & forma, quatenus materia cœli eſt in actu
per virtutem intelligentiæ mouentis: vnde ſecluſa intelligentia, non eſt intelligibilis, nec eſt
in rerum natura: nec valet quod obijcitur; nimirum quod tunc corpus cœleſte eſſet in po-*
Quomodo cœlum ſit cōpoſitū ex materia & forma
*tentia, & ita poſſibile non eſſe: Nam materia cœli eſt in potentia ad eſſe tantùm, non au-
tem ad eſſe, & non eſſe, ſicuti materia communis; vnde vocatur materia in actu reſpectu
cœli: proinde hæ duæ materiæ methaphyſica ratione conueniunt, phyſica verò diſſentiunt.
Itaq; cœlum, ſecundum Auer. eſt corpus neutrum nequaquam compoſitum ex materia
& forma eiuſdem rationis phyſicæ, ſed alterius, vt dictum eſt: habetque reſpectu motus,
non autem formæ ad vtrumq; potentiam. Sequitur tex. Reliquum eſt igitur idipſum de-
monſtrare, ex omni naturali, atq; ſenſili corpore conſtitiſſe: ſed primùm afferamus, quid-
nam cœlum ipſum eſſe dicimus, & quotuplex, vt nobis id certius ſiat, quod quærebatur.*
Cœlum dicitur multis modis.
*Vno igitur modo, vltimum ac ſupremum corpus potiſſimum cœlum appellare conſueui-
mus, in quo omne diuinum inſidere dicimus: Alio modo cœlum illud dicimus corpus, quod* 1.
eſt ex omnibus orbibus aggregatum: Tertio modo, totum & vniuerſum, cœlum dicere 2.
conſueuimus. Hoc ergo modo cœlum, id eſt, vniuerſum ex tota ſua conſtat materia; quia 3.
*extra ipſum nullum eſt corpus, nec fieri poteſt; intellige potentia agentis naturalis, non
autem diuini, probat. Nam ſi extra vltimam ſphæram corpus ſit naturale, ipſum aut ſim-
plicium corporum aliquod, aut compoſitorum, aut ſecundum naturam, aut præter natu-
ram ſeſe habere, neceſſe eſt. Simplicium nullum erit, neq; compoſitorum, ob rationes iam
dictas Vniuerſus ergo mundus ex tota ſua materia conſtat. Quò ſit, vt nec plures ſint cœ-
li, nec fuêre, nec fieri poſſint, ſed vnicum duntaxat eſt hoc cœlum, atq; perfectum, philo-*
Philoſophi rationes quomodo veræ.
*ſophi rationes, pro ſuæ quidem ſententiæ propoſito veriſſimæ ſunt. Nobis autem aliud ſi-
detur, qui Deum ad extra, libere agere, eiuſq́ potentiam infinitam eſſe, profitemur: malo
namq; ad hanc declinare ſententiam, quæ Dei maieſtatem mirificè commendat; quàm ali-
am ſectari, quæ potentiæ diuinæ modum, terminumq́ imponere videtur. Diceret aliquis,
ſi actu eſſent à Deo conditi plures mundi; igitur plures eſſent primi motores, prima mo-
bilia, primi motus, deniq; primi fines: quæ omnia abſurdiſſima ſunt. Dico, mundum qui-
dem vnum eſſe, pro ſuæ naturæ conditione omnibus modis perfectiſſimum: poſſe tamen a-*
Deum poſſe alium mundum facere.
*lium à Deo, alterius conditionis fieri, pro ſuæ infinitæ ſapientiæ potentiæq́ libera voluntate:
nec ob id neceſſe eſſe, plures eſſe primos motores: Nam ſi ab vno principe, & homines, &
diuerſarum ſpecierum, atq; generum animalia reguntur; quanto magis ab vno principe
Deo, mundi plures, atq; diuerſi regi, atq; gubernari poſſent? Verùm qui amator eſt vni-
tatis, vnū condidit mundū, ſuæ diuinæ bonitatis, atq; vnitatis exemplar præclariſſimū. Sed
tempus eſt, vt ad noſtrū Mercuriū reuertamur.*

Orbis ſtel-liferus.

MERCVRIVS.

Diſtinctis libratisque rebus, quæ igneo ſpiritu vehebantur, emicuit cœlum ſeptem in circulos. Dij in aſtrorũ ideis cum ſignis eorum conſpiciebantur.

Comment. V.

Poſteaquam de firmamento, ſiue cœlo locuti ſumus, deq; nonnullis rebus, quæ illi negotio neceſſariæ mihi viſæ ſunt, nempè, quonam pacto, cœlum non ſit graue, neq; leue, neq; corruptibile, neq; generabile, neq; augmentabile, aut alterabile: deniq; quomodo non ſit corpus magnitudine infinitum, nec numero etiam: nunc cum Mercurio, ad cœlorum numerum ordinemq; deſcribendum, examinandumq;, libenter accedimus. Diſtinctis, *inquit,* libratisq; rebus, *hoc eſt, poſtquã*

Expoſitio literæ.

omnia ſuis in locis conſederunt, ſuisq; ponderibus appenſa, atq; librata ſunt; emicuit cœlum in ſeptem circulos, *id eſt, cœlum ſtelliferum cum ſeptem planetarum orbibus, qui ſuis circulis, ſiue motibus, mundum inferiorem gubernarent. Primum orbem, cœlum vocauit, quòd ſuo motu, reliquos orbes regat, magnitudine ſuperet, ſtellarum numeroſi-*

Dij aſtrorum.

tate antecellat. Dij aſtrorum *.i. Angeli, ſiue intelligentiæ, quibus regendorum orbium commiſſa erat prouintia:* cum ſignis, & ideis, *nempe cum propria vniuscuiusq; & regendi authoritate, & facultate intelligendi,* conſpiciebantur. *ſingulæ enim intelligē-*

Mundi ſeptẽ. Circuli.

tiæ motrices, propria habent ſigna regenda, atq; præſcriptam idearum intelligentiam. Dialogo xi. quos hic circulos, ibi mundos ſeptem appellauit. Age *inquit,* contemplare per me ſubiectum tuo conſpectui mundum, atq; eius diligenter conſpice formam, inviolabile corpus, quò nihil antiquius, per omne quidem adultum ac virens. Inſpice præterea mundos ſeptem ſuppoſitos, ornatu mirifico fabricatos, ordine, ac curſu ſuo differenter complentes æuũ, ple-

Gubernatores.

na lumine ſingula. *In primo Pymandri dialogo gubernatores nominauit:* Septem deinceps fabricauit gubernatores, *qui circulis mundum ſenſibilem complectuntur. Itaq; circuli dicti ſunt, quia mundum ſenſibilem complectũtur.* gubernatores verò, *quia res materiales diſponunt, ſiue afficiunt lumine, & motu: Mundi autem, ob mi-*

Ordo circulorum.

rificum ipſorum ornatum, atq; modum regendi: ordo verò, qui inter huiusmodi circulos habetur, ab aliis eſt nobis mutuandus, qui huius rei ſtudioſiores fuēre: & inprimis à Platone, à quo in Timæo de hac re diligenter diſputatur. Sol & Luna inquit, & aliæ quinq; ſtellæ, quæ erraticæ dicũtur, factæ ſunt, quo tēporis numerus diſtinguatur, atq; obſeruetur. Cùm verò ſtellarum huiusmodi corpora feciſſet Deus, ſeptem orbibus, qui alterius ipſius,

Planetarum ordo ex Platone.

diuerſæq; naturæ circuitu voluuntur, adhibuit. Lunam in primo ſupra terram circuitu poſuit, In ſecundo Solem, Luciferi deinde globum, & Mercurij ſacrum (vt dicitur) orbē circulis affixit, Soli velocitate æqualibus, potentia verò illi contrarij: Quò fit, vt apprehendant ſe inuicem, & à ſe viciſſim apprehendantur hæ ſtellæ, Sol, Lucifer, & Mercurius. De aliis tribus pro dignitate rei, ſi otium illi conceſſum fuerit, dicit ſe eſſe locuturum. A-

Ordo Planetarum ex Ariſtotele.

riſtoteles in lib: de mundo cap. 2. idem quoq; ſentire videtur. Erraticarum inquit, ſiue planetarum circuli ſunt ſeptem comprehenſi ſub ſphæra non errantium: huic autem continuum habet ſitum circulus dictus lucentis ſimul & Saturni. Sequenter dictus Phaetontis, deinde ignitus dictus Herculis, atq; Martis, conſequenter Stilbo, quem nuncupant ſacrum Mercurij, quidam autem Apollinis, poſt quem circulum luciferi, quem Veneris, quidam autem Iunonis appellant, conſequenter Circulus ſolis, & vltimus, qui eſt lunæ, terminatur vsq; ad terram. Itaq; Solem ſupra lunam immediatè conſiſtere, deinde Venerem,

poſtea

Orbis ſtelliferus.

poſtea Mercurium, Martem deinceps, ſupra quem Iouem, Saturnum poſtea, poſtremò cœlum ſtelliferum, vltra entia beata optimam vitam agentia philoſophus arbitratur: cuius profectò ratio, ex lunæ ſoliſq; eclipſi profecta eſt. Nam ſi Sol ſolius lunæ interſtitio, eclipſim patitur: Luna verò terræ interpoſitione, inter vtrumq; exiſtente: vnum igitur, alterum immediatè conſequitur. Auer. 2. cœl. com. 58. aliam addidit rationem, Solem ſcilicet proprio motu, Venere, atq; Mercurio citius moueri: ideoq; Lunæ eſſe proximum, qui cæteris planetis citius mouetur. Ptolomæus in nona magnæ compoſitionis ſectione, cùm Dorotheo & Hipparcho, atq; alijs aſtronomis in medio planetarũ Solem collocat: poſt quẽ verſus terram, Venerem ſtatuit, deinde Mercurium, poſtremò Lunam. Affert deinceps cauſam, quare ab his duobus Sol eclipſim minimè patiatur: quia inquit, nunquam inter ſolem, atq; noſtros oculos diametraliter ponuntur, aut quia nimis lucidi ſunt: lux autem inter lucidum, & oculos interpoſita, lucidum non condit. Aut quia ſunt diaphani, vel quia ob eorum diſtantiam à terra, conus vmbræ illorum corporum in aëre perditur, & ad nos vſq; pertingere nequit. Ex duobus potiſſimum à mathematicis huiuſmodi planetarum ſitus inuentus eſt: primo, quia maiorem Mercurij diſtantiam à terra, quã lunæ per Coſmetriæ inſtrumenta perceperunt. Deinde quia per diuerſa inſtrumenta, & exactiſſima pro aſpectuum diuerſitate, ſimul tempore, diuerſis in locis in latitudine multum remota, diuerſitas apparuit, & aſpectus notabilior, in Luna, Venere, Mercurio, & Sole: quod certè fieri non poſſet, niſi Luna eſſet terræ, cæteris proximior planetis, deinde Mercurius, poſtea Venus, poſtremò Sol. Ponit præterea Ptolomæus ferè paſſim Solem & Lunam omnium aſtrorum principes, atq; totius vniuerſi primarias ſtellas: ab ipſis enim augentur, atq; auferuntur cæterarum actiones ſtellarum: ipſorum verò, ab illarum nulla. Cæterarum præterea motus pro motibus ſolis regulantur: quippè cùm ſolis motus ſit regula cæterorum. Adde, quod actio in rebus à ſole manifeſtè proficiſcatur, & luna; à cæteris verò per reſpectum ad lumina, quemadmodũ in primo apoteleſmatum, clariſſimè Ptolomæus docet. Amplius aſſerit ſolem & lunam principales efficere atq; agere cauſas, reliquas verò ſtellas, pediſſequas eſſe, atq; miniſtras. Et reuera iſta ſunt luminaria magna, quæ poſuit Deus, vt eſſent nobis in ſigna, & tempora, menſes, & annos. Itaq; audiuimus ordinem ſeptem mũdorum, & octauæ ſphæræ. Operæpretium autem fuerit, non ignorare, an etiam in mirifico cœlorum ordine, ſit & nonus orbis. Et reuera, ſi orbis ſtelliferus duplici motu mouetur; vno quidem ab oriente in occidentem ſuper polos mundi, vocaturq; motus diurnus; & alio ab occidente in orientem ſuper polos zodiaci, qui plane proprius appellatur: & primum quidem 24. horarum ſpatio, abſoluit, ſecundum verò, vno gradu 100. annis, & ſic tandem in ſpatio annorum 3600. Igitur ab aliquo alio ſuperiore orbe mouebitur. tenet conſequentia: non enim mouetur à duabus diuerſis intelligentijs ſibi applicatis, ſiue adhibitis: neque ad inferioris ſphæræ motum; ſed ad ſuperioris potius: Sic enim ſtat orbiũ eſſentialis ordo; vt inferiores à ſuperioribus adiuuentur. Neque ſuapte natura diuerſis motibus mouetur. Ab alia ſphæra ergo: atq; ita non erit temeritati adſcribendum, ſi dixerimus etiam ſecundum philoſophiæ fundamenta, nonam ſphæram neceſſario eſſe ſtatuendam. Adde, quòd motus primi mobilis ſit omninò ſimpliciſſimus: quemadmodum & in primo cœli, & in 8. phyſ. diffusè à philoſopho docetur: igitur, vnico, & non duplici motu primum mobile moueri debet. Amplius, tempus eſt menſura motus primi mobilis, quemadmodum docet quartus phyſicorum liber. Cùm autem tempus metrum ſit omnium, atq; menſura: Motus ergo ille, cuius ipſe menſura eſt, regulariſſimus, atq; ſimpliciſſimus ſit, neceſſe eſt: quod profectò fieri non poſſet, ſi menſura eſſet motus orbis ſtelliferi. Additur ab Aſtrologis & ſphæra decima: Octaua (inquiunt) præter motum proprium & diuturnum, motu adhuc mouetur, qui acceſſus dicitur, & receſſus. Cùm ergo moueatur præter ſuum proprium motum, motibus diuerſis; nec ab vno tantùm mobili id fieri poſſit, vtpote à ſphæra nona, reliquum eſt, vt ab alia ſuperiori, nempè à decima fiat. Additur quoq; his, & ſphæra vndecima, quam quieſcentem appellant. Quidquid aiunt, mouetur, mutat locum, aut ſecun-

Ratio philoſophi.

Auerr.

Ptolomæus.

Solem eſſe in medio Planetarum.

Duæ rationes Mathematicæ

Sol & Luna principes ſtellarum.

Nona ſphæra eſſe probatur.

Sphæra decima.

Sphæra 11.

dum ſe, aut ſaltem ſecundum ſuas partes : res patet ex terminis. *Quidquid ergo mouetur*
1. *localiter, eſt in loco, mutat enim locum: ſed non eſt reſpectu ſphæræ inferioris, locus enim debet circumdare locatum: eſt ergo in loco decima ſphæra, reſpectu ſphæræ vndecimæ,*
2. *ſphæræ quieſcentis. In cœlo præterea poſitionum differentiæ, vtpote, ante, & retro, dextrū, & ſiniſtrum inueniuntur, & huiuſmodi quidem ex natura rei, authore philoſopho 2. cœli, non ob reſpectum tantùm, quem ad nos habent: neceſſariò ergo erit aliqua, quæ eſt vltima ſphæra quieſcens; ſiquidem per ſphæras mobiles differentiæ illæ ſaluari non poſſent: quippe cùm in huiuſmodi ſphæris mobilibus, pars, quæ eſt modò dextra, pòſt paululum ſiniſtra redditur: & quæ ſurſum, modò deorſum; ſicut certa experientia comprobat. Vn-*
3. *decima ergo ſphæra poni debet, in qua ad amuſſim, atq; perfectè, tales poſitionum differentiæ inueniri poſſint. Quot ergo ſint orbes, ſiue ſphæræ cœlicæ, ſic à quibuſdam diſputatum eſt.*

QVÆSTIONIS PRIMAE CAP. I.

De Luna.

MERC. Dial. II. Lunam Deus inſtituit cæteris præcurrentem, naturæ organum, inferiorem materiam tranſmutantem.

Luna eſt naturæ organū.

DE ſingulis ſphærarum orbibus, pro rei grauitate, dignitatèque, quoad cœpti operis conditio patietur, loqui decreui: vnde & ab orbe lunæ exordiri volui; vt cum Mercurio poſtea commodius, ad ſtellarum perſcrutationem aſcendere valeamus. Cæterum ſapientiſſimus Mercurius dialogo Pymandri vndecimo ait, lunam & à Deo inſtitutam eſſe, & cæteris planetis velociorem curſum habere: demum eſſe naturæ organum, quo natura vtitur in materia inferiori gubernanda, ob luminis certè varietatem continuam, lociq; vicinitatem, rebus inferioribus plurimum dominantem. Hebræi lunam, (Iaraha) vocant, quòd reſpirationem, atq; refrigerium, illis rebus ſuo motu noctu præbeat; quæ interdiu ſolis ardore erant torridæ. A verbo hebræo deducitur, quod inſpirare ſignificat. Iaraha, Græce vocatur, σελήνη; à lucendo dicta, quòd noctu ſola luceat. Alij lunam, quaſi lucem alienam dicunt, quòd lumem à ſole recipiat. vnde Ouid. 15. met. Nec par, aut eadem nocturnæ forma Dianæ. Diana, à Dios, quaſi Iouiana, Iouis filia ex Latona, vt dicunt Pöetæ, quæ & Luna dicitur, quòd noctu ſola luceat, quaſi lucens vna. Cicero de natura Deorum 2. Dianam & Lunam eadem eſſe putant. Diana omniuaga dicitur, non à venando, ſed quòd in ſeptem numeratur vagantibus. Diana dicta, quia noctu quaſi diem efficeret. Dianas fuiſſe plures, Cicero 3. de natura Deorum deſcribit, primam Iouis, & Proſerpinæ, ſecundam Iouis, tertio & Latonæ, tertiam Vpis, & Glaucæ. Porrò Diana, quæ eſt Iouis filia ex Latona, Lucina quoque appellatur, & Iuno, & quidem Iuno à iuuando, Lucina verò, quòd partum in lucem prodat; quam in pariendo inuocant. Virg. Caſta faue Lucinia, tuus iam regnat Apollo. Siue vt Plinius ſentit, quòd oculis præſit, & luci. Dicta eſt & Proſerpina, à proſerpendo: ad inſtar enim ſerpentis, ſerpere videtur, dum modò in dextram, modò in ſiniſtram mouetur. Auguſt. de ciuit. Dei, lib. 3. cap. 8. Præfecerunt Proſerpinam frumentis germinantibus. hæc fuit filia Cereris, & Iouis, quam Pluto patruus rapuit. Cicero lib. 2. de natura Deorum: Proſerpina ea eſt, quæ Perſephone græcè nominatur: quam frugum ſemen eſſe, abſconditamq; quæri à matre volunt. Ouid. 4. Faſto. At neq; Perſephone digna eſt prædone marito. Varro, Proſerpinam eſſe lunam perhibet ex ſententia Ennij, & Epicharmi: à quibus dictum eſt, à proſerpendo nominatam eſſe hanc, vt dixi, Pluto in Sicilia rapuit, quam mater diu quæſitam, tandem apud inferos eſſe comperit, impetrauitq; à Ioue, vt

Quæ hebraice dicatur. Græce. Diana. Lucina. Proſerpina. Raptus Proſerpinæ quid.

Proſerpina

*Proſerpina medium annum eſſet cum marito, medium ſecum apud ſuperos. Itaq; Proſer-
pina fœcunditatem ſignificat. quæ cùm aliquando non eſſet, rapta ad inferos fuiſſe dici-
tur, ac tunc ruralia inſtrumenta omnia ceſſaſſe: qua redeunte, inſtituta ſunt ſolennia a-
pud Athenas. Quoniam autem ex lunæ motu, luciſq; eiuſdem varietate frugum vbertas,
maris accrementum, atq; decrementum proficiſcitur, nec non animalium propemodum
omnium, ac lapidum, & plantarum augmenti, decrementiq; viciſſitudo; non temere eam
antiqui Proſerpinã appellarunt. Amplius Hæcate dicta eſt, in cælo luna creditur eſſe, in* Hæcate.
*terris Diana, & apud inferos Proſerpina. Hæcate dicta, quòd centum victimis placetur,
aut quòd centum annos errare faciat inſepultos. Cæterùm vna omnium fuit Diana nomi-* Dianæ virgi-
natiſſima, quæ eodem partu cũ Apolline ex Ioue, & Latona nata eſt. hæc, vt fertur, ob nitas.
*virginitatis amorem, hominum conſortia ſpreuit, ſiluas coluit, paucarum virginum comi-
tatu contenta: arcum ferebat, & pharetram, ſuccincta ſemper incedens, & cothurno
induta: ob hanc cauſam, ſiluarum & nemorum Dea putabatur. Porrò, quia luna noctu
ſiluas ſuo lumine illuſtrat, quò aditus animalibus pateat, quaſi illarum Dea, atq; guber-
natrix eſſe videtur. denique, quia in nocte ſui luminis officio fungitur: hominum vide-
tur conſortia aufugiſſe. Hæc de lunæ nominibus dixiſſe, puto ſufficere. Nunc ad luminis
lunaris naturam, cauſamq; enucleandam, accedamus. Quòd autem totum cœlum ſit na-
tura lucidum, paulò antè abundè diximus. Quare dubium nullum eſſe poteſt, quin cor-
pus lunare ſuaptè natura ſit lucidum, propriamq; lucem habeat. Cùm ergo hæc ita ſe ha-
beant, dicet aliquis, quare ergo videtur maculoſa? Sanè de huiuſmodi negotio apud* Macula lunæ
Philoſophos antiqua fuit controuerſia, quemadmodum docet Auerroes. 2. cœli, commen. vnde fit
49. & 2. cap. de ſubſtantia orbis: vbi multorum confutatis, reprobatiſq; ſententiis, ſuam Poſitio prima
*inſerit, vt veriorem, firmioremq; tenendam. Quidam enim auſi ſunt dicere, maculam il-
lam ex corporis inter nos, & lunam interpoſitione contingere: qua prohibemur, ne lunæ
claritatem plenam intueri valeamus. Arguit Auerroes, & quidem rectè: Si id, inquit,* reprobatur.
*eſſet in cauſa; tunc certè, non vbiq; eodem modo appareret, quia ſcilicet illud corpus non
vbiq; terrarum, interpoſitum videretur: veluti eclipſis ſolis, quæ propter aſpectuum dif-
ferentiam vbiq; eadem eſſe non poteſt. Alij dixerunt, maculam illam eſſe vmbram, ſiue* Secunda po-
montium ſimilitudinem, vel quorundam marium, ceu in ſpeculo apparent ſpecies. Sed eo- ſitio.
*dem falſitatis crimine à Commentatore condemnantur: tunc, inquit, non omnibus vbique
habitantibus appareret eadem Exploſis igitur his ſententiis, quid ipſe ſenſerit, oſtendit.* reprob.
*Macula illa, inquit, in luna contingit, ob partium lunaris corporis difformitatem. Etenim
quemadmodum terra, quibuſdam in partibus eſt difformior, atq; rarior, in aliis autem
pulchrior, & denſior; ita planè luna ſe habet circa ſuarum conditionem partium atq; na-
turam. In vna enim parte eſt pervia, atq; transparens, in alia verò opaca, vnde fit, vt lu-* Auerr. ratio-
men ex ipſo ſole ſuſceptum, non vniformiter penetret. Sanè, ſicut in corporibus cœleſtibus nes.
inuenitur opacum, & peruium, ita & in luna pars inuenitur opaca, nempè maculoſa, & 1.
minimè peruia. Addit philoſophi authoritatem, lunam terræ comparantis: Quia inquit, 2.
*ſicut terra ab igne illuminatur, & pro diuerſitate partium diuerſimode ab igne afficitur;
ita etiam luna pro ſuorum partium diuerſitate, varias recipit affectiones Porrò lu[illegible]
per penetrationem, non autem per reflexionem à ſole, lunam recipere lumen, Auerroes
arbitratur. Authoritate inprimis fretus Auenpacis in tractatu ſuo de hac re talia ſentien-
tis: deinde ratione: Nam ſi per reflexionem lumen à ſole luna reciperet, totius quidem no-
ſtri hemiſpherij vniuerſalis illuminatio minimè fieret: ſed tanti duntaxat ſpatij, quanta eſ-
ſet lunæ magnitudo. Ad hæc accedit, quòd cum eſſet cornicularis, ad terram radios ſui lu-* 3.
minis nequaquam tranſmitteret. Sed dicet aliquis: Si luna per penetrationem, lumen reci- obiectio.
*peret, ſemper ergo videretur lumine plena; ſicuti & reliquæ ſtellæ nobis quotidie eodem
modo eſſe videntur. Alio ergo modo de hac re loqui poſſumus, partes ſcilicet lunæ circum-* Alia ratio.
*ferẽtiales pervias eſſe, ideóq; à ſole illuſtrari, centrales verò opacas, & propterea nõ pene-
trabiles: vnde efficitur, vt lumen ſolis in luna appareat, tum quidem fractione, tum etiam*

penetractio-

penetractione. Adde, quòd partes lunæ, terræ circumferentiales, ad inſtar partium terræ ſe habent, quarum aliquæ ſunt valloſæ, aliæ verò motuoſæ: ex quarum differentia, lunæ facies ita difformis nobis apparet: accedente præterea ad hoc plurima inter nos & lunam ſpatij intercapedine. Sic enim interdum vſu venit, vt lapides, ſiue ligna, longè poſita, ob congruentem quarundam partium ſitum, nobis animalia eſſe videantur. Ad hæc accedit, quòd luna non ſit corpus perfectè ſphæricum, ea præſertim ex parte, qua igni contigua eſt. Hæc quidem de macula lunæ dixiſſe, ſufficiat.

Figuræ lunæ. *Deinceps autem de lunæ figuris dicamus. Itaq; prima figura lunæ bicornis, eſt ſic, quemadmodum notula prima oſtendit, ſecunda ſextilis, vt ſecunda: tertia verò dimidia, vt tertia: quarta verò eſt plena: quinta iterum dimidia ex maiore, vt eſt figura quinta: ſexta iterum ſextilis, vt ſextá: ſeptima bicornis, vt ſeptima:*

Curſus lunæ. *ſeptima autem ſemis, & vigeſima ſecunda ſemis in ſuo orbe mediæ ſunt; cæteræ verò proportionales.*



Luna igitur amiſſi, ac recepti luminis vicibus, menſtrua in centro ſpatia moderatur. Quæ ideò incedit obliquo, & non recto curſu; vt ſol ne incidat in centrum terræ: & frequenter patiatur eclipſim. Creſcens autem orientem cornibus ſpectat: decreſcens, occidentem; vt potè occaſura, & amiſſura lumen; terris namq; vicinior quàm ſol, breuiori orbe celeriùs peragit curſum ſuũ. Nam iter, quod in diebus ccclxv. ſol peragit, luna xxx. diebus percurrit: vnde & menſes in lunæ, annos autem in ſolis curſu, antiqui poſuêre.

Luna diſcipula ſolis. *Duobus diebus, & ſex horis in vnoquoq; 12. ſignorum ſui curſus tempus temperat, & diſponit. Sanè, cùm ſit diſcipula ſolis, obſequitur curſibus ſupernis: & provt accedit ad ſolem, vel recedit, creſcens, aut ſeneſcens, diſpenſat lumen, atq; ita ſemper eſt inſtabilis.*

Ouidius. *vnde Ouid. 15. met. Nec par, aut eadem nocturnæ forma Dianæ eſſe poteſt usquàm, ſemperq; hodierna ſequente. Si creſcit, minor: maior, ſi contrahit orbem.*

Macrobius. *Luna, inquit Macrobius, diſpenſationibus ſeptenariis, luminis ſui, vires ſempiterna, legè variando diſponit. Primis ſeptem diebus dimidiata ſemi orbem oſtendit, vocaturq; dimidia. Secundis totum orbem complet, fitq; plenilunium. Tertiis rurſus efficitur dimidia.*

Interlunium. *Quartis fit coitus lunæ cum ſole, quod interlunium nominatur: Eſt enim tempus inter deficientem & naſcentem lunam: hoc eſt, xxx. dies, in quà luna non lucet: Nam cùm ſoli coniuncta ſit, ita obſcuratur, vt minime poſſit videri; ſe eodem momento renaſcens, paulatim ab eo recedendo, videtur. Interluni-*

Plenilunium.

terlunium ergo vocatur lunæ ſilentium: plenilunium autem luna quintadecima, & rotūda. vel dicitur lunæ oppoſitio: teſte Plinio lib. 18. cap. 32. Quoties, inquit, ab occidente ſole cernetur, prioribusq́ noctis horis lucebit; creſcens erit, & oculis dimidiata iudicabitur. Cùm verò occidente ſole orietur ex aduerſo, ita vt pariter aſpiciantur; tum erit plenilunium. Quoties ab ortu ſolis orietur, prioribusq́ noctis horis detrahet lumen, & in diurnas extendens, decreſcens erit, iterumq́ dimidia. In coitu verò, quod interlunium vocant, cùm apparere deſierit: ſuprà terras autem erit, quamdiu & Sol, interlunio, & prima tota die, ſecunda horæ noctis vnius, dextante Sicilico ſemiuncia, ac deinde tertia vſque ad quintam decimam, multiplicatis horarum eiſdem portionibus, quintadecima tota ſuprà terras noctu erit, eademq́ ſub terris tota die. Decimaſexta, ad primæ horæ nocturnæ dextantem Sicilicum ſub terra aget, eaſdemq́ portiones horarum per ſingulos dies adiiciet vſq́ ad interlunium. Et quantum primis partibus noctis detraxerit, quòd ſub terris agat, tantundem nouiſſimis ex die adiiciet ſuprà terram. Alternis autem menſibus xxx. implebit numeros, alternis verò detrahet ſingulos. hæc erit ratio lunaris, inquit, Plinius. Et lib. 2. cap. 14. Lunam, inquit, ſemper, auerſis à ſole cornibus, ſi creſcat, ortus ſpectare; ſi minuatur, occaſus, haud dubium eſt. Intra quatuordecim autem partes ſolis, ſemper occulta eſt. Quo argumento amplior errantium ſtellarum, quàm lunæ magnitudo colligitur: quando illæ & à ſeptenis quidem partibus emergant. Sed altitudo cogit minores videri: ſicut affixas cœlo ſolis fulgore interdiu non cerni: lib. 2. cap. 9. Endymionis ſtudium commendat, qui lunæ curſus, naturamq́ ſtudioſè quæſierit, Endymion ob id amore eius captus fama traditur. Non ſumus profectò grati erga eos, qui labore, curaq́ lucem nobis aperuêre in hac luce. Tempus poſtea lunæ deſcribit: Hac, inquit, proxima cardini, ideóq́ minimo ambitu, vicenis diebus ſeptenisq́, & tertia diei parte peragit ſpatia eadem, quæ Saturni ſydus altiſſimum annis triginta. Omnium igitur admirationem vincit luna, nouiſſimum ſydus, terrisq́ familiariſſimum, & in tenebrarum remedium à natura repertum. & cap. 51. eiuſdem lib. Lunæ influxus mirabiles dilucidat: Lunari, inquit, poteſtate oſtrearum, conchyliorumque, & concharum omnium corpora augentur, & minuuntur: quin, ait, & ſoricum fibras reſpondere numero lunæ, ſicut exquiſiuêre diligentiores: minimumq́ animal formicam ſentire vires ſyderis, interlunio ſemper ceſſantem. Et cap. 97. affirmat lunam motus marium cauſam eſſe: Bis, inquit, inter duos exortus lunæ affluunt maria, bisq́ remeant, vicenis quaternisq́ ſemper horis. & de his abundè in eodem cap. Et iterum cap. 99. Hoc ſydus eſt, inquit, quod terras ſaturat, accedendo corpora implet, recedendo inaniat. Sed & ſanguine etiam homo cum lumine eius augetur, ac minuitur: frondes quoq́ & pabula. Et com: 1. cap. Luna eſt fœmineum, ac molle ſydus, trahens, non auferens humorem: nam & ferarum occiſa corpora in tabem viſu ſuo reſoluit, ſomnoq́ ſopitis, torporem contractum in caput reuocat: glaciem refundit, cunctaq́ tabifico, ſiue humifico ſpiritu laxat. lib. 18. cap. 32. ait cum Virgilio in numeros lunæ quædam digerenda eſſe. Omnia, quæ cæduntur, carpuntur, conduntur, innocentius decreſcente luna, quàm creſcente fiunt. Venes, iuuencos, arietes, hædos decreſcente luna caſtrato: oua luna noua ſupponito: Arborum radices, luna plena operito: humidis locis interlunio ſerito, & circa interlunium quatriduo. Ventilari quoq́ frumenta, ac legumina, & condi circa extremam lunam. ſeminaria, cùm luna ſuprà terram ſit, fieri: Calcari muſta, cùm luna ſub terra. cap. 29. dicit lunæ ſtatū noxium noctibus ſerenis, & omni aura quieſcente; quoniam neq́ in nube, neq́ in flatu cadunt rores. lib. 37. cap. 10. ponit gemmam lunæ ſimilitudinem habentem: Selenites, inquit, ex candido tranſlucet melleo fulgore, imaginem lunæ continens, redditq́ eam in dies ſingulos, creſcentis minuentisq́ numero, naſciq́ putatur in Arabia. Cùm ergo tanta ſit lunæ potentia circa hæc inferiora; non temere dictum eſt à ſapientiſſimo Mercurio, lunam eſſe naturæ organum, inferiorem materiam tranſmutantem, cæteris ſyderibus citiùs præcurrentem, atq́ meantem.

Plinius declarat lunæ curſum.

Decimaſexta,

Lunæ cornua

Lunæ magnitudo.

Endymion.

Lunæ influxus,

Luna eſt cauſa motus maris.

trahit humorem.

Luna ratio habenda.

Lunæ ſtatus noxius.

Selenites

CAPVT II.

De eccentricis, & epicyclis,

Poſteaquam de lunæ nominibus, poteſtate, atq; motus varietate aliquid locuti ſumus; operæpretium me facturum putaui, ſi eccentricos, concentricos, atq; epicyclos, de quibus Aſtrologi abundè loquuntur, in medium adduxero: ſic enim cùm lunæ, tum etiam aliorum varij aſpectus planetarum facilè dignoſcentur. Cæterùm Aſtrologi, aliquos eccentricos, alios verò con-
Orbis concentricus. *centricos orbes poſuère. Orbis autem concentricus ille dicitur, qui ſub vtraq; eius ſuperficie continet centrum mundi, habetq́; eius centrum cum centro mundi: hoc autem modo reſpectu omnium quidem orbium, primum mobile eſt orbis concentricus: & quodlibet,*
Eccentricus. *ſimiliter ſe habens ad ſuas partes: eccentricus verò orbis, & ſi ſub vtraq; eius ſuperficie mundi centrum contineat; ſuum tamen centrum habet extra centrum mundi. Porrò hu-*
Simpliciter. *iuſmodi orbis eccentricus eſt duplex; vnus quidē Simpliciter, alter verò ſecundum quid. Simpliciter inquam, quandoquidem quoad vtramq; ipſius ſuperficiem, & concauam, &*
Secundum quid. *conuexam ſit extra centrum mundi: ſecundum quid verò, quia vna ſuperficie cum mundi centro conuenit, altera autem ab illo diſſentit. Et iſte quidem orbis eſt etiam duplex: nam quidam eſt concentricus quoad ſuperficiem concauam, & eccentricus quoad conuexam: alius verò contrario modo ſe habet. Porrò orbes eccentrici ſecundum quid, quantùm ad vnam ſcilicet ſuperficiem, in vna quidem parte ſpiſſiores, in altera verò ſtrictio-*
quomodo nō habeant vacuum. *res habentur: Eccentrici autem Simpliciter, quoad vtramq; partem, ſuperficiem videlicet, quæ inter illos mediat, regularis ſunt ſpiſſitudinis; ita vt dum iſti orbes mouentur, ſtricta vnius pars, cùm alterius ſpiſſa ſemper habeatur: & è conuerſo. ex quo patet nullum vacuo locū relinqui: atq; ita aliquorum rationes ſolui poſſe. Itaq; aſtrologi, quo planetarum motum tueri poſſint, tres cuilibet planetæ eccentricos orbes attribuunt, ex quibus duo ſunt eccentrici ſecundum quid, nempè quoad ſuperficiem ſolam: vnde vnus eſt ſu-*
Orbis deferēs. *perior, quantùm ſcilicet & ad ſuperficiem concauam; inferior alter, quoad ad conuexam tantùm: inter illos autem medius eſt eccentricus Simpliciter, qui ab aſtrologis Orbis deferens eſt appellatus; ab illo enim corpus planetæ defertur. In hoc autem orbe deferen-*
Aux. *te, quatuor puncta inueniri, aſtruunt aſtrologi: ex quibus vnum, vocatur Aux, quod à mundi centro cæteris longius abeſt; eſt enim iuxta ſtrictiorem ſuperioris eccentrici par-*
Oppoſitum augis. *tem. Aliud autem punctum ab illis dictum eſt oppoſitum Augis: centro namq; mundi eſt propinquius, iuxta illam ſcilicet partem ſpiſſiorem eccentrici ſuperioris. Alia verò duo*
Mediæ longitudines. *puncta, ab auge, & eius oppoſito æquè diſtantia, mediæ longitudines vocantur. Ex quo patet, Solem interdum terræ viciniorem eſſe, quando nimirum in oppoſito augis moratur: remotiorem verò, quando in auge conſiſtit. Hæc quidē mente complecti debemus, ſi planetarum varietates, quas in eorum motibus aſpicimus, intelligere cupimus. Reliquum nobis*
Epicyclus. *eſt dicere, quidnam ſit circulus epicyclus: & quibus ſit attribuendus planetis. Eſt autem Epicyclus, iuxta Aſtrologorum ſententiam, quidam paruus circulus, in orbis ſuperficie exiſtens deferentis, contiguus quidem, non autem continuus eccentrico deferenti, qui alio enim motu quàm deferentis mouetur. Porrò in huiuſmodi circulo epicyclo, adhuc aſtrolo-*
Aux epicycli. *gi imaginantur eſſe quatuor puncta: quorum vnum epicycli augem appellant; eſt enim*
Oppoſitum augis. *punctum à mundi centro magis remotum: aliud verò augis epicycli oppoſitum; quòd ſcilicet minus diſtat à centro mundi: reliqua duo puncta, quæ æquali ſpatio à ſuperioribus punctis ſeparantur, ſtationes nominantur. Sanè in planetarum motibus tum retrò grada-*
Retrogradus. *tio, & ſtatio reperitur, tum directio etiam; nam planeta aliquando eſt retrogradus, dum ſcilicet eſt in oppoſito augis ſui epicycli; ideoq; ſub ſignorum orbe tardius mouetur: mo-*
Stationarius. *uetur enim ad motum epicycli contra motum deferentis: ſtationarius autem, quando medio modo mouetur ſub orbes ſignorum; non enim mouetur contra motum deferentis, nec*

etiam

 Lunæ eccentrici.

etiam cum illo: quare nec tardus, nec velox illius motus iudicari poteſt. Directus autem Directus.
planeta appellatur, dum ſcilicet eſt in auge ſui epicycli: tunc profectò velocius mouetur
ſub orbe ſignorum, nempè ſub zodiaco; mouetur ſiquidem ad motum epicycli, & eccen-
trici deferentis ſimul. Porrò hæc in ſuprapoſitis figuris, & in alijs ſimilibus facilè conſpi-
ci poſſunt. Apud verò Almageſtum, ſeu conſtructionem magnam Ptolomæi in tertia di-
ctione, latiſſimè patent: ibi enim tres ab eodem modi inuenti ſunt, quibus varias plane-
tarum apparentias ſaluare conatur: Et primus quidem ſtatuit, aliquem planetam eccen- Ptolomæi primus modus.
tricum habere ſine epicyclo: ſecundus verò, epicyclum ſine eccētrico: tertius verò vtrun- 2.
que. Reuera, ſi cœlum non eſt condenſabile, neq; rarefactibile, vt dicitur 2. cœli, neq; al- 3.
terabile 1. cœli. Si præterea non eſt poſſibilis penetratio dimenſionum, nec vacuum in
rerum ordine, vt docet quartus phyſicorum liber. Si deniq;, vt dicitur 2. cœli. planetæ
non mouentur in ſuis orbibus, ſicuti piſces in aqua; alioqui cœlum à planeta, ſicut aqua à
piſce diuideretur, quod planè à philoſopho circa finem 1. cœli exploſum eſt. Et Sol eſt ter-
ræ propinquior, quando eſt in fine Sagittarij, remotior autem dum eſt in fine geminorum.
Igitur neceſſariò orbes eccentrici ſunt ponendi: aliter, aut cœlum condenſaretur, aut pene- Quare ſunt ponendi eccentrices.
tratio fieret dimenſionum: aut aliquod ex illis accideret abſurdis. Sanè, ſi manente eadem
aëris ſerenitate, quamuis ſecundum rei veritatem non ſit; in vno tamen tempore ſol nobis
maior apparet, quàm in alio: id igitur contingit, quia terræ interdum eſt vicinior, nonnun-
quam verò remotior. Ergo quod prius. Cæterum aliqui diuerſos planetarum aſpectus ſic Alia opinio.
tueri conati ſunt: Terra inquiũt mouetur cœlum verſus, illiq; ex vna parte vicinior ſit; hac
de cauſa diuerſus apparet in planetis aſpectus: ſed hoc abſurdiſſimum eſt cùm apud A-
ſtrologos, tum etiam apud philoſophos. Alij eccentricos, & epicyclos nullo modo admit- Alia opinio
tendos eſſe dixerunt, imò multis argumentis illos è medio auferre conati ſunt: Si darentur cum argu-
(inquiunt) eccentrici, & epicycli; igitur cœli & mundi eſſent diuerſa centra: eccentrici mentis.
enim alia haberent centra à mundi centro diuerſa. Sed conſequens eſt falſum, alioqui gra- 1.
uia naturaliter moueri non poſſent: ad duo enim loca naturaliter mouerētur: quodlibet e-
nim centrum, eſt grauium locus naturalis. Sed hoc eſt impoſſibile: aut enim ad ambo ſi-
mul, aut ad neutrum illorum mouerentur. ergo &c. Amplius, ſi ita res ſe haberet, tunc 2.
terra non eſſet in medio mundi: non enim eſſet in medio ſphæræ cœli. Sed id ab omnibus
deſpicitur, qui verè philoſophiā ſectati ſunt: ergo quod prius. Accedit ad hæc, quòd tum
aliquæ partes cœli eſſent ſpiſſiores, aliquæ verò ſtrictiores: eccentrici autem mouentur
motibus diuerſis: igitur aut daretur vacuum, aut penetratio dimenſionum: cùm vna pars
attingeret partem ſtrictiorem; quid ergo occupabit locum partis ſpiſſioris? deniq; vbi illa
pars erit recipienda? aut in vacuo, aut penetratio fieret corporum, aut condenſatio cœli,
quæ ſunt abſurdiſſima omnia. Item ſi darentur eccentrici, & epicycli: igitur planetæ ali-
quando aſcenderent, poſtea verò deſcenderent. Sed conſequens eſt falſum, ergo & antece- 3.
dens. Falſitas autem conſequentis probatur: ſiquidem plures eidem planetæ ſecundum
propriam naturam eſſent motus attribuendi, & quidem ſimplices: dum enim planeta in
eccentrico ab auge moueretur in eiuſdem oppoſitum; deſcenderet vtique, quia mundi ſcili-
cet centro propinquior fieret; aſcenderet verò cùm eſſet in auge, quia nimirum à centro
mundi longè abeſſet: Sed hoc eſt falſum. ergo &c. Luna præterea non habet epicyclum, 4.
alioquì imago, quæ in luna videtur, euerſa appareret, quod planè experientia negat omni-
nò. Conſequentia probatur: nam ſi illa imago pedes in oppoſito augis epicycli habuerit,
verſus terram ſcilicet; tunc certè per illius epicycli motum, ad augem epicycli talis imago
attingeret, atq; ita appareret euerſa. Adde, quòd ſecundum Eudoxum, & Calipum, quod
citat commentator 12. met. tex. com. 45. apparentiæ planetarum, ſine epicyclorum atque Commentatoris ratio.
eccentricorum poſitione, defendi poſſunt: Non ergo neceſſariò ponendi ſunt: Eccentricum
inquit Commentator. 12. met. com. 45. & epicyclum dicere, eſt extra naturam: Epicyclus
autem vt ſit, eſt impoſſibile omninò. Item, ſi daretur eccentricus, cœlum non ſolùm mo- 5.
ueretur circa medium, ſed etiam à medio, & ad medium, quod philoſopho non placet 1. cœ-
li, tex. 5.

Lnnæ ec-centrici.

li, tex. 5. tenet conſequentia; eccentricus enim ſecundum vnam partem, à mundi centro longè recedit: pro illa ergo parte planeta à medio mouetur. ſecundum aliam verò partem centro mundi appropinquaret, atq; ita planeta, pro illius partis ratione moueretur ad medium. His accedit quòd cœlum tunc non eſſet perfectè ſphæricum, quod philoſopho aduerſatur 1. cœli tex. 32. Eccentricus enim ſecundum vnam partem, eſt groſsior, ſiue ſpiſsior:
6. *ſecundum aliam autem minus. Non igitur eccentricus eſt perfectè ſphæricus. Iterũ, idem eſt locus totius, & partis 4 phyſ. Sed centrum mundi eſt locus totius cœli; non enim locatur, niſi per centrum 4. phyſ. cùm extra vltimam ſphæram non ſit corpus circumdans. Igitur centrum mundi, eſt locus eccentrici: non datur ergo eccentricus; aliter daretur alia terra; quod repugnat philoſopho 1. cœli tex. 76 & 12. tex. 49. omnis enim ſphæra circa centrum vertitur: aut ergo vertitur circa centrum mundi, quod noſtræ terræ centrum eſt; aut circa aliud centrum: non primo, eccentrico nanq; non conuenit cum mundi centro, centrum habere; alioqui eſſet concentricus, quod implicat: ergo ſecundo. Sed non datur aliud centrum, niſi detur & alia terra centrum circumdans, circa quod cœleſtis eccentricus gyrare poſsit ergo quod prius. Porrò, ad hæc, & ad ſimilia, ſic reſpondetur ab aſtrologis: & ad primum quidem dicunt, conſequentiam eſſe falſam; ſiquidem illud*

Cœleſtis. Soluũtur rationes.

1. *tantummodo eſt dicendum, mundi centrum eſſe, ad quod ſuapte natura grauia feruntur:*
2. *non autem ad centrum eccentrici. Ad 2. negatur conſequentia, & ad probationem dicitur, terram eſſe in medio totius orbis, non autem in medio orbis deferentis. Ad confirmationem negatur conſequentia· ſupponit enim falſum, tales ſcilicet eccentricos non vniformiter moueri; nempè quod quando pars vna ſpiſſa, verſus aliam mouetur, aliam eccentrici alterius è contrà moueri. Siquidem pars groſſa ſupremi ita mouetur proportionaliter, vt nunquam à parte ſubtili infimi ſeparetur: & pars groſſa infimi nunquam ſeparetur à ſubtili ſupremi: non eſt ergo, vt illi putant, partem ſcilicet groſſam, partis ſub-*
3. *tilis locum occupare debere, & è contrà: ergo: Ad 3. negatur conſequentia: non enim quilibet ad terram acceſſus, dici poteſt deſcenſus, niſi in ſphæra generabilium tantùm, nec*
4. *aſcenſus ſimiliter. Ad 4. negatur antecedens, & ad probationem dicitur, conſequentiam non valere: ideo nanq; vno motu in ſuo epicyclo lunam moueri dicunt, vt huiuſmodi dif-*
5. *ficultas ſaluari poſsit. Ad 5. dicitur, philoſopho non aduerſari, cœlum moueri à medio, & ad medium, dummodo totum moueatur circa medium: ob eccentrici enim rationem non mouetur à medio, & ad medium per lineam rectam, quandoquidem ad graue hoc ſpectet, & leue. Cùm ergo cœlum mouetur per eccentricum, per eleuationem, atq; depreſsionem reſpectu centri mundi differentem per circularem, non per lineam rectam mouetur: ſicq; nihil eſt contra philoſophum. Ad confirmationem negatur conſequentia: ratio enim perfectæ figuræ ſphæricæ, ex æqua diſtantia centri à tota circumferentia ſumitur, quæ in eccentrico reſpectu proprij centri habetur; ideoq; quatenus eſt talis, eſt perfectè ſphæricus. quòd autem non ſit æquali groſsitiæ per totum, non aufert ſphæricæ figuræ per-*
6. *fectionem. Ad 6. poteſt dici hîc, quamuis in alio lib. aliter dictum ſit pro commentatoris opinione tuenda: cœlum eſſe in loco per partes, non autem per centrum. Ad confirmationem negatur conſequentia, & ad probationem, concedimus omnem ſphæram cœleſtem circa centrum verti: eccentrica verò circa aliud centrum, non tamen alterius terræ, ſed in noſtra terra figurabile, cuius reſpectu vna eccentrici pars, à terræ circumferentia magis diſtat: alia verò pars appropinquat magis. reſpectu autem concentrici, eadem per totum ſeruatur diſtãtia. Itaq; Ptolomæi rationes in 5. dictione Almageſti c. 14 à modernis paſsim*

Ptolomæi rationes.

1. *obſeruantur: Si non dantur (inquit) eccentrici; ergo planetæ ſemper apparebunt æquè diſtantes à terrà, eorumq; diametri viſibiles eiuſdem ſemper erunt quantitatis: cuius contrarium experientia certa demonſtratur, conſequentia autem probatur: omnes enim circuli concentrici, non habent centrum extra centrum terræ, ſecundum omnes partes æquè à terra diſtantes. Quare ſi orbis planetæ corpus deferens erit concentricus, æquali ſemper interuallo à terra aberit: vt ergo minor, atque maior diſtantia in planetis ſaluari poſ-*

Lunæ orbes.

2.

uari poſſit; ponendi ſunt vtiq; eccentrici. Alia ratio Ptolomæi in 3. dictione Almageſti c. 3. Planetæ & omne corpus cœleſtæ regulariter mouentur: ſed ſol in medietate zodiaci ab ariete ad finem virginis longiori tempore moratur, quàm in alia medietate, à principio ſcilicet libræ ad finem piſcium: in prima ergo zodiaci medietate, maior portio de ſuo orbe, quàm in reliqua intercipitur. Itaq; linea ſecans zodiacum in duas quidem medietates, tranſiens per centrum mundi, circulum quoq; ſolis deferentem in partes inæquales ſecabit: ex quo patet, centrum circuli ſolis deferentis, neceſſariò differre à centro mundi. Quid ergo ſit orbis concentricus, & eccentricus, atq; epicyclus, & quomodo neceſſarij, dixi.

CAP. III.

Lunæ circuli, ſiue orbes.

QVoniam audiuimus ex aſtrologorum ſententia, neceſſariò ponendos eſſe Epicyclos, & eccentricos: rationi conuenire video non ignorare, quòd orbes lunæ fuerint attributi; & deinceps, quæ ad huiuſmodi negotium ſpectare videbuntur, proſequendo. Luna (iuxta aſtrologorum ſententiam) ad inſtar ſolis, habet tres orbes, duos ſcilicet eccentricos ſecundum quid, qui vocantur orbes augẽ eccentrici lunæ deferentes; & tertium eccẽtricum ſimpliciter in horum medio locatum, qui deferens Epicyclum appellatur. Deinde habet orbem mundo concentricum, aggregatum ex tribus aliis ambientem, qui deferens caput Draconis dicitur. Vltimo habet ſphærulam, quæ vocatur epicyclus, profunditati orbis tertij immerſam: in quo quidem epicyclo corpus lunare fixum eſt. Mouentur autem deferentes augem eccentrici contra ſucceſſionem ſignorum ſimul regulariter ſuper centro mundi, vltra motum diurnum in die naturali gradibus xi. & x2. minutis ferè. Et axis motus iſtius, axem zodiaci in centro mundi interſecat: vnde & poli eius à polis zodiaci declinant: & quantitas talis declinationis eſt quinq; graduum inuariabilis ſemper. Sic enim docuit Ptolomæus 4. Almageſti: vbi apertè docuit, ſub ecliptica, lunam, aut planam horum ſuperficiem orbium nequaquam moueri: ſed ab ea declinari potius: & maxima quidem declinatione, 5. gradibus ad ſeptentrionem verius, ſecundum dimidium, totidemq; ad auſtrum verſus. Vnde fit, vt vterq; huiuſmodi orbium polus, 5. gradibus à polis eclipticæ diſtet. Sed arguet aliquis, nullus orbis habet duos motus proprios: igitur eccentrici augem deferentes non mouentur vltra motum diurnum xi. gradibus &c. Tenet conſequentia, haberent enim motum diurnum, & hunc ſimiliter proprium: & ita duos motus proprios. Dico, orbes augem deferentes non habere duos motus proprios; ſed vnum tantum proprium, quo ſcilicet motum diurnum ſuperat: alterum verò raptum, nempè octaui, ſeu primi mobilis; hoc autem dico de deferentibus augem lunæ: cuius ſcilicet augis motus non proprio motu à ſuperiori ſphæra mouetur, ſed potius motu raptus. De aliorum autem planetarum deferentibus ſuis in locis diſputabimus. Sequitur de Epicyclo lunæ. Orbis verò epicyclum deferens, mouetur ſecundum ſucceſſionem ſignorum regulariter ſuper centro mundi; ita vt omni die naturali motu centrum epicycli xiii. gradus & xi. minuta ferè perambulet: hoc certè commune eſt omnibus eccentricis: planetarum ſiquidem, qui motibus eorum mouentur, iter eſt ſignorum ſucceſſio; vnde in centro mundi æquales angulos in æqualibus temporibus circuunt; & exinde in zodiaco æquales quoq; arcus; centrum verò epicycli ſingulis diebus naturalibus in ecliptica gradus 13. & xi. minutis abſoluit. Axis tamen huius motus per centrum huius orbis, quod centrum eccentrici dicitur, æquidiſtanter axi augem deferentium mouetur. Sanè huius orbis axis eſt linea, quæ per centrum eccentrici tranſiens, æquè diſtat ab axe orbium augem deferentium. Vnde etiam poli motus iſtius à polis orbium deferentium diſtabunt ſecundum eccentritatis quantitatem. Ex iſtis autem ſequitur primò: quòd quamuis eccentricus epicyclum deferens ſuper axe, atq; polis ſuis moueatur; non ta-

Quatuor orbes lunæ.

Motus eccẽt.

Polorũ diſtantia.

Obiectio.

Solutio.

Epicyclus.

Motus orbis epicycli.

Axis.

Lunæ orbes.

non tamen ſuper eiſdem regulariter mouet, quia ſcilicet non æquales angulos ſcribit. De-
inde, quò lunæ epicyclus, augi eum deferentis fuerit vicinior; eò eius centrum velocius
mouetur: & quò oppoſito augis eiuſdem propinquior, eò tardius: hæc autem facilè
comprehendere poſſumus, ſi aliquos angulos æquales ſuper mundi centro, augem ver-
2. ſus, atq; eius oppoſitum ſignare voluerimus; tunc animaduertemus, angulum augem
3. verſus poſitum, maiorem eccentrici arcum, quàm ſuum oppoſitum complecti. Tertiò,
centrum eccentrici lunæ circa centrum mundi & aux eiuſdem orbis circa axem augem
deferentium; & poli ſimiliter eiuſdem circa polos illorum voluuntur regulariter, circum-
ferentias contra ſucceſſionem deſcribendo. Nam cùm ſingula ſingulos circulos efficiant;
eorum ſemidiameter æqualis eſt eccentricitati lunæ. Eſt enim ſub parte groſſa orbis infe-
rioris, vbi ſcilicet eſt aux eccentrici, & huiuſmodi pars fertur contra ordinem ſignorum.
Eodem quoq; modo, atq; æquali velocitate centrum eccentrici mouebitur. Nam illa parte
volutionem ſuam complente, & centrum ſimiliter complet ſuam. Porrò quia huius orbis
axis per centrum eius tranſit, æquali ſpatio diſtans ab axe orbium augem mouentium;
4. & poli ſint dicta axis termini: axis igitur circa axem & poli circa eorum polos, eo-
dem mouentur. Quartò, aux eccentrici lunæ ſimiliter contra ſucceſſionem progredien-
do regulariter mouetur, & eclipticam præterit: vnde quandoque in ſuperficie eius, quan-
doque verò ab ea, aut verſus auſtrum, aut verſus aquilonem reperitur. ex quo ſit, vt
centrum eccentrici, à ſuperficie ecliptica quinq; in partes oppoſitas declinet. Etenim
orbes eam deferentes, non ſunt ſub ecliptica, ſed ab ea deflectunt, nunc quidem ſepten-
trionem verſus, nunc autem verſus auſtrum, eclipticam ſecundo in duobus punctis; ita
vt aux interdum in ecliptica præciſè ſit, quando ſcilicet in aliqua ſectionum eſt poſitus;
5. aliquando verò multum àb illa declinet, nunc quidem in ſeptentrionem, iam verò in au-
ſtrum. Poſtremò ſuperficies eclipticæ, eccentrici ſuperficiem per æqualia non ſemper ſe-
cat: cùm enim aux eccentrici in latitudine fuerit; maior quidem ſuperficiei portio eccē-
trici, verſus augem erit. Superficies eccentrici per ſuperficiem eclipticæ in diametro e-
clipticè per centrum mundi, ſecatur. Itaq; aux eccentrici ab ecliptica multam per la-
titudinem recedit, eiuſq; ſuperficies, eclipticæ ſuperficies partes in æquales ſecabit. Ete-
nim talis ſectio cùm ſuper mundi diametro fiat; imaginamur namque lineam per mundi
centrum tranſire, ambaſque ſectiones terminantem, quæ ecliptica dicitur; quando cen-
trum, & aux eccentrici eſt in latitudine; hîc diameter non tranſit per eccentrici centrū:
ex quo non ſequitur in partes æquales diuiſio. hæc admodum ſunt nobis obſeruanda, ſi lu-
næ varietates, varioſque motus rectè intelligere velimus. Caterùm eccentrici ſuperficies
vocatur, circulus per lineam à centro eccentrici, vſque ad centrum epicycli protenſa, vna
reuolutione facta, deſcriptus. huius autem circumferentiæ, aux, & oppoſitum augis, atq;
longitudines mediæ ſicut in ſole vocantur. Imaginari namq; debemus lineam à mundi cen-
tro exeuntem per epicycli in completa reuolutione centrum, & in huius ſuperficiei cir-
cumferentia, augem eſſe, nempe punctum à mundi centro remotiſſimum, à linea exeunte
oſtenſum: quæ profectò longiſſima augis linea dicta eſt. Inſuper oppoſitum augis punctū
eſſe terræ propinquiſſimum, per lineam diametrum complentem, oſtenſum. Sunt autem
inter hæc longitudines mediæ; puncta videlicet inter augem, & oppoſitum augis: mediæ
enim ſunt illæ inter lineam augis, & lineam oppoſiti augis: idq; proportionaliter. Porrò
dicti orbes lunæ in motu ſuo talem habent ad ſolis motum annexionem; vt ſemper linea
medii motus ſolis, ſit in medio inter centrum epicycli lunæ, & augem eccentrici eius: vel
ſimul cum eo, vel in oppoſito amborum, ſimul exiſtentium: ita quòd in omni media ſo-
lis, & lunæ coniunctione, centrum epicycli lunæ, & linea medij motus ſolis, & aux eccen-
trici lunæ, ſint in vno puncto zodiaci ſecundum longitudinem. Quare fit, vt in omnibus
quadraturis mediis eorum, centrum epicycli lunæ ſit in oppoſito augis eccentrici ſui: & in
omni oppoſitione media rurſus in auge. Vnde patet ratio, cur medio motu ſolis ſubtracto
à medio lunæ, remaneat media eorum elongatio: & ea duplata centrum lunæ proueniat.

Motus lunæ tardior, & velox.

Vnde luna nunc in aquilone, hunc in auſtro.

Superficies eccentrici quid ſit.

Orbium lunæ cum ſole annexio.

Diſtan-

Lunæ orbes.

Diſtantia autem lineæ medii motus lunæ ab auge eccentrici ſecundum ſucceſsionem: centrum lunæ dicitur, vel longitudo duplex, aut duplex interſtitium.

Centrum lunæ.

Patet etiam, quòd in omni menſe lunari, centrum epicycli lunæ bis pertranſit orbes, augem eccentrici deferentes. Eſt enim menſis lunaris ſpatium temporis à coniunctione lunæ cum ſole ad medietatem ſequentem vſq; interceptum, quod alio nomine dicitur lunatio. In tali igitur tempore epicyclus lunæ bis eſt in auge: quando ſcilicet eſt media coniunctio, & quando eſt media oppoſitio. bis quoq; eſt in oppoſito augis: quando nimirum ſunt eorum quadraturæ mediæ.

epic. lunæ bis eſt in auge

Quoniam autem puncta iam dicta in his orbibus inuariabilia ſunt; fit, vt bis tranſit hæc puncta, & orbes quoq; bis in menſe lunari tranſeat. vel ſic intellige: ſi orbes augem deferentes nequaquam mouerentur, ſolo eccentrico moto, centrum vtiq; epicycli in vna lunatione, memoratos iam orbes ſemel trafiret, ſicuti ſol in anno, orbes augem eius deferentes; quia illi ſcilicet orbes contra ſolis motum non mouentur: verùm quia huiusmodi orbes lunæ, contra motum eius epicycli mouentur, æqualem à linea medij motus ſolis, longitudinem tenentes, ſicut & ab eadem lunæ epicyclus; ſequitur, vt bis illos pertranſeat, ſicut iam dictum eſt. hæc breuiter diximus de tribus circulis, ſiue orbibus lunæ. Nunc autem dicendum erit nobis de quarto, qui vocatur concentricus, caput draconis deferens:

Orbis lunæ quartus concentricus.

mouetur enim ſuper axe zodiaci circa centrum mundi regulariter contra ſucceſsionem omni die naturali tribus minutis ferè, ſecum tali motu continuè aggregatus. ex tribus orbibus, quos ambit circumducens. Quoniam autem eclipſes luminarium, aliasque in luna apparentias, teſte Ptolomæo in 4. Almag. Aſtrologorum diligens ſtudium tueri voluit: hac de cauſa, ſolerter obſeruans, inuenit, orbem lunæ epicyclum deferentem ab ecliptica declinare, eamq; duas in partes diuidere: quarum vna, Caput draconis, altera verò Cauda nominatur.

Caput draconis.

Iſta namq;, ac tali interſectione, quaſi draconis figura depingitur, eleuato vtiq; capite, & cauda, & ventre depreſſo. Interſectionum autem, in qua centrum epicycli incipit ire aquilonem verſus, draconis caput; oppoſita verò eius, cauda appellatur. Mouentur autem exterioris orbis virtute vltra motum diurnum, occidentem verſus, tribus ferè minutis in cœlo lunæ: totum verò zodiacum annis duodecim: luna verò totũ planè zodiacum infra ſpatium vigintiocto dierum deambulat. hanc ob cauſam contigit, vt circumferentia eccentrici continuè ſuperficiem eclipticæ in aliis, & aliis punctis eius verſus occidentem, interſecet. Amplius vt tali motu poli augem circa polos zodiaci circulorum periferias deſcribant mouendo: rapiuntur enim ab illo, ſuper polos eclipticæ, atque circa illos duos circulos deſcribunt, quorum ſemidiameter erit diſtantia.

Poli eclipticæ

Hoc etiam modo polorũ zodiaci motus, Arcticum, & Antarcticum deſcribit circa polos primi mobilis. Itaq; ſuperficies eccentrici lunæ (vt dictum eſt) propter declinationem polorum orbium augem deferentium ſuperficiem eclipticæ ſuper diamentro mundi interſecat. vnde vna eius pars verſus aquilonem, altera verſus auſtrum ab ecliptica declmabit. Illa igitur interſectio circumferentiæ eccentrici lunæ cum ſuperficie eclipticæ, in qua cùm centrum epicycli fuerit verſus aquilonem ire incipit, caput draconis, reliqua verò pars, cauda nominatur.

Interſectiones

Mouentur autem hæ interſectiones quotidie vltrà motum diurnum verſus occidentem tribus ferè minutis, virtute motus orbis aggregatum, trium orbium aliorum lunæ ambientis.

Medius motus draconis.

Medius itaq; motus capitis draconis lunæ, eſt arcus zodiaci à principio Arietis contra ſucceſsionem ſignorum vſq; ad lineam à centro per ſectionem capitis protractam, numeratus. verus autem capitis motus, eſt arcus zodiaci ab arietis initio ad iam dictam lineam ſecundum ſucceſsionem ſignorum, computatus. Similiter etiam dici poteſt de cauda.

Verus motus draconis.

Ex quo patet, quòd remoto medio capitis motu à duodecim ſignis, verus eius motus remanet. vnde illud commune dictum, dicens caput lunæ tantùm medio motu ire contra firmamentum, quantum in varietate vadit cum firmamento, ita intelligitur: Medius motus capitis lunæ contra ſucceſsionem ſignorum in eum punctum protenditur, in quem verus ſecundum ſucceſsionem ſignorum. Eſt autem hæc ratio ſuaſiua, ex qua cognoſcimus, ſectionem nobiliorem, draconis caput nominari, eam nempe, quæ ad ſeptentrionem vergit, caudam verò, minus nobiliorem, quæ ſcilicet ad auſtrum tendit.

CAP. IIII.

Lunæ epicyclus.

Epicycli lunæ motus.

QVamuis de luna epicyclo, nonnulla paulò ante dicta ſint; quia tamen res eſt admodum obſcura, & non paruis tenebris inuoluta, aliquid addere tentabo, idq; ex Aſtrologorum ſententia; quibus, tamq; huius rei peritiſſimis credendum eſſe cenſeo. Itaq; epicyclus circa ſuum centrum, corpus lunare ſibi infixum, in ſuperiori parte contra ſucceſſionem, in inferiori ſecundum deferendo mouetur: ſuper axe ſuo orthogonariter ſuper periferiam eccentrici: ita vt ſuperficies plana circumferentiæ epicycli, quam centrum corporis Lunæ, motu epicycli, deſcribit, in ſuperficie plana eccentrici maneat, nuſquam ab eo declinans. Reuera epicyclus deferens lunam in plana eiuſdem ſuperficie infixam, ab vtroq; Polo æquè diſtante in parte ſuperiori contra ordinem ſignorum, in inferiori verò ſecundum eorundem ordinem mouetur, circa propriū centrum, polos, & axem perpendiculariter ſuper ſuperficiem eccentrici iacentem. Porrò quia eius axis ſuper epicycli ſuperficiem perpendiculariter cadit: & centrum epicycli eſt in ſuperficie eccentrici; fit vt ſuperficies epicycli, quæ deſcribitur à linea exeunte à centro epicycli per centrū lunæ, imperfecta reuolutione, eadem ſit cum ſuperficie eccentrici. Vnde non modo ab illa declinat, aut ſecat; verùm etiam luna exiſtens in epicycli ſuperficie, in eccentrici quoq; erit ſuperficie. Contingit autē hoc epicyclo, quia eſt totaliter extra centrum totius, ferturq; circulariter ad diuerſas poſitionis differentias, ſecundū diuerſas partes, vnam ſcilicet Occidentē verſus, atq; ita contra ordinem ſignorum, alteram autē verſus orientem, & ſic ſecundum ordinem ſignorum zodiaci. Quamobrē parti ſuperiori, & inferiori non idem modus, ſiue motus conceditur. Circumuoluitur tamen epicyclus taliter, vt ſuper centro proprio atq; axe irregulariter moueatur; ſed hæc irregularitas, ad iſtam reducitur vniformitatem; vt à puncto augis epicycli, mediæ quæcunq; ſunt illæ, quolibet die naturali 13. gradus, & 14. minuta ferè recedendo regulariter elongetur. Aux autem, ſiue eleuatio medij epicycli, eſt punctus circumferentiæ epicycli; quem oſtendit linea à puncto diametraliter oppoſito centro eccentrici, in circulo paruo per centrum epicycli ducta. Sed & aux epicycli vera, eſt punctus eiuſdem circumferentiæ; quem linea à centro mūdi, per centrum epicycli ducta, indicat: hæ autem duæ auges, vnus punctus ſunt; cùm centrum epic: in auge deferentis, vel oppoſito fuerit. Alibi autem vbicunq; differunt. Ex iſtis igitur patet, quod nullus idem punctus concauitatis, in qua epicyclus ſituatur, continuè ſuper augem epicycli, media ſiue vera maneat. Nam talis punctus concauitatis, qui centro epicycli exiſtente in auge deferentis, vel in oppoſito ſuper auge media epicycli & vera fuerit; ſemper vbicunq; centrū epicycli ſit per lineam ductam à centro eccentri per centrum epicycli determinatur. Talis autem punctus centro epicycli alibi quàm in auge vel oppoſito exiſtente, non eſt ſuper augem mediam epicycli, neq; veram: imò tam aux vera, quàm media, in eiuſdem tunc ſunt concauitatis locis. Tres namq; lineæ, à quibus huiuſmodi puncta oſtenduntur, in epicycli centro tunc ſeſe ſecabunt: atq; ita erit, vt aux vera, dum ſemper ab auge media differt, augem inter mediam ſit, punctumq; concauitatis, ſub quo aux vera eſſe conſueuit, quando epicycli centrum in auge, vt in oppoſito fuerit deferentis. Ex quo fit, vt tum aux epicycli media, tum etiam vera continuè varientur: reuolutio præterea epicycli circa centrum ſuum, centro epicycli per ſuperiorem eccentrici medietatem diſcurrente, velocior erit, per inferiorem verò tardior. Itaq; linea medij motus lunæ eſt; quæ à centro mūdi vſq; ad zodiacum per centrum epicycli protrahitur. Medius motus lunæ eſt arcus zodiaci ab arietis initio vſq; ad dictū locum. Sanè cum Luna, & in mundi centro, & in zodiaco, motum habeat inæqualem, ſi eiuſdem verus motus irregularis inueniri debeat; prius certè opus eſt, aliquem in terra centro motum regularem inueniri, vnde verus illius motus cognoſci poſſit: ille autem motus, cuius medio, verus

Superficies epic. eadem cum ſuperficie eccentric.

Irregularitas epicycli.

Aux epicycli.

Punctus epicycli in auge.

Aux vera.

Aux media.

Medius motus lunæ.

motus

Lunæ epicyclus.

motus inuenitur, medius appellatur: linea verò, quæ huiuſmodi motu mouetur, linea medij motus, ſeu motus lunæ regularis dicta eſt: ducitur enim à centro mundi per centrum epicycli ad zodiacum vſq;, atq; in motu regularis exiſtit: epicyclus enim ſupra centrum totius eſt vniformis; linea autem veri motus lunæ eſt illa, quæ à centro mundi per centrum corporis lunæ ad zodiacum extenditur.

Linea veri motus lunæ.

Verus motus lunæ eſt arcus zodiaci à principio arietis vſq; ad dictam lineam ſecundum ordinem ſignorum computatus: Verus autem locus, eſt terminus huius arcus, dictæque iam lineæ finis.

Centri æquatio.

Aequatio centri eſt arcus epicycli, augem ipſius veram, & mediam intercidens: quòd ſi centrum epicycli in auge eccentrici, vt oppoſito fuerit, nulla erit: Maxima autem cùm ipſum fuerit modicum infra longitudines medias deferentis. Remotio verò lunæ à linea medij motus, ſiue ab auge vera epicycli, argumentum lunæ verum dicitur. verùm quia ab huiuſmodi auge non mouetur æqualiter; ideo elongatio ab auge media, medium dicitur argumentum; quia ſcilicet eſt regularis, & per eam verum inuenitur argumentum.

Argumentũ lunæ verum.

Quam ob rem argumentum lunæ medium eſt arcus epicycli ab auge epicycli media ſecundum motum centri corporis lunaris, vſq; ad idem centrum lunare computatus. Argumentum autem verum ab auge vera, vſq; centrum corporis lunæ protenditur. Differentia igitur inter hæc argumenta, quando differunt, eſt centri æquatio: cùm verò centrum epicycli lunæ minus ſex ſignis, maius eſt argumentum verum medio: ideo æquatio centri argumento medio adijcitur. Sed cùm plus ſex ſignis fuerit, fit è conuerſo: quare tunc ſubtrahitur ad habendum verum argumentum.

Æquatio argumenti.

Aequatio argumenti, eſt arcus zodiaci lineis medij motus & veri interiacens: hanc nullam eſſe contingit, dum centrum corporis lunaris in auge vera epicycli, vel oppoſito fuerit, vbicunq; tunc ſit epicycli centrum: maxima verò dum centrum epicycli in oppoſito augis eccentrici fuerit: & cum hoc luna in linea à centro mundi ad periferiam epicycli ducta contingenter exiſtente. Dum autem verum argumentum eſt minus ſex ſignis: linea medij motus, lineam veri præcedit in ſignorum ſucceſſione; ideo tunc æquatio argumenti à medio motu ſubtrahitur. Sed plus ſex ſignis ſi fuerit, fit è conuerſo: quare tunc coniungitur, vt verus motus eueniat.

Diuerſitas æquationis.

Diuerſificantur autem æquationes eorundem argumentorum centro epicycli ab auge deferentis ad oppoſitum eunte: continuè namq; maiorantur ſecundum acceſſum centri epicycli ad centrum mundi. Vnde fit, vt æquationes ſingulorũ argumentorum, quæ contingunt, centro epicycli in oppoſito augis eccentrici exiſtente, ſint maiores ſingulis æquationibus argumentorum: quæ dum centrum epicycli in auge eccentrici fuerit, relatiuas ſuis relatiuis comparando.

Exceſſus.

Exceſſus autem harum ſuper illas diuerſitates diametri circuli, breuis nuncupatur. Linea verò à centro mundi ad augem deferentis protracta, longior eſt linea ab eodem centro ad oppoſitum augis extenta.

Exceſſus diuiſio.

Exceſſus autem illius ſuper iſtam diuiſus in lx. particulas æquales, minuta proportionalia, dicitur: & duplus eſt ad eccentricitatem: linea namq; medij motus lunæ, quæ dirigitur ad augem eccentrici, nullam de iſtis particulis extra periferiam eccentrici tenet; ſed omnes intra. Ea verò quæ ad oppoſitum augis porrigitur, omnes habet, nullam autem intra. Sed quæ ad alia loca eccentrici protenduntur, aliquot de illis habent extra, tantoq; plures, quantò vicinius centrũ epicycli fuerit augis oppoſito: & tantò pauciores, quanto vicinius augi.

Equationes argumentorum

Aequationes autem argumentorum, quæ ſcriptæ ſunt in tabulis, ſunt quæ contingunt, dum centrum epicycli in auge deferentis fuerit. Sed illæ (vt dictum eſt) minores ſunt eis, quæ centro epicycli alibi conſtituto fiunt. Cũ igitur centrũ epicycli alibi conſtituitur, quod fit, dum centrum lunæ eſt aliquid, per centrum accipiuntur in tabula minuta proportionalia, & per argumentum verũ diuerſitas diametri, quæ tota additur ad æquationem argumenti prius in tabula receptam, ſi minuta proportionalia lx. fuerint: ſed ſi minus, non tota additur, ſed aliqua eius portio, talis quidem, qualia ſunt minuta proportionalia reſpectu lx. & tunc proueniet æquatio argumenti vera ad talem epicycli ſitum. Hæc quidem illi, quæ ab antiquis aſtrologis mutuantes, nobis tradiderunt. Sed tempus eſt, vt de alijs lunæ affectionibus, & in primis de illius eclipſi loquamur.

Lunæ eclipſis.

CAP. V.

Lunæ eclipſis.

Lunæ eclipſis ratio.

Eclipſis quid ſit.

DEfectus Solis & Lunæ, rem in tota contemplatione naturæ maximè miram, & oſtento ſimilem, eorum magnitudinum vmbræ indices fuêre, ait Plinius lib. 2 cap. 10. Quippe manifeſtū eſt, Solem interuentu lunæ occultari, Lunamq; terræ obiectu. Eſt autem eclipſis luminis alicuius aſtri priuatio, quæ diuerſimode ſe habet in multis: nam & ſtellæ fixæ ob maioris nonnunquam luminis præſentiam, ſolaris ſcilicet, eclipſim luminis patiuntur. Interdum verò ob diametralem corporis lunaris, ſiue alicuius alterius planetæ interpoſitionem, inter aſtrum illud, & noſtrum obtutum exiſtentem. In Luna verò contingit ob diametralem inter Solem, & Lunam obiectum. Tunc enim vmbra terræ pyramidalis, lunæ ſphæram pertranſiens, ab ea ſolis eripit iubar. Id autem accidit Lunæ in oppoſito Solis commorāti: neq; idem ſemper,

Cauſa eclipſis lunæ.

quia ſcilicet Luna interdum ad auſtrum, nonnunquam autem in aquilonem decurrit, Sole ab ecliptica nunquam recedente. Deferens præterea Lunæ duabus in partibus oppoſitis, Solis interſecat deferentem. Quare niſi in his interſectionibus, aut propè, terra interponi

Ptolomæi ſententia, de eclipſi lunæ.

non poteſt. Ptolomæus in 6. Almageſti idem ſentit: ait enim, Lunam terræ obiectu, lumine priuari: nam quum Sol terra maior ſit, vt idem ſentit in 5. & Alpharabius 22. Differentia; eius medietatem ſaltem à ſole illuſtrari, neceſſe eſt: ex parte verò oppoſita Soli vmbram in recto porrigere acutam, quam conoydalem, acutam, ſiue pyramidalem aliqui appellant, eamq; vltra ſphærā lunæ protendi. 5. demonſtrauit Almag. ex proportione vtiq; axis vmbræ, ad orbis lunæ diametrum. Quoniam autem, ſicut habetur ex decimaquarta primæ partis proſpectiuæ, vmbra multiplicatur directè ex oppoſito corporis luminoſi: Sol autem nunquam eclipticam deſerit, vt dicitur primo, & vltimo Almag. terra autē eſt in medio mundi, vt communis eſt omnium propemodum ſententia; inde fit, vt axis vmbræ terræ ſit in eclipticæ puncto oppoſito loco Solis, qui Nardir Solis nuncupatur. Eſt

Nardir ſolis.

autem Nardir punctus directè oppoſitus in firmamēto. vnde cùm in plenilunio Luna fuerit in capite draconis, aut in cauda ſub Solis Nardir; tunc terra ſeſe interponēte inter Solē, & Lunam, conus vmbræ terræ in corpus incidit Lunæ: atq; ita ſuos defectus patitur. Porrò, ſi Luna fuerit in capite, vel in cauda draconis directè, eclipſis fit vniuerſalis: particu-

Eclipſis vniuerſalis.

laris verò, ſi citra huiuſmodi, aut vltra metas extiterit. Eclipſi namq; Lunæ duplex eſt neceſſaria conditio: altera quidem, vt ſit oppoſitio Solis & Lunæ: altera verò, vt ſit in vna ſectionum, aut propè; Sol verò in reliqua conſequenter: ſiquidem capitis caudeq; interſectiones diametraliter opponuntur. ex quo patet, quare non in omni Solis Lunæq; oppoſitione, Lunæ contingat eclipſis. Cæterùm interdum vna Lunæ eclipſis eſt magis diuturna,

Quare diutius durat altera.

quàm altera; in cauſa autem, quia tunc Luna in oppoſito augis ſui eccentrici moratur, & ſimiliter Sol: vnde fit, vt quò Sol & Luna terræ propinquiores ſint, eò terræ vmbra latior infra Lunam inueniatur: è contrà verò ſi fuerint in auge eccentrici. Sed dicet aliquis, Luna nunquam à ſuo lumine deficit, authore Ptolomæo in 2. quadripartiti, ibi enim ab eo docetur, ex Lunæ coloribus, tempore eclipſis, futuros præuideri rerum euentus: ſed color Lunæ non eſt ſine lumine: Igitur Luna, etiam in ſua eclipſi, ſuum lumen non amittit, & per conſequens eclipſim veram minimè patitur. Amplius, ſi Lunæ eclipſis contingit ob terræ obiectum, pari ratione ob Veneris etiam obiectum, quam terra maiorem eſſe dicunt Aſtrologi. Sed id rei nequaquā probatur euentu, ergo &c. Adde, quòd quælibet Lunæ eclipſis æqualis inueniretur, cuius contrarium frequenti experimento cognoſcimus. Conſequentia valet: nam Sole, atq; Luna æquali in oppoſitione exiſtentibus; terræ quoq; vmbra pariter ſe haberet. Ad hæc accedit, quòd Sol tunc terra maior inueniretur, cuius contrarium docet Ptolomæus tertia dictione Almag. Conſequentia patet, tunc enim vmbra terræ quotidie, vt dicunt perſpectiui, diminutionem reciperet. Inſuper, Luna

Obiectiones.

1.

2.

eſt ma-

Lunæ eclipſis. 3.

eſt maior qualibet fixarum, ſed vnaquæq; illarum eſt maior terra, authore Alpharabio: igitur Luna eſt maior terra, atq; ita ab ea condi non poteſt. Præterea, ſi ita res ſe haberet, vmbra terræ pari facilitate, Mercuri aſtrum lumine priuare poſſet. Conſequens eſt falſum: quandoquidem id nunquam repererit diligentia aſtrologorum. Conſequentia patet: nam multi dicunt, vmbram terræ ad Mercurium vſq; protendi. Adde, quòd Sole exi- Solutio. *ſtente ſupra orizonte, à luna eripi lumen non poſſet; in oppoſitione enim ſole exiſtente ſupra orizontem, luna ſub orizonte ſit, neceſſe eſt; ſicque à nobis illius eclipſis videri non poſſet. Sed hæc contigiſſe aiunt nonnulli: ergo quod prius. Dico ad prim.* Ad primum. *Lunam ex ſe nõ habere illius luminis virtutem, qua hæc inferiora afficere conſueuit, ſed à ſole, à quo lumen illud intenſum recipit, reflectitq; terram verſus, non ſecus ac lumen à mundiſſimo ſpeculo receptum, ſeſe diffundens, alia circumquaque loca ſua veſtit luminis claritate. Itaq; hoc lumine non autẽ ſuo naturali in eclipſi Luna priuatur. Ad 2. ex ſupradictis pa-* 2. *tet ſolutio. Venus enim cùm ſit lucidiſſima, ſui corporis obiectu, lumen à luna eripere nequit. Ad confirmationem ſimilis eſt ratio reſpondendi, quam paulò ante dictam eſſe memini, nempè, quòd ſol & luna non ſemper ſint in æqualis oppoſitionis diametro: inde fit, vt eclipſis illius ſemper ſequi non poſſit. Ad aliud dico, Solem, terra eſſe maiorem cen-* Sol maior terra. *ties ſexageſies ſexies, & amplius, teſte Ptolomæo tertia dictione Almageſti. Lunam præterea eſſe terra minorem, omnes propemodum affirmant: ergo quod prius. At 3.* 3. *Negatur conſequentia, & ad probationem dico, quòd quamuis illud verum ſit, cùm tamẽ Mercurius nunquam Soli opponatur, indè efficitur, vt eclipſim aliquam pati non poſſit. Ad confirmationem dico, Solem illo tempore ſic apparuiſſe, idq; ob vaporum interpoſitionem, ſecundum autem rei veritatem, ſub orizonte extitiſſe. Patet ergo, quid ad hæc reſpondendum ſit argumenta. Cæterùm de Lunæ augmento, licet ſuperius nonnulla dicta ſint; il-* Lunæ augmentum. *lud tamen nobis adijciendum eſt, nempe, vnam Lunæ partem, ſuæ coniunctionis tempore, quæ nobis minimè obiecta eſt, à Sole illuminari, à nobis autem nequaquam percipi. Deinde à Sole paulatim recedente, pars nobis obiecta, ſenſim illuminari incipit, nobisq; apparere: vnde & bicornis nobis videtur, græcè monoydes i. bicornis. à nouilunio vtiq;, vſque ad ſe-* Monoydes. *cundæ quartæ principium; tunc enim admodum ſemi circuli conſpicitur; quia ſcilicet medietas partis nobis obiectæ, illuminata videtur. A principio verò ſecundæ quartæ, ad oppoſitionem, gibboſa nobis apparet, nempe ad portionis maioris circuli modum: in oppoſitione autem, perfecta, atq; vt verus circulus cernitur: ſiquidem pars nobis obiecta, plenè, ac perfectè à ſolari lumine illuſtrata, nobis ſeſe offert videndam. Narrat Plinius lib. 2.* Plinius. *cap. 13. omnibus annis lunæ ſolisq; fieri defectus ſtatis diebus, horisq; ſub terra. Nec tamen cùm fiant supernè, vbiq; cerni aliquãdo propter nubila, ſæpius globo terræ obſtante conuexitatibus mundi, intra ducentos annos Hipparchi ſagacitate compertum eſt: & Lunæ* Hipparchus. *defectum aliquando quinto menſe à priore fieri, Solis verò ſeptimo. Eandem bis in triginta diebus ſuprà terras occultari. Sed ab alijs, atq; alijs hoc cerni. Quanquam ſunt in hoc ſpectaculo maximè mira, cùm conueniat vmbra terræ lunam hebetari, nunc ab occaſus parte hoc ei accidere, nunc ab exortus: & quànam ratione, cùm Solis exortu vmbra illa hebetatrix ſub terra eſſe debeat, ſemel iam acciderit, vt in occaſu luna deficeret, vtroque ſuper terram conſpicuo ſydere: Et noſtro æuo accidit, imperatoribus Veſpeſianis, patre 3. filio* Veſpaſiani tẽpore eclipſis. *iterum conſulibus, hæc Plinius. Scribit & Ptolomæus de his multa, lib. 6. cap. 9. ſui Almag. Sed hæc, quæ dicta ſunt huic negotio ſufficere arbitror: quapropter ad aliorum notitiam planetarum habendam, ſolerter, ſtudioséq; mihi properandum eſſe cenſeo.*

QVAESTIONIS SECVNDAE. CAP. I.

De Mercurio.

Mercurij ſydus.

Quot fuerint Mercurij.

IN principio huius libri Pymandri dixi, quinq; extitiſſe Mercurios. Primum quidem, cœlo patre, & die matre natum. Secundum, Valentis & Pheronidis filium, eum, qui ſub terris idem Triphonius eſt. Tertium, Ioue tertio natum & Maia. Quartum Nilo patre, quē Ægyptij nefas habebant nominare. Quintum, quem colunt Pheneatæ, qui Argum dicitur interemiſſe, ob eamq; cauſam Ægypto præfuiſſe, atq; Ægyptiis leges & literas tradidiſſe: hunc Ægyptij Theut appellant. Eius Theut meminit in Phædo Plato, & Euſebius in lib. præparationis Euangelicæ, qui eum ab Ægyptiis tradit vocari Thoyth, ab Alexandrinis Thot, Græci ἑρμῆν vocauerunt: qui & literas primus docuit, & de Theologia ſublimius cæteris ſcripſerit. Diodorus etiam lib. primo redegiſſe hunc Mercuriū narrat voces in ordinem, ac pleriſq; rebus indidiſſe nomina, ſacraq; & cerimonias tradidiſſe: quibus de cauſis, inuentorem, & Deum ſermonis Ægyptij illum putauerunt: Interpretem quoq; & nuntium dixere hominum atq; deorum; tum quod ſacra velut à diis ad homines detulerit; tum etiam quòd ſermo ab hominibus ad homines, & ad Deos transcurrat, ſine quo nullum poteſt conſtare commercium. Vnde Ariſtides ait, nullum commercium, concordiam in genere humano nullam fuiſſe, priusquam ſermonem Mercurius in eo ſparſiſſet. Inuentorem autem literarum illum vocauerunt, quòd literis longè poſitos alloqui conſueuimus: proinde vltrò citròque Mercurius commeare dicitur, ac mandata diligentiſſimè exequi. Ipſum autem eſſe ſermonem, Porphyrius in phyſiologia affirmat, vbi orationis vim Mercurium appellat; qui tenſus, rectusq; fingitur propter orationis vigorem. vnde Aug. lib. 7. de ciuit. cap. 14. Mercurius, quaſi medius currens dicitur appellatus, quòd ſermo currat inter homines medius. Quamobrem alas ei in capite, & pedibus ponunt, volentes ſignificare volucrem ferri per aëra ſermonem. ideò nuntium dictum, quoniam per ſermonem omnia cogitata enuntiantur. Feſtus Pompeius ait Mercurium & Cyllenium nuncupatū eſſe, quòd ſcilicet ſermo ſine manibus omnia cōficiat: Græce Hermes ab ermineueſte .i. interpretari; vnde & nuntius deorum dictus eſt, quòd certè diligentiſſimè; & optime peragat, quæ ſunt mandata, quod eſt munus ſermonis, perferre ab animis ad animos ſenſa, quæ aliter patefieri, & edoceri nequeunt: cùmq; animi pro diis putarentur; ideò interpres diuûm, & nuntius eſt appellatus. Plato in Cratylo: qui Irin, inquit, hoc eſt loqui commentus eſt, meritò vocatur Iremes. Nunc verò nos elegantius rati nomē proferre, Hermam vocamus. Ipſa etiam Iris à dicendo videtur nominata, quoniam nuntia quoq; eſt. Porrò, omnis qui alicui negotio conficiendo ſe interponit, Interpres dicitur, Aene. 4. Tumq; harum interpres curarum, & conſcia Iuno. Diodorus perhibet exiſtimatum Mercurium menſuram, pondus, & mercaturæ quæſtum inueniſſe; ideoq; mercibus præeſſe, quæ ſine ſermone confici non poſſunt. Alatus autem fingitur, non modò in pedibus, quæ vocantur talaria, ſed etiam in temporibus; vtrinq; enim ei prominent pinnulæ pares, vt Apuleius deſcribit in Apologia. Fingitur etiam Deus ille galero tectus, exſtātibus galerum pinīs, quod in Amphitryonē ſignificauit Plautus verbis ipſius Mercurij: Ego has habeo vſq; in petaſo pinnulas, quæ profectò nuntij, ſiue interpretis diligentis præ ſe ferunt officium. Proinde Deus facundiæ dictus eſt, quòd hominibus eloquentiam præſtare putetur. Nam (vt inquit Plato in Cratylo) veteres Græci non alios pro diis habuerunt, quàm tum barbarorum turba Solem, Lunam; alioſq; planetas nominabat. Etenim priſci mortales, præcipuè Phœnites, & Ægyptij, benemeritos de ſe homines, quiq; aliquid in communem vitæ contuliſſent vſum, ita colebant; vt illis templa ſtatuaſq; erigerent, nominibus naturalium deorum impoſitis. hunc enim Saturnum, alium Iouem, alium Mercurium nuncupabant. Et haud dubiè, vel quod eſſent Aſtrologiæ periti, ideoq; ea nomina ſyderum ſortita ſunt; vel poſteri ſydera nominibus eorū vocauerunt, qui eas artes attulerunt ad vitam, quarum effectricia exiſtimarent ea ſydera eſſe. Nam & Mercurius ſtella, homines, vt putant, reddit facundos: Bonus, benignuſq; eſt (inquit Seruius) cum Ioue, & Sole; atrox & maleficus cum Saturno & Marte. Eſt autem Mercurius ſtella vnus de ſeptem planetis, cuius corpus cun-

Theut.

Thoyth.

Thot.

Hermes.

Sermonis inuentor.

Inuentor literarum.

Sermo ipſe.

Alas Mercurij.

Cylleneus.

Quare dictus eſt Deus interpres.

Iremes.

Iris.

Alatus.

Galero tectus

Deus facundiæ.

Quare Sydera Dij appellantur.

Mercur. ſtella.

Mercurij ſydus.

pus cunctorum ſyderum minimum, ferè ſemper ſubeſt radiis ſolaribus, à quibus non recedit longius, quàm ducentos triginta gradus. Vnde ſolatus & peruſtus fingitur, quòd ſoli vicinior ſit, quàm reliquæ ſtellæ. Plinius lib. 2. cap. 8. dicit, Mercurij ſydus, à quibusdam appellatum Apollinis, inferiore circulo fertur nouem diebus ocyore ambitu, modò ante Solis ortũ, modò poſt occaſum ſplendens, nunquam ab eo viginti tribus partibus remotior. Sic etiam Venus à Sole nunquam abſiſtit partibus ſex atq; quadraginta longius. Ideo & peculiarium horum ſyderum ratio, neq; communis cum aliis. Plato in Epinomide, ſiue in philoſopho: Lucifer (inquit) & Mercurius æquali fermè velocitate cum ſole feruntur, itaq; neq; tardiores ſunt, neq; velociores. Ait præterea primum harũ rerum ſpectatorem barbarum fuiſſe: Antiqua enim illa (ait) regio aluit, qui propter æſtiui temporis ſerenitatem, primi hæc inſpexerunt. Talis Ægyptus & Syria fuit, vbi ſtellæ ſemper omnes (vt ita dixerim) clarè cernuntur, quia cœli aſpectum nubes, & pluuiæ non impediunt. Indè huc & alio quoq; infinito tempore probata iſta manarunt. Quapropter magna cum fiducia hæc legibus ſanciantur: neceſſe eſt enim ea dicere, quæ ſufficienter cognoſcimus: nam & vera ſapientia quodammodo illi apparet, qui vel modicum quid rectè diuinæq; intelligentiæ nactus ſit. Nos verò, quoniam magis quàm barbari, ab æſtiua ſerenitate diſtamus, horum ſyderum ordinem tardius intelleximus. Plotinus lib. 3. cap. 5. dicit Mercurium mediam obtinere naturam, ad omnes indifferentem facileq; cunctis perſimilem fieri. Ariſtoteles 12. met. tex. 46. dicit Veneris & Mercurij polos alios: obſeruauerunt namq; antiqui, Saturnum, Iouem, & Martem, & quoad polos, & quoad etiam ad axes ſimiles tres ſphæras concentricas habere; duos verò planetas inferiores, alio modo ſe habere: nam etſi ſphæræ Veneris & Mercurij ſint concentricæ, poli tamen cum trium ſuperiorum polis ſimiles nequaquam ſunt; magis enim iſti declinant quàm ſupremi. Ptolomæus lib. 9. Almageſti cap. 7. & ſequentibus multa de ſtella Mercurij loquitur: Obſeruauimus (inquit) nos ipſi per aſtrolabium ſextodecimo Adriani anno, phamenoth (ſecundum Ægyptios) 16 ſequente decimaſeptima veſperi, Mercurij ſtellam maximè à medio ſolis motu diſtantem, quæ perſpecta ad fulgentem ſuccularum cernebatur primum gradum piſcium per longitudinem. Obtinebat autem tunc Sol medio ſuo motu 945. grad. Aquarij, quare veſpertina maxima à medio motu diſtantia 215. graduum erat: & ſic deinceps plurimas obſeruationes, quas expendit in Mercurij motu inueniendo, doctiſſimè diligentiſſimèq; deſcribit. Cæterùm (vt communis eſt aſtrologorum ſententia) Mercurij cœlum quinq; orbes habet: duos quidem inæqualis ſpiſſitudinis, quorum ſuperficies conuexa ſupremi, & concaua infimi, mundo concentricæ ſunt: ſuperficies verò concaua ſupremi, & conuexa infimi, mundo ſunt eccentricæ, ſibi ipſis tamen concentricæ. Porrò harum centrum, quod parui quoq; circuli centrum appellatur, à centro æquantis nihilò plus, quàm à centro mundi diſtat. Vocantur autem hi duo orbes, æquantis ſcilicet, & deferentis. Mouenturq; ad motum octauæ ſphæræ ſuper ſolis zodiaci. Inter hos autem extremos, ſunt & alij duo orbes, ſimilem quoq; habentes inæqualem ſpiſſitudinem, quorum ſuperficies conuexa ſuperioris, & concaua inferioris, idem centrum cum centro prædictorum orbium proprio, hoc eſt, parui circuli centrum, habent. At ſuperficies concaua ſuperioris, & conuexa inferioris, idem cum orbe quinto inter ipſos incluſo, qui deferens Mercurij dicitur. Hi autem duo orbes, augem eccentrici deferentes vocantur, & mouentur ſuper centro parui circuli contra ſucceſſionem ſignorum ſuper axe; quandoq; ab axe zodiaci æquè diſtante, & centrum parui circuli tranſeunte, eadem planè velocitate, qua linea medij motus ſolis voluitur. Horum autem orbium motu fit, vt centrum eccentrici, ſiue deferentis epicyclum, quando paruuli circuli circumferentiam deſcribat: & hæc quidem per centrum pergit, atq; extremorum orbium proprium centrum includit, quo certè, vt ſuo vtitur. Orbis autem epicyclum deferens, mouetur ſuper centrum æquantis in longitudinem, eadem velocitate cum linea medij motus ſolis ſecundum ſucceſſionem ſignorum: In latitudinem verò quemadmodum Veneris deferens; hoc tamen excepto, quod eius medietas, in qua epicyclus ſemper eſt, ab ecliptica

Vicinior Soli cæteris ſyderibus.

Plato.

Ægyptus Aſtrologiæ mater.

Plotinus.

Ariſtot.

Ptolomæus.

Tempore Adriani Imperatoris.

Quinq; orbes Mercurij.

Orbis deferẽs.

Æquans.

Orbes deferẽtes.

Augem.

Deferens Mercurium.

Deferens epicyclum.

Motus epicycli.

Mercurij ſydus.

verſus auſtrum declinat, cuius oppoſitum in Venere reperitur. Huius autem orbis epicyclum deferentis motus fit ſuper axe imaginario, cuius extremitates, propter motum alium, quem habet in latitudinem, ſimiliter accedunt ad polos zodiaci, & ab eis recedunt. Axis tamen iſte ſecundum ſe totum, mobilis eſt, ſecundum autem motum centri deferentis in circulo paruo. Patet itaq; quòd ſicut in luna, centrum epicycli bis in menſe lunari, deferentes augem eccentrici pertranſit; ita & in Mercurio centrum epicycli bis in anno deferentes augem, epicyclum deferentis peraget ſemel, tamen ſit in auge deferentis. Aux enim deferentis Mercurij non mouetur circulariter, circulares reuolutiones complendo, ſicut in luna contingit; ſed propter motum deferentis centri in paruo circulo, nunc ſecūdum ſucceſſionem ſignorum, nunc contrà procedit. Habet autem limites certos, quos egredi ab auge æquantis recedendo non valet; ſed continuè ſub arcu zodiaci à duabus lineis circulum paruulum contingentibus à centro mundi ad zodiacum ductis comprehēſo, aſcendendo, & deſcendendo voluitur; atq; reuoluitur. Quotieſcumq; enim centrum epicycli fuerit in auge deferentis; ipſum etiam motuum ſimilitudine erit in auge æquantis, & centrum deferentis in auge ſui parui circuli. Quare tunc centrum epicycli in maxima remotione à centro mundi fiet: & centrum deferentis in duplo plus diſtabit à centro æquantis; quàm centrum æquātis à centro mundi. Deinde verò cùm centrum deferentis per motum orbium duorum ſecundorum mouebitur ab auge ſui circuli verſus occidentem; cētrum epicycli per motum deferentis mouebitur ab auge æquantis tantundem verſus orientem, vnde centrum deferentis ad centrum mundi incipit accedere: & aux deferentis ab auge æquantis verſus occidentem recedit continuè, donec centrum deferentis fuerit in linea occidentali, circulum contingente. Id autem fiet, cùm ab auge parui circuli, quatuor ſignis deſtiterit: & tunc ſimiliter centrum epicycli ab auge æquantis, verſus orientem diſtabit quatuor ſignis. Aux autem deferentis erit in maxima ſua ſub æquantis auge remotione verſus occidentem: atq; in hoc ſitu centrum epicycli fiet, in maxima ſua, quam ſolebat habere ad centrum mundi, acceſſione. non tamen tunc erit in oppoſito augis deferentis, nec in linea ad paruum circulum contingenter per centrum mundi producta. Poſt enim deſcendente centro deferentis verſus centrum æquantis; aux deferentis incipit recedere verſus augem æquantis: Centrum autem epicycli proportionaliter deſcendet q; altera medietate, verſus oppoſitum augis æquantis. Vnde magis remouebitur à centro mundi, nec perueniet ad oppoſitum augis deferentis, niſi cùm ipſum fuerit in oppoſito augis æquantis. Id autem fiet cum centrum deferentis perueniet in centrum æquantis. & tunc aux deferentis erit etiam cum auge æquantis. & tam deferens, quàm æquans, ex quo æquales in quantitate conſtituuntur, erunt circulus vnus: & plus tunc diſtabit à centro mundi epicycli centrum, quàm diſtabat, cùm erat in ſitu ab auge æquantis per ſigna quatuor. Hic autem cùm centrum deferentis recedet à centro æquantis in ſuo circulo aſcendendo; centrum epicycli recedet ab oppoſito augis æquantis, & deferentis, & continuè magis centro mundi propinquabit. Sed aux deferentis remouebitur ab auge æquantis verſus orientem continuè, donec perueniet centrum deferentis ad lineam contingentem circulum paruum à parte orientis, qui punctus contactus etiam ab auge parui circuli verſus orientem, quatuor ſignis diſtat; Tunc enim aux deferentis fiet in maxima remotione ab auge æquantis verſus orientem: & centrum epicycli iterum erit in maxima eius ad terram acceſſione, quam habere ſolet, non tamen in oppoſito augis deferentis. Ab hoc autem loco aſcendente centro deferentis verſus augem parui circuli; aux deferentis continuè reuertetur ad augem æquantis: & centrū epicycli magis elongabitur à centro mundi verſus augem æquantis aſcendendo vſq; dum centrum ad augem parui circuli perueniat. Nam tunc aux deferentis erit cum auge æquantis, & centrum epicycli ſimiliter tam in auge deferentis quam æquantis. Vnde iterum erit in maxima remotione à centro mundi ſicut primò: rurſus deinde ſimilis, vt iam dicta eſt, mutatio redibit. Ex quo patet centrum epicycli Mercurij, propter motus ſupradictos, circumferentiam deferentis circularem non deſcribere (ſicut

in alijs

Aux deferentis.

Diſtantia cœli.

Diſtantia augis.

Æquantis, & deferentis centra.

Centrum deferentis recedens à centro æquantis.

Maxima remotio à centro.

Veneris ſydus.

in alijs planetis contingit) ſed planam oualem potius. Siquidem Mercurij epicyclum in auge maximè à terra remouetur: ideo figuram oualem deſcribit; cuius extrema à medio magis elongantur. Itaque Mercurius non longius ſigno vno à ſole recedit, ſemper eoſdem curſus efficiens, atq; peragens, modò nocte prima, modò ante Solis ortum incipit apparere: Nonnunquam perpetuò ſignis 4. eſt cum Sole, rediens autem cum Sole non amplius eſt quàm tertiam partem ſigni. Quid ergo ſit Sydus Mercurij, eiusq; motus, dixi.

Mercurij epicyclum longe eſt à terra.

QVAESTIONIS TERTIAE CAP. I.

De Venere.

Venus quid. Cicero. Plato.

CIcero 2. de natura Deorum putat Venerem à veniendo eſſe nuncupatã, quòd ſcilicet ad omnes res veniat. Plato in Cratylo αφροδίτη, *de Venere inquit: Heſiodo repugnare non decet, ſed concedere propter ipſam ex* αφρῦ, *hoc eſt ex ſpuma, generationem* αφροδίτην *vocari, quòd ex Saturni teſtibus, & maris ſpuma nata ſit. In conuiuio duas Veneres poſuit. Duæ (inquit) ſunt Veneres, & geminus quoq; amor: vna quidem Venus antiquior, & ſine matre, cœlo natam, quam cœleſtem Venerem nuncupamus: altera verò iunior, ex Ioue & Dione progenita, quam vulgarem communemq; vocamus. Etenim vulgaris communisq; Veneris amor reuera eſt, & ipſe vulgaris, & quodcunq; contingit peragit. Atq; is eſt, quo praui abiectiq; homines amant. Diligunt enim corpora magis quàm animos, & ſine mente homines potius quàm prudentes. Affectus huiuſmodi à Venere illa iuniore, & vtriusq; ſexus, in generatione participe profluit. Amor autem qui cœleſtem ſequitur Venerem, petulantiæ omnis eſt expers. Cæterùm cœlum Platonici ſummum deum ideo vocant, quia ſicut cœlum iſtud ſublimè corpus, omnia corpora regit, & continet; ſic ſummus ille Deus omnes ſpiritus, mentem verò pluribus nuncupant nominibus: vnde modò Saturnum, modò Iouem, iam Venerem appellant, hoc eſt, eſſentiam, vitam, & intelligentiam; eſt enim, viuit, & intelligit. Itaq; prima Venus, quæ in mente eſt, cœlo nata eſt ſine matre, id eſt, ſine materia: illa enim eſt intelligentia, quæ mentibus impreſſa eſt angelicis. Secunda verò ex Ioue, ex virtute vtiq; animæ ſuperioris, & ex materia, ſiue Dione: vis nãq; generandi animæ mundi tribuitur. Ex Ioue igitur, id eſt, ex ea virtute ipſius animæ, quæ cœleſtia mouet, illa materiæ mundi infuſa, Venerem procreat ſecundam, inferiorum vtiq; generationem. Hæ geminæ vires, duæ in nobis ſunt Veneres, quas & gemini comitantur amores. Venerem ſanctam veteres omnis caſtitatis exiſtimauerunt autricem. Hinc apud Romanos, cùm mulieres multæ in flagitium libidinis irruerent penè furentes, ex libris Sibyllinis ſimulachrum Veneris verticordiæ eſt conſecratum; quò facilius virginum mulierumque corda à libidine ad pudicitiam verterentur. Valerius maximus lib. 8. & Ouid. 4. Faſtorum. Iuſtinus Martyr lib. 18. Mos, inquit, erat Cypriis, virgines ante nuptias, ſtatutis diebus dotalem pecuniã quæſituras in quæſtũ ad littus maris mittere: pro reliqua pudicitia, libamenta Veneri ſoluturas. Armeniis ſimilem morem fuiſſe, narrat Strabo. Idem ſcribit Herodotus de Lydiis: qui Babylonios plebeios refert, cùm rei familiaris anguſtia premuntur, ſolitos, quæſtus gratia, filias ſuas populo proſtituere. Phœnices multum coluiſſe Venerem traduntur, propter Adonem, qui ibi eſt natus, ſacraq; Veneris cum luctu celebraſſe: vbi ipſa dea lugens inducitur, vt refert Macrobius, ſimulachrumq; eius in mõte Libano fingitur, capite obnupto, ſpecie triſti, faciem manu leua intra amiculum ſuſtinens: lachrymæ viſione conſpicientium manare creduntur. Locrenſes, vt Iuſtinus ſcribit, bello preſſos vouiſſe ſuas ſe filias feſto Veneris, ſi victores forent. Scribit D. Auguſt. lib. 3. de ciuit. Dei, cap. 10. Veſtam Venerem fuiſſe nuncupatam. Etenim terram Cererem eſſe, Varro & Tullius ex Chryſippo Stoico docent à gerendo dictam, quòd fruges gerat, vel à verbo antiquo cereo, quod eſt creo: eſt enim terra omniparens. Plato in Cratylo: Filia, inquit, fuit Saturni & Opis, ſoror Ve-*

Venus cœleſtis.

Venus vulgaris.

Quare ſine matre.

Iupiter quid.

Venus ſancta.

Simulachrũ Veneris.

Phœnices.

Locrenſes.

Ceres.

Veneris ſydus.

ror Veſtæ, & Iunonis. Cicero de natura deorum 2. Veſtæ, inquit, nomen eſt à Græcis: ea

Veſta. *eſt enim, quæ ab illis Heſtia dicitur: vis autem eius ad aras, & focos pertinet. Et 2. de legibus: Veſtam quaſi focum vrbis, vt græcorum nomine eſt appellata. Ouid. 6. faſtorum: Ne tu aliud Veſtam, quàm viuam intellige flammam: Nataque de flamma, corpora nulla*

Plato. *vides. Et iterum: Stat vi terra ſua, vi ſtando Veſta vocatur. Plato in Cratylo, quod nos Vſiam, eſſentiam nominamus, quidam Eſtiam nuncupant, alij Oſiam. Primò quidem ſe-*

Eſtia. *cundum alterum nomen iſtorum, haud procul à ratione videtur rerum eſſentiam Eſtiam vocari. Et quia nos quòd eſt eſſentiæ particeps, Eſtiam vocamus, ex hoc rectè Eſtia dicitur. Huic omnis virginitas ſacra erat, & in eius miniſterio virgines adhibitæ ſunt, quòd ſci-*

Venus Veſta. *licet ignis nihil ex ſe gignat. Templum Veſtæ publicè Numa rex conſtruxit anno ab vrbe condita 50. vt Ouid. computat. hanc & Venerem appellarunt, phyſica vtiq; ratione.*

Plotinus. *Phyſici namq;, ſicut Macrobius teſtatur; terræ ſuperius hemiſpherium, quod nos incolimus, Venerem dixêre. Interius verò Proſerpinam. Plotinus terræ virtutem, animamque, quæ eſt ex Venere, Veſtam vocauit. His accedit, quòd cùm Veſta ſit mundi ignis, & fomẽtum, à Venere nihil videtur abeſſe, à flamma grata, & prolifica vniuerſi: Ideò & colitur Veſta publicè, & priuatim, non tanquam ſterilis, ſed Venerea, & auctifica; vt per eam*

Venus Stella. *tum domus, tum etiam ciuitates, populiq; nouis ſubinde fœturis cõcelebrẽtur. Cùm ſit igitur Venus illa cæleſtis; non temere ſtellam, claritatis ſplendore, cæteris ſtellis præſtantem,*

Plinius. *Venerem priſci illi homines appellarunt: eſt enim infra ſolem ſydus ingens, alterno mea-*

Lucifer. *tu vagum, authore Plinio lib. 2. cap. 8. ipſiſq; cognominibus æmulum ſolis, ac lunæ. Præ-*

Veſper. *ueniens quippè, & ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, vt ſol alter, diem*

Pythagoras. *maturans: contrà ab occaſu refulgens nuncupatur Veſper, vt prorogans lucem, vicemque lunæ reddens. Quam naturam Pythagoras Samius primus deprehendit, Olympiade circiter, 42. qui fuit vrbis Romæ annus 142. Iam magnitudine extra cuncta alia ſydera eſt: claritatis tantæ, vt vnius huius ſtellæ radiis vmbræ reddantur. Itaq; & in magno nominum*

Dies veneris. *ambitu eſt. Alij enim Iunonis, alij Iſidis, alij matris deum appellauêre. Huius natura cuncta generantur in terris: Namq; in alterutro exortu genitali rore conſpergens, non terræ modò conceptus implet, verùm animantium quoq; omnium ſtimulat. Signiferi autem ambitũ peragit trecentis, & duo de quinquagenis diebus, à ſole nunquam abſiſtens quĩ parti-*

Stationes. *bus ſex atq; quadraginta lõgius, vt Thimæo placet. Et cap. 15. Veneris ſtella, inquit, & ſtationes duas, matutinam, veſpertinamq; ab vtroq; exortu facit: à longiſſimis diſtantiæ ſuæ*

Plato. *finibus. Plato in Epinomide: Lucifer, inquit, qui & Veſper eſt, ſtella afroditis .i. Veneris,*

Cicero. *eſſe dicitur. Quod dictum Syrio nominum authori valde congruum eſt. Cicero 2. de natura deorum: Venus, inquit, quia foſforos græcè, latinè lucifer dicitur, quum antegradi-*

Ptolomæus. *tur ſolem: quum autem ſubſequitur, veſperos, veſper, & veſperugo. Ptolomæus lib. 10. Almag. cap. 1. & ſequentibus, Veneris motus, magnitudinem, atq; circulos ſtudiosè deſcribit: Obſeruauimus, inquit, anno Antonini quarto; thot ſecundum Ægyptios die 11. ſequente 12. ſtellam Veneris matutinam maximè diſtare à ſole; & aberat a medio gemi-*

Orbes Veneris *norum genu ad ſeptentrionem, atque orientem per mediam lunam: erât autem tunc ſtellæ fixa ſecundum nos in gradibus geminorum 18. 15. & de his multa loquitur. Cæterùm, ſecundum communem Aſtrologorum ſententiam, Venus tres habet orbes cum epicyclo, quoad ſitum atq; motum in longitudinem, vt aliquis ſuperiorum, diſpoſitos: duos ſcilicet augem deferentes, & tertium epicyclum ſimpliciter, in quo epicyclus ſitus eſt, à quo pla-*

Duo orbes augis. *netæ corpus defertur. Porrò orbes augem deferentes, ſuper axe zodiaci, ſecundum motum octauæ ſphæræ mouentur: ita tamen, vt aux eccentrici eius ſub eo loco zodiaci ſit*

Orbis epic. *ſemper, ſub quo aux eccentrici Solis. vnde habita auge Solis, in ſecunda ſignificatione habetur & aux Veneris eadem, idq; ſecundum longitudinem, non autem ſecundum latitudinem: aux namq; ſolis ab ecliptica nunquam recedit: Veneris verò bis tantùm in anno in il-*

Differentię inter plane. & Venerem. *la inuenitur: reliquo autem tempore ab illa diſcedit. Itaq; quoad orbes augem deferentes, ſic Venus à tribus ſuperioribus planetis diſtinguitur, inſuper, quod auges in illis ſepten-*

trionem

Veneris ſydus.

trionem ſemper poſsident; in Venere autẽ propter horum orbium latitudinis motum, & in ſeptentrione quãdoq; eſt, & in auſtro. Orbis autem epicycli motus duo numerantur Vnus, quo procedit in longitudinem verſus orientem, regulariter ſuper centro æquantis, vt in ſuperioribus; ita tamen vt in eo tempore reuolutionem vnam centrum epicycli faciat, quo præcisè orbis ſolem deferens; etenim Venus habet ſe ad Solem in hoc, vt linea quidem medij motus eius in eo loco zodiaci ſecundum longitudinem, in quo linea medij motus Solis terminatur. vnde habito medio motu Solis, habetur & medius Veneris. ſemper igitur eſt media eorum coniunctio. Fit autem motus huius deferentis in longitudinem ſuper axe eius imaginario; cuius poli accedunt, & recedunt à polis zodiaci in vtramq; partem, propter motum alium eccentrici in latitudinẽ. Quare non accidit ei, quod ſuperioribus, vt aux eccẽtrici eclipticam nõ tranſeat; verùm quandoq; ad meridiem, quandoq; ad ſeptentrionem declinat. Itaq; deferens epicyclum Veneris mouetur in longitudine ſupra centro æquantis æqualiter ſecundum ſignorum ordinem, ſicq; cum ſuperioribus conuenit: diſſentit verò ab illis, quatenus æquali tempore cum Sole, ſuam reuolutionem abſoluit: ac tanta eſt ſupra centro æquantis, quanta ſupra ſuo centro Solis epicyclus velocitate. vnde fit, vt lineæ motuum regulariũ Solis & Veneris, coniũctæ ſemper ſint, & idem medius motus Solis & Veneris: media namq; coniunctione ſociantur. Adde, quòd orbis epicycli Veneris, tum ad ſeptentrionem, tum etiam ad auſtrum mouetur: quapropter poli axis eius quibus fit motus diuerſimode ſe habent ad polos eclipticæ, quod ſanè ſuperioribus non contingit. Reuera epicyclus Veneris duplici motu mouetur; in longitudinem quidem ſicut epicycli ſuperiorum: ſemper tamen in 19. menſibus ſolaribus ferè ſemel reuoluitur, vnde Solem in hoc ſicut ſuperiores non reſpicit: Ex quo patet in hoc ab illis differre. Sanè quoniam Solis & Veneris ſemper eſt media coniunctio, epicyclus ipſius tanto in tempore reuolutionem non complet, quantum ſcilicet eſt à media eorum coniunctione ad ſequentem proximam: atq; ita in 19. ferè menſibus ſolaribus illam perficit, & abſoluit. Mouetur autem in latitudine, vno quidem motu inclinationis, ſicut & ſuperiori epicycli: quo planè motu, vna epicycli medietas verſus auſtrum, reliqua verò verſus aquilonem à deferente declinat, quamobrem motus inclinationis appellatur; quia ſcilicet augis veræ diameter, & epicycli oppoſiti, à deferentis declinat ſuperficie, eamq; ſecat. Hæc declinatio maxima eſt circa nodos, vbi deferens, & æquans ſeſe interſecant, & nulla in auge, vel oppoſito æquantis. vnde centro epicycli ab auge æquantis vſq; ad eius oppoſitum recedente, aux epicycli aquilonem declinare incipit, verſus verò meridiem augis epicycli oppoſitum. Rurſus centro epicycli ab oppoſito augis æquantis recedente, aux epicycli, verſus meridiem, & oppoſitum eius verſus auſtrum declinare incipit: quoadusq; centrum epicycli venerit ad augem æquantis. Alio autem motu, (quæ reflectio dicitur) ſuper axe per epicycli augem, & oppoſitum tranſeunte, reflectitur; ita vt pars epicycli dextra, verſus auſtrum, ſiniſtra autem verſus aquilonem à ſuperficie deferentis moueatur. Dexteram autem dico, quæ poſt augem epicycli eſt ſecundum ſignorum ſucceſsionem. Hæc autem reflectio, centro epicycli circa dictos interſectionis nodos exiſtente, nulla eſſe poteſt. Ipſo autem ab ea interſectione, quæ caput dicitur, verſus augem, recedente, pars ſiniſtra, ſiue orientalis, in Venere ad aquilonem, in Mercurio ad auſtrum reflectitur: Recedente autem à centro epicycli à cauda, verſus oppoſitum augis æquantis, res è contrario ſe habet. Ex quo animaduertimus, quadruplicem eſſe epicycli motum. Primum quidem, quo ab occidente, orientem verſus in longitudinem mouetur, in ſuperiori ſui parte planetæ corpus deferens, ab occidente ad orientem ſecundum ſignorum ſucceſsionem directè procedens, nempè ex ariete in taurũ, & ex tauro in gemini, & ſic deinceps per ſingula zodiaci ſigna; In inferiore autem parte retrograde, ipſum planetam deferens ab oriente contra ſucceſsionem ſignorum, occidẽtem verſus: Secundum verò, quoad deuiationem deferentis, nunc in latitudinem ab ecliptica declinat, nunc autem ad illam propius accedit: Tertium autem, quo per ſe à ſuperficie plana deferentis, planetam verſus eclipticam, aut in eandem inclinat; Quartum verò,

Motus orbis epicycli.

Proprietates Veneris motꝰ

Duplex motꝰ epicycli Veneris.

Motus inclinationis.

Motus reflexionis.

Primus motꝰ epicycli.

Secundus.

Tertius.

Quartus.

quo pars orientalis, nunc ad auſtrum, nunc ad aquilonem reflectitur. Porrò axis primi motus, ſuos quidem polos verſus auſtrum ad aquilonem protendit, & ab axe ecliptica æquè, quando nulla eſt ipſius declinatio: quando verò ab illa declinat, tunc quidem hic axis, in vna quidem parte ab axe ecliptica eleuatur, & in altera, ad illam deſcendit. Cæterum quadripartitus epicycli motus in Venere atque Mercurio inuenitur tantùm: nam in Saturno, Ioue, & Marte, duas tantummodo habet latitudines: vnam ſcilicet, quæ per eccẽtricum ab ecliptica diſtat: alteram, qua ſuperficies plana epicycli à ſuperficie plana deferentis quandoque declinat In Luna autem duntaxt latitudo prima, quæ eſt per deferentem, inuenitur; ſuperficies enim plana epicycli ipſius à deferente nunquam recedit. Quid igitur ſit Venus, & quotuplex illius motus, & orbis, dixi.

QVAESTIONIS QVARTAE CAP. I.

De Sole.

MERCV. DE *Sole in Aſclepio ita loquitur:* Mundus, *inquit,* eſt diſpenſator vitæ
omnibus, quæ in ſe ſunt, & eſt locus omnium, quæ ſub Sole gubernantur, viuificat cuncta per Solis effectum. *Itaque Mercurius Soli tribuit viuificandi officium: & reuera ipſe eſt pater omnium, quæ hîc ge-*
Comment. *nerantur. Quamobrem dictum eſt à commentatore 12 met. com. 18. vnde in-*
Ariſt. *quit: Ariſtoteles ait, quòd homo generatur ex Sole & homine, & factus eſt ille calor ex terra & aqua ex calore Solis admixto, cum calore aliorum ſtellarum. Et ideo Sol & aliæ ſtellæ ſunt principium vitæ cuiuslibet viui in natura. Calor igitur Solis & ſtellarum dif-*
Plato. *fuſus in aqua & terra, generat animalia ex putrefactione nata. Plato in Timæo dicit Solis beneficio, cœlum terramque illuſtrari: Vt, inquit, eſſet quædam velocitatis illorum tardi-*
Vſus numerã di à Sole. *tatiſque menſura certiſſima, omniumque octo motuum prodiret in lucem chorea, accendit lucem clariſſimam, quam modò Solem vocamus, cuius ſplendore cœlum omne illuſtraretur, & animantes omnes, quæcunque natura numeri capaces ſunt, ipſius participes efficeren-*
Etymologia Solis. *tur, vſum numerandi diſcentes ab illo, eiuſdẽ ſimiliſque naturæ circuitu. Hinc quoque noctis dieique varietas orta eſt. Propter hæc etiam vnius ſapientiſſimique circuitus reuolutio, menſis prouentus, quando Luna luſtrato circulo ſuo, Solem conſecuta eſt, Anni, vbi Sol ſuum per-*
Plato. *agrauit orbem In Cratylo dicit, Solem Dorica lingua vocari* ἅλιον *ab (halizin)* ἁλίζειν *i. ex eo quòd congregat in vnum homines, cùm exoritur. Item ex eo quòd circa terram*
Cicero. ἀεὶ τρέχει *i. ſemper reuoluitur. Præterea quia variat circuitu ſuo quæ terra naſcũtur. Cicero ſentit ideò ita appellari, quòd ſcilicet ſolus ſit, & non plures, quodque tantam claritatem ſolus obtineat; vt ſolus quum eſt exortus, obſcuratis omnibus aliis, appareat. Phœbi fax antea dicebatur, & mundi oculus. Quam ob cauſam facilè putarunt antiqui eum & videre,*
Apollinis ora culi? principiũ *& no?e omnia, quæ iam eſſent, & quæque eſſent futura. Inde factum eſt, vt paſſim conſuleretur, reſponſaque redderet, cùm multis aliis in locis, tùm præcipuè in Delphis Phocicis. Diodoro authore in vita Philippi, eius originem talem fuiſſe refert: Eo in loco, quò tem-*
Capra Apollinis. *pli aditus Delphis fuit, ſpecus erat receſſu magno, & obſcuro: ad quem Capra cùm paſcẽs acceſſiſſet, afflata eſt ſubterraneo illo ſpiritu, exultareque more inſueto cœpit. Quod admiratus paſtor, quum & ipſe ad hoſtium ſpecus veniſſet, correptus eſt furore, cœpitque futura quædam prædicere: hoc & alij tentarunt, affectique ſunt eodem modo. Res huc eſt progreſſa; vt qui futura vellet cognoſcere, adduceret qui capite in antrum immiſſo, vaticinaretur. Quod cùm nec ſine periculo fieret, nec etiam ſine exitio multorum, Delphici templum ibi erexerunt Deo vati Apollini: ſtatueruntque virginem, quæ in machina conſiſtens, tutò poſſet afflari diuino illo Spiritu, reſponſaque conſulentibus reddere. quam machinam*
Tripos Apoll. *de tribus fulcris tripodem nominarunt: quaſi trium pedum, eadem forma, qua poſtea æneci tripodes. Itaque Apollinis tripodem vas aureum fuiſſe dicunt, trium pedũ a Vulcano fabrefactum,*

Solis nomina.

brefactum, ac pro munere Pelopi datum dum vxorem duceret: Sacerdos Pythia dicebatur, quæ initio virgo fuit Dianæ ſimilis. Poſtea violata Pythia quadam ab Echecrate, Delphici mulierem non minorem natu annis quinquaginta, Pythiam ſtatuerunt, reiectis in perpetuum virginibus, modò illa virginali vteretur cultu, ne in totum mos vetus interiret.

Pythia.

Auguſt.

Aug. de ciuit. dei lib. 7. cap. 16. Apollinem, inquit, quamuis diuinatorem, & medicum velint eſſe, tamen vt in aliqua parte ſtatuerent, ipſum etiam Solem eſſe dixerunt. Porphyrius ait, eundem eſſe Solem apud ſuperos, Liberum patrem in terris, Apollinem apud inferos. Vide etiam tria inſignia circa eius ſimulachra poſita videbantur; Lyra, quæ nobis cœleſtis harmoniæ imaginem monſtrat; Gryneum, quòd terrenum numen oſtendit: eſt enim nemus Apollini conſecratum, dictum à Grynio vicino oppidulo; Sagittas, quibus inferos caſtigat: quam ob cauſam, quidam eum Noxium appellauerunt ab Apollin, id eſt, nocere: Plato in Cratylo, Theſſalos, ait, non Apollona dixiſſe: ſed aplun ἀπλοῦν *propter diuinationem, id eſt, propter verum & ſimplicitatem, quæ idem ſunt. Euſebius de Euangelica præparatione, Apollo vocatur, quòd apallactin,* ἀπαλλακτήρ*, id eſt, ægrotationibus homines ſaluat, atque liberat. Nicander in Ætolicis ſcribit, Apollinem diuinandi peritiam edoctum à Glauco, qui poſtea factus Deus marinus, & Melicerta nominatus eſt.*

Lyra.

Gryneus.

Sagittæ.

Quid ſignificet.

Medicus.

Macrobius ſcribit 1. Satur. virgines Veſtales, ſic ſolitas eſſe Apollinem compellare: Apollo medice, Apollo pean, eundẽ eſſe Æſculapium, probat: hoc eſt, vim ſalubrem de ſubſtantia Solis, animis & corporibus animantium ſubuenientem. huius autem variæ fuerunt poteſtates. Fuit enim author carminis, præſes vaticinij, ſagitandi peritiæ non ignarus, artis medicæ inuentor, & cultor inſignis. Idem dicitur & Liber, quòd liberè vagetur per aërem: Idem & Phœbus, quaſi Phobios, à Phos, & vios, id eſt, lux vitæ: Iouis & Latonæ filius, eodem partu cum Diana genitus, quæ & ipſa Phœbe vocitata eſt: diuinationis, & ſapientiæ Deus à Poëtis exiſtimatus, & Medicinæ repertor. Cicero 3. de natura Deorum quatuor ponit Apollines, Dianas tres, tertium Apollinem, & ſecundam Dianam filios dicit fuiſſe Iouis, & Latonæ. Narrat Plinius lib. 4. cap. 12. Gentes antipodum frugum primitias Delon mittere ſolitas Apollini, quem præcipuè colebant. Virgines ferebant eas hoſpitijs gentium per annos aliquot venerabiles, donec violata fide, in proximis accolarum finibus deponere ſacra ea inſtituêre, hique ad conterminos deferre, atque ita Delon vſque, cap. 13. ait, à Boſphoro Thracio Lucullum Capitolinum Apollinem aduexiſſe. Huius autem rei Plato 2. de Republ. rationem reddit. Deos (inquit) laborioſam vitam hominum miſeratos, haud abre in laborum remiſſionem ſolennia illis ſacraque inſtituiſſe: Muſas, quinetiam & Apollinem, & Bacchum ad hæc concelebranda, duces adhibuiſſe, qui morum laſciuiam emendarent, & naturam motionis auidam per muſicæ rationem temperarent, honeſteque delectarent.

Apollinis poteſtates.

Phœbus.

4. Apollines.

Antipodes colebant Apollinem.

Cauſa ſacrificandi.

Tynichus.

Et de furore poëtico, Tynichus Chalcidenſis, qui antè poëma nullũ memoria dignum compoſuerat, hymnum autem in Apollinem, quem omnes cantant, omnium fermè cantilenarum pulcherrimum, Muſarum inſpiratione inueniſſe ſe dicit. In hoc maximè Deus oſtendiſſe videtur nobis dubitandum non eſſe, quin præclara hæc poëmata, diuina deorumque potius quàm humana, hominumque ſint opera. Poëtæ autem nihil aliud ſunt, quàm Deorum interpretes, dum ſunt furore correpti: quod quidem Deus oſtendere volens, de induſtria per ineptiſſimum hominem, poëtam ſcilicet, pulcherrimam cecinit melodiam. Accepit hæc Plato ex Aſclepio ſapientiſſimi Mercurij: Hominum (inquit) admirationibus, adorationibus, laudibus, obſequijs, cœlum, cœleſteſque delectantur. Nec immeritò in hominum cœtum, muſarum chorus eſt à ſumma diuinitate dimiſſus; ſcilicet ne terrenus mundus videretur incultior, ſi modulorum dulcedine caruiſſet; ſed potius inuſitatis hominum cantilenis concelebrarent, & laudibus, qui ſolus omnia, aut pater eſt omnium: atque ita cœleſtibus laudibus nec in terris harmoniæ ſuauitas defuiſſet. Quam ob rem à poëtis non indoctè fingitur, Apollinem à Ioue eſſe genitum, muſas verò ab Apolline: Iupiter rapit Apollinem: Apollo illuminat muſas: Muſæ ſuſcitant, & exagitant leues, & inſuperabiles animas vatũ: Vates diuino numine afflati, ſuos interpretes inſpirant, & edocent: Interpretes auditores

Poetæ deorũ interpretes.

Muſæ ab Apolline & eorũ numerus.

Solis proprietates.

mouent. Calliope Muſa vox eſt ex omnibus reſultans ſphærarum vocibus. Vrania cœli ſtelliferi, per dignitatem ſic dicta. Polymnia Saturni propter memoriam rerum antiquarũ, quam Saturnus exhibet, & ſiccam frigidamq́; complexionem Terpſichore Iupiter, ſalutifer enim choro hominum. Clio. *Clio Martis, propter gloriæ cupiditatem.* Melpomene. *Melpomene Solis, quia totius mundi temperatio eſt. Erato Veneris propter amorem. Euterpe Mercurij, propter honeſtam in grauibus rebus delectationem. Thalia Lunæ, propter viriditatem eius humore rebus exhibitã. Orpheum quidem afflauit Calliope, Muſæum Vrania, Homerum Clio, Polymnia Pindarum, Erato Sapphon, Melpone Thamyram, Terpſichore Heſiodum, Thalia Maronem, Naſonem Euterpe. Itaq; Apollo Solis eſt anima: lyra eius Solis corpus: nerui quatuor: motus eius quatuor, annuus, menſtruus, diurnus, obliquus: quatuor voces, Neates, Hypates, Doriones, Gemini: quatuor ſignorum triplicitates, ex quibus quatuor* Ratio dictorũ *temporum qualitates producuntur. Quæ igitur ſub fabularum figmento à Poëtis dicta eſſe videmus, ſi penitius, ſubtiliusq́; intellecta à nobis fuerint; haud dubiè, pulchram, verámque ſub illorum inuolucris animaduertemus philoſophiam latitantem. Sol enim, & medicinæ eſt repertor, & muſices pater, & vaticinij inuẽtor: deniq; Deûm hominumq́; pater; quia ſcilicet ſine ipſo, hæc vtilia non eſſent, nec etiam haberi poſſent. Iure ergo harum omnium rerum, & pater, & cultor extitiſſe, atq; eſſe dicitur, cuius numine, talia videmus mortalibus munera eſſe conceſſa.* Orphici. *Quamobrem Orphici dixêre ſphæram Solis animam habere, cæteris animabus cœleſtibus præſtantiorem, quæ per globum Solis, intellectum inprimis exercet, & viſum: Intellectum quidem per lucem intelligibilem, in ipſo Solis centro exiſtentem: Viſum verò per viſibilem in vniuerſos Solis ambitu tanquam oculo perlucentem.* Phœnices. *Phœnices lumen Solis putarunt eſſe diuinæ angelicæq́; intelligentiæ quendam actum perennem, per ſolarem feneſtram ad oculos emicantem, atq; in materias paſsim perſpicuas, quaſi conuenientes ſibi diffuſum.* Iamblichus. *Idem ſentit Iamblichus de myſterijs Ægyptiorum cap. 14. Lux (inquit) Solis eſt imago perſpicua, & actus intelligentiæ, quemadmodum emicans è viſu radius, eſt illius imago.* Dauid. *Vnde Dauid Pſal: 18. cecinit. In Sole poſuit tabernaculum ſuum. hoc eſt, ſpeculum, & veſtigium, & ſuæ claritatis effigiem.* Pythagorici. *Pythagorici tria Deo præcipuè tribuunt, potentiã ſcilicet, ſapientiam, & bonitatem, ſeu pulchritudinẽ, veritatẽ, & vnitatẽ: & hæc omnia ſuo modo Soli cõcedunt. Sol enim potens eſt, cuius motu & calore omnia generantur: omnia ſiquidẽ ſub eo cõcluſa materialia, authore Philoſopho lib. de gen. motu ſuo per obliquum circulum, atque lumine efficit: Sol ſua ſapientia omnia diſtinguit, atq; oculis viſibilia reddit: Ex eo autem, quia bonus abſq; alicuius delectu, ſuper omnia ſeſe diffundit, iuuat omnia, ac mirificè delectat.* Sol magnus Deus. *Quam ob cauſam à Platone Dialo. 7. de legibus, Magnus Deus appellatus eſt: Magnos Deos (inquit) Solem dico, ac Lunam. aut quia cœlos putauit eſſe animatos: aut propter eximiam, atq; ingentem luminis claritatem. Plotinus enne. 3. lib. 9. cap. 18. Solem (inquit) & cœleſtia fratres appellamus, ſed quandiu praui ſumus, nefas eſt, nos cum ſuperis affinitate coniungi.* Moſes. *Moſes in Geneſi vocat Solem temporum indicem: Fecit (inquit) Solem luminare magnum, vt præeſſet diei:* Baſilius. *Nam cùm Stellæ (ait Baſilius) multitudine ſint infinitæ; lumen, quod ab vniuerſis ipſis congeritur, ad diſcutiendum, diſſoluendumq́; nocturnæ caliginis mœrorem, minimè ſatisfacit: Hic autem ſolus, vel ſuper Horizontem apparens, immò verò cum adhuc expectatur, antequam & totum à tellure ſe attollat, tenebras compendio, atq; è veſtigio diſſoluit, Syderum lumina ſuperat.* Ambroſius. *Idem ſentit Ambroſius lib. 4. hexameron cap. 6.* Solis magnitudo. *Si vis, inquit, magnitudinem Solis, non ſolùm oculo mentis, ſed etiam corporis exiſtimare; conſidera quanti ſtellarum globi axem cœli videantur obtexere, & innumeris inſignire luminibus; non queunt tamen tenebras noctis, & cœli nubila detergere: Simul, vt Sol ortus ſui ſigna præmiſerit, omnes ſtellarum ignes ſub vnius luminaris fulgore vaneſcunt; aperitur aër, cœliq́; facies purpuraſcenti rubore perfunditur: Adhuc ſpirans exordiũ, & iam momentanea celeritate pleni luminis micat, & ſurgentis ſolis præuia aura dulcis aſpirat: Similis Sol & Indis, & Britannis eodem momento videtur, cùm oritur: Nec cùm vergit in occa-*

ſum, mi-

Solis orbes.

ſum, minor apparet orientalibus, quàm occidentalibus: nec occidentalibus, cùm oritur, inferior, quàm orientalibus æſtimatur. Neq; te moueat, quòd tanquam tibi orbis cubitalis videatur Solis, cùm oritur; ſed conſidera quantum interſit ſpatij inter Solem, & terras, quòd aſpectus noſtri infirmitas, ſine magno ſui tranſire non poteſt diſpendio. Simile quiddam inuenitur in homelia 6. primi cap. 1 Geneſis apud Chryſoſtomum: Et fecit Deus luminare magnum in præfecturas diei: Sol (inquit) clariorem diem efficit, rutilans aureo ſuo iubare, & radijs, & quotidiè ſpeciem ſua vigeſcentem oſtendens: & ſimulatq; mane exortus fuerit, omne hominum genus ad ſuorum operum ſtudia excitat. Huius formoſitatem declarans beatus Dauid Pſal. 17. ait: Et ipſe tanquam ſponſus egrediens de thalamo ſuo: à ſummo cœlo egreſsio eius, & occurſus eius, vſq; ad ſummum cœli. In vno momento omnia diſcurrit. Auguſtinus lib 18. de Ciuit. Dei cap. 41. Refert Anaxagoram capite ab Athenienſibus damnatum, quia Solem eſſe dixit lapidem ardentem. Eundem quoq; dixiſſe ferunt, Cœlum omne ex lapidibus conſtare, Solemq; ipſum ſaxum eſſe. Quam ob cauſam Euripides eius diſcipulus in Phaethonte tragœdia, Solem auream glebam nominauit: eam ob cauſam, vt Sotion in ſucceſsionibus, narrante Laertio Diogene, ſcribit: Anaxagoras à Cleone impietatis accuſatus, defenſusq; à Pericle diſcipulo, talentis quinq;, atq; exilio mulctatus eſt. Ex quo patet præclariſsima cùm philoſophorum, tum etiam ſacrorum ingenia de hoc ſplendidiſsimo Solis iubare, ſtudioſè fuiſſe locuta. Neq; id temerè: nihil enim ita mouet intuentium animos, in his, quæ à nobis videntur diuinis operibus, ad ſapientiam opificis obſeruandam, laudandamq;, ac Solis nobiliſsimũ ſydus: homine duntaxat excepto, cuius gratia creata ſunt omnia. Itaq; Sol eſt ipſe Apollo, Liber, Phœbus, mundi oculus, lux pulcherrima, nullum patiens in ſe ſuæ lucis diſpendium, ſapiens, bonus, & pulcher, vnus, ſibi conformis, Deorum, id eſt, ſyderum atq; hominum pater, temporum, annorum, dierum, atq; Menſium index: Plantarum viuificator, Animalium vita, herbarum vigor, elementorum gubernator, denique diuinæ quodammodo effigies maieſtatis. Quid ergo ſit Sol, & quid de illo locuti ſint antiqui: dixi.

Chryſoſtom. — Dauid. — Auguſt. — Solem eſſe lapidem ardentem. — Anaxagoras. — Solis laus.

CAPVT II.

Solis orbes quot ſint.

Poſteaquam audiuimus Solis encomia, & laudes, quas de illo priſci cecinêre Vates, atq; Sapientes; operæpretium fuerit, quot ſint illius orbes, & motus, non ignorare. Id enim & huic quidem operi plurimum conducere video, & vtilitati legentium non parum adiumenti allaturum eſſe. Quapropter cũ Aſtrologorum propemodum omnium conſenſu dicimus: Solem tres habere orbes à ſe inuicem omniquaq; diuiſos, atq; ſibi contiguos. Quorum ſupremus ſecundum ſuperficiem conuexam, eſt mundo concentricus, ſecundum concauam verò eccentricus: Infimus autem ſecundum concauam concentricus, ſed ſecundum conuexam eccentricus: Tertius autem in horum medio locatus, tam ſecundum ſuperficiem conuexam, quàm concauam, eſt mundo eccentricus. Itaq; Sol tres habet orbes partiales, ex quorum motibus, qui apparet in ſole motus, integratur. Huiuſmodi autem motus, quoniam ad mobilia contigua ſpectant, contigui neceſſe eſt, vt ſint & ipſi. Continuum autem eſt, vt dicitur 5. met. cuius motus vnus eſt. Itaq; duo primi ſunt eccentrici ſecundum quid, & vocantur orbes, augem Solis deferentes: ad motum enim eorum, aux Solis variatur. Tertius verò eſt eccentricus ſimpliciter: & vocatur orbis Solem deferens: ad motum enim eius, corpus ſolare infixum ſibi mouetur. Hi tres orbes duo centra tenent: nam ſuperficies conuexa ſupremi, & concaua infimi, idem centrum habent, quod eſt mundi centrum. Vnde tota ſphæra Solis, ſicut aliorum quoq; planetarum, concentrica mundo dicitur eſſe; ſed ſuperficies concaua ſupremi, atq; conuexa infimi, vna cum vtriſq; ſuperficiebus vnum aliud habent,

Solis tres orbes diuiſi. — Motus contigui. — Orbes augis. — Orbis deferẽs Solem.

Solis orbes.

bent, quòd planè eccentrici centrum nominatur. Mouentur autem orbes deferentes augem Solis, motibus proprijs proportionalibus; ita vt ſemper ſtrictior pars ſuperioris ſit ſupra lationem inferioris; & æquè citò circueunt ſecundum mutationem motus octauæ ſphæræ.

Motus iſtius orbis.

Poli tamen huius motus, ſunt ecliptica octauæ ſphæræ; aux enim eccentrici Solem deferentis in ſuperficie eiusdem ecliptica continuè reuoluitur: ſed orbis, ſolare corpus deferens, motu proprio, ſuper ſuo centro ſcilicet eccentrici, regulariter, ſecundum ſignorum ſucceſsionem quotidie 49. minutis, & octo ſecundis ferè, de partibus circumferentiæ per centrum corporis ſolaris, vna reuolutione completa, deſcriptè mouetur.

Poli.

Cuius motus poli, à polis priorum orbium diſtant, & ſunt termini axis illius orbis, ſcilicet lineæ euntis per centrum eccentrici axi orbium augem deferentium æquidiſtantis. Ex his ergo apparet, quòd propter motum orbium augem deferentium, quem octauæ ſphæræ virtute obtinent;

Axis.

Axis orbis Solem deferentis cum centro circuli eccentrici, atque polis eiusdem, circa axem orbium deferentium, paruorum circulorum circumferentias deſcribant ſecundum eccentricitatis quantitatem.

Centrum ſolarem.

Cum autem centrum ſolare ad motum orbis ipſum deferentis, regulariter ſupra centro eccentrici moueatur; neceſse erit, vt ſuper quocunque puncto alio irregulariter moueatur. Quare Sol ſuper centro mundi in temporibus æqualibus, inæquales angulos, & de circumferentia zodiaci, inæquales arcus deſcribit.

Eccentricus circulus.

Itaque circulus eccentricus, vel egreſsæ cuſpidis, aut egredientis, centri dicitur circulus, cuius centrum eſt aliud à centro mundi, ipſum tamen ambiens. Imaginamur autem in Sole eccentricũ circulum per lineam à centro eccentrici vſque ad centrum euntem ſuper centro eccentrici regulariter motum, vna reuolutione facta, deſcribi; qui ſemper eſt pars ſuperficiei eclipticæ orbis ſignorum octauæ ſphæræ.

Aux Solis.

Aux Solis in prima ſignificatione, ſiue longitudo longior, eſt punctus circumferentiæ eccentrici maximè à centro mundi remoto: et determinatur per lineam à centro mundi, per centrum eccentrici vtrinque dictam, quæ linea augis dicitur.

Oppoſitum augis.

Oppoſitum augis, ſiue longitudo proprior, eſt punctus circumferentiæ eccentrici maximè centro mundi propinquus: & ſemper augi diametraliter opponitur. Longitudo media eſt punctus circumferentiæ inter augem, & oppoſitum augis, & in Sole determinatur; quæ à centro mundi exiens, facit rectos angulos cum augis linea. Talia duo in eodem eccentrico reperiuntur.

Linea medij motus Solis.

Linea medij motus Solis, eſt linea à centro mundi ad zodiacum extenta: lineæ à centro eccentrici ad centrum Solare protractæ æquè diſtans. Hæ tamen duæ lineæ bis in anno ſunt vnà: aut cùm Sol in auge eccentrici, vel oppoſito fuerit: ſicut autem vna earum ſuper centro ſuo regulariter voluitur; ita alia etiam ſuper ſuo: Nam ſemper cùm differunt, vnà cum augis æquales angulos faciunt. Medius motus Solis, eſt arcus zodiaci ab ariete incipiens ſecundum ſignorum ſucceſsionem, vſque ad lineam medij motus computamus. Aux autem in ſecunda ſignificatione, eſt arcus zodiaci ab ariete, ſecundum ſucceſsionem ſignorum vſque ad augis lineam.

Argumentũ Solis.

Argumentum Solis, eſt arcus zodiaci inter lineam & lineam medij motus Solis ſecundum ſignorum ſucceſsionem. hic ſemper eſt ſimilis arcui eccentrici inter augem eccentrici, & centrum Solis ſecundum ſucceſsionem cadenti. Ex illo patet ratio, quòd ſubtracta auge Solis in ſecundà ſignificatione, à Solis motu medio, aut ab eo cum toto circulo, argumentum Solis remaneat.

Linea motus Solis.

Linea veri motus Solis, eſt linea à centro mundi per centrum corporis Solaris ad zodiacum extenta, quam, Sole in auge, vel oppoſito exiſtente, eandem cum linea medij motus eſſe contingit. Verus motus Solis eſt arcus à principio arietis vſque ad veri motus lineam: tantum autem exiſtente Sole in auge, vel oppoſito, medius motus & verus idem ſunt; alibi namque ſemper differunt.

Æquatio Solis.

Æquatio Solis, eſt arcus zodiaci inter lineas medij motus & veri cadens. Hanc nullam eſſe accidit, cùm Sol in auge, vel oppoſito fuerit. Maior verò, quæ pòſt, Sole in longitudinibus medijs conſtituto, contingit. In alijs autem ſecundum argumenti variationem creſcit; & decreſcit. Quantò namque vicinior Sol augi fuerit, vel oppoſito augis, tantò minor: quantò verò vicinior eſt longitudinibus medijs, tantò maior. Dum argumentum minus ſex ſignis communibus fuerit; linea medij motus, lineam veri præcedit. Quare

Solis motus.

dit. Quare tunc æquatio ſubtrahitur. Sed dum maius ſex ſignis eſt, fit è conuerſò. Quare tunc æquatio medio motui coniungitur, vt verus motus Solis exeat. Hæc illi, qui theoricam orbium Soli deſcripſerunt.

Solis curſus.

Solem præterea per ſeipſum moueri aiunt: nam ſi fixus cœlo maneret; omnes dies, & noctes æquales exiſterent. Sed cùm alio loco cras occaſurum, alio occidiſſe heſterno videmus; apparet per ſeipſum moueri: ſpatiis ſiquidem inæqualibus orbes annuos conficit, propter temporum mutationes.

Temporum mutationes.

Oriens diem facit, occidens noctem inducit: vadens longius ad meridiem, hyemem, vt hybernis humoribus, ac pruinis terra pinguæſcat: accedens propius ad ſeptentrionem, æſtatem aduehit, vt fruges maturitate durentur; & quæ ſunt in humidis incocta, feruefacta, miteſcant. Itaq; Sol oriens, diem facit: eſt enim dies, Solis latio ſuper terram: Nox è contrario, tempus ſcilicet, quo ſub terra Sol decurrit. Ex ipſo ergo Sole ſunt horæ, & ex ipſo dies cùm aſcenderit, nox verò cùm deſcenderit. Ex Sole menſes, & anni numerantur, & temporum viciſſitudines ſiunt.

Dies. Nox. Horæ. Anni.

Quando autem per meridiem currit, terræ vicinior redditur: quando verò ſeptentrioni appropinquat, ſublimius attollitur. Cui ideò Deus diuerſos curſus conſtituit, loca, & tempora; ne dum ſemper in iiſdem moraretur locis, quotidiano eius calore, vniuerſa conſumerentur. Itaq; curſus diuerſos accepit, quibus aëris pro ratione temporum diſpenſaretur, atq; ordo viciſſitudinũ permutationumq́; ſeruaretur. Nam dum ad ſuperiora cõſcenderit, Ver temperat: vbi autem ad ſummũ cœli venerit; æſtiuos accendit calores: deſcendens, Autumno temperiem reddit: vbi verò ad inferiorem redit circulum, ex glaciali cœli rigorem nobis hyberni frigoris derelinquit.

Ver. Æſtas. Autumnus. Hyems.

Oriens per meridiem iter habet. qui poſtquam ad occaſum venerit, & Oceano ſe intmxerit, per incognitas ſub terra vias diſcurrẽs, rurſus ad orientem reuertitur. Terra autem maiorem eſſe, vel ex eo maximè cognoſcitur, quòd eodem momento, quo oritur, & orienti ſimul, & occidenti apparet.

Motus Solis ab occidente ad orientem.

Cæterùm deferens Solis ſuper polis propriis atq; axe ſecundum ſucceſſionem ſignorum ab occidente ſcilicet verſus orientem; quotidie quinquaginta nouem ferè minutis, & octo ſecundis circumfertur: atq; ita totum zodiacum dierum 365. & ſex horarum peragrat ſpatio, nobiſq; annum complet. Sex autem horæ quater collectæ, diem integrum conſtituunt, qui cum ſua nocte 24. horis conſtat. Quoniam autem, inquit Auguſtinus lib: 4. de Trinitate, cap. 4. ſicut menſem circuitus Lunæ oſtendit hominibus; ſic annus circuitu Solis animaduerſus eſt: reſtant autem quinq; dies, & quadrans diei, vt Sol impleat curſum ſuum, annumq́; concludat: quatuor enim quadrantes faciunt vnum diem, quem neceſſe eſt intercalari, ſeu interponi, excurſo quadriennio, quod Biſſextum vocant, ne temporum ordo turbetur: quam obcauſam vocatur Biſſextus; quia nimirum duobus diebus continuis dicimus ſexto Calẽdas Martias, duos videlicet dies pro vno cõputantes.

Biſſextus annus.

Eſt igitur Biſſextus, per quatuor annos vnus dies adiectus: creſcit enim per ſingulos annos quarta pars aſſis: at vbi quarto anno aſſem compleuerit, biſſextum vnum facit.

Quarta pars aſſis.

Nam Caius Cæſar, ne quadrans deeſſet, ſtatuit, vt quarto quoq; anno, Sacerdotes diem vnum intercalarent, eumq́; biſſextum vocauerunt. Annus autem dictus eſt à circuitu temporis. Veteres enim (am) pro circum, ponebant, & nare, pro fluere. Seruius ab annulo dici exiſtimat, quòd in ſe redeat, quaſi annulus: in ſe enim ſua per veſtigia reuoluitur annus:

Annus vnde dicitur.

ſiquidem Sol per 12. zodiaci ſigna excurrens, annum conficit ſolarem, quem conſtare diximus ex 365. diebus, & ſex horis: ex quibus ſex horis quarto quoque anno, dies vnus conſtituitur, qui intercalatur.

Annus ſolaris.

Reuera menſis ſolaris, quatenus eſt anni ſolaris pars duodecima, habet triginta dies, & horas decem. Lunaris verò, 29. & ſemis. Vnde fit, vt annus lunaris, dies 354. contineat.

Annus Lunaris.

Hac de cauſa inter chriſtianos, & hebræos de annorum ſupputatione circa mundi originem, non parua fuit controuerſia.

Anni partes 4.

Sunt autem anni partes quatuor, ſicut dixi, quarum vna Ver appellatur, pars quidem temperatior, à veniendo dicta; quòd ſcilicet tum venire, ſeu foras prodire incipiunt terræ naſcentia: aut à viuendo, quaſi viuere; tum enim emortuæ quaſi arbores viuere incipiunt: vel fortaſſis à vertendo, quòd ſcilicet tempus anni ſeſe vertere incipiat.

Ver.

Æſtas.

Alia pars nominatur Æſtas, tempus nempe, quod incipit ab æquinoctio Vernali, & æ-

quinoctio

Solis motus.

quinoctio finitur Autumnali, conſtatq́ ſenis menſibus; annus namq́ ſecundum vnum modum communiorem, in Æſtatem, & Hyemem diuiditur: ſecundum verò particulariorem eſt quarta pars anni, quæ incipit Sole Cancrum ingrediente: Libram verò ingrediente, Autumnus, Capricornium Hyems, Arietem autem Ver. Ab Æſtu verò nomen accepit, vt Æſtas perinde ſit, ac vſta, ſiue exuſta. Ver, orienti tribuitur, quòd tunc ex terris omnia oriantur: Æſtas verò meridiano, quòd ſcilicet huiuſmodi calore ſit torrida.

Autumnus. Autumnus ab augendo dictus eſt, quòd tum maximè augeantur opes, coactis agrorum fructibus, occidentali plagæ conceditur, quòd tunc arbores occidere incipiant quodammodo, eius foliis decaleſcentibus.

Hyems. Hyems ab ὕω .i. pluo: eſt enim tempus anni pluuioſum. Varro putat ab hiando nomen accepiſſe, quòd anima, quæ à nobis flatur, tunc vel maximè appareat: Spiritus enim noſter, cùm ſpiramus Hyeme, quaſi in nebulam concretus, cernitur. Hæc autem ſeptentrioni aſſignatur, quòd videlicet perpetuo gelu torpeat.

Menſes vnde ſunt dicti. Menſis, teſte Macrobio, à Græco μήν .i. à Luna, dicitur: Lunæ namq́ curriculo menſis conficitur. vnde apud Hebræos, menſes legitimi, non ex Solis circulo, ſed ex Lunæ curſu numerantur: nempe ex noua ad nouam Lunam, principium & finem menſis determinantes: Quod planè Ægyptiis minimè placuit, idq́ ob velociorem, ac varium Lunæ curſum, ex quo in menſium numero facilè aliquis error contingere poterat: hanc ob cauſam ex Solis curſu, diem menſis acceperunt. Cicero lib. 2. De natura deorum: Qui menſa ſpatia conficiunt, inquit, menſes nominantur, vt menſis idem ſit, ac res numero dierum menſa.

Ianuarius. Menſium autem primus Ianuarius dicitur, à principe Deo Iano ſic à Numa appellatus; qui primum anni eſſe voluit, tanquam bicipitis Dei menſem: vnde & bifrons pingitur, quaſi anni introitus, & exitus: denique quòd anni ſit ianua.

Februarius. Februarius, à Februo .i. Plutone inferorum Deo, cui hic menſis ſacer erat, ſic eſt appellatus.

Martius. Martius, ob Martem Romanæ gentis authorem: hunc Romulus voluit eſſe primum anni menſem, ſuoq́ genitori dedicarat: vel quòd eo tempore cuncta animantia agantur ad Marem. Idem in ſcripturis vocatur menſis nouorum, & nouum Ver; quòd in eo vireſcentibus fructibus nouis, præteritorum probetur occaſus.

Aprilis. Aprilis, quaſi aperilis, quòd terram aperiat, quia Verna temperie plantarum germina aperiuntur. Veneri conſecratus erat apud gentiles: propterea dicunt ab aphros, hoc eſt, à ſpuma eſſe appellatum, nam ex ſpuma maris Venus nata eſt.

Maius. Maius, à maioribus natu, qui erant reipublicæ principes, nomen accepit: nam hunc menſem maioribus, ſequentem verò minoribus Romani conſecrarunt.

Iunius. Iunius, à iunioribus, qui rem armis gerebant. Poſtquam enim Romulus populum Romanum in maiores minoreſque diuiſit, vt altera pars conſiliis, altera armis rempublicam tueretur; in honorem vtriuſq́ partis, hunc Maium, ſequentem Iunium vocauit: Hinc ſua maiores tribuêre vocabula Maio, ait Ouidius 5. faſt.

Iulius. Augustus. Iulius, & Auguſtus ab illis duobus præclariſſimis imperatoribus, à Iulio Cæſare & Auguſto vocati ſunt: nam prius quintilis, & ſextilis dicebantur: eo enim menſe, ad quartum idus quintiles natus eſt Iulius, qui à Iulio Aſcanio Æneæ filio, nomen accepit, 1. Æned. Iulius à magno demiſſum nomen Iulo. Auguſtus, quod eſt religioſa quadam veneratione dignum. Quoniam autem Octauius Cæſar menſe ſextili primum conſulatum iniit, triumphos in vrbem intulit: Ægyptus quoq́ hoc menſe, in poteſtatem populi Romani redacta eſt, & finis ciuilibus bellis impoſitus: placuit Senatui, vt deinceps Auguſtus appellaretur.

September. September nomen habet, à numero, quòd ſcilicet ſeptimus ſit à menſe Martio: & de reliquis ſimilis eſt ratio reddenda. De æquinoctio autem, & Solſtitio dicemus, quando de zodiaco erit nobis diſputandum. Quid ergo ſit Sol, & quomodo moueatur, atq́ ſit temporum index, hæc dixiſſe, ſufficiat.

QVAESTIONIS QVINTAE. CAP. I.

De Marte.

Mars

De Marte

Mars.

MArs Iunonis filius fuit incerto patre: apud gentiles Deus belli creditus eſt: ſic dictus, teſte Varrone lib. 4. quòd maribus in bello præſit: à Poëtis per Epentheſim Mauors dicitur, quòd magna vertat. Ex hoc autem inter planetas Martem ſydus ardens, violentum, cruentum poſuerunt: dixeruntq́ Martem in ſeptimo ab horoſcopo loco partialiter conſtitutum, id eſt, in occaſu maxima mala, & immenſa pericula allaturum. Plinius lib. 2. cap. 8. Sydus Martis (inquit) quod quidam Herculis vocant, ignei ardentis, à Solis vicinitate. vnde cap. 18. dicit Saturnum eſſe candidum, Iouem clarum, Martem igneum, Solem candentem, Venerem refulgentem, Mercurium radiantem, Lunam blandam. Martis curſum, cap. 17. dicit maximè inobſeruabilem eſſe, quia ſcilicet nunquam ſtationem faciat: habet orbes tres ab inuicem diuiſos, & contiguos, in quorum medio orbis quartus, & paruus eſt, in quo ſitum eſt planetæ corpus. Orbis ſuperior ſecundum ſuperficiem conuexam, mundo concentricus eſt, ſecundum concauā verò eccentricus. Inferior autem contrario modo ſe habet: nam ſecundum ſuperficiem concauam concentricus eſt, ſecundum conuexam verò eccentricus. Porrò hi duo orbes, Martis augem deferunt: ad illorum enim motū aux Martis variatur. Inter hos, tertius orbis, qui ſecundum vtramq; ſuperficiem, eccentricus eſt, & Martis deferens nominatur; quia nimirum corpus Martis ab illo defertur. Super axe proprio, & polis mouetur quotidie triginta ferè minutis: totúmque zodiacum, duobus ferme annis, & menſibus quinq; percurrit. Cæteris in motibus conuenit cum Ioue, & Satur. Itaq; quid ſit Mars, & eius orbes, breuiter dixi.

Colores Planetarum.

Orbes Martis ſtellæ.

Deferens Martis.

QVAESTIONIS SEXTAE CAP. I.

De Ioue.

Iouis nomen.

IVpiter, teſte Priſciano non eſt nominatiuus huius genitiui Iouis: ſiquidē prius Iouis appellabatur à iuuando; poſtea adiuncto altero vocabulo, dictus eſt Iupiter, quaſi Iouis pater. Phyſici putant eſſe elementum ignis, ſic dictū à iuuando, quòd nulla ſcilicet res ſit, quæ ſic omnia foueat, ac calor. A poëtis dicitur diuûm atq; hominum Rex. vnde Lucanus lib. 8. Eſtq́ Dei ſedes, vbi terra, & pontus, & aër, Et cœlum, & virtus, ſuperos quid quærimus vltra? Iupiter eſt quodcunq; vides, quodcunq; moueris. Sic etiam Virgi. ait, Iouis omnia plena. Græci Iouem Ζῆνα, zina, & Δία nominarunt: vtrumq; à viuendo, quòd vitam cunctis præberet, animas inſpiraret. Sic etiam Orpheus interpretatur in Cratere. Plutarchus docet priſcos philoſophos, Iouem, appellaſſe mentem omnium creatricem, & vitam. Ideo hic cultus eſt tanquam Deus à ſapientibus viris, qui nullum mortalem pro Deo habebant, ſed principem naturæ, immortalem, omnipotentem eſſe dixerunt. Lactantius Saturni filium Cretæ Regem propterea, zina, dictum arbitratur, quòd primus ex liberis Saturni maribus vixerit. Plato in Cratylo vtrumq; nomē coniungit, Dia, che zina, quaſi ipſe ſit vitæ author: Eſt (inquit) velut oratio quædam Iouis nomen, quod quidem bifariam partientes, partim vna, partim altera parte vtimur. quidam zina, quidam dia, vocant: quæ partes in vnū compoſitæ, naturam Dei ipſius oſtendunt, quod maximè debet nomen efficere poſſe: Nulla enim nobis cæteriſq́ omnibus videndi magis cauſa eſt, quàm Princeps, Rexq́ omniū. Quapropter decens nomen eſt hic Deus ſortitus, per quem vita ſemper omnibus viuentibus ineſt. Hūc Saturni filium, cùm quis audiat, fortè inſolentem contumelioſumq́ putarit: verùm probabile eſt, magnæ cuiuſdam intelligentiæ prolem Iouem eſſe. Quod enim κόρος dicitur, non puerum ſignificat, ſed puritatem mentis ipſius, & ſynceram integritatem. Eſt autem is Vranu .i. cœli filius, vt fertur. Quippe aſpectus ad ſupera meritò Vrania vocatur: quaſi oroſata à Iano, ſupera ſcilicet reſpiciens. Vnde affirmant ij, qui de rebus ſublimibus agunt, puram mentem adeſſe, & Vrano iure nomen impoſitum. Quamobrem 2. de republica di-

Lucanus.

Virgil.

Orpheus.

Plutarchus.

Lactantius.

Plato.

Iupiter autor vitæ omnib.

Filium cœli.

Iouis ſydus. *blica dicit, Iouẽ eſſe boni, & nõ mali cauſam. Neq; (inquit) Homeri, neq; alterius poëtæ ac-*
Homeri error *cipiendum eſt peccatum, ſtultè de Deo dicentis in Iouis limine duo iacere dolia plena ſor-*
tibus, bonis vnum, malis alterum. Cumq; ex his Iupiter inuicem commixtis impertit alicui
alias huic bene, alias male eſt; cui verò ex altero datur, hunc veſana fames ſuper terras
exagitat. Neq; verò admittendum eſt Iouem nobis penarium eſſe bonorum atq; malorum.
Orpheus. *Nam cùm bonus ſit; bonorum tantũ cauſa eſt, malorum verò nequaquam: vnde Orpheus:*
Cuncta fouens, atq; ipſe ferens ſuper omnia ſeſe. Ad hæc accedit, quòd in lib. Minos, ſiue
Minos. Rhadamantꝰ *de lege, Minoen & Rhadamãtum dicat fuiſſe Iouis & Europæ filios propter inſignem illo-*
rum in regendo iuſtitiam: Deus (inquit) nimium indignatur, quoties quẽpiam illius ſimi-
lem improbamus, aut probamus diſsimilem. Dei verò ſimilis eſt vir bonus, neq; lapides,
aut ligna, aut aues, aut ſerpentes ſacra exiſtimes, homines verò nequaquam; imò ſacra-
Sceptrum Iouis. *tiſsimum omnium eſt vir bonus; prophaniſsimum contrà vir malus Itaq; Minos ſceptrum.*
i. doctrinam Iouis tenebat: proinde apud inferos vrnam mouet, & vitas, & crimina di-
ſcit, inquit Virgilius in 6. æneidos. Habet etiam Iupiter, teſte D. Auguſtino de ciuitate dei
lib. 7. cap. xi. alia cognomina, inuictum, opitulum, impulſorem, ſtatorem &c. Homerus,
Cognomina Iouis. Auguſt. *& Orpheus vocant Iouem amicitiæ præſidentem, hoſpitalem, foenum: hæc autem cognomi-*
na, inquit Auguſtinus, impoſuerũt vni Deo propter cauſas poteſtateſq; diuerſas; quod ſci-
licet, omnia vinceret, ipſe verò à nemine vinceretur; quòd opem indigentibus ferret; quòd
haberet impellendi, ſtatuendi, ſtabiliendi, reſupinandi poteſtatem. Præter hæc, vocatus
eſt Iupiter Anxurus, ſine nouacula, imberbis, quod certè Iouis puritatem præſeferebat,
Terracinæ. *idq; Terracinæ, quæ olim Anxurus dicebatur. Athenis Iupiter φράτριος quaſi tribulis: de*
Plato. *quo Plato 8. de legibus: Iupiter, inquit, contribulis, hoſpitalis, & teſtis. Qui legi obtem-*
perat, indẽnis vtiq; ſit: qui eã diſiunxerit, duplices pœnas luat; primo quidem Deo vin-
dice, cuius lex hæc erat: Nemo finis, atq; terminos agri moueat; deinde lege: In Caria
Securis Iouis. *χαβραζεὺς quaſi ſecurarius, in cuius dextra non fulmẽ, ſed ſecuris erat, quam Lydi, labrin,*
dicunt. Erat etiam in Græcia, Eleuterios, quaſi liberator, quòd ab armis Perſarum liberaſ-
ſet. In Sicilia Agorios Forenſis, quòd foro præeſſet, eiq; ſtatua eo loco erigebatur. Romæ
Iupiter vocabatur Feretrius, de ferendis ſpolijs opimis: Sacratus à Romulo: Capitolinus, à
Elicius. *loco: Elicius, quem ſacrauit Numa in Auentino ab eliciendo è mentibus diuinis, quomodo*
procuranda eſſent fulmina: Piſtor, à panibus, quos de Capitolio iactarũt obſeſſi Roma ca-
Piſtor. *pta, cuius feſtũ 6. Idibus Iunij: Viminius, in colle viminali: prædator, prædæ adiutor, cui &*
Tonans. *aliquid debebatur de præda: Vltor, quem ſacrauit Agrippa: Tonans, quem Auguſtus poſt*
bellum Cantabricum ſic appellauit: Cuſtos à Domitiano in Capitolio: Latialis à Tarquinio
Inuictus. *Superbo in monte Albano: Inuictus, cuius feſtum idibus Iunij: Inuẽtor, cuius Ara prope*
portam trigeminã, ſacratus ab Hercule, inuectis bobus, cui iuuencus immolabatur adul-
tus atq; ita pro diuerſis in homines collatis beneficijs, diuerſa nomina & ſacrificia ſuſce-
Cicero. *pit. Cicero 2. de natura Deorum cœlum ex dictis Ennij, & Euripidis, Iouem eſſe tradit:*
Aërem autem ſicut Stoici diſputant, inter Cœlum & Mare interiectum, Iunonem, quæ eſt
Soror & coniux. *ſoror, & coniux Iouis, quod ſimilitudo eſt Aetheris, & cum eo ſumma coniunctio; effœ-*
minarunt autem eum, Iunoniq; tribuerunt, quòd nihil eſt eo mollius. Tres filij Saturni, Iu-
Ioui cœlum. *piter, Neptunus, & Pluto, ita ſibi ſunt mundum partiti; vt Ioui cœlum cederet, Neptu-*
no maria, Plutoni terra. Iuno nupſit Ioui, & aeri eſt præfecta. veritas huius rei; quòd in
diuiſione paterni regni, imperium Orientis Ioui ceſſerit, quod cœleſtè videtur, in quo &
Olympus mons, qui ſimilitudine nominis, fabulam confirmauit. Imperium maritimum &
Neptunus. *claſsis, Neptunus accepit partem, quæ ad occidentem Solem vergeret. Dis, ſiue Pluto in-*
ferorum locum, vnde in inferis dominari dicitur, & Saturnum ad inferos relegatum fa-
bulantur, quòd ex oriente in Italiam fugerit, quæ eſt occidentalis in orbe terræ. Neptu-
nus (teſte Diodoro Siculo) nauigandi arte inuenta, Claſſem inſtituit, eiq; à Ioue præfe-
Pluto. *ctus eſt, ideo pro Deo maris habitus eſt, cultuſq; à poſteris. Pluto Proſerpinam, Iouis &*
Cereris filiam rapuit, quam mater diu quæſitam, tandem apud inferos eſſe comperit, im-
petrauitq;

petrauitq; à Ioue, vt Proſerpina medium annum eſſet cum marito, medium ſecum apud ſuperos, habuit quoq; Iupiter Mineruam ex Themido. Cicero 3. de natura Deorum, Mineruas quinq; facit, ſed Poëtico more omnes iſtæ confunduntur. Et vna dicitur Minerua, quam ex cerebro Iouis natam volunt, præſidem totius Sapientiæ: nam ideo nata eſt ex cerebro ſummi Dei, & virgo eſt, & reſidere putatur in altiſſimo cœli loco. Venus quoq; vt dixi, fuit Iouis filia. Demq; omnes virtutes à Ioue manarunt: quapropter inter Planetas relatus, benigniſſimum, atque clariſſimum poſſidet Sydus, quod ſuum circulum per Zodiacum annis fermè 12. abſoluit, atq; complet: reliquos verò orbes, & motus cum Saturno & Marte habet communes.

Saturni ſydus.
Proſerpina.
Minerua.
Mõtus Iouis.

QVAESTIONIS VII. CAP. I.

De Saturno.

SAturnum, Heſiodus, & Diodorus, cœli & terræ filium fuiſſe narrant, hominem impientiſſimum, ſed relatam ei gratiam à filio Ioue: Nam pulſus eſt ab eo, vt ipſe patrem expulerat. Hic Deus temporis eſt fictus, ideo dictus eſt κρόνος. *Cicero 2 de natura Deorum, Saturnũ autem eſſe voluerunt, qui curſum, & conuerſionem ſpatiorum, ac temporum contineret: vnde* κρόνος *idem ſignificat, ſpatium ſcilicet temporis. Saturnus autem eſt appellatus, quòd ſaturaretur annis: ex ſe enim natos comediſſe fingit, quia conſumit ætas temporum ſpatia, annisq; præteritis inſaturabiliter expletur. vinctus eſt autem à Ioue ne immoderatos curſus haberet, ſyderumq; vinculis alligauit. Cæterùm Saturnus apud Platonem, ſuprema eſt intelligentia, in qua eſt vniuerſalis omnium lex, atq; prouidentia circa omnium eſſentias, & vitas, ordinesq; formarum. Huic autem ſubeſſe dicit tres præcipuos numinum ordines: in quibus ſaturnia prouidentia demonſtratur; Eſſentiarum diſtributio Ioui committitur; vitarũ verò gubernacula, Neptuno; formarum autem ordo, ac diſpoſitio, Plutoni. Porrò diuina prouidentia, lex Saturni à Platone, & Orpheo nuncupatur. fatum verò, lex Iouis, Natura mouens primæ Veneris, prudentia naturalis, ſecundæ. In lib. de regno: Quod quærebamus, inquit, ſub Saturno, ſponte omnia hominibus naſci, præſenti conuerſioni minimè conuenit, ſed ſuperiori potius competebat. Tunc ſanè totius circuitus princeps curatorq; primùm Deus extitit, vt nunc per varias mundi plagas, ſingulæ illius partes, à Dijs principibus diſtributæ ſunt. Animalium quoq; genera gregatim diſtincta Dæmones quidam tanquam diuini paſtores ſortiti ſunt; quorum quiſque ad munus ſuum obeundum, ſufficiens cùm eſſet, ſingulis ſingula diſtributa, ſicut ille voluit, præficiebantur, quibus præerat ipſe. Quam ob rem nihil erat agreſtè, omnisq; rapacitas & vorago procul aberat: aberat bellum penitus, atq; ſeditio: cætera inſuper, quæ conditionem illorum temporum ſequebantur, innumerabilia ſunt. Quod verò de victus facilitate, & libertate vitæ fertur, ob id eſt dictũ, quòd Deus eos paſcebat, ipſe illorum paſtor, & cuſtos, quemadmodũ homines nunc quorum natura diuinior, brutorum paſtores ſunt. Deo itaq; cuſtodiente, Ciuitatum conſtitutiones nullæ erant: fructus verò illis, & poma, & fruges, abundæ arbores, & fertile ſolum ſponte ſua abſq; agriculturæ opera, ſuggerebant. Nudi quinetiam & expediti, & errabundi, vt plurimùm paſcebantur; Nam temperies illis innoxia, mollia quoq; paſſim parata cubilia, quàmplurimis ex terra herbis repullulantibus. Status innocentiæ ſub Adam innocente quodammodo à Platone deſcribitur: proinde Poëtæ in ætate aurea, quæ ſub Saturno fuit, nullam ponunt culturam agri; ſed, vt inquit Virgilius, ipſa tellus omnia liberius, nullo poſcente, ferebat: & Ouidius: fruges terra inarata ferebat. Cæterùm, vt ſcribit Euſebius in euangelica præparatione, Saturnus regionis Paleſtinæ Rex fuit, cùm hominem exuiſſet, aſtrum illud induit, quod eius nomine vocatur. cuius cœlum habet orbes tres ab inuicem diuiſos: in quorum medio eſt orbis quartus, & paruus, à quo corpus Planetæ defertur.*

Saturnus quid.
Cicero.
Comedit filios.
Plato.
Lex Saturni.
Ætas aurea ſub Saturno.
Deus eos paſcebat.
Nudi incedebant.
Virgil.
Orbes Saturni

Orbis

dus. *tur. Orbis autem ſuperior ſecundum ſuperficiem conuexam, mundo concentricus eſt: ſecundum concauam verò, eccentricus.* Orbes augis. *Hi autem duo orbes augem Saturni deferunt, quippe cùm ad ipſorum motum, aux Saturni varietur. Tertius autem orbis inter hos incluſus, ſecundum vtramq; ſuperficiem eccentricus, atq; Saturni deferens nominatur: in ipſo enim eſt orbis paruus, cui inſidet corpus Saturni, & ab illo defertur. Porrò orbes augis ſuper axe, & polis eclipticæ octauæ ſphæræ mouentur, idq; proportionabiliter ad motum eiuſdem, in ducentis annis vno gradu, & 28. ferè minutis: ita vt ſemper pars ſtrictior ſuperioris ſit ſupra latiorem inferioris, ne corporum penetratio fieret, aut vacuum neceſſariò daretur.* Orbis medius *Orbis verò medius, qui deferens Saturni nuncupatur, ſuper axe proprio axem zodiaci, ſiue eclipticæ ſecante, ſecundum ſucceſſionem ſignorum, duobus minutis ferè quotidiè mouetur.* Poli. *Poli autem eius à polis zodiaci inæqualiter diſtant: axis verò eiuſdem propter eccentricitatem zodiaci, axem non in medio ſiue in centro ſecat. Quam ob cauſam ſuperficies deferentis à ſuperficie eclipticæ inæqualiter diuiditur: ita vt portio quidem maior, in qua ſemper eſt aux verſus aquilonem; minor autem, in qua ſemper eſt oppoſitum augis, verſus auſtrum relinquitur. Simile iudicium haberi poteſt de Ioue, & Marte.* Axis. *Ex quo patet, axem, & polos, & huius orbis centrum circa axem, polos & centrum orbium augem deferentium deſcribere, quem virtute octauæ ſphæræ obtinent. Epicyclus mouetur in longitudinem:* Motus in longitudinem. *quod fit, quando mouetur ſuper centrum ſuum, corpus Planetæ in parte quidem ſuperiori, ſecundum ſucceſſionem; in parte verò inferiori contra ſucceſſionem. Quam ob cauſam ſecundum partem ſuporiorem, Planeta directus dicitur: ſecundum verò inferiorem, retrogradus: in aſcenſu verò & deſcenſu, ſtationarius; non quidem quòd ſtet, ſed quòd nobis ita eſſe videatur: non enim tunc antrorſum, vel retrorſum, ſed deorſum aut ſurſum procedit. Sic etiam Luna in ſuperiori parte epicycli eſt tarda curſu, velox verò in parte inferiori. Centrum verò epicycli non mouetur ſuper centro deferentis, ſed ſuper quodam puncto in linea augis, æquè à centro deferentis diſtante, ac hoc centrum à centro mundi.* Centrum æquantis. *Hic autem punctus centrum æquantis eſt: circulus verò, qui ſuper ipſum deſcriptus, ſiue imaginatus eſt, æquans appellatur: quia illius officium eſt, vt motum centri æquet, & regularem reddat.* Aux. *Aux autem, punctus eſt de deferentis, à centro terræ maximè diſtans: contrà punctus terræ propinquus, oppoſitum augis dicitur: linea autem per hos punctos, & terræ centrum tranſiens, linea augis appellatur. Porrò epicyclus mouetur in latitudinem reſpectu augis veræ ſuper axe ſuo, ipſius centrum, atq; medias latitudines tranſeunte. Axe præterea huiuſmodi exiſtente in interſectione ſuperficierum deferentis, & eclipticæ, ab eclipticæ ſuperficie æquè diſtabit. Hæc & ſimilia dicta ſunt in aliorum theorica planetarum, copioſiusq; & clarius expoſita ſunt.* Motus Saturni. *Reliquum eſt, vt tempus, quo Saturnus, ſuum complet circulum, ſicut & cæteri Planetæ, in medium afferamus. Dicunt autem, qui huius rei nequaquam ignari extiterunt, Saturnum, triginta annorum ſpatio totum percurrere zodiacum. Hæc quidem de Planetis breuiter diximus: nunc cum Mercurio ad ſtellarum cognitionem habendam reuertamur.*

MERCVRIVS.

Dinumeratæ ſunt Stellæ, ſecundum eos qui inhabitant illas Deos, Ambitus amplior curſu cum aëreo circulo conſpirauit, diuino ſpiritu vectus. Quiſque Deorum ex interna virtute aſcriptum ſibi opus impleuit.

Comment. VI.

Poſt ſeptem circulorum, ſiue planetarum numerum, ordinemq́; diſtri- Stellarum nu merus.
butum, ad ſtelliferi orbis notitiam oſtendendam, propalandamq́; ri-
tè ordinateq́; proceſſit Mercurius. Dinumeratæ ſunt ſtellæ, *in-*
quit, ſecundum eos Deos, *ſiue Angelos,* qui inhabitant illas:
hoc eſt, tot ſunt ſtellæ, quot ſunt Angeli: nam qui libet illorum pro-
prium Aſtrum habet regendū, aſcriptumq́; ſibi opus ex interna vir-
tute, ex animo ſcilicet, & propria virtute compleuit: arbitratur ſi-
quidem Mercurius vnāquamq; rem huius mundi inferioris, in cœlo proprium ſydus habe-
re, à quo affecta, naturam illius præſeferre videtur. Quam ob cauſam Plato ait in Timæo, Plato.
vitam nobis corpoream à ſtellis infundi; proinde planetarum numero poſito, dixit cæte-
rorum ſyderum ambitus ignorantes homines, præter admodum paucos, neq; nomine cer-
to illos appellare, neq; numeris inter ſe diſtinctis commetiri. Itaq;, vt ita dixerim, neſci-
unt horum peruagationes ipſum eſſe quod rite dicitur tempus, multitudine infinita, & va-
rietate mirabili præditas. Mercurij ſententiæ Plato fauere videtur, à quo palàm affirma-
tur, ſtellas, & multitudine infinita, & mirabili præditas eſſe virtute: vnde fit, vt mundus
iſte inferior, à ſuperiori quotidie gubernetur. Quare Homerus, Empedoclem ſecutus, ait: Homerus.
Talem intellectum in hominibus eſſe, qualem dedit pater in die virorum deorumq;. Or-
pheus, Omnia diis plena eſſe aiebat, hoc eſt, deos, ſeu res diuinas in rebus diffuſas eſſe. Et
reuera hac de cauſa ſunt plura circularia corpora, propter plures, ac multiplices rerum
mutationes, atq; generationes. Vnde Ariſt. in 2. perigeneſeos ait: Propter motum Solis in Ariſt.
obliquo circulo in mundo inferiori generationes & corruptiones fieri. Et 2. cœli, tex. 17.
rationem reddit, quare cœlum multis motibus moueatur. vnde patet hæc terrena ſe habe-
re ad cœleſtia, ſicut effectus ad cauſam, & proportio facti ad facientem. Propterea A- Auer.
uer. 12. met. cō. 44. ait: quòd diſpoſitio corporum cœleſtium ad inuicem in creando entia,
quæ ſunt hîc, & conſeruando, ita ſe habeat; ac bonorum ſe mutuo iuuantium virorum in
regenda ciuitate diſpoſitio. hoc idem affirmatur ab Auerroe, & Ariſt. 12. met. com. 34. Ariſt.
Et Ariſtoteles in lib. de proprietatibus elementorum, ait Democritum & Platonem be-
ne locutos fuiſſe de generationis & corruptionis cauſa, quòd illa ſcilicet, ob varios ſtella-
rum, Soliſq; motus, accideret. Et in lib. de mundo, cap. 9. Antiquus, inquit, & paternus
eſt cunctis omnibus ſermo, quòd à Deo omnia, & per Deum conſiſtant: nulla enim natu-
ra ſibi ſufficit priuata ſalute, quæ eſt ex illo. Mundus ergo iſte inferior ita ſuperioribus
oblationibus eſt ſubditus; vt omnis eius virtus inde gubernetur: quanquā nonnulli aliter
ſenſerint: Nam & Rabi Moſes putauit, omnia à Deo immediatè fieri, & regi, nulliſq; in Rabi Moſes.
rebus virtutes naturales eſſe: Quemadmodum docet Auer. 12. met. com. 18. Et cùm lo- Auer.
quentes, inquit, noſtræ legis opinabantur, quod agens, agit creando formam ex nihilo: &
nullum huiuſmodi agens videntes hîc, dixerunt omnia entia ſine medio ab vno agente gu-
bernari, actionemq́; iſtius agentis, in contrarias, & conuenientes, vno eodemq́; puncto ſic Contra loquē
tranſire; vt negent ignem comburere, & aquam humectare. Amplius addiderunt, omnia tes ſuæ legis.
indigere creatione: dixerunt enim hominem non mouere lapidem expellendo, ſed ab a-
gente primo motum creari. atque ita à rebus potentiam naturalem abſtulerunt. Sed hæc
iampridem exploſa eſt barbarica opinio ab omnibus certè veræ philoſophiæ cultoribus,
præcipuè ab Albumaſare, à quo ita contra illam arguitur: Omnia, inquit, corpora natu- Albumaſar.
ralia, quæ motu locali, & per ſe, mouentur; ſunt extra ſe aliquid agentia: ſed corpora cœ-
leſtia mouentur motu locali, & per ſe; ipſa igitur per ſe agunt in hæc inferiora. Proba-
tur dupliciter: vno quidem modo, per cauſas primas remotas, principales: alio autem
per cauſas proximas, & immediatas: dicunt enim Aſtronomi, corpora cœleſtia connexa,
naturam vniuerſalem, quæ omnium ſit effectuum cauſa prima, conſtituere: quibus aſſen- Terrena à cœ
tit philoſophus 2. perigeneſeos, aſſerens corpora cœleſtia inſtar artis ſe habere, hæc autem leſtibus gu-
inferiora, artis inſtrumentorum inſtar. Hos ſequitur Auer. 8. phyſ. 46. & 47. comment. bernari.
Quando, inquit, aliqua in multis plurificata inuenitur natura, idq́; ſecundum vniuocam,

aut analogam rationem; in aliquod primò tale reducenda eſt, quod ſcilicet eſt tale per ſe, & omnium aliorum cauſa: ſed omnia hîc agere videmus, agendiq; potentiam omnibus ineſſe: aliquod ergo eſt vnum tale per ſe, quod eſt menſura cæterorum: hoc autē eſſe non poteſt, niſi corpus primum, cœlum ſcilicet quod agit in hac inferiora. Quòd, ſi corpora cœleſtia immediatè agant in hac inferiora, & vniuerſaliter; adhuc apud peripatheticos defendi poſſe videtur: Ariſtoteles ſiquidem, 2. cœli, tex. comm. 42. putat cœlum agere

Cœlum agere lumine & motu.

in hæc inferiora lumine, & motu. Quòd agant immediatè, & particulariter, vt Aſtronomi videntur velle; id profectò philoſopho non probatur: nam in lib. de cœlo nihil huius meminit, niſi fortaſsis in lib. de bona fortuna, vbi affectus nobis congenitos ex aſtrorum

Impetus naturalis.

curſibus, impetus naturales appellauit. Ad hunc etiam modum Plato poſuit, quòd quemadmodum anſeri porrigens lactucam, per exteriorem quidem ſenſum, eam mouet, alliciétq;, innatum eſt planè illi à lactuca moueri; ſic nobis innatæ ſunt aſtrorum diſpoſitiones, quarum inſtrumenta noſtri extitêre progenitores. Etenim, ſicut calor igni inhærens, & calor eſt, & igneus; ita planè noſtri patres, in illius vitalis ſeminis mixtione, & homines, & cœlorum extiterunt inſtrumenta: vnde fit, vt aſtrorum affectus nobis infunderint. Verùm

Tria tempora obſeruant Aſtronomi.

Aſtronomi, non tantùm tempus, quo ſemen infunditur, & in vtero formatur, ſed tēpus exitus ab vtero præcipuè obſeruant; tunc enim virtus formatiua, in regitiuam cōuertitur: & fœtus non amplius matris vitam, ſed ſuam viuit. Itaque, quemadmodum colericus mouetur primò propter appetitum vindictæ, tanquam propter finem; & ob accenſionem ſanguinis circa cor, deniq; propter complexionem colericam, ſic de facili aptam accendi; ſic plane, qui ſub aliquo naſcitur planeta, puta ſub Ioue, primò quidem à virtute regitiua, tanquā ab agente immediatè, mouetur. Deinde ab impetu congenito, tanquam à materia, ad huiuſmodi aſtri diſpoſitionem aptiſsima. Poſtremò à Ioue tanquam naturalis vitæ domino. Igitur, ſicut graue deorſum mouetur per ſe à forma ſubſtantiali, & à qualitatibus;

Quomodo moueantur à ſtelis.

veluti ab inſtrumentis; ita planè natus ſub Ioue, mouetur à forma ſubſtantiali, tanquam ab agente proprio: à qualitatibus verò tanquam ab inſtrumentis: à planeta autem tanquam à perfectione, & fine. hoc autem intereſt inter homines & cætera animantia, quòd

Galli aſtrologia.

illa ſcilicet, ad cœlicarum impreſsionum motum moueantur: Gallus enim, quia aſtrorum ſentit motum, à qualitatibus ei nouiter impreſsis; hac de cauſa, vices obſeruat canendi. homines autem, etſi huiuſmodi impreſsiones recipiant, quia tamen circa altiora occupantur, & gratia in illis dominatur, & ratio; proinde talibus non obtemperant: ſecus autem ſentiendum eſt de his, qui more pecudum viuunt. Cæterùm opinantur Aſtronomi, quòd

Planetarum complexio.

quemadmodum hominis membra diuerſarum ſint complexionum, nempe cerebrum humidum & frigidum, cor calidum & ſiccum, epar calidum & humidum, & quæ ſunt generis eiuſdem, atq; ex illis temperatur totius hominis complexio; ita certè ex diuerſis aſtrorum complexionibus, vita compingitur animantium. Dicunt enim Saturnum eſſe frigidum & ſiccum, Iouem calidum & humidum: vnde fit, vt vnius complexio temperetur ab altera, atq; ita felix ille, qui temperatam planetarum ſortitus eſt naturam. Verùm

Cœlum lumine, & motu tātum agere, dicit Auer.

hæc Aſtronomorum ſententia, Auerroi minimè placet, imò aduerſus illam arguit, 2. cœli. com. 42. Si aſtra, inquit, agerent frigiditatem, id profectò in luna præcipuè oſtenderetur: atqui in plenilunio, teſte philoſopho 4. de partibus animalium, caliditatem producit: Noctes, inquit, in plenilunio calidiores ſunt, propter lumen Lunæ: cœlum igitur agit

1. *in hæc inferiora lumine, & motu tantùm, non aliqua planetarum complexione. Amplius,*

2. *ſi aſtra agerent frigiditatem, eſſent vtiq; extra fundamenta naturæ: frigiditas enim non ingreditur opus naturæ. Reuera, nulla corpora per ſe viuificantia, per ſe frigiditatem agunt, ſiue producunt; ſed corpora cœleſtia ſunt huiuſmodi, ergo, &c. Corpora enim cœleſtia per ſe caliditatem, per accidens verò, humiditatem afferunt: atq; ita per ſe ſunt viuificatiua, mortificatiua verò per accidens. Sed dices, ſi ita res ſe haberet: igitur ſiccum,*

Obiectio.

& frigidum in vniuerſo eſſent per accidens; quod eſt falſum: omne enim ens perfectum,

1. *ſub intentione cadit vniuerſalis naturæ: ea autem ſunt per accidens in vniuerſo, quæ à corporibus*

*poribus cœleſtibus minimè ſunt: ſed huiuſmodi à cœleſtibus per accidens fieri, putauit
Auerroes: igitur in vniuerſo ſunt entia per accidens. Præterea, ſi dans formam, dat &
conſequentia formam: igitur, ſi inferiorum corporum ſubſtantiales formæ, a corporibus* 2.
*profluunt cœleſtibus; & virtutes, quæ illas conſequuntur, ex illiſmet profluant, neceſſe
eſt. Ergo, quod prius. Reſpondet Auer. 12. met. com. 18. & 2. cap. de ſubſtantia orbis; non* Solutio.
parum intereſſe inter calorem cœleſtem, & elementalem, & humiditatem, ſiccitatem, Differentia ca
& frigiditatē ſimiliter: illæ enim qualitates in elementis ſunt poſitiuæ, in cœlo verò effe- loris cœleſtis,
ctiuæ: calor enim cœleſtis, ille dicendus, qui ad nos vehitur lumine, & motu: è contrà, & elemētalis.
*humiditas, frigiditas, ob diſtantiam à cœlo, atq; à cauſis calorem afferentibus, contingit:
quam ob cauſam, dicimus terram omnium eſſe frigidiſſimam, quia ſcilicet, à cœlo quàm
longiſſimè abeſt: ſtellæ enim non ſunt actu, ſed effectu calidæ: elementa autē actu. Cùm
igitur frigiditas, & humiditas hoc modo à corporibus cauſentur cœleſtibus, per accidens
producuntur: priuationes namq; per accidens natura intendit. Patet ergo reſponſio ad
primum: huiuſmodi enim qualitates, quatenus ſunt in elementis à cœlo cauſa vniuerſali,
per ſe eſſe dicuntur: neq; hoc negauit Auer. ſed illud potius, quòd illæ à cœlo immediatè
producantur, quatenus calori, atq; humori oppoſitæ ſunt. Ex hoc etiam patet reſponſio ad* Tex.
*ſecundum. Cùm igitur mundus iſte inferior, à ſuperioribus oblationibus regatur, & plu-
rima, ac diuerſa ſint huius mundi inferioris entia; rectè dictum eſt, à ſapientiſſimo Mer-
curio, ſtellarum numerum, parem eſſe angelorum numero, à quibus aſtra illa mouentur.
Deniq; vnumquemq; angelorum, aſcriptum ſibi opus exequi diligenter. Non ergo tot ſunt
intelligentiæ, ſiue angeli, quot motus numerātur in cœlo; ſicuti in alio libro Pymandri latius
diſputaui. Plato in Parmenide, intelligentiarum numerum, ſenſibilium numero parem eſſe* Numerus in-
affirmat. Philoſophus 12. met. tex. 48. Omnes motus, inquit, ex Calippi & Eudoxi authori- telligentiarū.
tate, ſunt 55. aut 67. igitur tot ſunt numero intelligentiæ. Dictum eſt hanc philoſophi ra- Obiectio.
*tionem parum ponderis habere: ſiquidem finis intelligentiarū non eſt motus, ſed Dei frui-
tio, quam quidem non per motum orbium, ſed cordium intelligentiæ aſſequuntur. Dicis, o-
mnes operationes proprias eſſentiales, quarum vna, alteri non ſubordinatur, tot eſſe nu-
mero, quot agentia proxima, & per ſe immediata; alioqui hoc fundameto in ſcientia natu-
rali, verſo, inquit Auer. via, qua probatur, formas multiplicari, funditus euerteretur.
Via autem huiuſmodi eſt, quòd ſcilicet corpora terminata, formas determinatas obti-
neant, quòd vnumquodq; ſit in actu per propriam formam. Sed motus cœleſtes ſunt ope-* Solutio.
*rationes animarum cœlorum propriæ, atq; eſſentiales; quarum vna alteri non ſubordi-
natur totaliter, diuersè, ſpecificè, & vltimatè. Igitur motus cœlorum tot ſunt numero, quot
ſunt formæ motrices. Reſpondeo, & in primis nego minorem, motus enim cœleſtes, non ſunt
propriæ & eſſentiales operationes intelligentiarum, aliter ex cœlo, & ex intelligentia fie-* Motus cœli
ret vnum, ſicut ex anima, & corpore humano: quod planè in alio libro Pymandri, etiam non eſt natu-
ad mentem Auer. & philoſophi, exploſum eſt, atq; excluſum. Adde, quòd tunc motus ralis.
*cœli eſſet naturalis: quod enim proficiſcitur ab eſſentiali operatione; vtiq; à natura de-
pendet, ac naturale dici poteſt. ſed id Auerroi deſtr: deſtr: diſp. 13. dubio primo minimè
placet: Ait enim, nullum mobile circulariter moueri natura. Ergo. Reuera motus natu-
ralis à principio procedit intrinſeco: atqui intelligentia cœlo non eſt intrinſeca, ſed extrà,
vt dicitur primo cœli, com. 100. & 2. com. 1. Vnde Auer. in lib. de ſubſtantia orbis, cap. 3.
Iſte motor, inquit, non conſtituitur per rem motam, neq; exiſtit in ea, ſed eſt abſolutus ab
omni materia. Non ſunt ergo motus cœli eſſentiales operationes intelligentiarum. ſed intel-
ligere ſummum bonum, illudq; perpetuò amare, ac ſic amando frui. Præterea, & ſi diuerſi-
tas motus ex diuerſitate proficiſcatur mouentium, & plures videantur eſſe motores, ob* Numerus ſtel
plures, quos in cœlo conſpicimus motus; non id tamen putandum eſt, alias intelligentias larum.
*vacare, aut otio torpere, à quibus Deus inceſſanter, & intelligitur, & amatur. Porrò, Mer-
curius huiuſmodi ſcrupulum eruens, cuilibet intelligentiæ propriam ſtellam aſſignauit, cui
regendæ diligenter incumbit. Ideóque tot numero eſſe ſtellas voluit, quot & intelligentias.
Scriptum eſt in Pſal. Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnes nomine vocat.*

QVAESTIONIS PRIMAE CAP. I.

Si ſtellæ ſint formaliter calidæ, & frigidæ.

STellarum numerum, Angelorum numero parem eſſe clariſſimè docuit Sapientiſſimus Mercurius: quotus autem ille ſit, ſoli ſapienti Deo cognitus eſt, à quo & ſtellæ, & angeli conditi ſunt: aut alicui diuinitus infuſus, & oſtenſus. Nobis autem ſat erit, firmiter tenere, cùm ex certa experientia, tum etiam ex diuinis literis, illorum numerum eſſe valde magnum, ac quaſi ſine numero. Quamobrem, huius quæſtionis profundo tranſito, ad vtiliora, atq; neceſſariora nobis pergendum eſt. Quoniam autem Commento præcedenti dictum eſt à nobis, aſtra non eſſe actu calida, ſicut elementa; hoc iterum, copioſiusq; nobis examinandum, excutiendum eſſe arbitror, quò pro tantæ rei dignitate clarior notitia haberi poſſit. Porrò de hoc negotio dilucidè, atq; ſapienter 2. cœli, com. 41. philoſophus loquitur: Conſentaneum, inquit, maximè rationi eſt, vnamquamque ſtellarum profiteri ex hoc corpore eſſe, in quo lationem habet. Senſus eſt, cœlum & ſtellæ, eiuſdem planè ſunt naturæ, quemadmodum paulò antè diſputauimus. Sequitur tex. Præterea, vt qui dicunt igneas eſſe; ideo dicunt, quia ſuperum corpus ignem eſſe aſſerunt; nam rationi accedit vnumquodq; ex his conſtare, in quibus eſt vnumquodq;. Sic quoq; nos dicimus. Omnis pars (inquit Auer.) eſt de natura totius: ſed ſtella eſt pars cœli; eiuſdem eſt ergo cum illo naturæ. præſtantior nihilominus eſt ſuo orbe, quia nimirum eſt per ſe ſenſibilis, ſeu viſibilis, & lumine agit, & motu. Tex. Caliditas autem ab ipſis, atq; lumen fit: igitur aër ab illarum latione conteritur: motus enim & ligna, & lapides, & ferrum aptus eſt intendere. Conſentaneum igitur magis eſt rationi, id ignire, quod eſt igni propinquius; propinquius autem eſt aër. Senſus eſt, ignis calefacit per poſitiuam qualitatem in ſe contentam: ſtellæ verò per diſpoſitionem in aliis receptam, quam quidem appellat aëris attritionem. Et reuera, ſi motu ignea ſunt ligna, lapides, & ferrum; quantò magis aër? Tum propter loci vicinitatem, tum etiam propter aptiorem, atq; faciliorem ad ignem naturæ qualitatem. Non ſunt ergo ſtellæ igneæ naturæ, quia hæc inferiora igneo calore afficiũt. Tex. Veluti & in ipſis quæ proiciuntur ſagittis; hæ namq; ipſæ adeò igniuntur, vt eliqueſcat plumbum, quod in ipſis eſt. Et cum hæ igniantur; etiam, qui ipſas circumdat hoc idem patiatur, neceſſe eſt. Senſus eſt: Sagittæ caleſiunt: igitur, aër caleſit: idq; ob confricationis ſeu contritionis in ſagittis factæ rationem. Tex. Hæ igitur ipſæ ideo caleſiunt, quia in aëre ipſo feruntur, qui ob percuſſionem, motione fit ignis. Superiorum autem corporum vnumquodq; in ſphæra fertur, vt ipſa quidem non igniantur: aër autem, cùm ſub ſphæram ſit corporis circumuecti; illius oblatione neceſſariò caleſit. Senſus eſt: quamuis tum ſagittæ, tum etiam aër, & conterendo, & repatiendo caleſiant; id tamen ſtellis tribui non poteſt: tum quia in ſuis ſphæris, & non in aëre mouẽtur: tum quia alterius ſunt naturæ, & huiuſmodi alterationis minimè ſuſceptiuæ. Aër autem caleſit, quia ſub ſphæra eſt corporis circumuecti, ob cuius motum raptus, neceſſariò caleſit. Tex. Maximè hæc, in qua Sol eſt infixus: Quapropter cùm propius iam acceſſerit, ac exortus fuerit ſuper nos, fit caliditas. Ipſas igitur ſtellas, neq; igneas eſſe, neq; igne ferri, hæc à nobis dicta ſint. Contra huiuſmodi ſic arguit Auerroes: Sol, & aſtra non tangunt aërem: igitur non conterent ipſum, & per conſequens nõ calefaciunt conterendo. Reſpondet idem: Partem aëris, quæ eſt in directo Solis, ſiue cuiuſuis ſyderis, magis pati conteriq;, quò huiuſmodi aſtra talem habent naturam conterẽdi, quæ partibus ſine lumine, efficere nequeunt. Itaque ſic intelligas Solem, & alia non calefacere immediatè, ſed per aliorũ medium: Sol namq; reſpectu totius vniuerſi, ſe habet ſicut cor reſpectu animalis: vnde ſicut ad cor pertinet, totum animal calefacere; ita planè ad Solem, totum vniuerſum. Quare, quemadmodum & cordis calore fiunt membra calida, & ex illis veſtes exteriores; ita certe ex Solis virtute, cœlum caleſit, ex illo

Quomodo ſtellæ ſint calidæ.

Philoſophus.

Stellæ igneæ.

Quomodo generent calorẽ.

Motus eſt cauſa caloris.

Aër motu ignitur.

Solis acceſſus cauſa caloris.

Sol eſt cor vniuerſi.

autem

 Si Stellæ ſint calidę

autem cætera ſublunaria. Sed dices: Si ita res ſe haberet, quòd conterendo aſtra calefaci-
unt; igitur valles eſſent minus calidæ quàm mõtes; quia ſcilicet in illis minor eſſet conte- Obiectio.
ritionis motus; quippè, quæ à cœlo cæteris terræ partibus remotiores ſunt: ſed oppoſitum
experientia certa docet: non ſit ergo calor conterendo. Sanè, ſi terra reſpectu totius, eſt
quaſi punctum, & omne agens æqualiter agit in punctum: vbiq; ergo terrarum par calor
inueniretur, quia vbiq; æqualis eſſet conteritio. Igitur, cœlum agit lumine & motu, non qui-
dem conterendo, ſed mouendo, quod etiam verba philoſophi ſonare videntur: ſiquidem
per conteritionem motum raptus intellexit, cuius reſpectu, motus vbiq; æqualis eſt; reſpe-
ctu autem luminis, varius, atq; inæqualis. Reſpondeo, beneverum eſſe, valles, & partes
in cœlo remotiores, quoad atritionem eſſe minus calidas, ſed quoad radiorum reflexionem, Solutio.
calidiores: tribus enim modis, nempè lumine, motu, & conteritione, cœlũ mutare continens
in calorem, Auerroes arbitratur: & motus quidem ratione, æqualem diffundi calorem: Calor fit at-
luminis verò, & conteritionis difformem. Conteritio namq; principaliter fit à toto cœlo, ob tritione.
ſtellatæ vtiq; partis rationẽ: quæ quum non ſemper æquali à nobis interuallo diſtet, nec æqua-
liter applicetur, ſed nunc eſt recta, nunc obliqua, nunc aliter conſtituta, æqualem ex ſeſe
diffundere nequit calorem. Accedit præterea aliarum ſtellarum concurſus: vnde fit, vt
ipſa attritio in vniuerſo aëre æqualis eſſe non poſſit. Ad 2. dico, quòd quamùis terra à to-
to cœlo æqualiter diſtet; non tamen à ſtella, ſeu à parte luminoſa, cuius virtute aërẽ à cœ- 2.
lo conteri dicimus. Ex his patet ad 3. reſponſio. Sed dicet aliquis cum Auerroe: Omne ca-
lefaciens per ſe, corpus eſt calidum: ſed lumen non eſt corpus, nec etiam formaliter 3.
calidum vt dictum eſt, nec ſimiliter motus: Nequeunt ergo rebus afferre calorem. Sanè, Quod lumen
ſi omne quod fit, & gignitur, authore philoſopho in met. Fiat, atq; gignatur à ſimili, ne- non ſit natu-
ceſſe eſt: igitur ſi à lumine calor producitur, eſt ergo lumen formaliter calidum, & mo- ra calidum.
tus ſimiliter. Reſpondeo cum Auerroe, lumen ab eo fieri poſſe, quod non eſt formaliter Solutio.
calidum, nec etiam corpus: illam verò philoſophi ſententiam, in ſubſtantiis, locum habe-
re dico, non autem in accidentibus: etenim nigredo, à calore interdum, nonnunquam au-
tem à frigiditate gignitur. Dicis, Mures generari poſſe à non mure, ſed à calore Solis in Simile fieri à ſimili.
aëre vel in aqua diffuſo, vt dicitur 12. met. com. 18. & 3. cœli, com. 56. ait Auer. ignem
quandoq; à motu locali produci, nonnunquam verò ab alteratione, interdum autem ab i-
gne. illa ergo philoſophi ſententia, cùm accidentibus, tum etiam ſubſtantiis eſt accomo-
datæ: atq; ita nihil ponderis habere videtur Commentatoris reſponſio. Dico per excluſio-
nem eſſe intelligendam, hoc ſcilicet modo: In ſubſtantiis tantùm eſt generatio ab vniuo-
co; quia nimirum in ſubſtantiis, & non in his rebus, quæ non ſunt ſubſtantiæ: ex hoc tamẽ
non ſequitur; vt in omni ſubſtantia, generatio fiat ab vniuoco: nam ab excluſiua non ſe-
quitur vniuerſalis, niſi de terminis tranſpoſitis. Patet ergo, quomodo lumen & motus, calo-
rem producant. Cæterùm dici poteſt, ſtellas eſſe formaliter calidas, non quidem calore Quomõ Stel-
elementario, ſed eo potius, qui eſt veluti omnium naturalium rerum vita: lumen autem lę ſint forma-
nos calefacere, quia ſtellarum calore mixtum ad nos venit, vt dicit Auer. de ſubſtantia liter calidæ.
orbis. Minimè. Lumen enim non eſt corpus, quo ſibi calorem illum incorporare valeat, at-
que ita incorporatum, & commixtum ad nos deferre. Præſtat ergo aſſerere, lumen eſſe
caliditatem virtualem, in ſubiecto apto nato, caliditatem formaliter de potentia ad actũ,
extrahentem. Hæc autem caliditas à lumine producitur; non quidem, vt ab agente; quan- Quomodo fi-
doquidem, ſicut accidens per ſe ens eſſe non poteſt, ita etiam nec per ſe agens; ſed potius, at calor.
vt ſtellarum, quæ virtualiter ſunt calidæ, inſtrumento. Eodem quoq; modo calor à ſtellis
virtualiter calidis producitur, idq; per attritionem, veluti per inſtrumentum: quæ planè
attritio ſine motu fieri non poſſet: à motu autem per ſe calor non producitur, cùm non ſit Motus.
per ſe cauſa. Adde exhalationem inflammari à motu, veluti ab inſtrumento, per ſe verò Diſpoſitio ca-
à continente, in quo mouetur. Sic animal à ſua quidem anima effectiuè fit calidum, à motu loris.
autem per accidens. Atq; ita ſatis perſpicuum eſt, formam rei mobilis per ſe efficere ca-
lorem: motum verò, quandam eſſe diſpoſitionem, qua calor efficitur. Dicis, quis motus eſt

 cauſa

Si Stellæ ſint calidæ

cauſa caloris? Dico cum Auerroe eſſe motum localem, non autem alterationem; niſi fortaſſe quatenus calefactio reputatur: neq; etiam auctionem, aut generationem, niſi quatenus rei calidæ eſt generatio. In cauſa autem eſt, quia motus eſt veluti vita, vt dicitur 8.

Motus localis diſpoſitio caloris.

phyſ: deinde quia videmus ignem motu augeri, quiete verò minui, & penitus extingui. Motus ergo localis eſt diſpoſitio ſiue inſtrumentum caloris. Adde, quòd motus ſit perfectio corporis calidi, teſte Auerroe: vnde fit, vt ita calefaciat, tanquam ſcilicet corporis calidi perfectio. Sanè, prima alicuius ſubiecti perfectio, eorum omnium, quæ illi accidunt, cauſare putatur: atq; ita motus eſt cauſa caloris, qui illi accidit. Itaq; motus comparatur ad calorem, ſicut forma ad propria, quæ ipſam conſequuntur, accidentia. Dicis, Motus eſt prima cæli perfectio; ipſum tamen non calefacit. Similiter motus eſt prima aquæ perfectio, quæ mouetur: ipſa nihilominus non calefit. Dico, Auerrois ſententiam intelligendam eſſe de ſubiecto, quòd huiuſmodi caloris recipiendi aptitudinem habet, cuiuſ-

Si ſtellæ ſint frigidæ.

modi non eſt cælum. Ex his ergo patere puto, quomodo cælum calefaciat lumine, & motu. Reliquum autem nobis eſt, non ignorare, quomodo aliquæ ſtellæ ſint virtute humidæ, atq; frigidæ. In his autem credendum eſt antiquis, qui pro ſtellarum conditione cognoſcenda, maximè laborarunt: inter quos præcipuus fuit Ptolomæus, à quo huiuſmodi virtutes

Planetarum natura.

Planetis tributæ ſunt: tribuit enim Saturno frigiditatem & ſiccitatem, Ioui temperiem, Marti vredinem, Soli calorem, Veneri temperiem, Mercurio vtrunq;, Lunæ humorem. Et reuera, in vno eodemq; die, & calorem, & frigus vigere ſentimus: imò in vna, eademq; hora, & ventum ſpirare calidum, & frigidum; quod planè fieri, neceſſe eſt, à diuerſa ſtellarum virtute, tunc temporis dominante. Sanè, certa ab antiquis experientia ob-

Saturni natura.

ſeruatum eſt, annum generaliter frigidum eſſe, Saturno dominante: quòd ſi in quarta anni dominium habuerit, ipſam quoq; frigidam reddere: Sic etiam menſem, ſeptimanam, diem, & horam. Amplius in principio diei magnum æſtum, in meridie verò, magnum fri-

Poſitio Ptolomæi.

gus obſeruantes, inuenerunt: Quæ difformitas profectò rerum à Solis calore tantùm proficiſci, manareq; non poteſt: quippe cùm ab vniformi, nequaquam difforme proueniat. In mane igitur, Marte dominante, æſtus viget: Meridiè autem, Saturno dominium obtinente, frigus dominatur. Reuera, etſi lumen, quatenus eſt tale, & motus ſimiliter ſint per ſe cauſa caloris: quatenus verò Saturno applicatur, oppoſitum producit, idq; ob illius planetæ

Opinio philoſophi.

virtutem: atq; de alijs planetis ſimile eſt iudicium. Hoc quoque ex philoſophi ſententia colligi poteſt: Cælum, inquit, calefacit continens nos lumine, & motu. Senſus eſt, quoad luminis motusq; ſpectat naturã, ſunt cauſa caloris: ſed aliter interdum contingit propter nouam planetæ dominantis virtutem. Porphyrius, & Anompus Ptolomæi interpretes in eruditionibus docent, ex certo antiquorum experimento, Saturnum & Iouem in aquario

Omnia è cælo veniunt.

cum Sole commeantes, hyemem temperatam efficere, & ſimilia multa. Adde, quòd cùm mundus iſte inferior à ſuperiori regatur: ab illo igitur omnia iſtius dependent, alioqui ille non ſe haberet vt cauſa vniuerſalis. quamobrem philoſophus ait 2. de gener. Omnes huiuſmodi formas in terminis contineri, hoc eſt, in corporibus cæleſtibus, quæ profectò termini vocantur, quòd ſcilicet in illis terminus ſit cuiuſlibet rei naturalis, idq; quoad motus iſtius naturales, non autem liberos. Sanè, ſi ſtellæ per ſe tantùm calorem producerent, frigiditatem verò per accidens; multa igitur in vniuerſo inuenirentur, quæ minimè à cælo producerentur. His accedit, quòd formæ elementorum, ſunt cæli virtutes, igitur & quali-

Auer. rationes.

tates; dans enim formam, & conſequentia per ſe ad formam largitur. Cæterùm Auer. 2. cæli Com. 42. arbitratur, cælum, ſeu ſtellas prorſus omnes per ſe primò calefacere; quia nimirum mouentur, & lucent: nam cùm ſtellarum officium ſit, vt nos conſeruent, atque

1. *tueantur, frigiditas autem, & ſiccitas naturæ opus non ingrediantur; abſq; dubio illis non*

2. *conueniſſet, vt ſint natura frigidæ, & ſiccæ. Amplius, Mare ſex horis creſcit dum lunam inſequitur: totidemq; decreſcit: quia aqua in ortus lunæ principio rareſit, deinde condenſatur, vt dicunt phyſici. Adde, quòd ſi ſtellæ frigefacerent, ignem maximè frigefacerent, agens enim naturale in proximiora fortius agit, quàm in remotiora. Dico, quòd & ſi lumen, vt*

men,vt tale, calefaciat, vt Saturni tamen frigefacit, vt Iouis temperat, vt Martis vrit. Ad confirmationem dico,frigiditatem,atq; ſiccitatem, & ſi non ingrediantur, quoad vitam,opus naturæ: ſunt tamen magno vſui plurimis rebus. Ad 2. reſpondent Aſtronomi, Maris fluxum,ſeu motum, ex Lunæ motu, atq; lumine temperari. Ad confirmationem dico,ignem non calefieri, ob plurimas conſeruatrices cauſas, quæ in alijs minimè inueniuntur. Itaq; ad mentem Aſtronomorum, Stellæ aliquæ ſunt virtute frigidæ,& ſiccæ; tametſi ad propriam luminis naturam ſpectet, calorem afferre. Quomodo ergo Stellæ ſint natura calidæ,atq; frigidæ, & ſiccæ, dixi.

Solutio. 1. 2.

CAPVT II.

Stellarum motus ex philoſopho.

Philoſophus. Motus ſtellæ.

SEqui libet philoſophi doctrinam,quam 2. cœli,tex. 43 deſcripſit: vbi, poſteaquam oſtendit,ſtellas lumine & motu in hæc inferiora agere,mox ad motum illarum exquirendum, cognoſcendumq́ue properauit. Cùm, inquit, & ſtellæ ipſæ transferri videantur, & cœlum totum; aut vtriſq; quieſcentibus, aut vtriſq; commotis; aut altero quieſcente, altero commoto, fieri tranſlationem neceſſe eſt. Senſus eſt. Aut cœlum, & ſtella, ſiue aſtrum mouentur proprijs motibus, aut vnum quieſcit, alterum verò mouetur. vnde ſequitur: Ambo igitur quieſcere, terra ipſa quieſcente, impoſsibile eſt: non enim fierent, quæ apparent. Reſtat igitur, aut ambo,aut alterum quieſcere,alterum moueri. Si igitur ambo mouentur; abſurdum emergeret, ſtellarum videlicet, & orbium velocitates pares eſſe: vnaquæq; enim æquè velox erit, atq; orbis in quo fertur. Simul ſiquidem cum orbibus in idem rurſus redire videntur. Accidit igitur, ſtellam ſuo in orbe circulum deſcripſiſſe, & orbem lationem ſuam peregiſſe; atq; ſuam circumferentiam deſcripſiſſe. Sanè in 24 horis mouentur: quare ſi ſtella non equaliter cum orbe moueretur; orbis certè, aut diuideretur, aut rarefieret: ſtella namq; velocius mota,finderet orbem. Non eſt autem rationi conueniens dicit Philoſophus, tex: [illegible]. vt velocitates ſtellarũ, & magnitudines orbium,eandem habeant rationem: nam vna ſtella ad aliam non habet eam in velocitate proportionem, quam vnus orbis habet ad alterum. Vnde fit, vt ipſa pari velocitate cum ſuo orbe nequaquam moueatur: orbis enim ad orbem in velocitate proportionem habet, non autem ſtella ad ſtellam: quia tunc ſtella, vtpote Mercurius, qui eſt in orbe maiori,velocior eſſet alia ſtella,Luna ſcilicet, quæ eſt in orbe minori. Quod ſi orbes ſuos mutuò commutarent, vtpote ſi Mercurius in lunæ orbem migraret,& è diuerſo; tunc planè luna velocior eſſet Mercurio, idq́; propter orbem Mercurij in quo conſiſteret. Ex quo perſpicuum eſt,ſtellas ex ſe nullum motũ habere; niſi eum tantùm,quem dicimus ipſum orbem habere. Sequitur tex: Sin autem caſu id accidit; non erit profectò rationi conſonum,vt in omnibus orbibus ſit maior, ſimulatq; latio ſtellæ,quæ in ipſo eſt velocior. Vnam enim vel duas hoc pacto ſeſe habere, non eſt abſurdum: omnes verò ſimiliter ſeſe habere, figmento ſimile eſt. Non aſſertiuè,ſed hypotheticè locutũ fuiſſe Philoſophũ,Commentator profitetur: q. d. non eſſe contra naturam, vt in vna,vel in altera ſtella id contingeret: hoc autem indicant,quæ ſequuntur: In his inquit, quæ natura fiunt nihil fortuitò. Inſuper etiam id quod vbiq;, & in omnibus eſt, à fortuna non proficiſcitur; cùm neq; vtraq;,neq; ſtellam duntaxat moueri, ſit rationi conſentaneum. Reſtat orbes quidem moueri, ſtellas verò quieſcere,& infixas in ipſis eſſe orbibus; hoc enim modo tantum nullum abſurdum eueniet. Velociorem enim eſſe maioris circuli celeritatem, conſentaneum eſt rationi, ſi orbes circa idem centrum ſint conſtituti. Quemadmodum enim in cæteris corpus maius, velocius latione propria fertur, ſic & in orbicularibus: nam earum portionum quæ ab eodem auferuntur centro, maioris orbis maior portio erit. Inſuper cœlum eſt continuum, igitur ſtella non mouetur per orbem. Præterea cùm ſtellæ rotundæ

Non eſt idem motus ſtellæ, & orbis.

In cœlo non eſſe motum caſualem.

Stellæ quieſcunt.

Stellæ rotũdę

 ſint,ipſius

ſint, ipſius autem rotundi duo per ſe ſint motus, rotatio, & conuerſio: ſi ſtellæ ergo per ſe mouebuntur, altera harum motionum mouebuntur. At neutra moueri videntur. Nam ſi rotabunt: in eodem profectò manebunt, & locum non mutabunt: videntur autem locum

Motus rotationis.

mutare, vt etiam omnes dicunt. Senſus eſt: Si ſtellæ mouerentur motu rotationis, in eodem profectò ſitu, reſpectu polorum ac mundi centri, manerent: & locum ſecundum ſubiectum non mutarent, cuius oppoſitum dicunt omnes. Adde, quòd omnes eodem motu rotarentur. At Sol ſtellarum ſolus hoc facere videtur, cùm exoritur, atq; occidit. Sed Sol

Sol non rotat.

non rotat: quandoquidem non per ſe, ſed ob diſtantiam à noſtro viſu id facere videatur; Viſus enim longè ſeſe extendens, ob imbecillitatem, quam in ſuo conatu conſequitur, vacillat: qui quidem forſitan cauſa eſt, vt etiam ſtellæ fixæ micare videantur, vagæ verò minimè; vagæ namq; ſtellæ quia prope ſunt viſus potens, & ſui compos ad ipſas pertingit; ad fixas verò longe valde diffuſus, vibrat: Tremor autem ipſius facit, vt hæc vibratio, ſtellæ ipſius videatur. Nam nihil differt viſus, an res quæ cernitur, vacillet. Ex quo patet nullam ſtellarum motu rotationis moueri. Arguit Auerroes: Sol (inquit) non ſcintillat ob loci diſtantiam: nam Iupiter cùm ſit à nobis remotior quàm Sol, non ſcintillat tamen: ſcintillationis ergo ſtellarum cauſa, non eſt loci diſtantia. Amplius, Mercurius eſt nobis propior Sole, & luce minor, & nihilominus ſcintillat. Reſpondet Auerroes, Solem non ſcintillare ob diſtantiam, ſed potius ob lucis potentiam: ſed id manifeſtè Philoſopho aduerſatur, Solem ob diſtantiam ſcintillare aſſerenti. Dico igitur, ad huiuſmodi Solis titubationem, ſiue ſcintillationem, multa neceſſariò concurrere: medij ſcilicet craſsitudinem, vtpote in illius ortu: humidi quoq; in oculo exiſtentis, ob lucis præſtantiam, reſolutionem, inordinatumq; ſpirituum motum. Accepit ergo Philoſophus diſtantiam, vt ſcintillationis cauſam; nam lucis præſtantiam, eſſe huiuſmodi rei cauſam, minimè dubitauit. Itaq; tanta à noſtris oculis Solis diſtantia, cum tanta lucis excellentia ſufficiens cauſa eſſe poteſt, vnde humidum oculi eliqueſcat, ac inordinatus fiat ſpirituum motus: quæ profectò conditiones nequaquam inueniuntur: vnde fit, vt minimè ſcintillet. Ad aliud dico, Mercurio id accidere ob eam, quam cum Sole ſemper habet vicinitatem: ipſe enim ante Solem ſemper exoritur, et occidit, non remotior plus vno ſigno: proinde videtur prope diem, vel in noctis principio. Poteſt etiam id accidere ex Mercurij paruitate. Quomodo ergo ſtellæ non moueantur motu rotationis, iam perſpicuum eſſe puto. Reliquum eſt ergo oſtendere, nec conuerſionis motu ipſas moueri. Sequitur tex: 49. Atqui nec conuerti ſtellas perſpicuum eſt: id enim quod conuertitur, voluitur: at id Lunæ, quod facies appellatur, ſemper ſpectatur.

Vacillatio oculorum vnde.

Quare ſtellę ſcintillant.

Vnde Sol ſcintillat.

Mercurius, ſcintillat.

Stellæ nõ mouentur motu conuerſionis.

Senſus eſt, quæcunq; mouentur motu conuerſionis, voluuntur: ſed ſtellæ non voluuntur, ſicut apparet in Luna, quæ eandem nobis faciem ſemper oſtendit: igitur ſtellæ non mouentur motu conuerſionis. Quare, cùm ea, quæ per ſe mouentur, proprijs motibus per ſe moueri æquum ſit: his autem moueri non videantur: conſtat ergo, ipſas per ſe non moueri. Simplicius, ad mentem Platonis, rotationis motu ſtellas omnes moueri putauit, eoq; in ſuis proprijs concauitatibus. Si, inquit, ſtellæ ſunt corpora naturalia: habent ergo aliquem motum naturalem: deniq; cùm ſint corpora animata, & per ſe viua; ergo à ſeipſis mouentur. Dico, ſtellam non eſſe per ſe corpus ſeorſim, ſed partem corporis naturalis denſiorem, proinde motu proprio nequaquam moueri. Ad aliud patet reſponſio ex alio Pymandri, vbi oſtendimus corpora cœleſtia non eſſe animata. Reſpondet inſuper Philoſophus tex: 50. Inſuper etiam à ratione alienum eſt, nullum ipſis inſtrumentum naturam ad motum tribuiſſe: Natura ſiquidem nihil caſu facit, neq; æquum eſt animalia quidem hæc ipſi curæ fuiſſe: illa verò adeò præſtabilia contempſiſſe. Sed videtur tanquam de induſtria factum, ea cuncta auferre, quibus per ſe procedere ipſa poſſent: propterea quia, & ipſa plurimùm ab his ſe mouit, quæ inſtrumenta habuerunt ad motum. Ex quo patet, ſtellas non moueri motu rotationis, quippe quæ ab ortu ad occaſum moueantur: quæ autem rotant, ſitum minimè mutant: alioqui talis motus reuolutio eſſet, & non rotatio. Nec etiam motu conuerſionis, ſiue reuolutionis; quia Lunæ facies contrarium nobis oſtendit, quæ

Quare cœlum non habet mẽbra.

Stellę nõ mouentur motu rotationis.

Conuerſionis

De ſtellarũ motu.

intuentibus ſemper apparet eadem. Neq; motu progreſſiuo, quandoquidem à natura ad huiuſmodi opus conficiendum, nullum inſtrumentum acceperint. Neq; motu proprio, cœlo quieſcente: nam cùm vna ſuper alteram ſit, vt docet Lunæ Soliſq; Eclipſis, vna, procul dubio in eodem tempore, maiorem quàm altera circulum deſcriberet: atq; ita non vniformem ſeruarent velocitatem. Adde, quòd tunc cœlum rareſieret, atq; condenſaretur; atq; ita eſſet corruptibile. Accedit ad hæc, quod tunc eadem planè ſtella motibus diuerſis moueretur: ſiquidem Sol eodem tempore motu diurno moueretur, pararellum diurnum deſcribendo, & motu obliquo ab occaſu ad ortum: idq; non ob orbium cauſam, ſed ipſius propriam. Deniq; tanta motuum diuerſitas, quæ inuenta eſt ab Aſtrologis, in vno eodemq; Planeta ſaluari non poſſet; niſi pluralitas orbium adeſſet: ſicut in Theorica Planetarum paulò ante demonſtraui.

Progreſsiuè.

Quòd igitur ſtellæ non moueantur, ſed ipſarum orbes, ex Philoſophi doctrina patet ſatis. Quùm ergo hæc ita ſe habeant ſecundum Philoſophum, & de motu ſeptem Planetarum hactenus diſputauerim; operæpretium eſſe puto, & ordinis rationi conſentaneum, octauæ Sphæræ motus, ad mentem Aſtrologorum, non ignorare. Porrò octauæ Sphæræ, ad cuius motum orbes deferentes auges Planetarum mutantur, Triplex eſt motus; vnus quidem à primo mobili ſ. diurnus, quo in die naturali ſemel ſuper 1.
polis mundi reuoluitur. Altera nona Sphæra, quæ ſecundum mobile vocatur: qui ſemper 2.
eſt ſecundum ſucceſſionem ſignorum contra motum primum ſuper polis Zodiaci regularis: ita vt in quibuslibet ducentis annis per vnum gradum, & 28. ferè minuta progrediatur: hic motus augium, & ſtellarum fixarum in tabulis appellatur: Et eſt arcus Zodiaci primi mobilis inter caput arietis primi mobilis, & caput arietis nonæ Sphæræ. ſuperficies namq; Ecliptica nonæ Sphæræ, ſemper eſt in ſuperficie Eclipticæ primi mobilis. Reuera vetus extitit Aſtrologorum ſententia, duobus motibus, diurno ſcilicet & proprio, octauum orbem deferri: & diurno quidem à nono orbe, proprio verò à ſeipſo: at poſtquam tertius motus à recentioribus Aſtrologis inuentus eſt, præter nonum, decimum orbem addiderũt, cui ineſſet motus diurnus, atq; nonum orbem ſecum raperet. Vnde factum eſt, vt nonus orbis, ſecundi mobilis nomen ſortiretur: eiuſq; motus fieret ſingulis ducentis annis gradu vno, 28 minutis: circulum autem abſoluit in 49090. annis. velocitas autem diei ſecundum tabulas eſt. 0.0.0.0.0.4. 20 41. 17. 12. Porrò ſecundum veterem aſtrologorum ſententiam, octauus orbis in longitudine zodiaci, ſecundum ſignorum, motu proprio mouebatur, à quo Planetarum auges ferebantur; ob quam cauſam augium, atq; ſtellarum fixarum motus dictus eſt. à recentioribus autẽ motus trepidationis inuentus eſt, atq; octauo orbi tributus. Motum verò augium in nonum orbem tranſtulerunt: quippe quia tardior eſſet iſte motus, quàm acceſſus & receſſus; ideoq; orbi conuenit ſuperiori. Hic autem, vt dictum eſt, incipit ab initio arietis primi mobilis, ad caput vſq; arietis noni orbis: ſemper enim principium arietis nonæ ſphæræ in ecliptica decimæ inuenitur, ſituaturq; tota ecliptica ſub ecliptica primi. Tertius motus eſt ſibi proprius, qui motus trepidationis vocatur, ſiue acceſſus & receſſus octauæ ſphæræ; fitq; ſuper duos circulos paruos in cõcauitate nonæ ſphæræ, æquales ſuper principia arietis & libræ eiuſdem deſcriptos: ſic quòd duo pũcta certa octauæ ſphæræ, quæ capita arietis & libræ eiuſdem vocantur, diametraliter oppoſita circũferentias talium duorũ nonæ ſphæræ regulariter deſcribant: ita tamen, vt ecliptica octaui orbis interſecet ſemper eclipticã noni, idq; in capitibus cancri & capricorni nonæ diametraliter oppoſitis. Vnde fit, vt cum vnus eorundem punctorũ octauæ ſphæræ in ſui ſit meridiani medietate: alter ſit in medietate circuli ſui ſeptentrionalis. Ecliptica quoq; octauæ dum nonæ eclipticã ſecat, in partes ſemper æquales ſecabit, atq; paruorũ portiones circulorũ æquales. Hæc eſt autem huiuſmodi velocitatis regula; vt quælibet duorũ punctorum, circumferentiam parui ſui circuli, in quo circumfertur, in ſeptem milibus annorũ præciſè abſoluat, atq; perficiat. Quamquam autẽ hæc puncta, æquales circulorum circumferentias deſcribant; nulla tamen alia puncta eius circumferentias circulorũ deſcribere contingit. Capita verò cancri & capricorni octauæ ſphæræ, quaſi figuras conoidales, habẽtes pro baſi

Motus octauæ Sphæræ triplex.

Motus ſecundus.

Motus nonæ Sphæræ.

Motus octaue

Motus trepidationis.

Duo puncta octauæ.

lineas

tus. quinoctio finitur Autumnali, conſtatq́ſenis menſibus; annus namq; ſecundum vnum mo-
dum communiorem, in Æſtatem, & Hyemem diuiditur: ſecundum verò particulariorem
eſt quarta pars anni, quæ incipit Sole Cancrum ingrediente: Libram verò ingrediente,
Autumnus, Capricornium Hyems, Arietem autem Ver. Ab Æſtu verò nomen accepit,
vt Æſtas perinde ſit, ac vſta, ſiue exuſta. Ver, orienti tribuitur, quòd tunc ex terris om-
nia oriantur: Æſtas verò meridiano, quòd ſcilicet huiuſmodi calore ſit torrida. Autum-
Autumnus. nus ab augendo dictus eſt, quòd tum maximè augeantur opes, coactis agrorum fructi-
bus, occidentali plagæ conceditur, quòd tunc arbores occidere incipiant quodammodo, e-
ius foliis decaleſcentibus. Hyems ab   i. pluo: eſt enim tempus anni pluuioſum. Varro
Hyems. putat ab hiando nomen accepiſſe, quòd anima, quæ à nobis flatur, tunc vel maximè appa-
reat: Spiritus enim noſter, cùm ſpiramus Hyeme, quaſi in nebulam concretus, cernitur.
Menſes vnde Hæc autem ſeptentrioni aſſignatur, quòd videlicet perpetuo gelu torpeat. Menſis, teſte
ſunt dicti. Macrobio, à Græco   i. à Luna, dicitur: Lunæ namq; curriculo menſis conficitur. vnde
apud Hebræos, menſes legitimi, non ex Solis circulo, ſed ex Lunæ curſu numerantur: nem-
pe ex noua ad nouam Lunam, principium & finem menſis determinantes: Quod planè
Ægyptiis minimè placuit, idq; ob velociorem, ac varium Lunæ curſum, ex quo in menſi-
um numero facilè aliquis error contingere poterat: hanc ob cauſam ex Solis curſu, diem
menſis acceperunt. Cicero lib. 2. De natura deorum: Qui menſa ſpatia conficiunt, inquit,
menſes nominantur, vt menſis idem ſit, ac res numero dierum menſa. Menſium autem pri-
Ianuarius. mus Ianuarius dicitur, à principe Deo Iano ſic à Numa appellatus; qui primum anni eſſe
voluit, tanquam bicipitis Dei menſem: vnde & bifrons pingitur, quaſi anni introitus, &
Februarius. exitus: denique quòd anni ſit ianua. Februarius, à Februo i. Plutone inferorum Deo, cui
Martius. hic menſis ſacer erat, ſic eſt appellatus. Martius, ob Martem Romanæ gentis authorem:
hunc Romulus voluit eſſe primum anni menſem, ſuoq́ genitori dedicauit: vel quòd eo tē-
pore cuncta animantia agantur ad Marem. Idem in ſcripturis vocatur menſis nouorum,
& nouum Ver; quòd in eo vireſcentibus fructibus nouis, præteritorum probetur occaſus.
Aprilis, quaſi aperilis, quòd terram aperiat, quia Verna temperie plantarum germina a-
Aprilis. periuntur. Veneri conſecratus erat apud gentiles: propterea dicunt ab aphros, hoc eſt,
Maius. à ſpuma eſſe appellatum, nam ex ſpuma maris Venus nata eſt. Maius, à maioribus natu,
qui erant reipublicæ principes, nomen accepit: nam hunc menſem maioribus, ſequentem
Iunius. verò minoribus Romani conſecrarunt. Iunius, à iunioribus, qui rem armis gerebant. Poſt-
quam enim Romulus populum Romanum in maiores minoresq́ue diuiſit, vt altera pars
conſiliis, altera armis rempublicam tueretur; in honorem vtriuſq; partis, hunc Maium, ſe-
quentem Iunium vocauit: Hinc ſua maiores tribuêre vocabula Maio, ait Ouidius 5. faſt.
Iulius. Iulius, & Auguſtus ab illis duobus præclariſſimis imperatoribus, à Iulio Cæſare & Auguſto
Auguſtus. vocati ſunt: nam prius quintilis, & ſextilis dicebantur: eo enim menſe, ad quartum idus
quintiles natus eſt Iulius, qui à Iulio Aſcanio Æneæ filio, nomen accepit, 1. Æned. Iuli-
us à magno demiſſum nomen Iulo. Auguſtus, quod eſt religioſa quadam veneratione di-
gnum. Quoniam autem Octauius Cæſar menſe ſextili primum conſulatum iniit, triumphos
&, vrbem intulit: Ægyptus quoq; hoc menſe, in poteſtatem populi Romani redacta eſt,
& finis ciuilibus bellis impoſitus: placuit Senatui, vt deinceps Auguſtus appellaretur.
September. September nomen habet, à numero, quòd ſcilicet ſeptimus ſit à menſe Martio: & de re-
liquis ſimilis eſt ratio reddenda. De æquinoctio autem, & Solſtitio dicemus, quando de
zodiaco erit nobis diſputandum. Quid ergo ſit Sol, & quomodo moueatur, atq; ſit tempo-
rum index, hæc dixiſſe, ſufficiat.

QVÆSTIONIS QVINTAE. CAP. I.

De Marte.

Mars

Mars Iunonis filius fuit incerto patre: apud gentiles Deus belli creditus eſt: ſic dictus, teſte Varrone lib. 4. quòd maribus in bello præſit: à Poëtis per Epentheſim Mauors dicitur, quòd magna vertat. Ex hoc autem inter planetas Martem ſydus ardens, violentum, cruentum poſuerunt: dixeruntq́ Martem in ſeptimo ab horoſcopo loco partialiter conſtitutum, id eſt, in occaſu maxima mala, & immenſa pericula allaturum. Plinius lib. 2. cap. 8. Sydus Martis (inquit) quod quidam Herculis vocant, ignei ardentis, à Solis vicinitate. vnde cap. 18. dicit Saturnum eſſe candidum, Iouem clarum, Martem igneum, Solem candentem, Venerem refulgentem, Mercurium radiantem, Lunam blandam. Martis curſum, cap. 17. dicit maximè inobſeruabilem eſſe, quia ſcilicet nunquam ſtationem faciat: habet orbes tres ab inuicem diuiſos, & contiguos, in quorum medio orbis quartus, & paruus eſt, in quo ſitum eſt planetæ corpus. Orbis ſuperior ſecundum ſuperficiem conuexam, mundo concentricus eſt, ſecundum concauã verò eccentricus. Inferior autem contrario modo ſe habet: nam ſecundum ſuperficiem concauam concentricus eſt, ſecundum conuexam verò eccentricus. Porrò hi duo orbes, Martis augem deferunt: ad illorum enim motũ aux Martis variatur. Inter hos, tertius orbis, qui ſecundum vtramq́ ſuperficiem, eccentricus eſt, & Martis deferens nominatur; quia nimirum corpus Martis ab illo defertur. Super axe proprio, & polis mouetur quotidie triginta ferè minutis: totúmque zodiacum, duobus ferme annis, & menſibus quinq́ percurrit. Cæteris in motibus conuenit cum Ioue, & Satur. Itaq́ quid ſit Mars, & eius orbes, breuiter dixi.

Mars. Colores Planetarum. Orbes Martis ſtellæ. Deferens Martis.

Qvaestionis sextae cap. I.

De Ioue.

Iupiter, teſte Priſciano non eſt nominatiuus huius genitiui Iouis: ſiquidẽ primus Iouis appellabatur à iuuando; poſtea adiuncto altero vocabulo, dictus eſt Iupiter, quaſi Iouis pater. Phyſici putant eſſe elementum ignis, ſic dictũ à iuuando, quòd nulla ſcilicet res ſit, quæ ſic omnia foueat, ac calor. A poëtis dicitur diuûm atq́ hominum Rex. vnde Lucanus lib. 8. Eſtq́ Dei ſedes, vbi terra, & pontus, & aër, Et cœlum, & virtus, ſuperos quid quærimus vltra? Iupiter eſt quodcunq́ vides, quodcunq́ moueris. Sic etiam Virgi. ait, Iouis omnia plena. Græci Iouem ζῆνα, zina, & δία nominarunt: vtrunq́ à viuendo, quòd vitam cunctis præberet, animas inſpiraret. Sic etiam Orpheus interpretatur in Cratere. Plutarchus docet priſcos philoſophos, Iouem, appellaſſe mentem omnium creatricem, & vitam. Ideo hic cultus eſt tanquam Deus à ſapientibus viris, qui nullum mortalem pro Deo habebant, ſed principem naturæ, immortalem, omnipotentem eſſe dixerunt. Lactantius Saturni filium Cretæ Regem propterea, zina, dictum arbitratur, quòd primus ex liberis Saturni maribus vixerit. Plato in Cratylo vtrunq́ nomẽ coniungit, Dia, che zina, quaſi ipſe ſit vitæ author: Eſt (inquit) velut oratio quædam Iouis nomen, quod quidem bifariam partientes, partim vna, partim altera parte vtimur. quidam zina, quidam dia, vocant: quæ partes in vnũ compoſitæ, naturam Dei ipſius oſtendunt, quod maximè debet nomen efficere poße: Nulla enim nobis cæteriſq́ omnibus videndi magis cauſa eſt, quàm Princeps, Rexq́ omniũ. Quapropter decens nomen eſt hic Deus ſortitus, per quem vita ſemper omnibus viuentibus ineſt. Hũc Saturni filium, cùm quis audiat, fortè inſolentem contumelioſumq́ putarit: verùm probabile eſt, magnæ cuiuſdam intelligentiæ prolem Iouem eße. Quod enim κόρος dicitur, non puerum ſignificat, ſed puritatem mentis ipſius, & ſynceram integritatem. Eſt autem is Vrani .i. cœli filius, vt fertur. Quippe aſpectus ad ſupera meritò Vrania vocatur: quaſi oroſata à Iano, ſupera ſcilicet reſpiciens. Vnde affirmant ij, qui de rebus ſublimibus agunt, puram mentem adeſſe, & Vrano iure nomen impoſitum. Quamobrem 2. de republica di-

Iouis nomen. Lucanus. Virgil. Orpheus. Plutarchus. Lactantius. Plato. Iupiter autor vitæ omnib. Filium cœli.

dus. blica dicit, Iouē eſſe boni, & nō mali cauſam. Neq; (inquit) Homeri, neq; alterius poëtæ ac-
Homeri error cipiendum eſt peccatum, ſtultè de Deo dicentis in Iouis limine duo iacere dolia plena ſor-
tibus, bonis vnum, malis alterum. Cumq; ex his Iupiter inuicem commixtis impertit alicui
alias huic bene, alias male eſt; cui verò ex altero datur, hunc veſana fames ſuper terras
exagitat. Neq; verò admittendum eſt Iouem nobis penarium eſſe bonorum atq; malorum.
Orpheus. Nam cùm bonus ſit; bonorum tantū cauſa eſt, malorum verò nequaquam: vnde Orpheus:
Cuncta fouens, atq; ipſe ferens ſuper omnia ſeſe. Ad hac accedit, quòd in lib. Minos, ſiue
Minos. Rhadamant. de lege, Minoen & Rhadamātum dicat fuiſſe Iouis & Europa filios propter inſignem illo-
rum in regendo iuſtitiam: Deus (inquit) nimium indignatur, quoties quēpiam illius ſimi-
lem improbamus, aut probamus diſsimilem. Dei verò ſimilis eſt vir bonus, neq; lapides,
aut ligna, aut aues, aut ſerpentes ſacra exiſtimes, homines verò nequaquam; imò ſacra-
Sceptrum Iouis. tiſsimum omnium eſt vir bonus; prophaniſsimum contrà vir malus Itaq; Minos ſceptrum.
i. doctrinam Iouis tenebat: proinde apud inferos vrnam mouet, & vitas, & crimina di-
ſcit, inquit Virgilius in 6. æneidos. Habet etiam Iupiter, teſte D. Auguſtino de ciuitate dei
lib. 7. cap. xi. alia cognomina, inuictum, opitulum, impulſorem, ſtatorem &c. Homerus,
Cognomina Iouis. August. & Orpheus vocant Iouem amicitiæ præſidentem, hoſpitalem, ſocium: hæc autem cognomi-
na, inquit Auguſtinus, impoſuerūt vni Deo propter cauſas poteſtatesq; diuerſas; quod ſci-
licet, omnia vinceret, ipſe verò à nemine vinceretur; quòd opem indigentibus ferret; quòd
haberet impellendi, ſtatuendi, ſtabiliendi, reſupinandi poteſtatem. Præter hæc, vocatus
eſt Iupiter Anxurus, ſine nouacula, imberbis, quod certè Iouis puritatem præſeferebat,
Terracinæ. idq; Terracinæ, quæ olim Anxurus dicebatur. Athenis Iupiter φράτριος quaſi tribulis: de
Plato. quo Plato 8. de legibus: Iupiter, inquit, contribulis, hoſpitalis, & teſtis. Qui legi obtem-
perat, indēnis vtiq; ſit: qui eā diſiunxerit, duplices pœnas luat; primo quidem Deo vin-
dice, cuius lex hæc erat: Nemo fines, atq; terminos agri moueat; deinde lege: In Caria
Securis Iouis. χαβραζιὺς quaſi ſecurarius, in cuius dextra non fulmē, ſed ſecuris erat, quam Lydi, labrin,
dicunt. Erat etiam in Græcia, Eleuterios. quaſi liberator, quòd ab armis Perſarum liberaſ-
ſet. In Sicilia Agorios Forenſis, quòd foro præeſſet, eiq; ſtatua eo loco erigebatur. Romæ
Iupiter vocabatur Feretrius, de ferendis ſpolijs opimis: Sacratus à Romulo: Capitolinus, à
Elicius. loco: Elicius, quem ſacrauit Numa in Auentino ab eliciendo è mentibus diuinis, quomodo
Piſtor. procuranda eſſent fulmina: Piſtor, à panibus, quos de Capitolio iactarūt obſeſsi Roma ca-
pta, cuius feſtū 6. Idibus Iunij: Viminius, in colle viminali: prædator, prædæ adiutor, cui &
Tonans. aliquid debebatur de præda: Vltor, quem ſacrauit Agrippa: Tonans, quem Auguſtus poſt
bellum Cantabricum ſic appellauit: Cuſtos à Domitiano in Capitolio: Latialis a Tarquinio
Inuictus. Superbo in monte Albano: Inuictus, cuius feſtum idibus Iunij. Inuētor, cuius Ara prope
portam trigeminā, ſacratus ab Hercule, inuectis bobus, cui iuuencus immolabatur adul-
tus atq; ita pro diuerſis in homines collatis beneficijs, diuerſa nomina & ſacrificia ſuſce-
Cicero. pit. Cicero 2. de natura Deorum cœlum ex dictis Ennij, & Euripidis, Iouem eſſe tradit:
Aërem autem ſicut Stoici diſputant, inter Cœlum & Mare interiectum, Iunonem, quæ eſt
Soror & coniux. ſoror, & coniux Iouis, quod ſimilitudo eſt Aetheris, & cum eo ſumma coniunctio; effœ-
minarunt autem eum, Iunoniq; tribuerunt, quòd nihil eſt eo mollius. Tres filij Saturni, Iu-
Ioui cœlum. piter, Neptunus, & Pluto, ita ſibi ſunt mundum partiti; vt Ioui cœlum cederet, Neptu-
no maria, Plutoni terra. Iuno nupſit Ioui, & aeri eſt præfecta. veritas huius rei; quòd in
diuiſione paterni regni, imperium Orientis Ioui ceſſerit, quod cœleſtè videtur, in quo &
Olympus mons, qui ſimilitudine nominis, fabulam confirmauit. Imperium maritimum &
Neptunus. claſsis, Neptunus accepit partem, quæ ad occidentem Solem vergeret. Dis, ſiue Pluto in-
ferorum locum, vnde in inferis dominari dicitur, & Saturnum ad inferos relegatum fa-
bulantur, quòd ex oriente in Italiam fugerit, quæ eſt occidentalis in orbe terra. Neptu-
nus (teſte Diodoro Siculo) nauigandi arte inuenta, Claſſem inſtituit, eiq; à Ioue præfe-
Pluto. ctus eſt, ideo pro Deo maris habitus eſt, cultusq; à poſteris. Pluto Proſerpinam, Iouis &
Cereris filiam rapuit, quam mater diu quæſitam, tandem apud inferos eſſe comperit, im-

petrauitq;

Saturni ſydus.

petrauitq́ à Ioue, vt Proſerpina medium annum eſſet cum marito, medium ſecum apud ſuperos, habuit quoq; Iupiter Mineruam ex Themido. Cicero 3. de natura Deorum, Mineruas quinq; facit, ſed Poëtico more omnes iſta confunduntur. Et vna dicitur Minerua, quam ex cerebro Iouis natam volunt, præſidem totius Sapientiæ: nam ideo nata eſt ex cerebro ſummi Dei, & virgo eſt, & reſidere putatur in altiſſimo cœli loco. Venus quoq; vt dixi, fuit Iouis filia. Denique omnes virtutes à Ioue manarunt: quapropter inter Planetas relatus, benigniſſimum, atque clariſſimum poſſidet Sydus, quod ſuum circulum per zodiacum annis fermè 12. abſoluit, atq; complet: reliquos verò orbes, & motus cum Saturno & Marte habet communes.

Proſerpina.
Minerua.
Mõtus Iouis.

QVAESTIONIS VII. CAP. I.

De Saturno.

Saturnus quid.
Cicero.
Comedit filios.
Plato.

SAturnum, Heſiodus, & Diodorus, cœli & terræ filium fuiſſe narrant; hominem impientiſſimum, ſed relatam ei gratiam à filio Ioue: Nam pulſus eſt ab eo, vt ipſe patrem expulerat. Hic Deus temporis eſt fictus, ideo dictus eſt χρόνος. Cicero 2 de natura Deorum, Saturnũ autem eſſe voluerunt, qui curſum, & conuerſionem ſpatiorum, ac temporum contineret: vnde χρόνος idem ſignificat, ſpatium ſcilicet temporis. Saturnus autem eſt appellatus, quòd ſaturaretur annis: ex ſe enim natos comediſſe fingit, quia conſumit ætas temporum ſpatia, annisq; præteritis inſaturabiliter expletur. vinctus eſt autem à Ioue ne immoderatos curſus haberet, ſyderumq́ vinculis alligauit. Cæterùm Saturnus apud Platonem, ſuprema eſt intelligentia, in qua eſt vniuerſalis omnium lex, atq; prouidentia circa omnium eſſentias, & vitas, ordinesq́ formarum. Huic autem ſubeſſe dicit tres præcipuos numinum ordines: in quibus ſaturnia prouidentia demonſtratur; Eſſentiarum diſtributio Ioui committitur; vitarũ verò gubernacula, Neptuno; formarum autem ordo, ac diſpoſitio, Plutoni. Porrò diuina prouidentia, lex Saturni à Platone, & Orpheo nuncupatur. fatum verò, lex Iouis, Natura mouens prima Veneris, prudentia naturalis, ſecundæ. In lib. de regno: Quod quærebamus, inquit, ſub Saturno, ſponte omnia hominibus naſci, præſenti conuerſioni minimè conuenit, ſed ſuperiori potius competebat. Tunc ſanè totius circuitus princeps curatorq́ primùm Deus extitit, vt nunc per varias mundi plagas, ſingulæ illius partes, à Dijs principibus diſtributæ ſunt. Animalium quoq; genera gregatim diſtincta Dæmones quidam tanquam diuini paſtores ſortiti ſunt; quorum quiſque ad munus ſuum obeundum, ſufficiens cùm eſſet, ſingulis ſingula diſtributa, ſicut ille voluit, præficiebantur, quibus præerat ipſe. Quam ob rem nihil erat agreſtè, omnisq; rapacitas & vorago procul aberat: aberat bellum penitus, atq; ſeditio: cætera inſuper, quæ conditionem illorum temporum ſequebantur, innumerabilia ſunt. Quod verò de victus facilitate, & libertate vitæ fertur, ob id eſt dictũ, quòd Deus eos paſcebat, ipſe illorum paſtor, & cuſtos, quemadmodũ homines nunc quorum natura diuinior, brutorum paſtores ſunt. Deo itaq; cuſtodiente, Ciuitatum conſtitutiones nullæ erant: fructus verò illis, & poma, & fruges, abundæ arbores, & fertile ſolum ſponte ſua abſq; agriculturæ opera, ſuggerebant. Nudi quinetiam & expediti, & errabundi, vt plurimùm paſcebantur; Nam temperies illis innoxia, mollia quoq; paſſim parata cubilia, quàmplurimis ex terra herbis repullulantibus. Status innocentiæ ſub Adam innocente quodammodo à Platone deſcribitur: proinde Poëtæ in ætate aurea, quæ ſub Saturno fuit, nullam ponunt culturam agri; ſed, vt inquit Virgilius, ipſa tellus omnia liberius, nullo poſcente, ferebat: & Ouidius: fruges terra inarata ferebat. Cæterùm, vt ſcribit Euſebius in euangelica præparatione, Saturnus regionis Paleſtinæ Rex fuit, cùm hominem exuiſſet, aſtrum illud induit, quod eius nomine vocatur. cuius cœlum habet orbes tres ab inuicem diuiſos: in quorum medio eſt orbis quartus, & paruus, à quo corpus Planetæ defertur.

Lex Saturni.
Ætas aurea ſub Saturno.
Deus eos paſcebat.
Nudi incedebant.
Virgil.
Orbes Saturni

[Saturni ſydus.] *tur. Orbis autem ſuperior ſecundum ſuperficiem conuexam, mundo concentricus eſt: ſecundum concauam verò, eccentricus.* [Orbes augis.] *Hi autem duo orbes augem Saturni deferunt, quippe cùm ad ipſorum motum, aux Saturni varietur. Tertius autem orbis inter hos incluſus, ſecundum vtramq; ſuperficiem eccentricus, atq; Saturni deferens nominatur: in ipſo enim eſt orbis paruus, cui inſidet corpus Saturni, & ab illo defertur. Porrò orbes augis ſuper axe, & polis eclipticæ octauæ ſphæræ mouentur, idq́; proportionabiliter ad motum eiuſdem, in ducentis annis vno gradu, & 28. ferè minutis: Ita vt ſemper pars ſtrictior ſuperioris ſit ſupra latiorem inferioris, ne corporum penetratio fieret, aut vacuum neceſſariò daretur.* [Orbis medius] *Orbis verò medius, qui deferens Saturni nuncupatur, ſuper axe proprio axem zodiaci, ſiue eclipticæ ſecante, ſecundum ſucceßionem ſignorum, duobus minutis ferè quotidiè mouetur.* [Poli.] *Poli autem eius à polis zodiaci inæqualiter diſtant: axis verò eiuſdem propter eccentricitatem zodiaci, axem non in medio ſiue in centro ſecat. Quam ob cauſam ſuperficies deferentis à ſuperficie eclipticæ inæqualiter diuiditur: ita vt portio quidem maior, in qua ſemper eſt aux verſus aquilonem; minor autem, in qua ſemper eſt oppoſitum augis, verſus auſtrum relinquitur. Simile iudicium haberi poteſt de Ioue, & Marte.* [Axis.] *Ex quo patet, axem, & polos, & huius orbis centrum circa axem, polos & centrum orbium augem deferentium deſcribere, quem virtute octauæ ſphæræ obtinent. Epicyclus mouetur in longitudinem:* [Motus in longitudinem.] *quod fit, quando mouetur ſuper centrum ſuum, corpus Planetæ in parte quidem ſuperiori, ſecundum ſucceßionem; in parte verò inferiori contra ſucceßionem. Quam ob cauſam ſecundum partem ſuperiorem, Planeta directus dicitur: ſecundum verò inferiorem, retrogradus: in aſcenſu verò & deſcenſu, ſtationarius; non quidem quòd ſtet, ſed quòd nobis ita eſſe videatur: non enim tunc antrorſum, vel retrorſum, ſed deorſum aut ſurſum procedit. Sic etiam Luna in ſuperiori parte epicycli eſt tarda curſu, velox verò in parte inferiori. Centrum verò epicycli non mouetur ſuper centro deferentis, ſed ſuper quodam puncto in linea augis, æquè à centro deferentis diſtante, ac hoc centrum à centro mundi.* [Centrum æquantis.] *Hic autem punctus centrum æquantis eſt: circulus verò, qui ſuper ipſum deſcriptus, ſiue imaginatus eſt, æquans appellatur: quia illius officium eſt, vt motum centri æquet, & regularem reddat.* [Aux.] *Aux autem, punctus eſt de deferentis, à centro terræ maximè diſtans: è contrà punctus terræ propinquus, oppoſitum augis dicitur: linea autem per hos punctos, & terræ centrum tranſiens, linea augis appellatur. Porrò epicyclus mouetur in latitudinem reſpectu augis veræ ſuper axe ſuo, ipſius centrum, atq; medias latitudines tranſeunte. Axe præterea huiuſmodi exiſtente in interſectione ſuperficierum deferentis, & eclipticæ, ab eclipticæ ſuperficie æquè diſtabit. Hæc & ſimilia dicta ſunt in aliorum theorica planetarum, copioſiusq́; & clarius expoſita ſunt.* [Motus Saturni.] *Reliquum eſt, vt tempus, quo Saturnus, ſuum complet circulum, ſicut & cæteri Planetæ, in mediũ afferamus. Dicunt autem, qui huius rei nequaquam ignari extiterunt, Saturnum, triginta annorum ſpatio totum percurrere zodiacum. Hæc quidem de Planetis breuiter diximus: nunc cum Mercurio ad ſtellarum cognitionem habendam reuertamur.*

MERCVRIVS.

Dinumeratæ ſunt Stellæ, ſecundum eos qui inhabitant illas Deos, Ambitus amplior curſu cum aëreo circulo conſpirauit, diuino ſpiritu vectus. Quiſque Deorum ex interna virtute aſcriptum ſibi opus impleuit.

Comment. VI.

Poſt

Poſt ſeptem circulorum, ſiue planetarum numerum, ordinemq́ diſtributum, ad ſtelliferi orbis notitiam oſtendendam, propalandamq́ ritè ordinateq́ proceſſit Mercurius. Dinumeratæ ſunt ſtellæ, inquit, ſecundum eos Deos, *ſiue Angelos*, qui inhabitant illas: *hoc eſt, tot ſunt ſtellæ, quot ſunt Angeli: nam quilibet illorum proprium Aſtrum habet regendũ, aſcriptumq́ ſibi opus ex interna virtute, ex animo ſcilicet, & propria virtute compleuit: arbitratur ſiquidem Mercurius vnãquamq́ rem huius mundi inferioris, in cœlo proprium ſydus habere, à quo affecta, naturam illius præſeferre videtur. Quam ob cauſam Plato ait in Timæo, vitam nobis corpoream à ſtellis infundi; proinde planetarum numero poſito, dixit cæterorum ſyderum ambitus ignorantes homines, præter admodum paucos, neq́ nomine certo illos appellare, neq́ numeris inter ſe diſtinctis commetiri. Itaq́, vt ita dixerim, neſciunt horum peruagationes ipſum eſſe quod rite dicitur tempus, multitudine infinita, & varietate mirabili præditas. Mercurij ſententiæ Plato fauere videtur, à quo palàm affirmatur, ſtellas, & multitudine infinita, & mirabili præditas eſſe virtute: vnde fit, vt mundus iſte inferior, à ſuperiori quotidie gubernetur. Quare Homerus, Empedoclem ſecutus, ait: Talem intellectum in hominibus eſſe, qualem dedit pater in die virorum deorumq́. Orpheus, Omnia diis plena eſſe aiebat, hoc eſt, deos, ſeu res diuinas in rebus diffuſas eſſe. Et reuera hac de cauſa ſunt plura circularia corpora, propter plures, ac multiplices rerum mutationes, atq́ generationes. Vnde Ariſt. in 2. perigeneſeos ait: Propter motum Solis in obliquo circulo in mundo inferiori generationes & corruptiones fieri. Et 2. cœli, tex. 17. rationem reddit, quare cœlum multis motibus moueatur. vnde patet hæc terrena ſe habere ad cœleſtia, ſicut effectus ad cauſam, & proportio facti ad facientem. Propterea Auer. 12. met. cõ. 44. ait: quòd diſpoſitio corporum cœleſtium ad inuicem in creando entia, quæ ſunt hìc, & conſeruando, ita ſe habeat; ac bonorum ſe mutuo iuuantium virorum in regenda ciuitate diſpoſitio. hoc idem affirmatur ab Auerroe, & Ariſt. 12. met. com. 34. Et Ariſtoteles in lib. de proprietatibus elèmentorum, ait Democritum & Platonem bene locutos fuiſſe de generationis & corruptionis cauſa, quòd illa ſcilicet, ob varios ſtellarum, Soliſq́ motus, accideret. Et in lib. de mundo, cap. 9. Antiquus, inquit, & paternus eſt cunctis omnibus ſermo, quòd à Deo omnia, & per Deum conſiſtant: nulla enim natura ſibi ſufficit priuata ſalute, quæ eſt ex illo. Mundus ergo iſte inferior ita ſuperioribus oblationibus eſt ſubditus; vt omnis eius virtus inde gubernetur: quanquã nonnulli aliter ſenſerint: Nam & Rabi Moſes putauit, omnia à Deo immediatè fieri, & regi, nulliſq́ in rebus virtutes naturales eſſe: Quemadmodum docet Auer. 12. met. com. 18. Et cùm loquentes, inquit, noſtræ legis opinabantur, quod agens, agit creando formam ex nihilo: & nullum huiusmodi agens videntes hìc, dixerunt omnia entia ſine medio ab vno agente gubernari, actionemq́ iſtius agentis, in contrarias, & conuenientes, vno eodemq́ puncto ſic tranſire; vt negent ignem comburere, & aquam humectare. Amplius addiderunt, omnia indigere creatione: dixerunt enim hominem non mouere lapidem expellendo, ſed ab agente primo motum creari. atque ita à rebus potentiam naturalem abſtulerunt. Sed hæc iampridem exploſa eſt barbarica opinio ab omnibus certè veræ philoſophiæ cultoribus, præcipuè ab Albumaſare, à quo ita contra illam arguitur: Omnia, inquit, corpora naturalia, quæ motu locali, & per ſe, mouentur; ſunt extra ſe aliquid agentia: ſed corpora cœleſtia mouentur motu locali, & per ſe; ipſa igitur per ſe agunt in hæc inferiora. Probatur dupliciter: vno quidem modo, per cauſas primas remotas, principales: alio autem per cauſas proximas, & immediatas: dicunt enim Aſtronomi, corpora cœleſtia connexa, naturam vniuerſalem, quæ omnium ſit effectuum cauſa prima, conſtituere: quibus aſſentit philoſophus 2. perigeneſeos, aſſerens corpora cœleſtia inſtar artis ſe habere, hæc autem inferiora, artis inſtrumentorum inſtar. Hos ſequitur Auer. 8. phyſ. 46. & 47. comment. Quando, inquit, aliqua in multis plurificata inuenitur natura, idq́ ſecundum vniuocam,*

Stellarum numerus.
Plato.
Homerus.
Ariſt.
Auer.
Ariſt.
Rabi Moſes.
Auer.
Contra loquẽtes ſuæ legis.
Albumaſar.
Terrena à cœleſtibus gubernari.

aut analogam rationem; in aliquod primò tale reducenda eſt, quod ſcilicet eſt tale per ſe, & omnium aliorum cauſa: ſed omnia hîc agere videmus, agendiq; potentiam omnibus ineſſe: aliquòd ergo eſt vnum tale per ſe, quod eſt menſura cæterorum: hoc autē eſſe non poteſt, niſi corpus primum, cœlum ſcilicet quod agit in hæc inferiora. Quòd, ſi corpora cœleſtia immediatè agant in hæc inferiora, & vniuerſaliter; adhuc apud peripatheticos defendi poſſe videtur: Ariſtoteles ſiquidem, 2. cœli, tex. comm. 42. putat cœlum agere

Cœlum agere lumine & motu.

in hæc inferiora lumine, & motu. Quòd agant immediatè, & particulariter, vt Aſtronomi videntur velle; id profectò philoſopho non probatur: nam in lib. de cœlo nihil huius meminit, niſi fortaſsis in lib. de bona fortuna, vbi affectus nobis congenitos ex aſtrorum

Impetus naturalis.

curſibus, impetus naturales appellauit. Ad hunc etiam modum Plato poſuit, quòd quemadmodum anſeri porrigens lactucam, per exteriorem quidem ſenſum, eam mouet, allicitq; innatum eſt planè illi à lactuca moueri; ſic nobis innatæ ſunt aſtrorum diſpoſitiones, quarum inſtrumenta noſtri extitêre progenitores. Etenim, ſicut calor igni inhærens, & calor eſt, & igneus; ita planè noſtri patres, in illius vitalis ſeminis mixtione, & homines, & cœlorum extiterunt inſtrumenta: vnde fit, vt aſtrorum affectus nobis infunderint. Ve-

Tria tempora obſeruant Aſtronomi.

rùm Aſtronomi, non tantùm tempus, quo ſemen infunditur, & in vtero formatur, ſed tēpus exitus ab vtero præcipuè obſeruant; tunc enim virtus formatiua, in regitiuam cōuertitur: & fœtus non amplius matris vitam, ſed ſuam viuit. Itaque, quemadmodum colericus mouetur primò propter appetitum vindictæ, tanquam propter finem; & ob accenſionem ſanguinis circa cor, deniq; propter complexionem colericam, ſic de facili aptam accendi; ſic planè, qui ſub aliquo naſcitur planeta, puta ſub Ioue, primò quidem à virtute regitiua, tanquā ab agente immediatè, mouetur. Deinde ab impetu congenito, tanquam à materia, ad huiuſmodi aſtri diſpoſitionem aptiſsima. Poſtremò à Ioue tanquam naturalis vitæ domino. Igitur, ſicut graue deorſum mouetur per ſe à forma ſubſtantiali, & à qualitatibus;

Quomodo moueamur à ſtelis.

veluti ab inſtrumentis; ita planè natus ſub Ioue, mouetur à forma ſubſtantiali, tanquam ab agente proprio: à qualitatibus verò tanquam ab inſtrumentis: à planeta autem tanquam à perfectione, & fine. hoc autem intereſt inter homines & cætera animantia, quòd

Galli aſtrologia.

illa ſcilicet, ad cœlicarum impreſsionum motum moueantur: Gallus enim, quia aſtrorum ſentit motum, à qualitatibus ei nouiter impreſsis; hac de cauſa, vices obſeruat cantendi. homines autem, etſi huiuſmodi impreſsiones recipiant, quia tamen circa altiora occupantur, & gratia in illis dominatur, & ratio; proinde talibus non obtemperant: ſecus autem ſentiendum eſt de his, qui more pecudum viuunt. Cæterùm opinantur Aſtronomi, quòd

Planetarum complexio.

quemadmodum hominis membra diuerſarum ſint complexionum, nempe cerebrum humidum & frigidum, cor calidum & ſiccum, epar calidum & humidum, & quæ ſunt generis eiuſdem, atq; ex illis temperatur totius hominis complexio; ita certè ex diuerſis aſtrorum complexionibus, vita compingitur animantium. Dicunt enim Saturnum eſſe frigidum & ſiccum, Iouem calidum & humidum: vnde fit, vt vnius complexio temperetur ab altera, atq; ita felix ille, qui temperatam planetarum ſortitus eſt naturam. Verùm

Cœlum lumine, & motu tātum agere, dicit Auer.

hæc Aſtronomorum ſententia, Auerroi minimè placet, imò aduerſus illam arguit, 2. cœli com. 42. Si aſtra, inquit, agerent frigiditatem, id profectò in luna præcipuè oſtenderetur: atqui in plenilunio; teſte philoſopho 4. de partibus animalium, caliditatem producit:

1\. *Noctes, inquit, in plenilunio calidiores ſunt, propter lumen Lunæ: cœlum igitur agit*

2\. *in hæc inferiora lumine, & motu tantùm, non aliqua planetarum complexione. Amplius; ſi aſtra agerent frigiditatem, eſſent vtiq; extra fundamenta naturæ: frigiditas enim non ingreditur opus naturæ. Reuera, nulla corpora per ſe viuificantia, per ſe frigiditatem agunt, ſiue producunt; ſed corpora cœleſtia ſunt huiuſmodi, ergo, &c. Corpora enim cœleſtia per ſe caliditatem, per accidens verò, humiditatem afferunt: atq; ita per ſe ſunt vi-*

Obiectio.

uificatiua, mortificatiua verò per accidens. Sed dices, ſi ita res ſe haberet: igitur ſiccum,

1\. *& frigidum in vniuerſo eſſent per accidens; quod eſt falſum: omne enim ens perfectum; ſub intentione cadit vniuerſalis naturæ: ea autem ſunt per accidens in vniuerſo, quæ à cor-*

poribus

poribus cœleſtibus minimè ſunt: ſed huiuſmodi à cœleſtibus per accidens fieri, putauit Auerroes: igitur in vniuerſo ſunt entia per accidens. Præterea, ſi dans formam, dat & conſequentia formam: igitur, ſi inferiorum corporum ſubſtantiales formæ, a corporibus 2.
profluunt cœleſtibus; & virtutes, quæ illas conſequuntur, ex illiſmet profluant, neceſſe eſt. Ergo, quod prius. Reſpondet Auer. 12. met. com. 18. & 2. cap. de ſubſtantia orbis; non Solutio.
parum intereſſe inter calorem cœleſtem, & elementalem, & humiditatem; ſiccitatem, & frigiditatẽ ſimiliter: illæ enim qualitates in elementis ſunt poſitiuæ, in cœlo verò effectiuæ: calor enim cœleſtis, ille dicendus, qui ad nos vehitur lumine, & motu:ècontrà, Differentia caloris cœleſtis, & elemẽtalis.
humiditas, frigiditas, ob diſtantiam à cœlo, atque à cauſis calorem afferentibus, contingit: quam ob cauſam, dicimus terram omnium eſſe frigidiſſimam, quia ſcilicet, à cœlo quàm longiſſimè abeſt: ſtellæ enim non ſunt actu, ſed effectu calidæ: elementa autẽ actu. Cùm igitur frigiditas, & humiditas hoc modo à corporibus cauſentur cœleſtibus, per accidens producuntur: priuationes namque per accidens natura intendit. Patet ergo reſponſio ad primum: huiuſmodi enim qualitates, quatenus ſunt in elementis à cœlo cauſa vniuerſali, per ſe eſſe dicuntur: neque hoc negauit Auer. ſed illud potius, quòd illæ à cœlo immediatè producantur, quatenus calori, atque humori oppoſitæ ſunt. Ex hoc etiam patet reſponſio ad Tex.
ſecundum. Cùm igitur mundus iſte inferior, à ſuperioribus oblationibus regatur, & plurima, ac diuerſa ſint huius mundi inferioris entia; rectè dictum eſt, à ſapientiſſimo Mercurio, ſtellarum numerum, parem eſſe angelorum numero, à quibus aſtra illa mouentur. Denique vnumquemque angelorum, aſcriptum ſibi opus exequi diligenter. Non ergo tot ſunt intelligentiæ, ſiue angeli, quot motus numerãtur in cœlo; ſicuti in alio libro Pymandri latius diſputaui. Plato in Parmenide, intelligentiarum numerum, ſenſibilium numero parem eſſe Numerus intelligentiarũ.
affirmat. Philoſophus 12. met. tex. 48. Omnes motus, inquit, ex Calippi & Eudoxi authoritate, ſunt 55. aut 67. igitur tot ſunt numero intelligentiæ. Dictum eſt hanc philoſophi ra- Obiectio.
tionem parum ponderis habere: ſiquidem finis intelligentiarũ non eſt motus, ſed Dei fruitio, quam quidem non per motum orbium, ſed cordium intelligentiæ aſſequuntur. Dicis, omnes operationes proprias eſſentiales, quarum vna, alteri non ſubordinatur, tot eſſe numero, quot agentia proxima, & per ſe immediata; alioqui hoc fundameto in ſcientia naturali, verſo, inquit Auer. via, qua probatur, formas multiplicari, funditus euerteretur. Via autem huiuſmodi eſt, quòd ſcilicet corpora terminata, formas determinatas obti-
neant, quòd vnumquodque ſit in actu per propriam formam. Sed motus cœleſtes ſunt ope- Solutio.
rationes animarum cœlorum propriæ, atque eſſentiales; quarum vna alteri non ſubordinatur totaliter, diuersè, ſpecificè, & vltimatè. Igitur motus cœlorum tot ſunt numero, quot ſunt formæ motrices. Reſpondeo, & in primis nego minorem, motus enim cœleſtes, non ſunt propriæ & eſſentiales operationes intelligentiarum, aliter ex cœlo, & ex intelligentia fieret vnum, ſicut ex anima, & corpore humano: quod planè in alio libro Pymandri, etiam ad mentem Auer. & philoſophi, exploſum eſt, atque excluſum. Adde, quòd tunc motus Motus cœli non eſt naturalis.
cœli eſſet naturalis: quod enim proficiſcitur ab eſſentiali operatione; vtique à natura dependet, ac naturale dici poteſt. ſed id Auerroi deſtr: deſtr: diſp. 13. dubio primo minimè placet: Ait enim, nullum mobile circulariter moueri natura. Ergo. Reuera motus naturalis à principio procedit intrinſeco: atqui intelligentia cœlo non eſt intrinſeca, ſed extrà, vt dicitur primo cœli, com. 100. & 2. com. 1. Vnde Auer. in lib. de ſubſtantia orbis, cap. 3. Iſte motor, inquit, non conſtituitur per rem motam, neque exiſtit in ea, ſed eſt abſolutus ab omni materia. Non ſunt ergo motus cœli eſſentiales operationes intelligentiarum. ſed intelligere ſummum bonum, illudque perpetuò amare, ac ſic amando frui. Præterea, & ſi diuerſitas motus ex diuerſitate proficiſcatur mouentium, & plures videantur eſſe motores, ob Numerus ſtellarum.
plures, quos in cœlo conſpicimus motus; non id tamen putandum eſt, alias intelligentias vacare, aut otio torpere, à quibus Deus inceſſanter, & intelligitur, & amatur. Porrò, Mercurius huiuſmodi ſcrupulum eruens, cuilibet intelligentiæ propriam ſtellam aſſignauit, cui regendæ diligenter incumbit. Ideóque tot numero eſſe ſtellas voluit, quot & intelligentias. Scriptum eſt in Pſal. Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnes nomine vocat.

QVAESTIONIS PRIMAE CAP. I.

Si ſtellæ ſint formaliter calidæ, & frigidæ.

*STellarum numerum, Angelorum numero parem eſſe clariſſimè docuit Sapi-
entiſſimus Mercurius: quotus autem ille ſit, ſoli ſapienti Deo cognitus eſt,
à quo & ſtellæ, & angeli conditi ſunt: aut alicui diuinitus infuſus, & oſten-
ſus. Nobis autem ſat erit, firmiter tenere, cùm ex certa experientia, tum
etiam ex diuinis literis, illorum numerum eſſe valde magnum, ac quaſi ſine*
Quomodo ſtellæ ſint calidæ. *numero. Quamobrem, huius quæſtionis profundo tranſito, ad vtiliora, atq; neceſſariora no-
bis pergendum eſt. Quoniam autem Commento præcedenti dictum eſt à nobis, aſtra non
eſſe actu calida, ſicut elementa; hoc iterum, copioſiusq; nobis examinandum, excutien-
dum eſſe arbitror, quò pro tantæ rei dignitate clarior notitia haberi poſſit. Porrò de hoc*
Philoſophus. *negotio dilucidè, atq; ſapienter 2. cœli, com. 41. philoſophus loquitur: Conſentaneum, in-
quit, maximè rationi eſt, vnamquamque ſtellarum profiteri ex hoc corpore eſſe, in quo
lationem habet. Senſus eſt, cœlum & ſtellæ, eiuſdem planè ſunt naturæ, quemadmodum*
Stellæ igneæ. *paulò antè diſputauimus. Sequitur tex. Præterea, vt qui dicunt igneas eſſe; ideo dicunt,
quia ſuperum corpus ignem eſſe aſſerunt; nam rationi accedit vnumquodq; ex his conſta-
re, in quibus eſt vnumquodq;. Sic quoq; nos dicimus. Omnis pars (inquit Auer.) eſt de
natura totius: ſed ſtella eſt pars cœli; eiuſdem eſt ergo cum illo naturæ. præſtantior ni-
hilominus eſt ſuo orbe, quia nimirum eſt per ſe ſenſibilis, ſeu viſibilis, & lumine agit, &*
Quomodo generent calorē. *motu. Tex. Caliditas autem ab ipſis, atq; lumen fit: igitur aër ab illarum latione conteri-
tur: motus enim & ligna, & lapides, & ferrum aptus eſt intendere. Conſentaneum igi-
tur magis eſt rationi, id ignire, quod eſt igni propinquius; propinquius autem eſt aër.
Senſus eſt, ignis calefacit per poſitiuam qualitatem in ſe contentam: ſtellæ verò per diſpo-
ſitionem in aliis receptam, quam quidem appellat aëris attritionem. Et reuera, ſi motu i-
gnea fiunt ligna, lapides, & ferrum; quantò magis aër? Tum propter loci vicinitatem,*
Motus eſt cauſa caloris. *tum etiam propter aptiorem, atq; faciliorem ad ignem naturæ qualitatem. Non ſunt er-
go ſtellæ igneæ naturæ, quia hæc inferiora igneo calore afficiũt. Tex. Veluti & in ipſis quæ
proiciuntur ſagittis; hæ namq; ipſæ adeò igniuntur, vt eliqueſcat plumbum, quod in ipſis
eſt. Et cum hæ igniantur; etiam, qui ipſas circumdat hoc idem patiatur, neceſſe eſt. Sen-
ſus eſt: Sagittæ calefiunt: igitur, aër calefit: idq; ob confricationis ſeu contritionis in
ſagittis factæ rationem. Tex. Hæ igitur ipſæ ideo calefiunt, quia in aëre ipſo feruntur, qui
ob percuſſionem, motione fit ignis. Superiorum autem corporum vnumquodq; in ſphæra
fertur, vt ipſa quidem non igniantur: aër autem, cùm ſub ſphæram ſit corporis circumue-*
Aër motu ignitur. *cti; illius oblatione neceſſariò calefit. Senſus eſt: quamuis tum ſagittæ, tum etiam aër,
& conterendo, & repatiendo calefiant; id tamen ſtellis tribui non poteſt: tum quia in ſuis
ſphæris, & non in aëre mouētur: tum quia alterius ſunt naturæ, & huiuſmodi alterationis
minimè ſuſceptiuæ. Aër autem calefit, quia ſub ſphæra eſt corporis circumuecti, ob cuius
motum raptus, neceſſariò calefit. Tex. Maximè hæc, in qua Sol eſt infixus: Quapropter*
Solis acceſſus cauſa caloris. *cùm propius iam acceſſerit, ac exortus fuerit ſuper nos, fit caliditas. Ipſas igitur ſtellas,
neq; igneas eſſe, neq; igne ferri, hæc à nobis dicta ſint. Contra huiuſmodi ſic arguit Auer-
roes: Sol, & aſtra non tangunt aërem: igitur non conterunt ipſum, & per conſequens nō
calefaciunt conterendo. Reſpondet idem: Partem aëris, quæ eſt in directo Solis, ſiue cu-
iuſuis syderis, magis pati conteriq;, quò huiuſmodi aſtra talem habent naturam conterē-
di, quæ partibus ſine lumine, efficere nequeunt. Itaque ſic intelligas Solem, & alia non*
Sol eſt cor vniuerſi. *calefacere immediatè, ſed per aliorũ medium: Sol namq; reſpectu totius vniuerſi, ſe ha-
bet ſicut cor reſpectu animalis: vnde ſicut ad cor pertinet, totum animal calefacere; ita
planè ad Solem, totum vniuerſum. Quare, quemadmodum & cordis calore fiunt mem-
bra calida, & ex illis veſtes exteriores; ita certe ex Solis virtute, cœlum calefit, ex illo*

Si Stellæ ſint calidę

autem cætera ſublunaria. Sed dices: Si ita res ſe haberet, quòd conterendo aſtra calefaciunt; igitur valles eſſent minus calidæ quàm mōtes; quia ſcilicet in illis minor eſſet conteritionis motus; quippè, quæ à cœlo cæteris terræ partibus remotiores ſunt: ſed oppoſitum experientia certa docet: non fit ergo calor conterendo. Sanè, ſi terra reſpectu totius, eſt quaſi punctum, & omne agens æqualiter agit in punctum: vbiq; ergò terrarum par calor inueniretur, quia vbiq; æqualis eſſet conteritio. Igitur, cœlum agit lumine & motu, non quidem conterendo, ſed mouendo, quod etiam verba philoſophi ſonare videntur: ſiquidem per conteritionem motum raptus intellexit, cuius reſpectu, motus vbiq; æqualis eſt; reſpectu autem luminis, varius, atq; inæqualis. Reſpondeo, beneverum eſſe, valles, & partes in cœlo remotiores, quoad atritionem eſſe minus calidas, ſed quoad radiorum reflexionem, calidiores: tribus enim modis, nempè lumine, motu, & conteritione, cœlū mutare continens in calorem, Auerroes arbitratur: & motus quidem ratione, æqualem diffundi calorem: luminis verò, & conteritionis difformem. Conteritio namq; principaliter fit à toto cœlo, ob ſtellatæ vtiq; partis rationē: quæ quum non ſemper æquali à nobis interuallo diſtet, nec æqualiter applicetur, ſed nunc eſt recta, nunc obliqua, nunc aliter conſtituta, æqualem ex ſeſe diffundere nequit calorem. Accedit præterea aliarum ſtellarum concurſus: vnde fit, vt ipſa attritio in vniuerſo aëre æqualis eſſe non poſſit. Ad 2. dico, quòd quamuis terra à toto cœlo æqualiter diſtet; non tamen à ſtella, ſeu à parte luminoſa, cuius virtute aërē à cœlo conteri dicimus. Ex his patet ad 3. reſponſio. Sed dicet aliquis cum Auerroe: Omne calefaciens per ſe, corpus eſt calidum: ſed lumen non eſt corpus, nec etiam formaliter calidum vt dictum eſt, nec ſimiliter motus: Nequeunt ergo rebus afferre calorem. Sanè, ſi omne quod fit, & gignitur, authore philoſopho in met. Fiat, atq; gignatur à ſimili, neceſſe eſt: igitur ſi à lumine calor producitur, eſt ergo lumen formaliter calidum, & motus ſimiliter. Reſpondeo cum Auerroe, lumen ab eo fieri poſſe, quod non eſt formaliter calidum, nec etiam corpus: illam verò philoſophi ſententiam, in ſubſtantiis, locum habere dico, non autem in accidentibus: etenim nigredo, à calore interdum, nonnunquam autem à frigiditate gignitur. Dicis, Mures generari poſſe à non mure, ſed à calore Solis in aëre vel in aqua diffuſo, vt dicitur 12. met. com. 18. & 3. cœli, com. 56. ait Auer. ignem quandoq; à motu locali produci, nonnunquam verò ab alteratione, interdum autem ab igne. illa ergo philoſophi ſententia, cùm accidentibus, tum etiam ſubſtantiis eſt accomodata: atq; ita nihil ponderis habere videtur Commentatoris reſponſio. Dico per excluſionem eſſe intelligendam, hoc ſcilicet modo: In ſubſtantiis tantùm eſt generatio ab vniuoco; quia nimirum in ſubſtantiis, & non in his rebus, quæ non ſunt ſubſtantiæ: ex hoc tamē non ſequitur; vt in omni ſubſtantia, generatio fiat ab vniuoco: nam ab excluſiua non ſequitur vniuerſalis, niſi de terminis tranſpoſitis. Patet ergo, quomodo lumen & motus, calorem producant. Cæterùm dici poteſt, ſtellas eſſe formaliter calidas, non quidem calore elementario, ſed eo potius, qui eſt veluti omnium naturalium rerum vita: lumen autem nos calefacere, quia ſtellarum calore mixtum ad nos venit, vt dicit Auer. de ſubſtantia orbiū. Minimè. Lumen enim non eſt corpus, quo ſibi calorem illum incorporare valeat, atque ita incorporatum, & commixtum ad nos deferre. Præſtat ergo aſſerere, lumen eſſe caliditatem virtualem, in ſubiecto apto nato, caliditatem formaliter de potentia ad actū, extrahentem. Hæc autem caliditas à lumine producitur; non quidem, vt ab agente; quandoquidem, ſicut accidens per ſe ens eſſe non poteſt, ita etiam nec per ſe agens; ſed potius, vt ſtellarum, quæ virtualiter ſunt calidæ, inſtrumento. Eodem quoq; modo calor à ſtellis virtualiter calidis producitur, idq; per attritionem, veluti per inſtrumentum: quæ planè attritio ſine motu fieri non poſſet: à motu autem per ſe calor non producitur, cùm non ſit per ſe cauſa. Adde exhalationem inflammari à motu, veluti ab inſtrumento, per ſe verò à continente, in quo mouetur. Sic animal à ſua quidem anima effectiuè fit calidum, à motu autem per accidens. Atq; ita ſatis perſpicuum eſt, formam rei mobilis per ſe efficere calorem: motum verò, quandam eſſe diſpoſitionem, qua calor efficitur. Dicis, quis motus eſt

Obiectio. — Solutio. — Calor fit attritione. — 2. — 3. — Quod lumen non ſit natura calidum. — Solutio. — Simile fieri à ſimili. — Quomō Stellę ſint formaliter calidæ. — Quomodo fiat calor. — Motus. — Diſpoſitio caloris.

Si Stellæ ſint calidę cauſa caloris? Dico cum Auerroe eſſe motum localem, non autem alterationem; niſi fortaſſe quatenus calefactio reputatur: neq; etiam auctionem, aut generationem, niſi quatenus rei calidæ eſt generatio. In cauſa autem eſt, quia motus eſt veluti vita, vt dicitur 8. phyſ: **Motus localis diſpoſitio caloris.** deinde quia videmus ignem motu augeri, quiete verò minui, & penitus extingui. Motus ergo localis eſt diſpoſitio ſiue inſtrumentum caloris. Adde, quòd motus ſit perfectio corporis calidi, teſte Auerroe: vnde fit, vt ita calefaciat, tanquam ſcilicet corporis calidi perfectio. Sanè, prima alicuius ſubiecti perfectio, eorum omnium, quæ illi accidunt, cauſare putatur: atq; ita motus eſt cauſa caloris, qui illi accidit. Itaq; motus comparatur ad calorem, ſicut forma ad propria, quæ ipſam conſequuntur, accidentia. Dicis, Motus eſt prima cœli perfectio; ipſum tamen non calefacit. Similiter motus eſt prima aquæ perfectio, quæ mouetur: ipſa nihilominus non calefit. Dico, Auerrois ſententiam intelligendam eſſe de ſubiecto, quòd huiuſmodi caloris recipiendi aptitudinem habet, cuiuſmodi non eſt cœlum. **Si ſtellæ ſint frigidæ.** Ex his ergo patere puto, quomodo cœlum calefaciat lumine, & motu. Reliquum autem nobis eſt, non ignorare, quomodo aliquæ ſtellæ ſint virtute humidæ, atq; frigidæ. In his autem credendum eſt antiquis, qui pro ſtellarum conditione cognoſcenda, maximè laborarunt: inter quos præcipuus fuit Ptolomæus, à quo huiuſmodi virtutes **Planetarum natura.** Planetis tributæ ſunt: tribuit enim Saturno frigiditatem & ſiccitatem, Ioui temperiem, Marti vredinem, Soli calorem, Veneri temperiem, Mercurio vtrunq;, Lunæ humorem. Et reuera, in vno eodemq; die, & calorem, & frigus vigere ſentimus: imò in vna, eademq; hora, & ventum ſpirare calidum, & frigidum; quod planè fieri, neceſſe eſt, à diuerſa ſtellarum virtute, tunc temporis dominante. Sanè, certa ab antiquis experientia ob**Saturni natura.**ſeruatum eſt, annum generaliter frigidum eſſe, Saturno dominante: quòd ſi in quarta anni dominium habuerit, ipſam quoq; frigidam reddere: Sic etiam menſem, ſeptimanam, diem, & horam. Amplius in principio diei magnum æſtum, in meridie verò, magnum fri**Poſitio Ptolomæi.**gus obſeruantes, inuenerunt: Quæ difformitas profectò rerum à Solis calore tantùm proficiſci, manareq; non poteſt: quippe cùm ab vniformi, nequaquam difforme proueniat. In mane igitur, Marte dominante, æſtus viget: Meridiè autem, Saturno dominium obtinente, frigus dominatur. Reuera, etſi lumen, quatenus eſt tale, & motus ſimiliter ſint per ſe cauſa caloris: quatenus verò Saturno applicatur, oppoſitum producit, idq; ob illius planetæ **Opinio philoſophi.** virtutem: atq; de alijs planetis ſimile eſt iudicium. Hoc quoque ex philoſophi ſententia colligi poteſt: Cœlum, inquit, calefacit continens nos lumine, & motu. Senſus eſt, quoad luminis motusq; ſpectat naturã, ſunt cauſa caloris: ſed aliter interdum contingit propter nouam planetæ dominantis virtutem. Porphyrius, & Anompus Ptolomæi interpretes in eruditionibus docent, ex certo antiquorum experimento, Saturnum &, Iouem in aquario **Omnia è cœlo veniunt.** cum Sole commeantes, hyemem temperatam efficere, & ſimilia multa. Adde, quòd cùm mundus iſte inferior à ſuperiori regatur: ab illo igitur omnia iſtius dependent, alioqui ille non ſe haberet vt cauſa vniuerſalis. quamobrem philoſophus ait 2. de gener. Omnes huiuſmodi formas in terminis contineri, hoc eſt, in corporibus cœleſtibus, quæ profectò termini vocantur, quòd ſcilicet in illis terminus ſit cuiuſlibet rei naturalis, idq; quoad motus illius naturales, non autem liberos. Sanè, ſi ſtellæ per ſe tantùm calorem producerent, frigiditatem verò per accidens; multa igitur in vniuerſo inuenirentur, quæ minimè à cœlo producerentur. His accedit, quòd formæ elementorum, ſunt cœli virtutes, igitur & quali**Auer. rationes.**tates; dans enim formam, & conſequentia per ſe ad formam largitur. Cæterùm Auer. 2. cœli Com. 42. arbitratur, cœlum, ſeu ſtellas prorſus omnes per ſe primò calefacere; quia nimirum mouentur, & lucent: nam cùm ſtellarum officium ſit, vt nos conſeruent, atque
1. tueantur, frigiditas autem, & ſiccitas naturæ opus non ingrediantur; abſq; dubio illis non
2. conueniit, vt ſint natura frigidæ, & ſiccæ. Amplius, Mare ſex horis creſcit dum lunam inſequitur: totidemq; decreſcit: quia aqua in ortus lunæ principio rareſit, deinde condenſatur, vt dicunt phyſici. Adde, quòd ſi ſtellæ frigeſacerent, ignem maximè frigefacerent, agens enim naturale in proximiora fortius agit, quàm in remotiora. Dico, quòd & ſi lu-

men, vt

men,vt tale, calefaciat, vt Saturni tamen frigefacit, vt Iouis temperat, vt Martis vrit. Solutio.
Ad confirmationem dico,frigiditatem,atq; ſiccitatem, & ſi non ingrediantur, quoad vi- 1.
tam,opus naturæ: ſunt tamen magno vſui plurimis rebus. Ad 2. reſpondent Aſtronomi, 2.
Maris fluxum, ſeu motum, ex Lunæ motu, atq; lumine temperari. Ad confirmationem dico,ignem non caleſieri, ob plurimas conſeruatrices cauſas, quæ in alijs minimè inueniuntur. Itaq; ad mentem Aſtronomorum, Stellæ aliquæ ſunt virtute frigidæ,& ſiccæ; tametſi ad propriam luminis naturam ſpectet, calorem afferre. Quomodo ergo Stellæ ſint natura calidæ,atq; frigidæ, & ſiccæ, dixi.

CAPVT II.

Stellarum motus ex philoſopho.

SEqui libet philoſophi doctrinam,quam 2. cœli,tex. 43 deſcripſit: vbi, poſt- Philoſophus.
eaquam oſtendit, ſtellas lumine & motu in hæc inferiora agere,mox ad motum illarum exquirendum, cognoſcendumq́ue properauit. Cùm, inquit, &
ſtellæ ipſæ transferri videantur, & cœlum totum; aut vtriq; quieſcentibus, Motus ſtellæ.
aut vtriq; commotis; aut altero quieſcente, altero commoto, fieri tranſlationem neceſſe eſt. Senſus eſt. Aut cœlum, & ſtella, ſiue aſtrum mouentur proprijs motibus, aut vnum quieſcit, alterum verò mouetur. vnde ſequitur: Ambo igitur quieſcere, terra ipſa quieſcente, impoſsibile eſt: non enim fierent, quæ apparent. Reſtat igitur, aut ambo,aut alterum quieſcere,alterum moueri. Si igitur ambo mouentur; abſurdum emergeret, ſtellarum videlicet, & orbium velocitates pares eſſe: vnaquæq; enim æquè velox erit, atq; orbis in quo fertur. Simul ſiquidem cum orbibus in idem rurſus redire videntur.
Accidit igitur, ſtellam ſuo in orbe circulum deſcripſiſſe, & orbem lationem ſuam pere- Non eſt idem motus ſtellæ,
giſſe; atq; ſuam circumferentiam deſcripſiſſe. Sanè in 24 horis mouentur: quare ſi ſtella & orbis.
non equaliter cum orbe moueretur; orbis certè, aut diuideretur, aut rareſieret: ſtella namq; velocius mota,ſinderet orbem.Non eſt autem rationi conueniens, dicit Philoſophus, tex: 45. vt velocitates ſtellarũ, & magnitudines orbium,eandem habeant rationem: nam vna ſtella ad aliam non habet eam in velocitate proportionem, quam vnus orbis habet ad alterum. Vnde fit, vt ipſa pari velocitate cum ſuo orbe nequaquam moueatur: orbis enim ad orbem in velocitate proportionem habet, non autem ſtella ad ſtellam: quia tunc ſtella, vtpote Mercurius, qui eſt in orbe maiori,velocior eſſet alia ſtella,Luna ſcilicet, quæ eſt in orbe minori. Quod ſi orbes ſuos mutuò commutarent, vtpote ſi Mercurius in lunæ orbem migraret,& è diuerſo; tunc planè luna velocior eſſet Mercurio, idq́; propter orbem Mer-
curij in quo conſiſteret. Ex quo perſpicuum eſt,ſtellas ex ſe nullum motũ habere; niſi eum In cœlo non eſſe motum
tantùm,quem dicimus ipſum orbem habere. Sequitur tex: Sin autem caſu id accidit; non caſualem.
erit profectò rationi conſonum,vt in omnibus orbibus ſit maior, ſimulatq; latio ſtellæ,quæ in ipſo eſt velocior. Vnam enim vel duas hoc pacto ſeſe habere, non eſt abſurdum: omnes verò ſimiliter ſeſe habere, figmento ſimile eſt. Non aſſertiuè,ſed hypotheticè locutum fuiſſe Philoſophũ,Commentator profitetur: q. d. non eſſe contra naturam, vt in vna,vel in altera ſtella id contingeret: hoc autem indicant,quæ ſequuntur: In his inquit, quæ natura ſunt nihil fortuitò. Inſuper etiam id quod vbiq;, & in omnibus eſt, à fortuna non proficiſcitur; cùm neq; vtraq;,neq; ſtellam duntaxat moueri, ſit rationi conſentaneum. Reſtat or-
bes quidem moueri, ſtellas verò quieſcere,& infixas in ipſis eſſe orbibus; hoc enim modo Stellæ quieſcunt.
tantum nullum abſurdum eueniet. Velociorem enim eſſe maioris circuli celeritatem, conſentaneum eſt rationi, ſi orbes circa idem centrum ſint conſtituti. Quemadmodum enim in cæteris corpus maius, velocius latione propria fertur, ſic & in orbicularibus: nam earum portionum quæ ab eodem auferuntur centro, maioris orbis maior portio erit. Inſuper Stellæ rotũdę
cœlum eſt continuum, igitur ſtella non mouetur per orbem. Præterea cùm ſtellæ rotundę

De ſtellarũ motu.

ſint, ipſius autem rotundi duo per ſe ſint motus, rotatio, & conuerſio: ſi ſtellæ ergo per ſe
mouebuntur, altera harum motionum mouebuntur. At neutra moueri videntur. Nam ſi
rotabunt: in eodem profectò manebunt, & locum non mutabunt: videntur autem locum
Motus rotationis. *mutare, vt etiam omnes dicunt. Senſus eſt: Si ſtellæ mouerentur motu rotationis, in eodem*
profectò ſitu, reſpectu polorum ac mundi centri, manerent: & locum ſecundum ſubie-
Sol non rotat. *ctum non mutarent, cuius oppoſitum dicunt omnes. Adde, quòd omnes eodem motu ro-*
tarentur. At Sol ſtellarum ſolus hoc facere videtur, cùm exoritur, atque occidit. Sed Sol
non rotat: quandoquidem non per ſe, ſed ob diſtantiam à noſtro viſu id facere videatur;
Vacillatio oculorum vnde. *Viſus enim longè ſeſe extendens, ob imbecillitatem, quam in ſuo conatu conſequitur, vacil-*
lat: qui quidem forſitan cauſa eſt, vt etiam ſtellæ fixæ micare videantur, vagæ verò mini-
mè; vagæ namque ſtellæ quia prope ſunt viſus potens, & ſui compos ad ipſas pertingit; ad
fixas verò longe valde diffuſus, vibrat: Tremor autem ipſius facit, vt hæc vibratio, ſtellæ
ipſius videatur. Nam nihil differt viſus, an res quæ cernitur, vacillet. Ex quo patet nul-
lam ſtellarum motu rotationis moueri. Arguit Auerroes: Sol (inquit) non ſcintillat ob lo-
ci diſtantiam: nam Iupiter cùm ſit à nobis remotior quàm Sol, non ſcintillat tamen: ſcin-
Quare ſtelle ſcintillant. *tillationis ergo ſtellarum cauſa, non eſt loci diſtantia. Amplius, Mercurius eſt nobis pro-*
pior Sole, & luce minor, & nihilominus ſcintillat. Reſpondet Auerroes, Solem non ſcin-
tillare ob diſtantiam, ſed potius ob lucis potentiam: ſed id manifeſtè Philoſopho aduerſa-
tur, Solem ob diſtantiam ſcintillare aſſerenti. Dico igitur, ad huiuſmodi Solis titubatio-
nem, ſiue ſcintillationem, multa neceſſariò concurrere: medij ſcilicet craſſitudinem, vtpote
in illius ortu: humidi quoque in oculo exiſtentis, ob lucis præſtantiam, reſolutionem, inordi-
Vnde Sol ſcintillat. *natumque ſpirituum motum. Accepit ergo Philoſophus diſtantiam, vt ſcintillationis cau-*
ſam; nam lucis præſtantiam, eſſe huiuſmodi rei cauſam, minimè dubitauit. Itaque tanta à
noſtris oculis Solis diſtentia, cum tanta lucis excellentia ſufficiens cauſa eſſe poteſt, vnde
humidum oculi eliqueſcat, ac inordinatus fiat ſpirituum motus: quæ profectò conditiones
Mercurius. ſcintillat. *nequaquam inueniuntur: vnde fit, vt minimè ſcintillet. Ad aliud dico, Mercurio id acci-*
dere ob eam, quam cum Sole ſemper habet vicinitatem: ipſe enim ante Solem ſemper exo-
ritur, et occidit, non remotior plus vno ſigno: proinde videtur prope diem, vel in noctis
principio. Poteſt etiam id accidere ex Mercurij paruitate. Quomodo ergo ſtellæ non mo-
ueantur motu rotationis iam perſpicuum eſſe puto. Reliquum eſt ergo oſtendere, nec con-
uerſionis motu ipſas moueri. Sequitur tex: 49. Atqui nec conuerti ſtellas perſpicuum eſt:
id enim quod conuertitur, voluitur: at id Lunæ, quod facies appellatur, ſemper ſpectatur.
Stellæ nõ mouentur motu conuerſionis. *Senſus eſt, quæcunque mouentur motu conuerſionis, voluuntur: ſed ſtellæ non voluuntur, ſi-*
cut apparet in Luna, quæ eandem nobis faciem ſemper oſtendit: igitur ſtellæ non mouen-
tur motu conuerſionis. Quare, cùm ea, quæ per ſe mouentur, proprijs motibus per ſe mo-
ueri æquum ſit: his autem moueri non videantur: conſtat ergo, ipſas per ſe non moueri.
Simplicius, ad mentem Platonis, rotationis motu ſtellas omnes moueri putauit, eoque in ſuis
proprijs concauitatibus. Si, inquit, ſtellæ ſunt corpora naturalia: habent ergo aliquem
Quare cœlum non habet mẽbra. *motum naturalem: denique cùm ſint corpora animata, & per ſe viua; ergo à ſeipſis mo-*
uentur. Dico, ſtellam non eſſe per ſe corpus ſeorſim, ſed partem corporis naturalis denſio-
rem, proinde motu proprio nequaquam moueri. Ad aliud patet reſponſio ex alio Pyman-
dri, vbi oſtendimus corpora cœleſtia non eſſe animata. Reſpondet inſuper Philoſophus
tex: 50. Inſuper etiam à ratione alienum eſt, nullum ipſis inſtrumentum naturam ad mo-
tum tribuiſſe: Natura ſiquidem nihil caſu facit, neque æquum eſt animalia quidem hæc i-
pſi curæ fuiſſe: illa verò adeo præſtabilia contempſiſſe. Sed videtur tanquam de indu-
ſtria factum, ea cuncta auferre, quibus per ſe procedere ipſa poſſent: propterea quia, &
Stellę nõ mouentur motu rotationis. *ipſa plurimùm ab his ſe mouit, quæ inſtrumenta habuerint ad motum. Ex quo patet,*
ſtellas non moueri motu rotationis, quippe quæ ab ortu ad occaſum moueantur: quæ autem
Conuerſionis *rotant, ſitum minimè mutant: alioqui talis motus reuolutio eſſet, & non rotatio. Nec eti-*
am motu conuerſionis, ſiue reuolutionis; quia Lunæ facies contrarium nobis oſtendit, quæ
intuentibus

De ſtellarũ motu.

Progreſsiuè.

intuentibus ſemper apparet eadem. Neq; motu progreßiuo, quandoquidem à natura ad huiuſmodi opus conficiendum, nullum inſtrumentum acceperint. Neq; motu proprio, cœlo quieſcente: nam cùm vna ſuper alteram ſit, vt docet Lunæ Solisq́; Eclipſis, vna, procul dubio in eodem tempore, maiorem quàm altera circulum deſcriberet: atq; ita non vniformem ſeruarent velocitatem. Adde, quòd tunc cœlum rarefieret, atq; condenſaretur; atq; ita eſſet corruptibile. Accedit ad hæc, quod tunc eadem planè ſtella motibus diuerſis moueretur: ſiquidem Sol eodem tempore motu diurno moueretur, pararellum diurnum deſcribendo, & motu obliquo ab occaſu ad ortum: idq́; non ob orbium cauſam, ſed ipſius propriam. Deniq; tanta motuum diuerſitas, quæ inuenta eſt ab Aſtrologis, in vno eodemq́; Planeta ſaluari non poſſet; niſi pluralitas orbium adeſſet: ſicut in Theorica Planetarum paulò ante demonſtraui. Quòd igitur ſtellæ non moueantur, ſed ipſarum orbes, ex Philoſophi doctrina patet ſatis. Quùm ergo hæc ita ſe habeant ſecundum Philoſophum, & de motu ſeptem Planetarum hactenus diſputauerim; operæpretium eſſe puto, & ordinis rationi conſentaneum, octauæ Sphæræ motus, ad mentem Aſtrologorum, non ignorare. Porrò octauæ Sphæræ, ad cuius motum orbes deferentes auges Planetarum mutantur, Triplex eſt motus;

Motus octauæ Sphæræ triplex.

vnus quidem à primo mobili ſ. diurnus, quo in die naturali ſemel ſuper polis mundi reuoluitur. 1.

Altera nona Sphæra, quæ ſecundum mobile vocatur: qui ſemper eſt ſecundum ſucceßionem ſignorum contra motum primum ſuper polis Zodiaci regularis: ita vt in quibuslibet ducentis annis per vnum gradum, & 28. ferè minuta progrediatur: hic motus augium, & ſtellarum fixarum in tabulis appellatur: Et eſt arcus Zodiaci primi mobilis inter caput arietis primi mobilis, & caput arietis nonæ Sphæræ. ſuperficies namq; Eclipticæ nonæ Sphæræ, ſemper eſt in ſuperficie Eclipticæ primi mobilis. 2.

Motus ſecundus.

Reuera vetus extitit Aſtrologorum ſententia, duobus motibus, diurno ſcilicet & proprio, octauum orbem deferri: & diurno quidem à nono orbe, proprio verò à ſeipſo: at poſtquam tertius motus à recentioribus Aſtrologis inuentus eſt, præter nonum, decimum orbem addiderũt, cui ineſſet motus diurnus, atq; nonum orbem ſecum raperet. Vnde factum eſt, vt nonus orbis, ſecundi mobilis nomen ſortiretur: eiusq́; motus fieret ſingulis ducentis annis gradu vno, 28 minutis: circulum autem abſoluit in 49090. annis. velocitas autem diei ſecundum tabulas eſt. 0.0.0.0.4. 20 41. 17. 12. Porrò ſecundum veterem aſtrologorum ſententiam, octauus orbis in longitudine zodiaci, ſecundum ſignorum, motu proprio mouebatur, à quo Planetarum auges ferebantur; ob quam cauſam augium, atq; ſtellarum fixarum motus dictus eſt. à recentioribus autẽ motus trepidationis inuentus eſt, atq; octauo orbi tributus. Motum verò augium in nonum orbem tranſtulerunt: quippe quia tardior eſſet iſte motus, quàm acceſſus & receſſus; ideoq́; orbi conuenit ſuperiori. Hic autem, vt dictum eſt, incipit ab initio arietis primi mobilis, ad caput vsq; arietis noni orbis: ſemper enim principium arietis nonæ ſphæræ in ecliptica decimæ inuenitur, ſituaturq́; tota ecliptica ſub ecliptica primi.

Motus nonæ Sphæræ.

Motus octauæ

Motus trepidationis.

Tertius motus eſt ſibi proprius, qui motus trepidationis vocatur, ſiue acceſſus & receſſus octauæ ſphæræ; fitq́; ſuper duos circulos paruos in cõcauitate nonæ ſphæræ; æquales ſuper principia arietis & libræ eiusdem deſcriptos: ſic quòd duo pũcta certa octauæ ſphæræ, quæ capita arietis & libræ eiusdem vocantur, diametraliter oppoſita circũferentias talium duorũ nonæ ſphæræ regulariter deſcribant: ita tamen, vt ecliptica octaui orbis interſecet ſemper eclipticã noni, idq́; in capitibus cancri & capricorni nonæ diametraliter oppoſitis. Vnde fit, vt cum vnus eorundem punctorũ octauæ ſphæræ in ſui ſit meridiani medietate: alter ſit in medietate circuli ſui ſeptentrionalis. Ecliptica quoq; octauæ dum nonæ eclipticã ſecat, in partes ſemper æquales ſecabit, atq; paruorũ portiones circulorũ æquales. Hæc eſt autem huiusmodi velocitatis regula; vt quilibet duorũ punctorum, circumferentiam parui ſui circuli, in quo circumfertur, in ſeptem milibus annorũ præcisè abſoluat, atq; perficiat. Quamquam autẽ hæc puncta, æquales circulorum circumferentias deſcribant; nulla tamen alia puncta eius circumferentias circulorũ deſcribere contingit. Capita verò cancri & capricorni octauæ ſphæræ, quaſi figuras conoidales, habẽtes pro baſi

Duo puncta octauæ.

Zodiaci declinationes. *lineas curuas vtrinq; à capitibus cancri & capricorni, nonæ peragere, neceſſe eſt. Vnde & quandoq; ea præcedunt, nonnunquam autem ſequuntur, interdum autem coniunguntur. Coniunguntur, inquam, caput cancri octauæ, & caput cancri nonæ, capite arietis octauæ, in maxima latitudine à nonæ ecliptica exiſtente. Quod planè accidit in circulo magno per polos zodiaci nonæ, & circulorum centra tranſeunte. Poli autem eclipticæ octauæ, qui impropriè poli vocantur, quandoq; ad polos eclipticæ nonæ accedunt, nonnunquam autem ſub illis conſiſtunt, interdum verò ab eiſdem remouentur. Cæterùm talis acceſſus, & receſſus ſemper eſt ſuper circulo magno per polos zodiaci nonæ, & centra circulorum paruorũ eunte. Contingit itaq; vt ecliptica octauæ ſphæræ ſub diuerſa eius habitudine ſucceſſiuè in diuerſis ſuis partibus æquinoctialem primi mobilis interſecet, atq; interſectio talis interdum in ipſo capite arietis accidat, nonnunquam verò citra, quandoq; vltra: ita, vt in tempore, quo centrum parui circuli reuolutionem vnam perficit, quæ in quadraginta nouem milibus annis contingit, naturaliter loquendo, quilibet punctus eclipticæ octauæ ſphæræ, æquinoctialem, prope caput libræ primi mobilis ſecuerit: quæ quidem ſectiones in æquinoctiali, ad caput arietis & libræ primi mobilis, quandoq; accedere, nonnunquam autem ab eiſdem remoueri videntur, aliquando ſecundum ſignorum ſucceſſionem, aliquãdo contra eandem progrediendo. Itaq; quibus octaua ſphæra motibus moueatur, ſic dicunt Aſtronomi.*

Coniunctio capitum cancri.

Ecliptica octauæ.

Tempus eiuſdem.

CAP. III.

Zodiaci declinationes.

Zodaici declinationes.

EX his, quæ dicta ſunt, ſequitur, inquiunt Aſtrologi, vt maximè zodiaci Declinationes variabiles exiſtant, hinc itaq; contingiſſe creditur à diuerſis Aſtronomis, diuerſis temporibus, eorundem maximarum zodiaci declinationum quantitates fuiſſe non æqualiter inuentas. Maiores namq; repertæ ſunt à Ptolomæo, quàm ab Almeone; quòd vtriq; cum ſimilibus viis, & modis proceſſerunt vix aliter, quàm tali motus diuerſitate, vel ſimili modo euenire potuit.

Ptolomæus. *Et reuera Ptolomæus primo Almageſti cap. 12. 23 graduum: & ſi m̃. reperit: Almeon autem minores ſ. 23. g. & 33. m̃. Diuerſitatis namq; cauſa haud aliud extitit, quàm ſicut dictum eſt. Variationem autem ſectionis eclipticæ octauæ & æquinoctialis, reſpectu arietis primi mobilis, neceſſariò ſequitur, vt æquinoctia ſimiliter ſolſtitia continuè diuerſificentur.*

Æquinoctiũ. *Vnde non ſemper Sole exiſtente in capite arietis primi mobilis, neceſſe eſt æquinoctium accidere: ſed ſtat antea fuiſſe, vel poſtea ſecuturum eſſe, ſcilicet cùm fuerit in ſectione prædicta. Ex quo namq; orbes augẽ Solis deferentes ſuper axe eclipticæ octauæ ſphæræ ad motum eiuſdem ſphæræ mouentur; & orbis Solem deferẽs ſuper axe prædicto axi æquidiſtanti; neceſſariò ſequetur, vt centrum corporis ſemper in ſuperficie eclipticæ octauæ ſphæræ reperiatur.*

Solſtitium. *Hæc autẽ ſuperficies ſæpè in imo frequẽter eſt extra caput arietis primi mobilis: quare ſequitur, vt ſimilis de Solſtitiorum variatione ratio habeatur. Patet ergo, non eſſe neceſſarium, Solem exiſtentem in capite arietis, vel libræ primi mobilis, ab æquinoctiali nullam declinationem habere: in capite autem cancri, vel capricorni primi mobilis, maximam. Stat enim Solem eſſe in circulo per polos eclipticæ primi mobilis, & caput arietis eiuſdem transeuntem, & tamen extra æquinoctialis ſuperficiem eſſe. Similiter in circulo per polos zodiaci primi mobilis, & caput cancri eiuſdem euntem; & nihilominus ab æquinoctiali, declinationem non habere maximam: ſed antea in ipſa fuiſſe, vel poſtea ſecuturam.*

Tropicus. *Hinc etiam ſequitur, tropicos cancri, & capricorni continuè reſpectu æquinoctialis variari: nunc quidem verſus eum propinquando, iam autẽ ab illo recedendo: certos tamen limites, quos exire non poteſt, illa habet variatio. Cæterùm ex his ſtellarum motibus, patet ſatis: motum ex nonæ ſphæræ motibus, & ex trepidatione o-*

ctauæ,

Zodiaci declinationes.

ctaue, aggregatum, quandoq; ſecundum ſucceſſionem, nunc quidem velociter, nunc autem
tardè: quandoq; autem ſtationarium, atq; nonnunquam contra ſucceſſionem contingere,
ſecundum diuerſum ſitum capitis arietis octauæ in circumferentia ſui parvi circuli. Diſ- Motus aggregatus.
ficile igitur valde fuit antiquis, huiusmodi motus inuenire qualitatem. ob quamcauſam
non parua inter ipſos de hoc negotio extitit controuerſia. Nam aliqui dicebant, auges, &
ſtellas fixas, per nongentos annos, verſus orientem continuè vſq; ad gradus ſeptem moue-
ri: Deinde per alios nongentos annos tantundem è conuerſo verſus occidentem. Albate- Albategni.
gni verò dicebant eas moueri vno gradu in ſexaginta annis, & quatuor menſibus ſemper
verſus orientem: vt completa circulatio fieret, 21720. annis. Alphagranus autem putauit, Alphagranus.
quòd in centum annis vnum gradum ſemper verſus orientem perficerēt. Medius itaq; mo-
tus acceſſus, & receſſus octauæ ſphæræ, eſt arcus circuli parui à puncto ſupremo quartæ
ſecundū ſucceſſionem ſignorum, vſq; ad caput arietis octauæ ſphæræ computatus. Æqua- Medius motus
tio autem octauæ ſphæræ, eſt arcus eclipticæ nonæ ſphæræ; centrum parui circuli, & cir-
culum magnum à polis eclipticæ nonæ per caput arietis octauæ transeuntem interiacens.
Cùm igitur medius motus acceſſus, & receſſus, nihil fuerit, aut ſemicirculus; nulla ſit di-
cta æquatio. ſed ſi lxxxx. gradus, aut cclxx. fuerit, ipſa erit maxima. Cùm autem talis Æquatio.
motus acceſſus & receſſus fuerit ſemicirculo minor; æquatio erit ſemper addenda: ſed
cùm maior fuerit; erit minuenda. Thebit verò duplicem tantum octauæ ſphæræ meſſe di- Thebith.
xit: vnum à primo mobili ſiue ſphæra nona, diurnum ſcilicet: alium verò proprium, nem-
pè trepidationis, qui ſit ſuper circulis paruis. Duplicem eclipticam aſſeruit, fixam qui-
dem in nona ſphæra: mobilem autem in octaua; ita vt capita arietis eclipticæ fixæ inter
polos horum paruorum circulorum, & circumferentias, quatuor gradus habeat, & de-
cemocto minuta xliii. ſecunda. Dixit autem capita arietis & libræ mobilia taliter cir-
cumferri; vt cùm caput arietis mobilis fuerit in ſectione parui circuli, & æquatoris occi-
dentali, ipſum mouebitur in medietatem parui circuli, quæ ab æquatore eſt meridiana:
caput autem libræ mobilis voluetur tunc per medietatem ſui parui ſeptentrionalem ab æ-
quatore: at cùm caput arietis mobilis fuerit in alterutro duorum punctorum, ſectionis e-
clipticæ fixæ cum paruo circulo; ſtatuetur ecliptica mobilis directè in ſuperficie eclipti- Ecliptica.
cæ fixæ, quod in vna reuolutione capitis arietis mobilis in ſuo circulo paruo bis accidet. In
omnibus autem aliis locis, capite arietis mobilis in periſeria ſui parui circuli locato, ecli-
ptica mobilis ſecabit eclipticam fixam, in punctis quidem capitum cancri, & capricorni
mobilium: nam hæc duo puncta eclipticæ mobilis, circumferentiæ eclipticæ fixæ in hoc mo-
tu ſemper cohærent; ita, vt nunquam ab ea recedant. A capitibus tamen cancri, & ca- Diſtantia.
pricorni fixorum per quantitatem quatuor graduum, decemocto minutorum, xliii. ſecū-
dorum elongari verſus oriētem, aut occidentem contingit. Vbicunq; etiam ſectio harū fu-
erit eclipticarum, ipſam neceſſe eſt à principiis arietis, & libræ mobilium per quātitatem
circuli magni diſtare. Licet verò in vna reuolutione capitis arietis mobilis in ſuo circulo
paruo bis accidat, vt capita cancri & capricorni mobilium ſtatuantur ſub capitibus can-
cri & capricorni fixorum; nunquam tamen capita arietis mobilium, ſub capita arietis,
& libræ fixorū peruenient. Nam dum ecliptica mobilis cōtinget circulum paruum à parte Æcliptica mobilis.
ſeptentrionis in puncto arietis mobilis; capita cancri & capricorni, mobilia iuncta ſunt cū
capitibus fixorū: ſimiliter accidit in contactu meridiano: ſed capita arietis, & libræ ſemper
à capitibus fixorū quantitate, quæ dicta eſt, diſtant: Ecliptica etiam fixa ſemper ſecat æ-
quatorē in capitibus arietis & libræ fixorum, ad angulum ſemper eundem, puta viginti triū
graduum, 33. minutorum, & 30. ſecundorum. Sed ecliptica mobilis æquatorem ſucceſſiuè
ſecat in ſingulis punctis comprehenſis in duobus arcubus, quos ecliptica mobilis in duobus
contactuum ab æquatore ſeparat: & quantitas cuiusq; eſt circiter. 21. gradus, & 30. mi- Æclipticæ declinatio.
nuta; eſt enim maxima diſtantia capitis arietis mobilis à ſectione eclipticæ cum æquatore
per gradus decem, & quadraginta quinq; minuta; vnde maxima declinatio eclipticæ mo-
bilis ab æquatore variabilis eſt: maior quandoq; declinatione eclipticæ fixæ, quandoq; mi-
nor eadem,

Zodiaci declinationes.

Ptolomæus.

nor eadem, nonnunquam ſibi æqualis. Tunc enim æqualis eſt illi, cùm mobilis ſub fixæ ſuperficie fuerit: maior verò in ſitibus contactuum. Vnde etiam Ptolomæus 33. graduum, li. minutorum xx. ſecundorum, reperit: minor autem, dumq; caput arietis mobilis in ſectione æquatoris, & parui circuli fuerit: nam tunc interſectio eclipticarum erit in puncto eclipticæ maximè declinante, qui minus declinat, quàm caput cancri, & capricorni fixum.

Æquatio octauæ.

Æquatio itaq; octauæ ſphæræ, eſt arcus eclipticæ mobilis, inter caput arietis mobilis, & interſectionẽ eiuſdem eclipticæ cum æquinoctionali interceptus: Sed motus acceſſus, & receſſus eſt arcus circuli parui inter caput arietis mobilis, & interſectionẽ æquatoris, & circuli parui, per medietatẽ circuli ſeptentrionalem progrediendo. Contingit autẽ, vt hoc motu, ſtellæ fixæ, nunc verſus orientem, nunc autem verſus occidentem, iam veloci, iam tardo motu moueri, videantur. Nam cùm fuerit caput arietis mobilis in quartis parui circuli, ab æquatore videlicet prope ſitus contactuum, in eam partem in quam eſt earum motus, tardè videntur moueri; quia nimirum tunc parum creſcit, aut decreſcit octaui orbis æquatio. Sed cùm fuerit arietis mobilis in alterutra ſectionum æquatoris, & circuli parui, vel prope ad eam partem, ad quam eſt motus, moueri videbuntur ſtellæ: quòd ſcilicet æquatio octauæ ſphæræ ſub eiſdem ſitibus, parum creſcat, aut decreſcat. Vnde diuerſitas manifeſta in earum motu inuenta eſt. Ptolomæus enim earum loca ſuo tempore verificata, ad illarum loca, ab Hipparcho, & aliis inuenta, comparauit: reperitq; metas motu tardo, in centum annis gradu vno. Tunc enim caput arietis erat ſeparatum à puncto quartæ circuli parui meridianæ, verſus æquatorem accedens. Poſteriores verò, dum magis accederet, inuenerant moueri in ſexaginta annis, vno gradu: & ſic deinceps per ſequentia tempora alij aliter computauerunt. Sectio igitur iam ſit ſuper xx. gradu xii. minuta, piſcium eclipticæ mobilis. Maxima autem æquatio octauæ ſphæræ contingit, dum caput mobilis fuerit ſuper punctis quartas circuli parui, ab interſectionibus eius, cum æquatore diſtinguentibus: eſt autem decem graduum, & quadraginta quinq; minutorum. vnde quilibet punctus à decem nouem gradibus, & quindecim minutis piſcium, vſq; ad decem gradus, xlv. minuta arietis eclipticæ mobilis poteſt fieri in loco interſectionis, quæ eſt punctus æqualitatis Vernalis. Idem intelligendum de puncto æqualitatis Autumnalis in arcu oppoſito. Conſtat etiam puncta tropica non ſemper eſſe in capite cancri, & capricorni, mobilis: ſed in punctis per quartam à ſectione æquatoris cum ecliptica mobili diſtantibus. Itaq; Ptolomæus iudicans ſtellas tempore ſuo, ab occidente in orientem moueri; credidit vnum tantum eſſe zodiacum fixum, qui nimirum ab æquatore eandem ſemper declinationem haberet. Ex quo enim ſtellæ meridionales, à tropico hyemali recedentes, verſus punctum æqualitatis vernalis accedebant; & inter hoc punctum, & tropicum æſtiuum in partem ſeptentrionis, ab æquatore recedebant; ſecundum ſignorum ſucceſsionem, moueri iudicauit. Verùm tẽporibus Ptolomæi, hoc motu ſuppoſito, pro rei veritate contra ſucceſsionem ſignorum eclipticæ fixæ mouebantur. & cum hoc ſtat, quod propter æquationem octauæ ſphæræ tunc decreſcentem, moueri viſæ ſunt ad ſignorum ſucceſsionem, quod ſcilicet putauerit in interſectione eclipticæ mobilis, cùm æquatore caput eſſe arietis zodiaci immobilis: quam quidem interſectionem ſemper fixam exiſtimabat. hunc verò motum, omnes ſphæræ inferiores ita ſuis in motibus ſequuntur; vt huius mobilis eclipticæ reſpectu, & deferentium auges inuariabiles ſint ſemper, & declinationes earum. Hæc ſunt, quæ ab Aſtrologis accepi, & hîc inſerere ſtudui. Lectoris autem erit, adhibitis figuris, quæ paſsim inueniũtur, clarioreſq; reddere. Noſtra autem ad vtiliora properat, & certiora intentio, nempè an corpora cœleſtia ſint cauſa humanorum actuum: diximus enim paulò ante in materiam corporalem actionem habere.

Diuerſitas motus octauæ ſphæræ.

Motus tempore Ptolomæi.

Æqualitas vernalis.

Ptolomæi opinio de zodiaco.

Motum octauæ aliæ ſequuntur.

Qvaestionis secvndae cap. I.

Stellas non dominari actibus humanis.

Si mundus

De dominio Stellarum.

SI mundus iſte inferior ita ſuperioribus oblationibus eſt continuus; vt omnis eius virtus inde gubernetur; non temerè aliquis dubitabit, an etiam actus humani inde gubernentur. Stoicorum ſententia extitit, omnes noſtros actus, tum naturales & voluntarios, tum etiam animales, aſtrorum virtute gubernari. A Peripateticis quatuor actuum genera deſcribuntur: intelligere & velle, qui ſunt hominis actus: ſenſationes & motus; qui homini, vt animali tribuuntur: viuere & mori, augeri & diminui, & generare, &c. & hi ad hominis corpus ſpectant. Moueri à motu elementi dominantis, caleſieri, frigeſieri; qui quidem actus hominem ſequuntur, quatenus eſt corpus naturale. Adde, tres eſſe rerum naturas, nempè ſimpliciter neceſſariam, ſimpliciter impoſſibilem, & mediam, contingentem videlicet. Natura, inquit philoſophus, eſt faciens omnia æterna neceſſariò: & ipſa facit, vt idem ſit ens, & vt ſit non ens in tempore, & tempore: & vt quædam ſint ſemper entia, & quædam non entia, ſemper in tempore infinito: & cauſa huius, fortitudo illius eſt naturæ. Naturalia, ait Auer. ſunt tribus modis: aut quorum natura dat eis, vt ſemper ſint, aut ſemper non ſint: aut vt ſint in duabus diſpoſitionibus. Idem ſentiunt 2. de gen. com. 51 & 9. & 6. met. & 2. phyſ. Huic autem triplici rerum naturæ, triplex forma quodammodo reſpondet: nam quædam eſt, quæ eſt natura omninò, veluti ſunt elementorum formæ, mixtorum, atq; brutorum: & hanc quidem, quoniam non mouet, ſed mouetur, à Stellarum virtute plenariè gubernari, latiſſimè patet: illis enim ineſt nihil, vnde cœleſtes impetus à ſeſe repellere valeant: materiam enim, eiusq; diſpoſitiones prorſus ſequuntur. Alia forma eſt à materia penitus libera, ideoq; ab omni cœleſti affectu libera: & hæc quidem intelligentijs conuenit. Tertia forma eſt media, nempè partim natura, partim verò intellectus: quippè, quæ ex duplici conſtet ſubſtantia: proinde, vt natura, corporibus ſubditur cœleſtibus; vt intellectus verò, ab illis immunis eſt & libera. Ex his ergo patet, Stellarum impetum, actibus humanis, nempè intelligere, & velle, rectè non dominari, ſed indirectè potius; quatenus ſcilicet intellectus & voluntas aliquo modo cœleſtium ſiunt impreſſionum participes, ob vires inferiores, quæ propter organa corporea, quibus alligantur, impreſſionibus huiuſmodi ſubditæ ſunt. Verùm in harum participatione, intellectus & voluntas diuerſimode ſe habent. Intellectus ſiquidem à viribus inferioribus apprehenſiuis, neceſſariò accipit negotium intelligendi: proinde vi imaginatiua turbata, aut cogitatiua, ſeu memoratiua, pariter turbatur actio intellectus. Voluntas verò inferioris appetitus, impetum nequaquã neceſſariò ſequitur: nam etſi paſſiones, quæ ſunt in iraſcibili & concupiſcibili, ad eam inclinandam, dimouendamq; ex ſuæ dignitatis ordine, maximam vim habeant: ineſt tamen voluntati libera facultas, tales paſſiones ſequendi, repudiandiq;. Quam ob cauſam cœleſtium impreſſio corporum, quatenus mutandarum virtum officio fungitur; voluntatem, quæ humanorum eſt actuum proxima cauſa, minus quàm intellectum attingit. Qui ergo volunt corpora cœleſtia humanis actibus dominari; ij planè intellectum à ſenſu non ſeparant: quod non modò non eſt catholicum, ſed ne philoſophicum quidem. Cùm enim conſtat intellectum, & voluntatem non eſſe actus organicos corporeos, ſicut ipſimet philoſophi teſtantur; abſq; dubio, cœleſtia corpora humanorum actuum cauſa eſſe non poſſunt. Revera ſi intellectus & voluntas eſſent vires corporeis organis alligatæ, ſicut quidam dixerunt; tunc profectò homo, non ſecus ad ſuas actiones ageretur, ac muta pecora, quæ ventri natura ſubdidit: atq; ita homini eſſent actiones determinatæ, quod omnibus modis eſſe falſum dignoſcitur. Cæterùm corpora cœleſtia, vim habent dominandi in homine, quatenus eſt natura, actusq; habet naturales, nempe viuere & mori, ſeneſcere, ægritudines pati, & quæ ſunt generis eiuſdem: Plotinus docet, in lib. de motu cœli: & Boëtius 4. de conſolatione: ſimiliter Chryſippus Tarſenſis. Siquidem duobus innitebatur fundamentis: quorum primum tale erat, vt ſcribit Plotinus in libro de fato: nempè omnem propoſitionem enunciatiuam, neceſſariò veram eſſe, vel falſam. Alterum verò, quòd cauſarum efficientium quædam ſint totales, & principales; quædam verò diſpoſitiuæ, & ſecundariæ.

Stoici.

Quatuor act⁹ humani.

1. cœli 1. 38.

Triplex rerũ natura.

Triplex forma.

Tertia forma.

Quomodo intellectus & voluntas ſubduntur ſtellis.

Voluntas minus ſubdit cœlo, quam intellectus.

Quibus actib⁹ ſydera dominantur.

De domi- nio Stella rum.

Itaq; aiebat, quæ à cœlo, veluti à cauſa totali dependent, neceſſariò euenire, vtpote, cras Solis lucem futuram eſſe: Quæ verò ab illo, veluti à cauſa diſpoſitiua, ad vtrumlibet ſe habere; puta cras futurum eſſe bellum nauale. hæc à Chryſippo ſcripta ſunt, teſte Valerio Maximo 8. lib. cap. 7. ætatis ſuæ annum agente octogeſimum. hunc ſequi videtur Lactantius Firmianus 3. lib. cap. 29. Boëtius, philoſophi rationibus, & authoritate fretus, quæ habentur 6. met. com. 7. & 2. phyſ. com. 48. Similiter 2. de generatione com. 51. ſic homines conſolatur: Omne quod natura eſt, non fruſtra eſt: conſiliari autem homines naturaliter habent: quòd ſi neceſsitas in rebus ſola dominatur; ſine cauſa eſt conſolatio: ſed conſolatio fruſtra non eſt: natura autem eſt: non igitur in rebus poteſt cuncta neceſsitas. Sanè nonnulli, authore philoſopho 7. met. ſic arguebant: omne quod eſt, cauſam habet: ſed poſita cauſa, ponitur effectus: omnia ergo ex neceſsitate contingunt. Aduerſus huiuſmodi agit philoſophus. Non, inquit, eſt verum, vt quacunq; cauſa poſita, ponatur effectus: ſunt enim quædam cauſæ, quæ ad ſuos effectus habendos nequaquam neceſſariò ordinantur; ſed vt in pluribus tantùm, in minori nihilominus parte interdum deficiunt, propter aliquã vtiq; cauſam impedientem. Quoniam autem huius cauſæ impedientis ratio eſt reddenda; ideo neceſſe eſt fateri, omne quod eſt per ſe, cauſam habere: quod verò per accidens, minimè; quia nimirum non eſt verè ens, cùm non ſit verè vnum. Album enim cauſam habet, ſimiliter & muſicum: non autem album muſicum, quia non verè eſt, & verè vnum. Itaq; alicuius cauſæ ordinatæ actionem impediens cauſa; in numero cauſarum per accidens haberi poteſt: proinde quatenus eſt talis, cauſam aliam habere non poteſt: vnde id, quod ex tali concurſu ſequitur; ad cauſam præexiſtentem neceſſariam referri non debet. Quomodo ergo cœleſtium corporum effectus omnes, ex neceſsitate non prodeant, patet ſatis. Et reuera, licet omnis effectus naturæ inferioris, cum omni eius conditione naturali, ratione primi motus, à cœlo, velut è cauſa communiſsima dependeat, ſine qua in his inferioribus nihil fieret; non omnis tamen effectus naturalis conditio, ad cauſam cœleſtem mediatam ſiue immediatam erit reducenda: conditio enim effectus ex materiæ impedimento procedens, in motorem cœleſtem referri non debet, ſed ad multiplices potius inferiorum corporum conditiones, diſpoſitioneſq;. Neque audiendus eſt Auicenna aſſerens, huiuſmodi diſpoſitiones è corpore cœleſti proficiſci. Sanè, corpora inferiora ſunt materia & patiens reſpectu cœli: inſunt ergo illis conditiones propriæ, quæ nimirum non in cœleſtium actiones corporum, ſed in inferiorum conditiones reſoluuntur, quæ videlicet ſunt, poſſe deficere ab eſſe accidentali atq; ſubſtantiali, pati, & agere, varium & mutabile ſemper eſſe habere, & his ſimilia. Vnde fit, vt cœleſtes influxus his in corporibus iuxta ipſorum conditiones proprietateſq; temperentur: proinde non eſt neceſſe, effectus inferiores, cauſas tantum imitari cœleſtes, ſed eas ſolummodo ad talem materiam temperatas atq; accommodatas. Itaq; quamuis inferiorum corporum actiones, actionibus cœleſtibus ſubſint; ad cauſam tamen aliquam cœleſtem puram, atq; ſimplicem, ſed modificatam corpori vt patienti, reuocari non debent. Poſſe namq; in minori parte deficere, quod eſt radix omnis contingentiæ in rebus naturalibus, caſus, atq; fortunæ, conſequitur poſſe non eſſe, imperfectionem profectò corporibus propriam inferioribus atq; attributam. vnde apparet, contingentiam huiuſmodi, in cauſam aliquam cœleſtem immediatam reducendam non eſſe; quandoquidem aliquid tale fiat à cœlo, inferioribus purè paſsiuè corporibus concurrentibus. Neq; ad mediatam: Nam cùm aliquod contingens fiat à cœlo, & inferiori agente, in inferiorum corporum diſpoſitionem vtrumq; reducitur, differenter tamen: Nam cœlo actiuè tantùm concurrente, in horum conditionem corporum, tanquam in materiæ conditionem, effectus contingens reducitur: his verò agentibus cooperantibus; in horum corporum conditionem, vt in conditionem agentis, quod ad cœlum comparatur vt patiens, reuocatur. Quam ob rem, non temerè è philoſopho 2. phyſ. & 6. met. inferiorum naturalium conditioni corporum attribuitur effectum contingentia: quia ſcilicet ſui defectum pati poſſunt. Verùm in 6. met. non ſoluit, cui hæc eſſent attribuenda; materiæ ſcilicet an

Chryſippi fundamenta.

Boetij rationes.

Non omnia neceſſariò cõtingere.

Quomodo effectus inferiores à cœlo dependeant.

Cœlum non agere immediatè.

Contingentia corporibus conueniunt inferioribus.

 De dominio ſtellarum.

agenti. in 2. autem phyſ. agenti, caſui vtiq;, & fortunæ; in primo autem Perihermeniæ
materiæ, ſeu potentiæ paſſiuæ, aſsignauit. Ex his ergo, quomodo non omnes effectus in-
feriores ad cœlum, vti ad cauſam immediatam, vel mediatam ſimpliciter reducendi ſint,
ſatis patêre puto. Cæterùm Auicennæ opinio adhuc clarius eſt examinanda, quò tantæ rei Auicenna omnia tribuit cœlo.
maieſtas lucidius conſpici poſsit: at enim in quibusdam ſuis dictis, quæ de magicis, & al-
chimicis compoſuit, quædam aliquando apparere omnibus naturis prodigia, eaq́; ex ſupe-
riorum motorum imaginatione manare aſſeruit. Sanè, intelligentias motrices, particula-
rem motum, per aliquam particularium apprehenſionem, quam apellat imaginationem
æquiuocam, apprehendere putauit: ex quo, omnia, in motorum ſtellarum, & orbium con-
ceptu prǽexiſtere aſſeruit: Talis, inquit, totius materiæ generabilium ad motores orbium
obedientia inuenitur, qualis eſt corporis ad animam. Porrò ex conceptæ imaginis virtute,
noſtrum corpus moueri, perſpicuè aduertimus: ſic etiam ex diuerſis cœleſtium intelligen-
tiarum motricum conceptibus, diuerſimode materialia moueri arbitratus eſt. Verùm hæc
Auicennæ ſententia, non eſt multum rationi conſona: nam ſi animæ cœleſtes, per formas Corripitur Auicenna.
apprehenſas, generabilium materiam mouent; in perpetuo profectò mutationis ordine
conſiſterent, atq; ita infelices, & miſeræ, quod planè illis beatiſsimis mentibus tribuendũ 1.
non eſt. Adde, quòd illa forma ab intelligentia concepta, ſi ab intrinſeco acciperet, tot
profectò formas componeret, quot certè in hoc mundo res fierent, quod eſt falſum. ſi verò 2.
ab extrinſeco, tunc proculdubio, huiuſmodi formæ prius eſſent ſenſibiles, quàm imagi-
nabiles: non enim imaginatio à formis ſenſibilibus moueri poteſt; niſi prius ab eiſdem
moueatur & ſenſus: ſiquidem ſenſibile medium eſt inter imaginabile, & materiale: atq;
ita corporibus ſenſus ineſſet cœleſtibus, quod in 3. libro Pymandri à nobis exploſum eſt.
Amplius, nullum ens, aliam materiam mouet per apprehenſionem, teſte Auerroe 2. cœli, 3.
com.61 niſi fortaſsis, illius forma extiterit: ſed animæ cœleſtium orbium motrices, non ſunt
formæ materiæ generabilium; non mouent ergo generabilium materiam. Et hæc quidem
contra Auicennæ ſententiam dicta ſint; ex quibus etiam patêre poteſt, corpora cœleſtia,
non modò actibus humanis neceſsitatem imponere, ſed ne dominari quidem.

CAP. II.

Argumenta contraria.

Contra prædicta ſic ſolent nonnulli arguere: Si corpora cœleſtia à motricibus
intelligentijs mouentur, earumq́; ſunt quaſi inſtrumenta; vtiq; in hæc infe- 1.
riora agant, neceſſe eſt: Sed intelligentiæ motrices, noſtris præſtant anima-
bus, cum ſubſtantia ſpirituali, tum etiam virtutè intelligendi: habent ergo
potentiam noſtris animabus rerum imprimendarum, & per conſequens cau-
ſandorum actuum humanorum. Adde, quòd omne multiforme, ad aliquod vniforme
ſit reducendum principium: ſed actus humani ſunt varij, & multiformes; ad motus ergo
cœleſtes, veluti ad ſua principia ſunt reuocandi: Ergo quod prius. Aſtrologi quoq; futu-
ros euentus vaticinantur, & bellorum incurſus, idq́; ex ſtellarum virtute, & impetu: igi-
tur ſtellæ actibus dominantur humanis. Amplius, cauſa ſufficienti poſita; & effectum 2.
poni, neceſſe eſt: ſed corpora cœleſtia cum ſuis motibus & diſpoſitionibus, ſicut ex neceſ-
ſitate ſunt entia; ita etiam congruum eſt, vt ipſarum effectus ex neceſsitate conſequan-
tur. Reuera, effectus agentis ex neceſsitate ſequitur in materia, præſertim ſi illius tanta
extiterit virtus, vt materiam prorſus totam ſuo ſubdere valeat imperio: ſed tota inferio-
rum materia, cœleſtium corporum virtuti, tanquam excellentiori, atq; ampliſsimè domi-
nanti ſubijcitur. ex neceſsitate ergo cœleſtium corporum effectus, in materia corporali
recipiuntur. Iterum, ſi cœleſtium effectus corporum, ex neceſsitate non conſequuntur; 3.
hoc certè continget ob aliquam cauſam impedientem, quæ planè ad aliquod reducenda eſt

 principium;

De dominio ſtellarum.

principium; cœleſtia enim, omnium quæ hic geruntur, cauſa pleniſsima reputantur. Qua-
re, cùm illud cœleſte principium ſit omninò neceſſarium; ſit, vt alterius corporis cœleſtis
effectus, ſui ex neceſsitate impedimentum patiatur: atq; ita, omnia, quæ hic contingunt,
neceſſariò contingere, neceſſe erit. Ergo, quod prius. Sanè, anima humana non eſt ita po-
tens, vt ſupernorum impetum corporum impedire queat: quippe, quæ minor ſit magnitu-
dine, & virtute, quàm anima cœli: Nullum autem minus impedire poteſt actionem ſupe-
4. *rioris, atq; maioris agentis: Ergo. Præterea omne, quod vim agendi habet in ea, quibus a-*
nima humana neceſſariò mutatur, per ſe vtiq; in animam humanam agere videtur: ſed
corpora cœleſtia, in hominum complectiones, à quibus ipſorum animæ impelluntur, &
agitantur, neceſſariò agunt: agunt ergo pari neceſsitate in animas hominum. Minor pa-
tet: nam teſte philoſopho, in lib. Phyſionomiæ & de anima, complexione mutata, muta-
tur & anima; ſicut patet in ſomno, ebrietate, aliiſq; ægritudinibus. Maior autem ex ſe no-
ta eſt: Ergo, quod prius. Sanè, ſi qualitas naturalis poteſt compellere animam in ſuarum
operationum vſum, ſicuti videre eſt, in phreneticis, epilenticis, & ſimilibus: multò ergo
magis virtus cœli, quæ eſt potentior, ad ſui impetus qualitatem, naturamq; animam fle-
5. *ctere valet. Adhuc, ſi impetus cœleſtes in hæc inferiora neceſſariò non agerent, omnes*
profectò cœlorum coniunctiones, ordineſq; inanes eſſent, & ocioſi; quod certè de illis no-
biliſsimis corporibus dici non debet. Conſequentia patet: hæc enim omnia in hominum gra-
tiã conſtituta eſſe, philoſophus 2. phyſ. audacter affirmat. Nos, inquit, quodammodo ſu-
mus finis omnium: at nobis licet pro noſtro officio noſtraq; libertate agere, nulla aſtrorũ
diſpoſitione concurrente, immò, contra illius impetum, libera eſt nobis conceſſa facultas
agendi: ordo ergo cœleſtium, reſpectu humanorum actionum, vacaret, ſeu ſuperfluus eſ-
ſet, & ocioſus: media ſiquidem ad finem vana ſuperfluaq; habentur; ſi his poſitis, & ſuffi-
cienter ordinatis, finis minimè ſequatur. Agunt ergo cœleſtia in hæc inferiora neceſſariò.
6. *Amplius, omnis forma materialis, virtutem habet intellectum mouendi: quippè cum in-*
tellectus ſit omnia fieri, & intelligere queat: ſed cœlum eſt forma materialis, maiore præ-
dita virtute mouendi, quàm formæ inferiores materiales: virtutem ergo habet noſtri in-
tellectus mouendi. Sanè, cœlum agit nonſolùm motu & lumine, verùm etiam virtute in-
telligentiæ mouentis, quæ cùm ſit hominum animis potentior; in illos igitur ſuæ naturæ
7. *impetus transfundere poteſt: Ergo, quod prius. Item, dominans potentius eſt, atq; ef-*
ficatius, quàm ſit dominatum, teſte Anaxagora: ſed ſecundum Auerroem 3. de anima,
com. 20. anima hominis eſt in ſpecie per cognitiuam potentiam, quæ eſt forma naturalis
8. *educta de potentia materiæ: eſt ergo penitus corporibus ſubdita cœleſtibus. Præterea,*
Omne poſsibile, neceſſe eſt aliquando fore, authoribus philoſopho & Auerroe, 9. met. cõ. 8.
Si, inquit, aliquod poſsibile eſſet, quod nunquam erit; natura profectò poſsibilis efficere-
tur impoſsibilis: ſed opera noſtra omnia, atque naturæ, antequam eſſent, poſsibilia erant;
omnia ergo iſtius huiuſmodi neceſſariò eueniunt. Adde, quòd omnis propoſitio disiuncti-
ua de extremis contradictoriis ſit neceſſariò vera: ſed omnis actus noſter, antequam ſit,
ex eo huiuſmodi propoſitio fieri poteſt: igitur omnis noſter actus eſt neceſſarius. Ex
his ergo & ſimilibus patet, quomodo ſtellæ dominentur actibus humanis.

CAPVT. III.

Soluuntur argumenta.

Verùm ad hæc, & his ſimilia, ſic reſpondere valemus: & ad primum quidẽ
dico. Spirituales ſubſtantias, à quibus corpora mouẽtur cœleſtia, in corpora-
lia profectò mediãtibus corporibus cœleſtibus agere; in intellectũ verò hu-
manum, immediatè illuminando; voluntatem autem, ſicut dixi, immutare
non poſſe. Ad confirmationẽ dico, quòd quemadmodum varietas atq; mul-
tiformitas

De dominio ſtellarum.

*tiformitas corporalium motuum, in vniformitatem cœleſtium, veluti in propriam cauſam
reuocatur; ita etiam, imò longè perfectius, multiformitas actuum, qui ab intellectu, &
voluntate humana proficiſcuntur, in diuinum intellectum, diuinamq́ voluntatem. Ad a-
liam confirmationem dico, plureis hominum, ſuas quidem ſequi paßiones, appetitus vtiq;
ſenſitiuos, in quos corpora cœleſtia agunt: ideoq́ ab Aſtrologis in communi quidem, non
autem, in particulari interdum vera præuideri: ſed ſapiens dominabitur aſtrologis. Ad* 2.
*2. dico, corpora cœleſtia, inferiorum effectuum cauſas eſſe, ſed mediantibus tamen cauſis
particularibus inferioribus, quæ in minori parte deficere poßunt: proinde non eſt neceſ-
ſe, vt effectus ex neceßitate ſequantur. Ad confirmationem dico, virtutem corporis cœle-
ſtis non eſſe infinitam, proinde opus illi eſſe determinata diſpoſitione, pro effectu in mate-
riam debitè inducendo, tum quoad loci diſtantiam, tum etiam quoad ad cæteras eiuſdem
conditiones. vnde fieri videmus, vt loci diſtantia, corporis cœleſtis effectum interdum im-
pediat: quamobcauſam, Sol non æquè calefacit Danos, & Æthyopes. his accedit, materiæ
großicies, frigiditas, aut caliditas, aut alia huiuſmodi diſpoſitio, à qua nonnunquam cor-
poris effectus impeditur cœleſtis. Ad 3. reſpondeo, quod quamuis cauſa impediens, alte-
rius cauſæ effectum, in aliquod cœleſte corpus, veluti in cauſam reducatur; duarum ta-* 3.
*men cauſarum concurſus, cùm ſit per accidens, ad cœleſtem cauſam, reuocandus non erit.
Ad confirmationem dico, quod quamuis anima non ſit ita potens, aut potentior virtute
cœleſti; eſt tamen improportionata ad actionem illius recipiendam. Ad 4. dico, cœlum* 4.
*bifariam in hominem agere poße, ſiue intelligi: vno quidem modo tanquam proportiona-
tum humanæ naturæ, operationiś inſtrumentum; & ſic nego ita agere, quin anima ſuarũ
non remaneat operationum domina: alio modo, vt inſtrumentum organorum, atq; propor-
tionum corruptiuum; ſicq́ non priuare hominem ſui arbitrij libertate, ſed corrumpere
potius modum operandi. Ex his ad aliam confirmationem patet ſolutio. Ad 5. Quamuis* 5.
*impetus cœleſtes nobis neceßitatem non afferant, adhuc tamen ſuperflui non ſunt, neq; o-
tioſi dicendi; ſunt enim propter hominem, quatenus eſt ens naturale: non ergo verùm eſt
illos eſſe ſuperfluos, & inanes. Ad 6. reſpondeo, quòd corpora cœleſtia in hominis intel-* 6.
*lectum per accidens, non autem per ſe agunt: proinde forma materialis actione imma-
nente in illam agit, ad quam nulla ſequitur actio extra intellectum. Eodem modo ſoluitur
confirmatio: formæ ſiquidem agunt in intellectũ poßibilem actione non exeunte; ſed ea
potius, quæ eſt ſalus, & perfectio intellectus. Ad 7. In hoc Auerroes non eſt audiendus,* 7.
ſicut dicetur poſtea, cùm de intellectu diſputabimus. Ad 8. Maior vera eſt ſecundum 8.
*ſpeciem, non autem ſecundum indiuiduum: multa enim ſecundum indiuiduum poßibilia
ſunt; quæ tamen vllo vnquam tempore futura ſunt: quamobcauſam, ſufficit vt ſecundum
ſpeciem aliquando ſint: atq; ita poßibile ab impoßibili diſtinguitur. Ad confirmationem*
Plotini philoſophia docet ſtellas non dominari rebus humanis.
*reſpondit philoſophus in lib. peribermenias, aſſerens non omnem propoſitionem eſſe de-
terminatè verã, ſeu determinatè falſam; niſi præſens extiterit de præterito, vel de futu-
ro, cuius veritas ab vtroq; dependeat. Ex his ergo patet, quomodo corpora cœleſtia huma-
nis actibus minimè neceßitatem imponãt. Suffragatur & huic propoſito ampliſsima Plo-
tini philoſophia enneadis 2. lib. 3. cap. 2. Si, inquit, cœleſtia anima careant, nihil aliud præ-
ter caliditatem, & frigiditatem, atq; ſimilia quædam adducere poterunt. Iam igitur vſq;
ad corporum noſtrorum naturas, tantum actiones ſuas, & munera propagabunt: quippè
cùm corporeus duntaxat impulſus in nos inde proueniat, adeò, vt neq; etiam multa inde
corporum diuerſitas accidat: ſapientes autem, & ignorantes, item alios quidem gramma-
ticos, alios rethores, alios citharedos, alios diuites, alios pauperes, qua ratione faciant,
minimè video. Sin autem animata ſunt cœleſtia, agantq́ conſilio; dic amabò, quidnam in-
iuriæ à nobis acceperint, vnde nobis ſponte quotidie noceant? præſertim cùm & in ſede di-
uina collocata ſint, & ipſa diuina: non enim illis hæc accidunt, quorum cauſa homines mali
fiunt: neq; omninò ex humana ſiue proſperitate, ſiue aduerſitate boni quicquam, vel mali
illis accedit. Dicent fortaſſe, ſtellas non ſponte talia facere, ſed locis figurisq́ coactas. At*
Stellas mala non facere.

De dominio ſtellarum.

enim ſi compulſæ facerent, oporteret omnes dum in eiſdem locis figuriſq; ſunt, eadem facere. Nunc autem quid differens hic planeta patitur, dum per gradum hunc, aut rurſus per illum zodiaci circuli tranſit? Neq; enim in ipſo zodiaco eſt, ſed ſub ipſo longiſſimè

Planetas non mutari propter ſitum.

diſtans, & per qualemcunq; portionem tranſeat, ſimiliter eſt in cœlo. Ridiculum namq; eſt, quamlibet cœli portiunculam, quam percurrit, planetam alterius fieri, alteriuſq; naturæ, aliaq; rurſus & alia exhibere. Item aliam habere naturam cùm exoritur, atq; eſt in angulo, aliam cùm declinat: non enim, tunc quidem gaudet, quando eſt in angulo; tunc autem dolet, aut torpet, quando declinat: neq; rurſus ſæuit, quando exoritur alius; manſueſcit verò cum inclinatur. Quod autem aiunt, alios quidem occaſu, alios contrà ortu gaudere; videtur abſurdum: ſic enim accideret, eundem oblectari ſimul atq; mœrere. Præterea curnam illorum mœror nobis inferat malum? At enim neq; dolere, neq; pro tempore delectari eos, eſt concedendum: imò ſemper eſſe tranquillos, bonis gaudentes præſentibus, & quibus ipſi fruantur, & quæ proſpiciant: nempe vita illic ſua cuique in ſeipſo con-

Inter planetas non eſt diſcordia.

ſiſtit, ipſoq; actu, ſuum poſſidet bonum. Id autem non vergit ad noſtra. Præterea inter planetas nulla poteſt eſſe diſcordia. Abſurdum eſt ergo, hunc quidem planetam huius aſpectu congratulari, illum verò conſpectu illius offendi. Præterea aiunt, alium quidem delectari die, fieriq; diurno calore propitium, alium verò, vtpote igneum nocte gaudere,

Plato cuique generi animarum vnū tribuit aſtrum.

perinde ac ſi non perpetuus ibi ſit dies, id eſt, lumen. Præterea quod dicunt Martem, aut Venerem certo modo diſpoſitos, adulteria procreare; valde à ratione diſſentit; quippe cùm id non aliud ſit, quam illos humanæ intemperantiæ more, mutuam auiditatem explere. Hæc, & multa his ſimilia à Plotino ibidem dicuntur: ex quibus planè cognoſcimus, actibus humanis aſtra non dominari. Plato in Timæo, cuique generi animarum vnum tribuit aſtrum, Mercurium ſecutus; qui ait ſtellas dinumeratas eſſe ſecundum eos qui habitant illas deos. Denique, inquit, cùm vniuerſum conſtituiſſet, aſtris parem numerum diſtribuit animarum, ſingulis ſingulas adhibens, eiſq; tanquam vehiculo impoſitis monſtrauit vniuerſi naturam, ac leges fatales edixit: oſtendens quidem primam omnibus generationẽ ordine quodam vnam fore, ne quis ab eo minus aliquid ſortiatur. Itaque ſi ſingulis aſtris, ſinguli præſunt angeli, ſiue animæ, à quibus quàm longiſſimè abeſt odium, & inuidia; quomodo ergo noſtrorũ erunt cauſa malorum? Ex quo patet ſecundum Mercurium, Pla-

Baſilius arguit aſtrologos.

tonem, & Plotinum, è cœlo hominum mala non deſcendere. Baſilius homelia 6. in hexameron: cùm, inquit, tempus natiuitatis, exactiſſimè ſciri non poſſit; & momenta minutiſſima intercurrant; deridendi profectò eſſe videntur tam ij, qui ſtudio huius indulſerũt artis, quam in ratione rerum nunquam eſſe conſtat; quàm ij, qui hiantes ab illorum ore pendent intenti, perinde, quaſi omnia illi ſcire poſſint, quæ ipſis ſunt ventura: hominum

Comparat telis aranearũ.

enim iſtorũ elegantes ſententiæ, ſapienteſq; rationes, perſimiles ſunt aranearum telis: in quas ſi culex, ſi muſcas, ſi quippiam aliud inciderit inualidis hiſce beſtiolis ſimile, irretitũ retinetur; ſin validiuſculũ irruperit animal, imbelles illas perrumpit telas, atq; demolitur.

Eſ.

Iſaias, cap. 47. durè increpat Babyloniam: Sta, inquit, cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficorum tuorum, quibus laboraſti ab adoleſcentia tua. Stent & ſaluent te augures, (ſiue aſtrologi cœli) qui contemplabantur ſydera, & ſupputabant menſes, vt ex eis annuntiarent ventura tibi. Ecce facti ſunt, quaſi ſtipula, ignis combuſſit eos: non li-

Hiere.

berabunt animas ſuas de manu flammæ. Idem canitur ab Hieremia 27. Nolite, inquit, au-

Aug.

dire, diuinos, ſomniatores, & augures. Auguſtinus lib. conſe. 4. cap. De cœlo, inquit, tibi dicis ineuitabilem cauſam peccandi accidere: & Venerem hoc feciſſe, aut Saturnum, aut Martem: ſcilicet vt homo ſine culpa ſit, caro, & ſanguis, & ſuperba putredo, culpandus ſit autem cœli ac ſyderum creator, & ordinator? Et quid eſt iſte, niſi Deus noſter, ſuauitas & origo iuſtitiæ, qui reddit vnicuiq; ſecundum opera ſua? Cùm ergo hæc ita ſe habeant; ſatis perſpicuum eſſe puto, ſecundum Catholicos, atq; priſcos illos philoſophos, res humanas caſu, & fortuna aut ſtellarum fato non gubernari.

Fortuna bona quid

QVAESTIONIS TERTIAE

Fortuna quid ſit, & quis illius impetus.

CAP. I.

QVoniam audiuimus nonnulla quæ contingunt, ad cauſam per ſe referri non poſſe, ſed ad cauſam per accidens, quæ eſt caſus, & Fortuna; operæpretium fore exiſtimaui ſcire quid ſit ipſa Fortuna, & quomodo ſit cauſa per accidens, & an ab ipſa diſtinguatur natura, & ex aſtrorum curſu proueniat. Ceterùm de hoc negotio Philoſophus in multis locis, præſertim in libello de bona Fortuna clariſſimè diſputauit: Neq;, inquit, dicet aliquis Fortunam, naturam eſſe: natura enim ſemper cuius eſt cauſa, huius vt in pluribus, aut ſimiliter factiua eſt: Fortuna autem nunquam, ſed inordinatè, & vt accidit fortuna in talibus. Neq; eſt intellectus quidam, aut ratio recta: intellectus enim agit cum ordine, & rationis regula, & ſemper, vt plerumq;: fortuna verò ſine ordine & regula, & raro. Propter quod, & vbi plurimus intellectus & ratio, ibi minima fortuna: vbi autem plurima fortuna, ibi minimus intellectus.

Philoſophus de bona fortuna.

Fortuna non eſt natura, neq; intellectus.

Adde, quod fortuna non modò eſt intellectus, verùmetiam nec aliquid de intellectu, vtpote, ars, ſcientia, ratio, conſilium, aut aliquod tale; hæc enim omnia ordinatè, illa autem inordinatè agit. Amplius, fortuna non eſt Deus: Deum ſiquidem dignificamus Dominum exiſtentem talium, vt dignis diſtribuat, & bona, & mala: fortuna verò, & quæ à fortuna ſine delectu fiunt. Vnde Seneca in tragœdijs: O fortuna viris inuida fortibus, cur non æquè bonis præmia diuidis? Si autem Deo talia attribuimus; prauum ipſum iudicem faciemus, vel non iuſtum: quod planè Deo non conuenit. Itaq; manifeſtum eſt, fortunam non eſſe intellectum, rationem, & ſcientiam, neq; beneuolentiam, quæ à Deo videntur; eòquòd prauis eueniat. Non eſt autem veriſimile, Deum prauorum curam habere.

Fortuna non eſt Deus.

Reliquum ergo eſt nobis ſcire, quidnam ſit ipſa bona fortuna: Eſt autem bona fortuna, & fortuna in his, quæ in nobis minimè exiſtunt: non autem in his, quorum ipſi domini ſumus, & potentes operari. Propter quam cauſam, iuſtum ſecundum quod iuſtum nullus dicet bene fortunatum: neq; fortem ſimiliter: in nobis ſiquidem eſt, hæc habere, & non habere: at nobilem eſſe, bene fortunatum appellamus, & cui ſimilia dona contingunt, quorum dominus nequaquam ipſe eſt. Eſt igitur bona fortuna in eo, quod bonum aliquod exiſtit præter intentionem, id eſt, eſt mens agens præter intentionem, & raro.

Quorum ſit fortuna.

Sanè, bona fortuna ſine ratione agit, habens impetum ad bona, & illa adipiſcens: in anima enim ineſt natura tale, quo impetu ferimur ſine ratione, ad quæ vtiq; bene habebimus. Et ſi quis interroget ſic habentem: Propter quid hoc placet tibi operari? Neſcio, inquit, ſed placet mihi: vehitur profectò ſine ratione, impetum habens ad aliquod operandum. Bona ergo fortuna eſt, cuius principium in habente impetus eſt ad adipiſcendum bona.

Fortuna eſt impetus.

Nunquid non ſunt impetus in anima? & hi quidem à ratiocinatione, hi autem ab appetitu, & primi ipſi ſunt. Natura quidem ſi propter concupiſcentiam delectabilis eſt, & appetitus natura quidem ab bonum tendit ſemper: ſi, inquam, quidam ſunt bene nati, quemadmodum indocti, non ſcientes quæ oportet: ſic tamen bene nati, & ſine ratione impetum faciunt, ſecundum quod natura apta nata eſt, & concupiſcunt, & id, & tunc, & ſic, & vt oportet. Tales ergo erunt bene fortunati, quicunq; ſine ratione diriguntur, vt in pluribus. Proinde bene agere eos, quia impetus, & appetitus exiſtens, ad quæ oportuit, direxerit: ratiocinatio autem inſipiens, & non recta, fortuna autem ipſius cauſa exiſtens, concupiſcentia ipſa recta exiſtente, ſaluauit eos.

Bene fortunatus.

Sed dices, quod eſt motus principium in anima? Palam: quemadmodum in toto Deus, mouet enim aliquo modo omnia, quia in nobis dominium habet: rationis autem principium, non ratio, ſed aliquid melius. Quid igitur vtiq; erit melius, & ſcientia, & intellectu, niſi Deus? Virtus enim intellectus organum eſt: propterea diximus, quòd bene fortunati vocantur, qui ſi

Principium motus in anima.

impetum

Fortuua bona quid

impetum faciant, diriguntur ſine ratione exiſtentes. Et conſiliari non expedit ipſis; habent enim principium tale, quod eſt melius conſilio, & intellectu: qui autem rationi innituntur, hoc non habent, neq́ diuinos inſtinctus; ſine ergo ratione exiſtentes, addiſcunt: multorum namq́ prudentium, atq́ ſapientium velox eſt diuinatiua, & horum quidem ratione, illorum experientia & conſuetudine; At Deo ineſt per ſe, qui nimirum bene videt & futurum, & præſens: itaq́ principium motus in anima (amiſſa ratione) magis valere videtur: quemadmodum cœci memorantur magis, his amiſsis, quæ ad viſibilia ſpectant. Manifeſtum eſt igitur, quoniam duæ ſunt ſpecies bonæ fortunæ: vna quidem diuina, cuius gratia bene fortunati à Deo diriguntur: altera verò eſt ſecundum impetum directiua, & præter impetum altera: ambæ tamen ſine ratione. Hæc quidem Philoſophus.

Duplex ſpecies fortunæ.

Ex quibus colligimus, ſub fortuna bona diuina, vates diuinos intelligi; qui diuinitus afflati, ſine ipſorum conſilio, & ratione, præſentia, ac futura prædicebant. Nam ſi Deus melior eſt intellectu noſtro, & futura & præſentia videt, & ab ipſo mens talium mouetur: neceſſariò vtiq́ ſequitur, vt & ij vates diuini habeantur, qui non temere à Philoſopho bene fortunati diuiniq́ vocati ſunt. Hæc, ſi ita à Philoſopho intellecta ſunt, quemadmodum & ipſa verba præ ſe ferre videntur; Catholicam ſapiunt, redolentq́ veritatẽ: ſiquidem iuxta Apoſtolorum principem, Epi: 2. cap: 1. non voluntate humana allata eſt prophetia. ſed Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines.

Vates diuini.

Petri 22.

De alia autem fortunæ ſpecie, ſentiunt nonnulli, Philoſophum talis fuiſſe ſententiæ, fortuita videlicet, tum bona, tum mala, ab impetu quodam nobis inſito proficiſci; quem putat vnumquenq́ noſtrum, à ſui ortus initio accipere, ab eoq́ impelli, & ad prauè, & ad bene agendum: vnde fit, vt hi quidem fortuiti effectus, reſpectu certè intellectus, fortuiti quidem habeantur; quatenus ſcilicet præter rationem contingunt: reſpectu autem impetus mouentis intellectum ad agendum præter rationem, per ſe eſſe dicuntur. Sed dicet aliquis, huiuſmodi impetus, cùm non virtute ſeminis, homini detur; fortuitò ergo contingit: ſed omne per accidens ad aliquod per ſe eſt reuocandum; illius ergo impetus eſt adhuc ratio requirenda: non enim progenitores ad illius generationem promendam ſufficiunt. Adde, quòd ex his, quæ à Philoſopho dicta ſunt, nondum nobis conſtat, quid ille impetus ſit, & vnde oriatur, atq́ qua via nobis congenitus ſit.

Fortuiti effectus, quomodo per ſe ſint.

Impetus ille vnde ſit.

Ptolomæus in lib: Apoteleſmatum, in cœlicas cauſas retulit: Si aliquis, inquit, ex natali partis fortunæ, dominatrices ſtellas in culmine habuerit, ſuis in iurudictionibus conſtitutas, beneq́ è luminibus affectas; is impetum ex tali nanciſcetur conſtellatione, quò iuxta dominantium ſtellarum ambulationem, ad magnas inopinatasq́ facultates mouebitur, & ſimilia multa ab eodem authore deſcribuntur. Impetum ergo illum ad particularem ſtellarum connexionem, virtutemq́ referendum eſſe, Aſtrologi conſtanter docent: atq́ tali modo nobis congenerari, aſſerunt: Cùm, inquiunt, aliquis in lucem æditur, àer tunc cœli qualitate affectus, naſcentem afficit fœtum, imprimitq́ per meatus, & poros, ſuæ qualitatis naturam.

Ptolomæus impetum refert ad ſtellas.

Cæterùm, quod ab Ariſtotele vocatur impetus; à Cicerone dicitur propenſio, natum ipſum impellens ad futuros euentus; à Ptolomæo numen; à Socrate verò dæmonium. Verùm huiuſmodi Ptolomæi, aliorumq́ Aſtrologorum ſententia, quæſtionem non ſoluit. Siquidem ſi fortunæ impetus à ſtellarum proficiſcitur virtute: ſtellæ autem agunt in hæc inferiora lumine, & motu; adhuc certè ad cauſas motrices ille impetus debebit referri, à quibus agitur lumine & motu, idq́ vniuerſaliter: non ergo ab eis particulares rerum impetus intenduntur. Vniuerſalis ergo omnium cauſa eſt requirenda: qua inuenta ceſſet omnis quæſtio; quam quidem dicimus eſſe diuinam prouidentiam: quam profectò antiqui illi ſapientes, aut non cognouerunt, aut non rectè intellexerunt. Etenim, quemadmodum nihil eſt, quod entitatis, atq́ bonitatis expers inueniatur; ita planè, quod in Dei prouidentiam non cadat. Quam ob cauſam nonnulla, quæ reſpectu noſtri ſunt fortuita, intellectus per accidens, & præter intentionem, reſpectu diuinæ tamen prouidentiæ, ſunt per ſe, atq́ determinata.

Cicero.

Diuina prouidẽtia eſt cauſa omnis impetus.

Reuera, ſi iuxta mathematicorum ſententiam, fortunæ impetus ab aëre cœlica affecto qualitate proficiſcitur: illa verò à fato particulari, id eſt, à certa, &

Fatum particulare.

ſtatuta

ſtatuta ſtellarum conſtitutione, quæ in cuiuſq; genitura colligitur: illud autem cùm for- Bona fortuna quid
tuitò tunc vigeat; ad intelligentias motrices reducatur oportet, tanquam in fatum vni- Fatum particulare.
uerſale, & cauſam per ſe. Vocant autem Aſtronomi fatum vniuerſale, Stellarum omni-
umq; cauſarum nexum ſecundarum, lumine & motu agentium. Ordo itaq; ille vniuerſalis, Vniuerſale.
fatum vniuerſale; particularis verò, particulare nominatur. Quoniam autem illæ cauſæ
ſecundæ adhuc fortuito ſic motu, & lumine egerunt, vt fatum illud particulare ederetur,
ad cauſam igitur deueniendum eſt vniuerſaliſsimam, nempè ad diuinam prouidentiam, in
qua ſit ſtatus. Sanè, ſi duo paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex illis non cadit in terram, ſine Mat.
patre veſtro; quantò magis vos modicæ fidei? Itaq; impetus ille, occulto & iuſto Dei iu- Quomodo ille impetus ſit à Deo.
dicio, nobis tamen incognito, nobis infunditur; aut permittendo, vt malus ſic debitam ſuæ
malitiæ pœnam accipiat: aut volendo, vt bonus ad cumulatiora bonitatis incrementa per-
ueniat. Quam ob rem D. Aug. de ciuit. Dei lib. 5. cap. 1. ait, cauſam Romani imperij, omni- Auguſtinus.
umq; regnorū, nec fortuitam eſſe, nec in ſtellarum poſitione, ſed in Dei volūtate conſiſtere:
Quoniam, inquit, conſtat omnium rerum optandarum plenitudinem eſſe felicitatem, quæ
non eſt dea, ſed donum Dei: & ideo nullum Deum colendum eſſe ab hominibus, qui poteſt
facere eos felices. Diuina ergo prouidentia regna conſtituuntur, non fortuna fatali. Quæ ſi
propterea quiſquam fato tribuit, quia ipſam Dei voluntatem, vel poteſtatem, fati nomine
appellat, ſententiam teneat, linguam corrigat. Qui igitur ſine Dei voluntate decernere o- Aſtrologi nō ſunt audiendi
pinantur ſydera, quid agamus, vel quid bonorum habeamus, malorúmve patiamur, ab au-
ribus omnium repellendi ſunt. hæc enim opinio quid agit aliud, niſi vt nullus omninò cola-
tur aut rogetur Deus? Itaq; illi, qui poſitionem ſtellarū quodammodo decernentium qua-
lis quiſq; ſit, & quid ei proueniat boni, quidue mali accidat, ex Dei voluntate ſuſpendunt;
ſi eaſdem ſtellas putant habere hanc poteſtatem ſibi traditam à ſumma illius poteſtate, vt
volentes iſta, iſta decernant: magnam cœlo faciunt iniuriam: in cuius velut clariſsimo ſe- Cœlo faciunt iniuriam.
natu, ac ſplendidiſsima curia, opinantur ſcelera facienda decerni; qualia ſi aliqua terrena
ciuitas decreuiſſet, genere humano decernente fuerant euertenda. Quale deinde iudicium
de hominum factis, Deò relinquitur, quibus cœleſtis neceſsitas adhibetur, cùm dominus
ille ſit & ſyderum & hominum? Aut ſi non dicunt Stellas accepta quidem poteſtate à
ſummo Deo arbitrio ſuo iſta decernere, ſed in talibus neceſsitatibus ingerendis, illius om-
ninò iuſſa compleri; itáne de ipſo Deo ſentiendum eſt, quod indigniſsimum eſt de ſtella-
rum voluntate ſentire? Hæc Auguſtinus. Ex quibus intelligimus, quàm periculoſa ſit ta-
liū ſententia, à quibus & Deus, & cœleſtia tanta afficiuntur iniuria, vt ab eis mala omnia Argumenta.
manare decernant. Impetus ergo ille fortunæ, ad propriam, & veram cauſam eſt redu- 1.
cendus, nempè ad Diuinam prouidentiam. Sed aliquis rationabiliter dubitabit: Si ita res
ſe habet: omnia igitur ex naturæ neceſsitate contingerent; euenirent enim omnia à cauſa
per ſe. Sed hoc nulli fas aſſerere, ob plurima, quæ inde ſequerentur abſurda, nempè quod
vana eſſet legum inſtitutio, liberi vſus arbitrij &c. Amplius, quod eſt per accidens, re- 2.
ſpectu alicuius per ſe eſſe non poteſt: ſed huiuſmodi euentus ſunt per accidens; igitur re-
ſpectu alicuius per ſe eſſe nequeunt. Adde, quod ſi tales euentus ab aliquo per ſe profi- 3.
ciſcerentur, non ergo fortuiti eſſent appellandi. Ergo quod prius. Reſpondeo ad primum, Solutio.
atq; dico, diuinam prouidentiam rebus neceſsitatem nequaquam imponere: ſicut poſtea 1.
ſpero me eſſe dicturum, cùm paulò pòſt de diuina erit mihi prouidentia diſputandū. Ad 2.
2. negatur antecedens: omne enim per accidens, ſecundum philoſophi ſententiam, ad ali-
quod per ſe eſt reducendum. verum tamen eſt, id, quod eſt per accidens, quatenus eſt ta-
le, nunquam per ſe eſſe, aut dici poſſe: ſed bene, quod eſt per accidens reſpectu vnius, po-
teſt eſſe per ſe reſpectu alterius. Ad 3. conceditur & conſequens, & conſequentia: nihil 3.
enim eſt ſimpliciter fortuitum in rerum natura, quin ſit ab aliqua cauſa per ſe: cuius etſi
nos rationes comprehendere, atq; intelligere non valemus; indubiè tamen fateri debe-
mus, Deum eſſe omnium creatorem, & gubernatorem; humanorumq; actuum, æquum & Deus omniū cauſa.
iuſtum iudicem; & in inclinando, & mouendo, & permittendo, ſecundum conſilium ſapi-

Fortuna cauſa per accidens.

entiæ ſuæ, cui ſit ſemper gloria, & honor, & benedictio. Hæc de impetu fortunæ dixi.

CAPVT II.

Fortunam eſſe cauſam per accidens.

Fotuna & caſus de numero cauſarum.

FOrtunæ impetus, vnde profluat, & quod ſit verum illius emanationis principium, breuiter, verè tamen à nobis oſtenſum eſt. Supereſt ergo per eiuſdem latiſſimos campos philoſophi ſpatiando, non ignorare, quonam modo ab eodem fortuna vocetur cauſa per accidens, quidve diſcriminis ponat inter caſum, & fortunam. De his 2. phyſ: abundè diſputauit: Cùm fortuna, inquit tex. 39. & caſus de numero cauſarum dicantur, inſuper & multa ſint, & fiant fortuna & caſu; conſiderandum nobis erit, quomodo in his ſit fortuna & caſus. Quidam enim & ſi ſint necne dubitant; nihil enim è fortuna fieri dicunt, ſed omnium cauſam eſſe determinatam. Sed dubitabit non iniuria quiſpiam: cur nam ſapientum antiquorum nemo generationis & corruptionis cauſas dicens, de fortuna aliquid determinauerit? Sed, vt videtur, nec illi è fortuna eſſe aliquid arbitrabantur. Verum & admirabile id eſt: multa enim ſunt & fiunt à fortuna, atq; à caſu, quorum vnumquodq; & ſi non ignorent, reduci poſſe ad aliquam cauſam rerum quæ fiunt; quemadmodum antiquus ſermo dixit, qui fortunam enecat;

Qui fortunã enecat.

omnes tamen illorum, aliqua quidem à fortuna, alia autem à non fortuna eſſe profitentur: quamobrem & mentio aliquomodo illius ab eis agenda. Quòd ſi illorum nullum videlicet, vt amicitiam, aut odium, aut ignem, aut mentem, aut aliquod aliud id genus, fortunam eſſe arbitrabantur: abſurdum vtiq; erat, ſiue non eſſe putabant, ſiue eſſe putabant, eam omittere. Præterea ea nonnunquam vtebantur, quemadmodum Empedocles,

Empedocles poſuit fortunam.

non ſemper aërem ſuprà, dicens ſegregari; ſed vt fortaſſe fortuna: dicit enim: In mundi factura ſic tunc curenti huic fortuito contingit, ſæpè autem modo alio: partes quoq; animalium plurimas ortas fortuna, ait: Sunt etiam qui & cœli huius, mundanorumq; omnium caſum eſſe cauſam afferunt: nam à caſu conuerſionem, & motionem fieri dicunt, quæ diſtinxit, & hunc in ordinem redegit vniuerſum. Hoc autem ipſum admiratione non parua dignum eſt, cur animalia quidem & plantas, neq; eſſe, neq; fieri à fortuna dicant; ſed aut naturam, aut mentem, aut aliud quoddam id genus cauſam eſſe ipſorum velint, (non enim ex cuiuſq; ſemine quoduis proficiſcitur, ſed ex tali quidem olea, ex tali verò homo) cœlum verò, & diuiniſſima ſenſibilium, vt ſydera, caſu exorta fuiſſe: nullamque

Cœlum caſu exortum, et regi, ait Democritus.

cauſam ipſorum cœleſtium, qualem animalium & plantarum eſſe dicentes. Huius autem erroris authores fuerunt Democritici, à quibus dictum eſt, caſum, rem humanam non eſſe diuinam, aut naturalem; ſed vniuerſalem omniũ cauſam, & cœli, & mundanorũ prorſus omnium. cùm enim viderent diuerſitatem motuum in cœlo inſtabilem, atque indeterminatum modum currendi in planetis; à caſu hæc omnia regi putauerũt. Sed rectè à philoſopho ignorantiæ arguuntur.

Reprehẽditur.

Nam ſi plantæ, & animalia non ex quolibet, ſed ex proprio ſemine naſcuntur, & non ex caſu; quantò magis cœleſtia, quæ ſunt diuiniora, atq; nobiliora? Adde, quòd dei prouidentiæ plurimum derogant, qui cœleſtia ab illius prouidentia ſuſpendunt.

In cœlo casũ non eſse.

Amplius, ſenſibus manifeſtiſſimè aduerſantur: in cœlo enim caſu fieri videmus nihil, in terris autem plurima. Perperam ergo dictum eſt ab eis, cœleſtia caſu gubernari. vnde philoſophus tex. 46. Ad id enim quod dicitur, & alio modo, abſurdum, inquit, ſequens eſſe videtur; adhuc abſurdius erit hæc dicere ipſos, in cœlo quidem nihil ex caſu fieri. In his autem, in quibus fortunam negant, multa ab ipſa fortuna fieri videntes, quod tamen contrà fieri conueniens erat. Nonnulli fortunam diuinum quoddam appellarunt, obſcurè tamen. Et reuera id bifariam intelligi poteſt. Vno quidem modo, vt

Quomõ fortuna ſit deus.

ſit ipſemet Deus, ad quem omnes caſus fortuiti reducantur, tanq; in primam cauſam, primamq; prouidentiam, à qua vniuerſa gubernantur. Porrò, ſi hoc modo fortunam Deum vocauerunt;

Fortuna cauſa per accidens.

Tyche.

voeauerunt; re quidem benè, ſed fortunæ nomine abuſi ſunt: ſiquidem Tyche Græcè, fortuna latinè, ad mordinata refertur: Deus autem eſt omnium rerum ordo, & ſumma prouidentia. Alio modo, vt ſit Dea, cui ſubſeruiant tres Parcæ, de quibus poſtea. Et ſic profectò fictitium eſt, niſi rectè illa intelligantur. Quam ob cauſam duplicem in rebus ordinem quidam poſuerunt: primumq́ in prima cauſa collocatum, Dei prouidentiam, ſecūdum autem in ſecundis cauſis poſitum, Fatum voeauerunt: fortaſsis Mercurium in primo Pymandri Dialogo ſecuti his dictis inquit: Prouidentia per fatum harmoniamq́ conflauit mixtiones &c. per prouidentiam Deum, per fatum verò ſecundarum intelligens cauſarum connexum. Et paulò antè: Fabricauit, inquit, ſeptem gubernatores, qui circulis mūdum ſenſibilem complectuntur: eorumq́ diſpoſitio fatum vocatur. Eandem quoq́ doctrinam Boëtius 2. de conſolatione imitatur. Ex hoc autem ſic arguunt, quòd quemadmodum nihil eſt in rerum natura, quod diuinam effugere valeat prouidentiam; ita nihil eſſe aiunt quod in fati diſpoſitionem non cadat: vnde fit, vt omnes fortunæ impetus, euentusq́ fortuiti, cùm à fato, tum etiam à prouidentia dependeant, & emanent. Neq́ ob id, nihil caſu fieri dicendum eſt: nam etſi huiuſmodi effectus reſpectu diuinæ prouidentiæ, & fati, à cauſa per ſe proficiſcantur, reſpectu tamen particularis agentis, ſunt fortuiti, & præter intentionem contingunt. Quam ob cauſam multa poteſt homo ſua prudentia, & induſtria effugere, quorum nullum præceſsit fatum particulare. Vniuerſalis autem fati prouidentiam effugere nequit. In quo cùm non ſint rationes contrariæ, ſtat noſtra contingentia, cum huiuſmodi fati vniuerſali prouidentia. Hæc ex Ptolomæo colliguntur, tum ex proœmio Apoteleſmatum, tum etiam ex centum enunciatorum libro. Patet ergo, quæ fortuna dicta ſit aliquod numen diuinum. Sequitur Tex. 47. Quare, & quidnam vtrumq́ ſit, fortuna videlicet, & caſus: etſi idem ſint, aut diuerſa: & quomodo in eas, quas determinauimus cauſas, recidant, conſiderandum eſt. Tex. 48. Quæ, inquit, fiunt ſemper, & ex neceſsitate, vt aſtrorum ortus, & occaſus: à fortuna fieri non dicimus: neq́ quæ frequenter contingunt; vt animalium ortus: ſed potius ea, quæ raro, & præter intentionem accidūt. Sed dicet aliquis: Eclipſes, & ſtellas comatas, multasq́ metheoricas impreſsiones rarò accidere, non tamen à fortuna fieri. Reſpondeo, Aliquid rarò accidere, bifariam intelligi poſſe: Primò quidem ſecundum ſe, atque ita non eſt neceſſe, vt omne, quod ita contingit, à caſu proueniat; alioqui, vt dictum eſt, eclipſes quoque à fortuna cauſarentur, & multa huiuſmodi, quod eſt manifeſtè falſum: à cauſa ſiquidem determinata fiunt: quæ quoniam rarò ponuntur; & effectus ſimiliter earundem rarò contingunt. Alio modo ſuæ cauſæ reſpectu: atq́ ita à caſu fieri dicimus: modò huiuſmodi cauſa aptitudinem non habeat tales effectus producendi. Deinde, quòd poſita cauſa, & non impedita, effectus neceſſariò non ſequatur. Poſtremò, quod illa contingant præter intentionem cauſæ, in quo ratio caſus completur, atq́ abſoluitur. Ex his ergo patet, quibus in rebus, ſecundum Philoſophum inueniatur caſus, & fortuna. Verùm non erit inutile animaduertere ea, quæ ab Auicenna dicuntur, & ab Auerroe. Auicenna in primo lib: ſuæ ſufficie: cap: 13. Si, inquit, ſecundum Philoſophum, quædam fiunt ſemper, quædam frequenter, quædam rarò, & in his eſt fortuna, dubitari autem poteſt de eo, quod eſt ad vtrumlibet: vnde videtur Philoſophus diminutus. Reſpondet Themiſtius, non fuiſſe neceſſe, vt quartum membrum poneretur: quoniam ab agente ad vtrumlibet non prouenit actio, niſi prius ab aliquo determinetur. Sed poſt determinationem, eſt intenta ab agente, atq́ ita in earum numero, quæ à caſu fiunt, haberi non poteſt. hac de cauſa huius quarti membri Philoſophus non meminit. Sed iterum arguit Auicenna, aſſerens nullum eſſe inconueniens, vnum, eundemq́ effectum, vni cauſæ comparatum intentum eſſe, alteri verò fortuitum. Nam ſi ambulatio potentiæ motiuæ cauſa eſt quidem fortuita, quandoquidem ex ſeipſa ad vtrumlibet ſe habeat; ſecus autem ſe habebit, ſi ad appetitum determinantem fuerit relata; tunc enim non erit fortuita, quippè quæ à potentia ambulationem intendente procedat. Verùm contra Auicennam inſurgit commentator, ſic arguendo: Ex hoc caſus, & fortuna maximè pro-

Primus ordo Prouidentia.

Secundus ordo Fatum.

Fatum vniuerſale non cogit

Fortuna eſt in his, quæ raro fiunt.

Conditiones caſus.

Auicenna arguit.

Comment. arguit cōtra Auicennam.

Fortuna cauſa per accidens.

cedunt, inquit, quia nimirum aliqua ex actione effectus, & rarus proficiſcitur, cuius profectò illa actio per ſe cauſa eſſe non poterat; vt quando ex foſsione ſepulchri, ſequitur theſauri inuentio: vnde fit, vt effectus fortuitus agens præſupponat aliquid operans ex intentione. 1. *Quare ſi nihil operaretur per ſe, fortuitus effectus nunquam ſequeretur. Sed id, quod eſt ad vtrumlibet per ſe, & ex intentione nunquam aliquid operatur; niſi ab aliquo determinatiuo prius determinationem acceperit. Siquidem ex ſeipſo ad vtrumlibet ageret: quippè cùm non magis vnum, quàm alterum oppoſitorum reſpiciat: atq; ita ſimul ageret oppoſita, quod fieri non poteſt. Itaq; ſi actio ab eo egredi debet; vt determinetur à ſuo determinatiuo, neceſſe eſt. At poſtquam determinatum eſt, non amplius eſt ad vtrumlibet: ex ipſo ergo: vt ſic caſualis, & fortuitus effectus eſſe non poteſt.* 2. *Amplius, æqualiter contingens in actiua quidem potentia inueniri non poteſt: omnis enim potentia, vel eſt naturalis, & ſic eſt ad vnum determinata, vtpote calor ad calefaciendum: vel rationalis; & ſic ab appetitu ad alterum determinatur oppoſitorum. hæc autem ita ſunt intelligenda, vt potentiæ actiuæ vno modo ſecundum ſe intelligantur, & tunc in eis æqualiter inuenitur contingens: nam ſi uoluntati duo æqualia obiecta fuerint oblata; ad illa æqualiter ſeſe habebit. Alio autẽ modo, quatenus ſunt proxima operationis principia: & tunc non remanent in æquali contingentia: ſiquidem à ſuo proprio determinatiuo, ad alterum oppoſitorum determinatæ ſunt.* 3. *Iterum in potentijs paſsiuis æqualis inuenitur contingentia, non autem in omnibus, ſed in his tantum, quarum præparatio in duobus contrarijs recipiendis eſt æqualis: ſiue ſit anima concupiſcibilis, quæ eſt in æquali potentia ad oppoſitos effectus recipiendos: ſiue ſit materia prima, quæ in formis oppoſitis recipiendis indifferenter ſe habet. hæc autem conueniunt materiæ nudæ, ſimiliter & animæ concupiſcibili. Alioqui ſecundum diſpoſitiones præſentes, determinationem acceperunt.* 4. *Præterea, Auicenna in lib: ſuæ ſufficientiæ cap: 3. ait: neceſſarium eſſe, quod nõ habet impedimentum: contingens autem vt in pluribus eſſe, quod habet impedimentum. Commentator autem ſic: Neceſſarium eſt, quod ex ſui natura non poteſt deficere: contingens autem, vt in pluribus eſt, quod in ſua natura habet, vnde poſſet deficere: Neceſſarium autem ſi à priori manifeſtetur, vt ſcribitur 5. Met: cap: de neceſſe: ſic vera eſt commentatoris diffinitio. Si autem à ſigno, ſequitur Auicennæ deſcriptio, quam nihilominus putauit Cc natura rei illi accidere: propterea à commentatore reprehenditur. Ex his ergo perſpicuum eſſe poteſt, Philoſophum in ſua diuiſione non eſſe diminutum. Sequitur tex: 49. Eorum autem, inquit, quæ fiunt, alia quidem alicuius gratia fiunt, alia verò non. Et horum quidem alia per electionem, alia verò non per electionem: Ambo autem in his ſunt, quæ alicuius gratia fiunt. Quare patet, & in his, quæ non neceſſariò, neq; plerunq; fiunt, eſſe aliqua, circa quæ poteſt id eſſe, quod alicuius gratia fit. Senſus eſt: Patet, cum his, quæ fiunt propter aliquid, nonnulla eſſe coniuncta, quæ raròfiunt: vtpote cum terræ foſsione, quæ propter aliquid fit, coniungitur theſauri inuentio. Sunt autem alicuius gratia, & quæ à mente aguntur: & quæ à natura. Talia autem cùm per accidens fiunt, a fortuna eſſe dicimus. Nam quemadmodum ens aliud quidem eſt per ſe, aliud verò per accidens: ſic & cauſa eſſe poteſt. vt domus, per ſe quidem cauſa eſt ædificatiuum: per accidens verò album, vel muſicum. Ea quidem cauſa, quæ eſt per ſe, definita eſt: ea verò, quæ eſt per accidens, indefinita. vni namq; infinita accidunt: vt ædificatori muſicum, album, grammaticum, & ſimilia multa. Porrò fortuna, authore Themiſtio, differt à reliquis per accidens cauſis: ſiquidem in cauſis per accidens, differentia pendet ex parte cauſæ: in fortuna verò ex parte effectus: vna namq; duntaxat cauſa, eſt duorum effectuum; quorum alter per ſe erat intentus; alter verò præter intentionem accidit. In alijs, duæ cauſæ ſunt eiuſdem effectus: vna quidem per ſe, alia verò per accidens. Sequitur tex: 51. Vt igitur dictum, cùm in his id fiat quæ alicuius gratia fiunt, tunc à caſu, atq; fortuna fieri dicitur: Ambo ergo in his ſunt, quæ alicuius gratia fiunt. vt argenti recipiendi gratia veniſſet iam, accepturus illud, ſi ſciuiſſet: venit autem non huius gratia; ſed accidit veniſſe, idq;*

Fortuna eſt in his, quæ raro fiunt, & alicuius gratia.

Fortuna ẽ cauſa per accidẽs.

FOrtuna differt à cauſis per accidens.

Fortuna eſt in his quæ agũt propter finẽ.

feciſſe

Fortuna cauſa per accidens.

fecisſe recipiendi gratia. Fortuna ergo eſt in his, quæ fiunt propter finem. Fortuna autem & caſus nõ ſunt in his, quæ ſemper, aut frequenter fiunt: propterea ſubiungit Philoſophus: Hoc autem neq; plerumq; in locum proficiſcentem, neq; neceſſariò. Inſuper fortuna eſt in his, quæ agunt per electionem, & eſt cauſa per accidens: Finis, inquit Philoſophus, vtpote acceptio ipſa, non eſt ex his cauſis, quæ ſunt in ipſo, ſed in his, quæ ſunt agentia per electionem, atq; mente ipſa: & dicitur tunc à fortuna veniſſe, dum modo ſit extra intentionem agentis. Nam ſi venerit electione ſumpta, & huius cauſa aut ſemper frequentans, aut plerumq; recipiens, non dicitur à fortuna veniße.

CAP. III.

Fortunæ diffinitio ex philoſopho.

EX his autem, quæ iam prædicta ſunt, colligit philoſophus fortunæ diffinitionem: Perſpicuum igitur, inquit eſt, cauſam eſſe per accidens in his, quæ per electionem alicuius gratia fiunt. Quapropter circa idem mens atq; fortuna ſunt: electio enim abſq; mente nequaquam exiſtit. Philoſophus in phyſicis de fortuna loquitur phyſicè: proinde dicit fortunam eſſe cauſam per accidens ratione tantùm ab agente per intellectum diſtincta: vt ſi quiſpiam colens vineam, dum fodit terram, theſaurum reperiat: fodiens namq; non intendebat theſaurum, ſed vineæ culturam. Præterea, virtus formatiua ſpermatis debitam hominis formam intendit: accidit autem, vt ſextum in manu digitum afferat, quem producere minimè intendebat. hæc ergo à philoſopho cauſa vocatur per accidens, fortuna, & caſus. In lib: autem de bona fortuna, ad mentem moralium loquens, dicit bonam fortunam eſſe naturalem impetum factum in anima noſtra à Deo, vtpote à motore totius naturæ. Et in politicis ait, fortunam eſſe vltimam diſtinctiuam in litibus. Nam duobus hominibus litem habentibus, nec eam ratione decidere valentibus, fas eſt, ſorte vti, quam fortunam appellat. Diuerſi mode ergo à philoſopho diſputatum eſt de fortuna, in phyſicis, & in morabilibus. Cæterùm duplex eſt cauſa per accidens. Altera quidem ex parte cauſæ, quatenus ſcilicet cauſæ per ſe vnitur, nihilq; virtutis habet ad effectum producendum; veluti muſica ineſt ædificatoriæ arti in eodem ſubiecto. Altera verò eſt ex parte effectus, & aliquid habet potentiæ, vnde effectus producatur. & hæc iterũ eſt duplex: nam quædã frequenter ſe habet, vt nauta, qui quoties mouet per ſe nauim, toties etiã mouet ſe per accidens: altera rarò per ſe producit effectum, veluti cauſa remota; vt fodiens terram, & theſauri inuentio: quæ inter ſeſe propriam connexionem non habent. Ex quo patet, fortunam cauſam vocari per accidens, ex parte vtiq; effectus, non autem ex parte cauſæ, quæ pro effectu producendo, nihil operatur: fortuita autem cauſa aliquid operatur ad effectum fortuitum producendum; vt ſortes ex intentione in forum pergit, præter autem intentionem inuenit debitorẽ: qui ſi eò non perexißet, debitorẽ minimè inueniſſet. Agit ergo aliquid cauſa fortuita, non quidem per ſe, reſpectu cuius ipſa eſt; ſed aliquid per ſe, ex cuius actione fit aliquod aliud nõ intentũ; ſine cuius actione nõ fieret illud, cuius reſpectu cauſa fortuita appellatur. Eſt ergo fortuna cauſa per accidens, & operans ex parte quidẽ effectus, non aũt ex parte cauſæ. Ex parte, inquã, effectus, qui rarò contingit, nam qui frequenter vel ſemper ſequitur, aliquo modo eſt intentus ab agente; quod planè totius effectus fortuiti naturam euertit: quæ enim à fortuna fiunt, rarò contingunt ſecundum naturam cauſæ, & præter intentionem agentis. Itaq; duo neceßaria ſunt ad perfectam fortunæ rationem. Alterum quidem, vt ſit agens per intellectum, & ex intentione operans: Alterum verò, vt ad illius operationem ſequatur effectus non intentus. Fortuna ergo eſt in his, quæ fiunt propter aliud .i. propter finem effectus, qui rarò euenit præter intentionem agentis: quæ quidem intentio propriè cadit in effectum intentum, impropriè autem in effectum ſecundarium,

Fortuna cauſa per accidens.

Duplex cauſa per accidens.

Fortuita cauſa aliquid operatur.

Duo ſunt neceſſaria ad rationẽ fortunæ

Fortunæ definitio.
Fortuna eſt indefinita, & immanifeſta. *& ex voluntate agentis, nequaquam propoſitum, aut intentum. Quamobrem dicit philo-*
ſophus tex. 53. indefinitas eſſe eas cauſas, è quibus id fiet, quod à fortuna proficiſcitur. Vn-
de fortuna indefiniti cauſa eſſe videtur, & immanifeſta homini. Nam ſi eſt cauſa infiniti;
igitur non eſt manifeſta. Rurſus, nihil à fortuna ſimpliciter proficiſcitur, quia eſt cauſa
per accidens: proinde vt accidens eſt, cauſa dicitur: vt verò abſoluta, nequaquam: ve-
lut hoſpitij, ædificator quidem cauſa eſt, per accidens verò modulator: & vt, profectus
argentum recipiat, non huius gratia profectus, multitudine quoq; infinitæ: nam & viſita-
re aliquem volens, & perſequens, & ludos ſpectaturus, & fugiens. Amplius, Ratio eſt
eorum quæ ſunt ſemper, aut plerumq;: fortuna verò eſt in his, quæ præter hæc aguntur:
Fortuna eſt irrationalis. *igitur eſt aliquid præter rationem, irrationalis vtiq;, & præter iuſtitiam agens. Verùm,*
ſicut dixi, & ſi nobis irrationalis videatur, à Deo tamen ſumma cum ratione mouetur;
quia nihil in terra temerè fit, & ſine ratione producitur. Sequitur tex. 55. Quare cum
hæ, quæ ſic cauſæ ſunt, indefinitæ ſint, & fortuna ipſa indefinita ſit; nihilominus dubita-
uerit quiſpiam, ſi eius, quòd à forma fit quæuis cauſæ fuerit nec ne? Ceu ipſius ſanitatis,
aut ventus, aut æſtus, non autem tonſio capitis: cauſarum enim per accidens, aliæ propin-
quiores aliis ſunt. Itaq; ventum faciens, & æſtum inducens, ſunt cauſæ ſanitati viciniores,
quia ſcilicet aliquid operantur, pro ſanitate inducenda: tonſio verò eſt cauſa remoti-
or, cùm ferè parum afferat emolumenti ægroto: vtraq; tamen ſunt caſus, ſiue fortuna.
Eſt ergo fortuna incerta, irrationalis, per accidens cauſa, rarò contingens præter inten-
Fortuna bona & mala. *tionem agentis. Sequitur tex. 56. Dicitur verò fortuna, bona quidem, cùm bonum aliquod*
euenit: mala verò, cùm aduerſi aliquid. Proſperitas verò fortunæ, atq; infortunium, cùm
hæc magnitudinem habuerint. Quapropter, & cùm perparum defuit, vt malum quiſpiam
magnum, aut bonum accipiat, infortunatum tum illum, aut fortunatum dicimus eſſe: pro-
pter quod mens ita de illo dicit, ac ſi eſſet: quod enim parum deeſt, nihil diſtare videtur.
Fortunæ proſperitas incerta. *Rurſus fortunæ proſperitas incerta, non ſine ratione aſſeritur: nã ipſa fortuna incerta eſt.*
Impoſsibile eſt ergo, aut ſemper, aut plerumq; aliquid eorum eſſe, quæ è fortuna proficiſcũ-
tur. Caſus igitur, atq; fortuna, ambo quidem, vt dictum eſt, cauſæ ſunt per accidens: in
his videlicet, quæ neq; ſimpliciter, neq; plerumq; fieri poſsunt, & eorum quæ alicuius gra-
tia ſunt. Cæterùm quomodo hæc ſint intelligenda, paulò ante dixi. Cùm igitur hæc ita ſe
habeant, diligenter obſeruandum eſt, quid interſit inter fortunam, & caſum. Porrò ca-
ſus, & in his inuenitur, in quibus & fortuna, & adhuc in aliis quàm pluribus: Dicimus
enim equum caſu veniſſe, & periculum euaſiſſe; non autem euadendi gratia veniſſe. Et
tripodam caſu cecidiſſe: ſtetit enim, vt ſit ſedens: ſed non huius gratia cecidit. At for-
tuna in his tantùm eſt, quæ per electionem agunt. Proinde fortuna propriè ad homi-
nes ſpectat. Cæterùm, licet fortuna, & caſus pro cauſis accipiantur, quæ ſunt per acci-
dens, rarò, non ſemper, neq; frequenter; interdum tamen pro effectibus accipiuntur,
qui rariſsimè contingunt: atq; ita patet pro vtroq; nonnunquam intelligi poſſe. Hæc à
Differentia inter fortunã & caſum. *philoſopho tex. 58. & ſequen. ampliſsimè doctiſsimeq; oſtenduntur. Differunt, inquit,*
quoniam caſus ipſe ad plura ſe extendit, quandoquidem id, quod à fortuna fit, à caſu eti-
am proficiſcitur: non autem è conuerſo: fortuna quidem enim, & quod à fortuna, in his eſt
quæ & fortunata exiſtunt, & omninò quibus actio competit. Itaq; propriè caſus eſt in re-
Fortuna eſt in rebus voluntarijs. *bus naturalibus, fortuna verò in rebus voluntarijs: communiter verò caſus, & volunta-*
rijs, & naturalibus rebus tribuitur, fortuna autem voluntarijs tantùm. Quapropter, &
circa res, quæ aguntur, fortuna ſit, neceſſe eſt: ſignum autem id eſt, nam proſperitas ipſa
aut idem, aut prope eſſe videtur: felicitas autem actio bona eſt. Quare quæcunq; agere
nequeunt, ipſa nihil à fortuna agere dicuntur. Itaq; actio his propriè conuenit, quæ volun-
Bona actio eſt felicitas. *tate, & conſilio fiunt: igitur eupraxia, id eſt, bona actio, eſt euthychia, hoc eſt, felicitas,*
aut illi vicina: atq; ita proſperitas, & fortuna circa actiones exiſtunt: proinde, quæ ſic
agere nequeunt, ſecundum fortunæ conditionem nihil efficiunt. Quam ob rem, inquit phi-
loſophus tex. 59. Neq; inanimale, neq; brutum, neq; puer fortuitò quicquam facit, quia
electione

Fortunæ definitio.

electione carent: neq; proſperitas,neq; infortunium his competit, niſi tranſlatione tantùm. Vnde Protarchus,fortunatos eſſe eos lapides dixit, ex quibus ſimulachra deorum fierent, quia honorantur : coniuges verò ipſorum, qui eiuſdem ſunt ſpeciei, è contrà inſortunatos; humi enim ſtrati pedibus conculcantur. Igitur , quæ non agunt,nec etiam propriè aliquid patiuntur à fortuna, niſi aliquo modo, quatenus ſcilicet ſunt inſtrumenta fortuitò agentis. At caſus, & cæteris animalibus , & plurimis inanimis competit : vt equum caſu dicimus veniſſe, & tripodam caſu cecidiſſe. Quare perſpicuum eſt,fortunam in his eſſe, quæ ratione agunt: caſum verò in brutis , & rebus inanimatis. Signum verò eſt , quoniam fruſtra tunc eſſe dicitur , cùm id , quod erat alicuius gratia , illius gratia non eſt factum : quod cauſa eſt extra,tunc nos caſu id fieri dicimus. Senſus eſt,quorum cauſa non intendit illum effectum. Illa ergo præpoſitio, extra , ad intentionem refertur agentis. Cauſam ergo eſſe extra cauſatum, bifariam intelligi poteſt: aut extra intentionem agentis , vtpote quando aliquis effectus contingit præter intentionem agentis , ſicut philoſophus intellexit tex. 61. cauſalium effectuum,cauſam eſſe extra;& in hoc,caſus, & fortuna nequaquã diſtinguuntur: alio modo, vt ſit extra eſſe agentis,ſiue cauſa extra effectum,ſecundum eſſe , quando nimirum cauſa eſt extrinſeca,ſicut loquitur philoſophus 2. phy. tex.64. Huius,inquit, id eſt, caſus cauſa eſt intrinſeca, quoniam caſus eſt in naturalibus , in quibus natura eſt, principium intrinſecum , vt patet ex naturæ diffinitione : fortunæ verò eſt cauſa extrinſeca ; eſt enim in agentibus ex propoſito,quorum ratio eſt extrinſeca: fodiens namq; theſaurũ,non eſt intrinſecum theſauro inuẽto,principium : atq; ita nulla eſt in philoſophi verbis contradictio. Sequitur tex. 62. vt ſi deambulatio digeſtionis gratia eſſet,ſi nõ euenit ei, qui deambulauit,fruſtra illum deambulaſſe dicimus : fruſtra quoq; deambulationẽ fuiſſe. vt ſit id fruſtra,quod aptum eſt eſſe alicuius gratia,cùm id non efficiat,cuius gratia erat, & aptum erat. Nam ſi quis lauiſſe ſe fruſtra dixerit, quia Sol non deficit , ridiculus vtiq; erit : non enim illius gratia illud erat. Ita caſus ſuo nomine tunc dicitur , cùm id fruſtra ſit : cecidit enim non percutiendi gratia lapis : à caſu ergo cecidit ; quia cadere ab aliquo & percutiendi gratia poteſt. Hæc ex nominis Græci ethimologia facilè cognoſcuntur: caſus enim græcè eſt automaton,auto,ipſum,mates temerè,fruſtra,vanum. vnde fit,vt automat[illegible] græcè,latine ſit idem,quod ipſum fruſtra. Porrò,quod fruſtra ſit,duobus modis poteſt intelligi , ait Auer. com. 63. aut quando nihil ſit, aut quando aliquid ſit præter intentionẽ agentis. Sequitur tex. 64. Maximè autem ſeparatur id,quod à fortuna ſit in his,quæ à natura ſiunt. Cùm enim aliquid præter naturã effectum,tunc non à fortuna, ſedpotius à caſu effectum eſſe dicimus : eſt enim fortunæ cauſa extrinſeca,caſus verò intrinſeca, ſicut dictũ eſt. Quid igitur ſit caſus,& quid fortuna,atq; quo etiam pacto interſe differunt,ſecundũ philoſophi mentem,dixi. Reliquum eſt autẽ,in quod cauſæ genus vtrumq; reducatur. Phil. ſub genere cauſæ,efficientis contineri,exiſtimauit : cauſa enim eorum,quæ ſunt à natura,& quæ à mẽte,in cauſæ recidit genus efficientis :nam alicuius eorũ quæ natura ſunt, aut quæ mente, ſemper cauſæ ſunt ; hoc tantùm remoto diſcrimine,nempè, quod natura & mens definitæ quidem,caſus verò & fortuna indefinitæ cauſæ ſint. Cæterum Boetius lib: 5. de conſol. proſa prima, in genere cauſarum per accidens, caſum , & fortunam haberi noluit ; ſed potius in numero effectuum per accidens,qui præter intentionem cauſarum propter aliquem finem intentum operantium contingunt. Exempli gratia : Pergit aliquis in forum ludendi gratia , inuenit debitorem : huius inuentio à Boëtio fortuna vocatur , quæ ab eodem ſic diffinitur : Fortuna, ſiue caſus,eſt inopinatus ex fluẽtibus cauſis, in his, quæ ob aliud geruntur euentus. hoc modo,fortuna & caſus in omnibus planè inueniuntur cauſarum generibus : verùm cùm caſus & fortuna , cauſam dicant operatiuam, licet per accidens ; abſq; dubio, ſicut rectè philoſophus ſentit, ſub cauſa efficiente comprehenduntur: in aliis autem cauſarum generibus cum cauſa efficiente concurrunt,ad cauſalem effectum producendum ; ideoq; in illis inueniri poſſe, ait Boëtius. Hæc quidem ad philoſophi mentẽ dixiſſe ſufficiat: proinde ad aliorum ſententiam transeundum mihi eſſe puto : vt aliorum cognitis philoſophorum ſententiis, huius quæſtionis veritas clarius eluceſcat.

Lapides fortunati.

Caſus eſt in brutis,& inanimis.

Cauſa caſus intrinſecè.

Fruſtra aliquid fieri.

Caſus idem quod fruſtra.

Caſus & fortuna,ad cauſã efficientem reducuntur.

BOEtius dicit fortunam eſſe euentum, ſiue effectum.

CAP. IIII.

Platonis, aliorumq́ de fortuna, opinio.

Platonis opinio de fortuna.

PLato, Philoſophorum princeps, vnum poſuit Deum, cæterorum conditorem & parentem, cuius nutu legibusq́ Dij, ſiue angeli omnes tenerentur: Miniſtrosq́ eſſe voluit huius vniuerſitatis; atq́ ab ipſis, præſcriptis rationibus, officijsq́ mundum ipſum adminiſtrari: Dei iuſſa, legesq́ ineuitabiles, neceßitatem appellari: nulla vi, nulla ratione, aut arte effici poſſe, dixit; quò minus illa, vt conſtituta ſunt, perficiantur: vnde eſt illud ab ipſo vſurpatum: Neceßitati ne deos quidem reſiſtere: quæ verò ab aſtris geruntur, talia interdum eſſe; vt euitari ſapientia, induſtria, labore queant, in quo ſita eſt fortuna: quæ autem certis cauſis progrederentur, ac permanerent fixa, id dicit Fatum; quod tamen neceßitatem non affert electionis: eſt enim noſtræ voluntatis quid optemus, quidúe incipiamus: ſed vbi incepimus, reliqua ſunt fati; vt integrum fuit Laio (authore Euripide) gignere filium: at vbi genuit, patienda illi fuerunt, quæ erant ab Apolline illi prædicta. Hæc à Platone docentur vltimo de repu: vbi tres Parcæ neceßitatis filiæ in cœlis poſitæ ſunt: Alias, inquit, tres neceßitatis filias æquali inuicem interuallo in throno ſedere, Parcas veſtibus albis, capite coronato Lacheſim, Clotho, Atropon, quæ ad Syrenem harmoniam canant: Lacheſis quidem præterita, præſentia Clotho, Atropos verò futura. Et Clotho quidem cum matre ſimul, intermißione quadam temporis, dextra manu tangentem fuſi extimam circumferentiam circum agere: Atropon verò ſiniſtra iterum interiores ſimiliter: Lacheſim deniq; vicißim vtraq; manu vtrinq; tãgere. Illuc ergo animas, cùm venerint, ſtatim oportere ad Lacheſim accedere; vbi illico propheta aliquis primùm ſingulas diſponit in ordinem: poſtea cùm ex genibus Lacheſis ſortes, & vitarum exempla ſuſceperit, aliquod ſublime tribunal aſcẽdens, ſic fatur: Sic hæc, ô vniduanæ animæ, neceßitatis filia dicit, circuitus alterius initium, mortalis ac letiferi generis, non vos dæmon ſortietur, ſed vos dæmonem eligetis: qui prior ſortem ceperit, prior eligat vitam; cui neceßariò inhærebit virtus inuiolabilis, ac libera: quam prout honorabit quis, aut negliget, ita plus aut minus ex ea poßidebit: eligentis quidem culpa eſt omnis, Deus autem extra culpam. Hæc fatus, ſortes ſuper omnes fundit: ex quibus quilibet eam rapit, quæ ſuper ipſum ceciderit: neq; licet cuipiam quotus ordine ſit, agnoſcere, niſi cùm ceperit: tunc enim duntaxat quotus ſit ſortitus, intelligit. Poſt hæc item exempla vitarum coram ipſis in pauimento diſponit: eſſe verò hominum, atq; omnium animalium vitas omniformes aßerebat: animæ autem ordinem, & cõditionem non ineße, eò quòd neceſſe ſit, vt aliam vitam eligens, conditionis alterius efficiatur. Quamobrem omni ſtudio danda opera eſt, vt quiſq; noſtrum omißis cæteris diſciplinis, hanc quærat, aßequaturq́ pro viribus diſciplinam; per quam & ſciat, & poßit vitam bonam à mala diſcernere, & quod fieri poteſt ex omnibus eligere meliorem. hæc Plato. Ex quibus colligi poteſt, fatum, ſeu fortunam, rebus neceßitatem non imponere humanis, neq; Deum eſſe arguendum, quaſi iniuſtum humanarum rerum diſtributorem: ſed culpam eſſe eligentis, Deum verò eße extra culpam. Hæc autem de æterna hominum electione intelligenda non ſunt: Siquidem, non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, dicit Dominus Ieſus in Ioanne: ſed potius de earum rerũ electione, quæ noſtro ſubſunt arbitrio. Et reuera fecit Deus hominem liberũ, & reliquit eum in manu concilij ſui. Itaq; ſtat ſimul libertas arbitrij, cũ ſorte diuinitus nobis conceßa. Proinde Proclus in Timæo, fortunam diffiniens, inquit, non temerariam eße, vel cæcam, ſed diuinam, vel dæmonicam poteſtatem, in vnum exitum, diuulſes cauſas congregantem. Plato de legibus 4. ait, tria humana omnia gubernare, Deum ſcilicet, fortunam, & artem ſimul cum Deo. Deus in omnibus, & per omnia, mouet omnia, mouet mundi ſphæras, quarum concurſio, fatum alibi dicitur, hic verò fortuna, ex hoc caſus circa externa corpora varij proueniunt. Mouet & animas,

Neceſſitas ineuitabilis.

Fatum quid.

Tres Parcæ.

Lacheſis. Atropos. Clotho.

Virtusq́ libera

Eligentis eſt culpa.

DEus eſt ſine culpa.

Proclus.

Deus.

Fortuna.

lumen

lumen mentibus inſpirando, vnde ars manauit & ſpeculandi, & agendi. Ab arte autem diſpoſitio externorum, & corporis proficiſcitur. Quamobrem à Deo quidem cuncta dependent, qui omnia in omnibus operatur, vt dicit Apoſtolus. verùm ab ipſo Deo, alia quidem per fortunam procedunt, alia verò per artem: Vnde fit, vt neq; fortuna, neq; ars quicquam valeant, Deo non operante. Itaq; ſiue ſtellarum concurſus, quem fortunam nominat, ſiue artium peritia, ſine Deo, nullius ſunt ponderis & virtutis. Patet ergo, quonam pacto omnia à Deo dependeant ſecundum Platonem, & fortunæ imperium, & quòd Deo inuito, nihil virium habeat in actus humanos. Alij Platonici fortunam ſtatuunt in cauſis tum ambiguis, & quæ aliter cõtingere poßunt, tum etiam in obſcuris, & incertis, de quibus ratio reddi nõ poßit. Epicurus hæc omnia ridet, omniaq; caſu, fortuitò, ſine vllis cauſis contingere arbitratur: quod planè falſum eſſe, quæ dicta ſunt paulò antè, facilè demonſtrant argumenta: Et Plotinus enn. lib. primo cap. 3. Impoßibile certè eſt, ait, & abſurdum corporeis cauſis cuncta committere, ſiue atomis, ſicut dicebat Epicurus, ſiue elementis, motioniq; corporum inordinatæ, ordinem, & rationem, & animam ducem ſubdere: maximè verò impoßibile eſt ſubijcere atomis. Quamobrem cap. 8. eiuſdem libri: eam dicit animam, fortunæ imperio ſubdi, quæ ruptis rationis habenis, ſuas concupiſcentias ſequitur: In pluribus, inquit, dominatur anima, ſi melior ſit; in paucioribus verò, ſi peior. vnde anima bonitate naturæ freta, vitiis reſiſtens, dominatur, potiusq; permutat ipſa, quàm permutetur. Et enn. 6. lib. 9. cap. 5. Quicunq;, inquit, res opinatur fortuna caſuq; temerario gubernari, cauſisq; duntaxat corporeis contineri; is ab ipſo Deo, viniusq; ipſius intelligentia eſt longè remotus. Porrò Plinius lib. 2 cap. 7. de fortuna ſic loquitur: Toto quippe mundo, inquit, & locis omnibus, omnibusq; horis, hominum vocibus fortuna ſola inuocatur, & vna nominatur, vna accuſatur, vna agitur rea, vna cogitatur, ſola laudatur, ſola arguitur; & cùm conuitiis colitur, volubilisq;, à plerisq; verò & cæca etiam exiſtimatur, vaga, inconſtans, incerta, varia, indignorumq; fautrix. Scribit Plutarchus in libello de fortuna, Romanorum vetuſtiores, Fortunæ templa eximia erexiſſe, eamq; pro dea coluiſſe. Nam primum Fortunæ delubrum Ancus Martius erexit, nepos Romuli, Rexq; ab eo quartus. Is fortunam virili nomine dicauit, propterea quod in victoria fortiter obtinenda, pluſculum ſibi fortunam, quàm fortitudinem affuiſſe crediderat. Muliebris verò Fortunæ templum ante Camillum extructum eſt; cùm Marcum Coriolanum in feſto Volſcorum exercitu in vrbe vadentem, mulieres auerterunt: vnde ait Liuius de origine vrbis lib. 2. & Valerius Maximus lib. primo cap. 6. Fortunæ muliebris ſimulacrum, quod eſt in Latina via, miliario ab vrbe eo tempore conſecratum eſt, cum æde ſua, quo Coriolanum à vaſtatione vrbis maternæ preces repulerunt: quo tempore etiam bis hoc ſimulacrum locutum fertur, atq; hanc vocem, cùm ſacraretur, edidiſſe: Ritè me matronæ vidiſtis: ritèq; dedicaſtis. Rurſus Seruius Tullius, qui regum omnium maximè popularis fuit, in capitolio Fortunæ fanum Primogeniæ dictæ, nec non obſequentis, extruxit. Amplius Idiæ (idem) priuatæ fortunæ delubrum in palatio ſitum eſt. Eſt quoq; & delubrum Ixeutriæ, hoc eſt, ad ſe tenaciter trahentis, quidquid illi hæſiſſet. Rurſus ad fontem Muſcorum, eſt Partheni, id eſt, Virginis Fortunæ fanum. Colebant præterea fortunam publicam, quòd rem publicam faceret fortunatam. Iſtorum antiquitatem poëtæ latini ſecuti, multa ſimilia de fortuna tradiderunt. Vnde Horatius carmi: lib. 3. ode. 29.

Fortunæ definitio.
Ars.
Paulus.
Deus operatur omnia in omnibus.
Platonici.
Epicurus.
Plotinus.
Res non gubernari à fortuna.
Plinius.
Plutarchus.
Liuius.
Valerius max.
Varia fortunę ſimulacra.

Fortuna ſæuo læta negotio, &
Ludum inſolentem ludere pertinax,
Traſmutat incertos honores,
Nunc mihi nunc alij benigna.

Lib. I. Ode. 34.

Valet ima ſummis
Mutare: & inſignem attenuat Deus,
Obſcura promens, hinc apicem rapax

definitio.

Fortuna cum ſtridore acuto
Suſtulit : hic poſuiſſe gaudet.

Maro in tractatu de fortuna.

Fortuna potens : tantum
Iuris atrox , quæ vendicas
Euertisq; bonos : eligis improbos:
Nec ſeruare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus.
Fortuna innocuos cladibus afficit.
Iuſtos illa viros pauperie grauat.
Indignos eadem diuitijs beat.
Hæc aufert iuuenes , & retinet ſenes,
Iniuſto arbitrio tempora diuidens.
Quod dignis adimit, transfert ad impios:
Nec diſcrimen habet, rectaq; iudicat.
Inconſtans, fragilis, perfida, lubrica:
Nec quos clarificat perpetuò fouet.
Nec quos deſerit perpetuò premit.

Seneca in Hercule furente.

Iniqua rarò maximis virtutibus fortuna parcit. Item.
O fortuna viris inuida fortibus.
Quàm non æqua bonis præmia diuidis?

Item tragœdia 4.

Res humanas ordine nullo
Fortuna regit , ſpargitq; manu
Munera cæca : peiora fouens.

Ouidius lib.5. de triſtibus ele. 9.

Vilia qui quondam miſeris alimenta negarat,
Nunc mendicato paſcitur ille cibo.
Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat,
Et manet in nullo certa tenaxq; loco.
Sed modò læta manet vultus modo ſumit acerbos.
Et tantum conſtans in leuitate ſua eſt.

lib. de pont. 4. ele. 3. ait.

Hæc dea non ſtabili, quàm ſit leuis orbe fatetur,
Quæ ſummum dubio ſub pede ſemper habet.
Quolibet eſt folio, & quauis incertior aura,
Par ille leuitas: perfide facta tua eſt.

Lucanus lib. ſecundo.

Siue parens rerum cum primùm informia regna,
Materiamq; rudem, flamma cedente recepit,
Finxit in æternum cauſas, qua cuncta coercet
Se quoq; lege tenens, & ſecula iuſſa ferentem,
Fatorum immoto diuiſit limite mundum.
Siue nihil poſitum eſt, ſed fors incerta vagatur.
Fertq; refertq; vices, & habent mortalia caſum.
Hæc illi.

Fortuna ſæpè pro fato ipſo, ſorteq; rerum vtuntur, fatum autem cum neceſſitate coniunctum ſtatuunt, quod indicat verſiculus ille:

Quod ſorte paratum eſt, id ſummum exuperat Iouem.

Fortunæ definitio.

Apud Homerum lamentatur Iupiter, quòd charum ſibi filium Sarpedona, quem fata cogerent mori, eripere à morte non poſſet: & Neptunus, quòd reditum Vlyſsis in patriam impedire non poſſet, vt Cyclopem filium vlciſceretur; quoniam fatis decretum erat, illum in Italiam rediturum. Hæc, atq; plurima his ſimilia, de fortuna, ſeu fato dicta ſunt à Poëtis, qui profectò ſecundum vulgi ſententiam, de hac re philoſophati ſunt. Chylo apud Chylo. *Laërtium interrogatus, quid fortuna eſſet; reſpondit: Ignarus medicus, multos enim excæcat. Cicero de amicitia: Non modò, inquit, fortuna cæca eſt, ſed plerunq; eos excæcat,* Cicero. *quos complexa eſt. Fortuna nihil cernit, quò ſeſe applicet. Hinc eſt illud Quint. Curtij in* Quint. Curt. *lib. de vita Alexandri: Homines cùm ſe promiſcuère fortunæ, etiam naturam dediſcunt. Nam, vt ait Seneca lib. de breuitate vitæ, vberior vanæ proſperitatis afflatus, vanos mor-* Seneca. *talium animos inflat, tumidosq; reddit, & ægros. Fortuna ergo eſt (vt quidam philoſophorum dicunt) Saxi ad inſtar globoſi, volubilis, quæ inter ſummum atq; imum, reciproco gaudet ludo, ac vicibus delectatur alternis: ſicq; miſeros rota volubili verſat. Idem ſentire videtur Cicero de natura deorum 2. Fortuna, inquit, amica eſt varietati, conſtantiam* Cicero. *eſpuit. Hinc Quint. Curt: Fortunam tuam preſsis manibus tene: lubrica enim eſt, nec in* Quint. Curt. *vita teneri poteſt. Menander quoq;: Homo cùm ſis, recordare communis fortunæ. Mor-* Menander. *talia enim omnia, mutationes multas habent; & tempeſtas facilè in ſerenitatem mutatur. Seneca trag 8. Quidquid in altum fortuna tollit, ruitura leuat. & trag. 2. Nemo con-* Seneca. *fidat nimium ſecundis, nemo deſperet meliora lapſis: Miſcet hæc illis, prohibetque loco ſtare fortunam. Boëtius de conſolatione 2. proſa prima: Voluentis rotæ impetum retinere* Boetius. *conaris? At omnium mortalium ſtolidiſsime, ſi manere incipit, ſors eſſe deſiſtit. Et infra in perſona fortunæ: Hæc noſtra vis eſt: hunc continuum ludum ludimus: rotam volu-* Rota fortunæ. *bili orbe verſamus. Infima ſummis, ſumma infimis mutare gaudemus. Aſcende, ſi placet: ſed ea lege, ne vti cùm ludrici mei ratio poſcet, deſcendere iniuriam putes. Itaq; fortuna eſt cæca, quia ſcilicet abſq; rationis iudicio ſua diſpenſat munera, & eos, quos complecti-* Cœca. *tur cæcos reddit. Iniuſta, quippe quæ bonos ſpoliet, vt improbos veſtiat, atq; ditet. Inſta-* Iniuſta. *bilis, vtpote, quæ rotam volubili orbe perpetuò verſet. Quam ob rem ſtultorum eſt ſe-* Inſtabilis. *cundis ſe credere rebus: ducit enim, atq; euehit ad rotæ faſtigium; ſed inde mox, miſerabili lapſu ad ima demittit. Malitioſa: nam ſub ſpe gaudij, dolorē ingerit, & vanæ ſeducit* Malitioſa. *felicitatis imagine: fallit amicitia: beneuolentia decipit: familiaritate ſeducit. barbata* Barbata. *depingitur, quia viriliter, & abſq; metu agit, nulliusq; veretur perſonam potentis. Capillos* Capillata. *in fronte, reliqua capitis parte caluitium gerit, eò quòd ſi ſemel è manibus fuerit elapſa, amplius haberi non poſsit. Fortuna ergo omnipotens eſt, res hominum verſat, & mouet. Hæc illi dixêre, quorum planè ſententiæ, popularem hominum opinionem præſeferre videntur: omnes enim propemodum fortunam deam eſſe dixerunt, cœloq; locarunt: vnde eſt illud Iuuenalis: Te fortuna Deam dicimus, cœloq; locamus. Sed de his hactenus.* Iuuenalis.

CAPVT. V.

Quid ſit fortuna apud ſacros.

POſt Philoſophorum poëtarumq; ſententias, ad ſacrorum oracula tranſire inſtitui: vnde nobis fas erit, ſpiritū veritatis haurire. Iſaias 65. Vos qui reliqui- Iſai. *ſtis dominum, inquit, & obliti eſtis montem ſanctum meum. Qui ponitis fortunæ menſam, & libatis ſuper eam (70. interpretes: Et impletis dæmoni potionem.) Numerabo vos in gladio, & omnes interfecti, corruetis. Eſt autem, inquit Hieronymus in eodem cap: in cunctis vrbibus, & maximè in Ægypto, & in Ale-* Hierony. *xandria idololatriæ vetus conſuetudo; vt vltimo die anni, & menſis eorum, qui extremus eſt, ponant menſam refertam varij generis epulis, & poculo mulſo mixto: vel præteriti* Menſa fortunæ. *anni, vel futuri fertilitatem auſpicantes. hoc autem faciebant Iſraelitæ, omnium ſimula-*

Fortuna quid ſit apud ſacros.

crorum portenta venerantes: & nequaquã altari victimas, ſed huiusmodi menſæ liba fundebant. Itaq; qui eccleſiam Dei deſerunt, ſpiritibus errorũ ſe tradunt, & doctrinis dæmoniorum: iſti parant fortunæ menſam, nihil ad Deum pertinere credentes, ſed vel ſtellarum curſu, vel varietate fortunæ omnia gubernari. hos Paulus arguit 1. Cor: cap: 10. dicens: Non poteſtis menſæ domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum. Baſilius ad Euſtathium Philoſophum epiſt: 161. Iam, inquit, non ſum amplius in illa fati, ac fortunæ ſententia; ſed magis dico, danti Deo quod bonum eſt, gratias eſſe agendas: differenti verò, non ſuccenſendum. Itaq; ſi largietur nobis, vt conuenire liceat, optimum, ac iocundiſsimum putabimus: ſi verò hoc non largietur, placido animo hoc damni feremus. Nam omninò prouidentia ſua, res noſtras multò diſpenſat melius, quam nos optare poterimus. Et exponens illum verſiculum Pſal: 32. Omnia opera eius in fide: Caue, inquit, dicas, temere factum eſt hoc, & ſponte hoc prouenit: nihil enim inordinatum, nihil non præfinitum, nihil accidit fruſtra, nihil temere fertur: nec malum vllum euentum, aut malam dixeris horam; hæ namq; ineruditorum, ac diſciplinam chriſtianam ignorantium voces ſunt: Nónne duo paſſeres aſſe veneunt? & vnus ex eis abſq; Dei voluntate non cadet? Quot capilli capitis? & vnus ex eis non eſt apud Deum obliuioni. Vides igitur diuinum oculum, quo modo neq; minutiſsimarum rerum quicquam conſiderationem ipſius effugiat. Hæc Baſilius D. Aug: lib: 4. de ciui: Dei, cap: 18. Quid eſt, inquit, quod felicitas dea eſt, ædem accepit, aram meruit, ſacra ei congrua perſoluta ſunt? Quid, inquam, ſibi vult quod & fortuna dea putatur, & colitur? an aliud eſt felicitas, aliud fortuna? Quomodo dea fortuna aliquando bona, aliquando mala? An fortè quando mala eſt, dea non eſt; ſed in malignum dæmonem repentè conuertitur? Dicis, quod felicitas illa ſit, quam boni habent præcedentibus meritis: fortuna verò, quæ dicitur bona, ſine vllo examine meritorum, fortuitu accidit hominibus, & bonis; & malis: vnde etiam fortuna nominatur. Quomodo ergo bona eſt, quæ ſine vllo iudicio venit ad bonos, & ad malos? vt quid autem colitur, quæ ita cæca eſt, paſsim in quoslibet incurrens, vt ſuos cultores plerumq; prætereat, & ſuis contemptoribus hæreat? aut ſi aliquid proficiunt cultores eius, vt ab illa videantur, & amentur; iam merita ſequitur; non fortuitu venit. Vbi eſt definitio illa fortunæ? Vbi eſt, quod à fortuitis etiam nomen accepit? Nihil enim prodeſt eam colere, ſi fortuna eſt: ſi autem ſuos cultores diſcernit, vt proſit; fortuna non eſt. An & ipſam, quò voluerit Iupiter mittit? Colatur ergo ipſe ſolus. Non enim poteſt ei iubenti, & eam quo voluerit mittenti, fortuna reſiſtere. Aut certè ipſam mali colant, qui nolunt habere merita, quibus poſsit dea felicitas inuitari. Et reuera à Deo ſunt poteſtates omnes: Vnde Aug: 3. de Trin: Nihil fit viſibiliter, & ſenſibiliter, quod non de interiori inuiſibiliq; atq; intelligibili aula ſummi Imperatoris, aut iubeatur, aut permittatur, ſecundum ineffabilem iuſtitiam præmiorum, atq; pœnarum, gratiarum, & retributionum in iſta totius creaturæ ampliſsima quadam immenſaq; republica. Propterea in academicis quæſtionibus ait: Nihil aliud in rebus cauſarum vocamus, niſi cuius ratio ſecreta eſt. Itaq; iniuſtè, atq; iniquè fortunam accuſamus, de iniuſtitia, malitia, inſtabilitate, deq; cæcitate: tametſi neſciamus, inquit Aug: 2. de ciuit: Dei cap: 2. quo iudicio Dei, bonus iſte ſit pauper, malus iſte ſit diues, & ſimilia multa. Et cap: 4. de triplici habitaculo: Manifeſtabitur, inquit, quàm iuſto iudicio Dei fiat, vt nunc tam multa, ac penè omnia iſta Dei iudicia, ſenſus menteſq; mortalium lateant: cùm tamen in hac re piorum fidem non lateat, iuſtum eſſe, quod latet. Et libro primo contra academicos cap: 1. Fortuitum, inquit, quæ vulgo fortuna nominatur, oculto quodam ordine regitur: nihilq; aliud in rebus caſum vocamus, niſi cuius ratio, & cauſa ſecreta eſt: nihilq; commodi, ſeu incommodi contingit in parte, quod non conueniat, & congruat vniuerſo. Lib: primo retract: cap: 1. Pœnitet me, inquit, illic nominaſſe fortunam, cùm videam homines habere in peſsima conſuetudine, vt vbi dici debet, hoc Deus voluit, dicere, hoc voluit fortuna. Et lib: 5. de ciuit: Dei, cap: 9. diſputans contra Ciceronem, ait: Nos, inquit, confitemur, eas cauſas, quæ dicuntur fortuita, vnde etiam fortuna nomen accepit,

[Margin notes, in order: Paulus. — Baſilius. — Nihil fruſtra. — Matth. — Auguſt. — Felicitas. — Fortuna. — Fortuna non eſt colenda, ſed Deus. — Auguſt. — Nihil fit ſine Deo. — Fortuna non eſt accuſanda. — Aug.]

accepit, non eſſe vllas, ſed latentes, eaſq́; tribuimus, vel dei veri, vel quorumlibet ſpirituum voluntati. Creator ſpirituum Deus, voluntates bonas adiuuat, malas iudicat, omnes ordinat. Et exponens illum verſiculum Pſal: 31. In diluuio aquarum multarum. &c. Si, inquit, fortuna, & caſu geruntur: nihil ergo diuina prouidentia geritur, quod eſt falſum. Itaq; Auguſtinus nō modò fortunæ rerum tribuit imperium, ſed ne nomen quidem: malebat enim, vt quod fortuna fieri dicimus, Deo authore fieri, diceremus. Chryſ. de veſtigijs Philoſophorum: Nouerca virtutis eſt fortuna, baculis ſuis ſic applaudit, vt noceat, & infelici ſucceſu ſic in via fortunatos obſequitur; vt in finem perniciem operetur. Conuiuis ſuis ab initio propinans dulcia, & cùm inebriati fuerint, letale virus miſcet, & ſi quid deterius, quò ſpecie ſui clareſcit amplius, eò ſtupentibus oculis denſiorem infundit caliginem. Itaq; ſecundum veram ſanctámq; doctrinam, fortuna non eſt dea, nec cœlo locanda: ſed vnus eſt Deus, à quo omnia, per quem omnia, & in quo omnia, qui eſt mundi pater, conditor, & gubernator. Et enim ſicut omnium naturarum creator eſt: ita planè omnium poteſtatum dator, non voluntatum. Malæ quippè voluntates ab illo non ſunt, quoniam contra naturam ſunt, quæ ab illo eſt. Quòd ergo fortuna non ſit aliquid in rebus, ſed Deus ſolus, qui omnia ſuauiter diſponit, mirabili, & incomprehenſibili iudicio, ex prædictis patet ſatis.

Non ſunt cauſæ fortuitæ.

Fortuna non eſt nominanda.

DE FATO.

MERCVRIVS DIAL. 12.

Omnia ſunt fati opera fili, abſq; illo nihil eſt corporalium. Non bonum ſine illo quicquam poteſt, non malum fieri, ſine illo. Decretum eſt, eum qui turpe quid commiſerit, pati. Ille ob id commiſit, vt patiatur inde quodcunque patitur quando commiſerit. Cuncti homines, fato, generationi, tranſmutationi ſubijciuntur. Initium quippe finiſq; fati duo hæc, generatio ſcilicet, & tranſmutatio. Et homines vniuerſi quidem patiuntur id, quod inſtituit fatum. Verùm rationales illi, quibus mens ceu gubernatrix adeſt, non eodem modo, quo cæteri patiuntur, imò ab improbitate alieni, exiſtenteſq; non mali, patiuntur minimè malum.

Fati initium & finis.

Comment. VII.

QVoniam audiuimus quid ſit fortuna, idq́; ex multorū ſententijs; operæpretium etiam me facturum eſſe iudicaui, ſi quæſtionem illam de fato obſcuriſſimam in medium adducerē, prioriq; connecterem: ſunt enim cognatæ ad inuicem, atque vnius noticia, ex alterius cognitione dependet. De hac autem ſparſim ſapientiſſimus Mercurius loquitur, quod in vnum ordinem, ſeriemq́; reduxi, quò facilior eſſet aditus legenti, intelligendiq́; facultas. Nam ſi ad amuſſim verborum Mercurij contextus mihi obſeruandus eſſet; eadem ſine dubio verba ſæpius mihi repetenda eſſent: nam cùm more prophetico ille ſcripſerit, methodum Ariſtotelis in ſcribendo minimè obſeruauit,

Quid ſit fatū apud Mercurium.

Fatũ quid ſit apud Mercuriũ Dial. primo.

ſeruauit, ſiue obſeruare potuit. Cæterùm de ſato Mercurius loquens in primo Pymandri dialogo, dicit diſpoſitionem eſſe Stellarum: Quorum, *inquit*, diſpoſitio fatum vocatur. *Et paulo poſt, homines fato ſubdidit, quatenus ſcilicet ſunt mortales; ob molis vtiq; corporeæ corruptionem, quæ aſtrorum affectibus regitur: ab illorum autem exemit varietate, quatenus immortales conditi ſunt, ob animæ immortalitatem, quæ ſyderum dominio propriè, ac ſuaptè natura non ſubiacet.*

Quomodo homo ſubditus ſit fato.

Homo, *inquit*, ex vniuerſis terrenis animantibus, duplicis naturæ cenſetur: Mortalis quidem propter corpus, immortalis autem propter hominem ſubſtantialem. Immortalis enim eſt, cunctorum quæ arbitrium obtinet. Cætera verò viuentia, quæ mortalia ſunt, fato ſubiecta patiuntur. *Senſus eſt: omnia inferiora, homine duntaxat excepto, ſyderibus ſubdita ſunt. Et iterum:*

Prouidentia. Fatum.

Prouidentia per fatum, harmoniamq; conflauit mixtiones. *Senſus eſt: Prouidentia Deo tribuitur, fatum verò diſpoſitioni aſtrorũ: qua in rebus humanis tuendis, velut inſtrumento diuina vtitur prouidentia. Dialogo autem 12. apertiſſimè oſtendit fati naturam; eamq; dominari dicit corporeis rebus, atq; hominibus, ſine mente exiſtentibus, id eſt, qui ratione in vita degenda non vtuntur: ſiquidem humana ratio aſtris dominatur.*

Tex. expoſit.

Omnia, *inquit*, fati ſunt opera fili, abſq; illo nihil eſt corporalium. *Senſus eſt, ſine Stellarum diſpoſitione, quæ fatum vocatur, nihil corporalium eſſe poteſt.* Non bonum non malum, *hoc eſt non pulchrum aliquod, aut deforme: non loquitur de humanarum actionum bonitate, quippè quæ cœlo minimè ſubſint.* Decretum eſt eum &c. *hoc quidem non ad ſatum, ſed ad diuinam refertur prouidentiã: Etenim ab illa ſingulis ſingulæ definitæ ſunt pœnæ, & Coronæ; vt vnicuiq; detur ſecundum opera ſua. Deinde ait, duo ad fatum maximè ſpectare, nempè generationem, & transmutationem: nam hæc ex ſyderum affectibus maximè pendent: hoc autem modo:*

Duo ad fatũ pertinere.

Cuncti homines fato, *hoc eſt*, generationi & tranſmutationi ſubijciuntur, & homines vniuerſi quidem patiuntur id, quod inſtituit fatum, *nempè naturales viciſſitudines, generationem, tranſmutationem, quæ ex ſyderibus dependent.* Porrò, homines, qui ſunt alieni ab improbitate, exiſtentesq; non mali, patiuntur minimè malum. *Senſus eſt, homines irrationales, ſyderibus ſubditi ſunt: quia ſibi dominari nequeunt: ſed more pecudum, quas natura ventri pronas finxit, ventri deſeruiunt, & luxui. Itaq; fatum apud Mercurium, eſt aſtrorum diſpoſitio, quæ corporibus tantùm dominatur, & corporeis rebus obtemperantibus.*

Fatum eſt ſtellarum diſpoſitio.

Qualitatem, *inquit*, tranſmutationis effugere impoſſibile eſt, ſicut & generationis effectum. Prauitatem autem mentem habenti vitare licet, *id eſt, ratione vtenti, per mentem, donum Dei cœlitus ſibi datum. Planè hæc de fato Mercurij ſapientia, cum antiquitate temporum, tum rerum veritate omnium philoſophorum doctrinas facilè ſuperauit: cui ſi quis adhærendum ſibi eſſe cenſuerit, litigioſas captiunculas facillimè euitabit.* Si diligenter, *inquit Mercurius in eodem dialogo*, litigioſas captiunculas euitaueris, inuenies abſque dubio,

Mens dominatur fato.

quod mens anima Dei dominetur fato, legi, ac cæteris vniuerſis: neq; aliquid illarum, quæ ad fatum ſpectant, impoſſibile ſit menti: ideoq; humanus animus fato ſuperior, non tamen, quæ fato ſubiecta ſunt, negligit. Atq; iſta ſunt oracula boni dæmonis optima. *Hæc Mercurius. Mira certè Mercurij philoſophia, quæ docet, animum humanum fato eſſe ſuperiorem. ſed tum demum, cùm mens Dei fuerit effectus, conſors vtiq; diuinæ naturæ, per gratiam Dei habitantem in illo, ſicut Paulus docet: Qui, inquit, adhæret Deo, vnus ſpiritus fit cum eo: ſpiritus autem domini omnibus dominatur, & cœlorum motibus, & lumini, & legibus prorſus vniuerſis. Nec tamen negligit, quæ fato ſubiecta ſunt, nempè terrena, & corporalia: quæ pro humani animi vita tuenda, cõſeruandaq; ſibi credita ſunt. Hæc ſunt diuina Mercurij oracula. In Aſclepio paululũ altius de eodem negotio loquitur:*

Paulus.

Ne putes *inquit* ô Aſclepi fortuitos effectus eſſe terrenorum deorum .i. idolorum, quorum author eſt homo: Dij enim cœleſtes, hoc eſt, angeli inhabitant ſumma cæleſtia, vnusquisq;

Angeli noſtri cuſtodes.

Fatũ quid ſit ſecundũ Merc.

quiſq; per ordinẽ, quem accepit complens, atq; cuſtodiens. hi verò noſtri ſingillatim quędã curantes, quędam pręuidentes, quædam ſortibus, & diuinatione, id eſt, diuinitus edocti prędicentes, his pro modo ſubuenientes humanis, quaſi amica cognatione auxiliantur. *Aſclep. ad Merc.* Quam partẽ rationis ô Triſmegiſte ειμαρμένη, vel fata incolunt, ſi cœleſtes dij dominantur? *Cicero de diuin. lib. 1. Fatum appello, inquit, quod græci εἱμαρμένην, id eſt ordinem ſeriemq́; cauſarum, cùm cauſa cauſæ nexa, rem ex ſe gignat. Reſpondet Triſmegiſtus.* O Aſclepi, ea eſt omnium quæ geruntur, ſemper ſibi catenatis nexibus iuncta. *hæc itaq; eſt effectrix rerũ, aut ſummus Deus, aut ab ipſo Deo, qui ſecundus effectus eſt Deus, id eſt mundus, qui à Mercurio in Pymandro ſæpius vocatur ſecundum animal, ſiue ſecundus Deus. hoc certè, quæ ſequuntur verba ſonantia oſtendunt:* Aut, *inquit,* omnium cœleſtium, terrenarumq́; rerum firmata diuinis legibus diſciplina. *Ab Hieremia vocantur leges cœli, & terræ. Itaq;, neceſsitas, ſeu omnium rerum firmata, aut leges cœli & terræ, eſt cauſarum ad ſuos quidem effectus naturalis connexus, & quaſi inuiolabile imperium. Itaq; fatum & neceſsitas ſibi inuicem indiuiduo connexa ſunt glutino, quarum prior, hoc eſt, fatum rerum omnium parit initia: neceſsitas verò cogit ad effectum, quæ ex illius primordio dependent. Hîc fatum pro diuina prouidentia accepit: quæ eſt omnium rerum creatrix, quæq; peperit rerum omnium initia: non enim ſtellarum diſpoſitio, quam in alio libro Pymandri, fatum nominauit, eſt cœleſtium, atq; terrenarum creatrix rerum; alioqui eſſet ſui ipſius creatrix, quod fieri non poteſt. Itaq; Dei potentia, ſiue prouidentia, quàm fatum .i. rerum omnium ordinem, cauſamq́; diuinam, appellauit; rerum omnium produxit initia,* catenatis nexibus iuncta: inde ſecuta eſt neceſsitas, *hoc eſt, obedientia naturalis, quæ inter initia rerum, & eorum effectus perpetuò intercedit. hæc autem duo, ordo conſequitur, id eſt contextus, & diſtinctio temporis, rerum perficiendarum: nihil enim ſine ordinis compoſitione. In omnibus iſtis mundus iſte perfectus eſt: ipſe enim mundus ordine geſtatur, vel totus conſtat ex ordine.* Hæc ergo tria, fatum, *figuratè loquitur, nominans rem factam, pro faciente: initia namq; omnium rerum, non ſunt cauſa omnium creatrix, aliter ſe ipſa creaſſent.* neceſsitas, ordo, maximè dei nutu ſunt effecta, qui mundum gubernat ſua lege & ratione diuina. Ab his ergo omne velle, & nolle diuinitus auerſum eſt totum. *De naturali rerum obedientia loquitur, non autem de humani animi libertate: nam illa (vt dictum eſt) fato ſuperior eſt.* Nec ira, *inquit, Methaphoricè loquitur,* commouentur, nec flectuntur gratia, ſed ſeruiunt neceſsitati rationis æternæ *.i. diuinæ prouidentiæ: vnde Dauid pſal. 118. ordinatione tua perſeuerat dies: quoniam omnia ſeruiunt tibi.* Quæ, *inquit,* æternitas, *hoc eſt, æterna prouidentia,* inauerſibilis eſt, immobilis, atq; inſolubilis. fatum ergo, velut iacto ſemine, futurorum omnium ſuſcipit prolem, hoc eſt, *initia rerum, quæ fatum dicuntur, effectus ſecuturos virtute ſua continent. Sequitur* neceſsitas, *qua ad effectum coguntur omnia. Tertius* Ordo, *textum ſeruans earum rerum, quas fatum diſpoſuit, atq; neceſsitas.* Hæc ergo æternitas, quæ nec cæpit eſſe, nec deſinet, ita ſe habet: euentus autem vel ſors inſunt omnibus permixta mundanis: Dictum eſt nobis de ſingulis, vt humanitas potuit, vt voluit, permiſitq́; diuinitas. *hæc Triſmegiſtus: quæ ſi rectè, atq; candidè intelligantur; nullus profectò de fato remanebit quæſtionis locus. Nam ſiue fatum ſit aſtrorum diſpoſitio, quemadmodum in Pymandro profeſſus eſt; animo non dominatur humano, imò contrà ſuperior eſt illo, ſiue effectrix cauſa, & initia rerum, actibus humanis afferre nequit neceſsitatem: liberum namq; hominem Deus fecit, & ſui conſilij dominum. Boëtius 4. de conſolatione fatum ſic diffiniuit: fatum eſt inhærens rebus mobilibus diſpoſitio, per quam prouidentia ſuis quæq; nectit ordinibus Mercurium imitari videtur: à quo prouidentia Deo tributa eſt, quæ per ſtellarum diſpoſitionem, quæ fatum vocatur, cuncta corporea gubernat. Ad hunc etiam modum, D. Augu.*

Marginal notes: Fatum. — Neceſsitas. — Leges cœli. — Fatum pro diuina prouidẽtia. — Ordo. — Nutu Dei cõſtant. — Dauid. — Fatum vt ſemen. — Epilog. — Boetius. — Auguſt.

Fatū quid ſit ſecundū Merc.

v. de ciuit: cap, 1. Prorſus, inquit, diuina prouidentia regna conſtituuntur humana. vnde ea, quæ hîc aguntur, reſpectu noſtri, non autem Dei, cuius prouidentiæ ſubſunt, fortuita dici poſſunt: diuina ſiquidem prouidentia per cauſas medias effectus plurimos producit: Quamobrem effectuum ordinatio bifariam intelligi poteſt: vno quidem modo, quatenus eſt in Deo, atq; ita, vt dixi, Dei prouidentia dicitur: alio autem modo, quatenus eſt in

Fatum media cauſa,

cauſis medijs & ita fatum nominatur. Et hoc eſt, quod Boëtius dicit 4. de conſola: ſiue famulantibus quibusdam prouidentiæ diuinæ ſpiritibus, fatum exercetur, ſeu anima, ſeu tota inſeruiente natura, ſiue cœleſtibus ſyderum motibus, ſeu angelica virtute, ſiue dæmonum varia ſolertia, ſeu aliquibus eorum, ſiue omnibus ſeries fatalis texitur; hoc modo fatum eſt in rebus, hoc eſt, ſecundarum ordinatio cauſarum, quæ à Deo ordinatè dependet. Itaq; Dei poteſtas, atq; voluntas cauſaliter quidem fatum dici poteſt: eſſentialiter verò eſt ipſe ſecundarum cauſarum ordo, atq; diſpoſitio. Ex quo apparet, quomodo fatum

Fatum mobile & immobile.

ſit vnum, & multa, mobile, & immobile, neceſſarium & liberum. Nam ſi Deum quidem ſpectes, vnum profectò eſt atq; immobile; quia nimirum vna eſt Dei prouidentia, & quidem immobilis, ſub quadam certè conditione neceſſaria, non autem abſoluta: nempè ſi Deus præſciuit hoc, futurum erit: at ſi conſideres particularia, ſic procul dubio & plura ſunt fata, & mobilia, & nequaquam neceſſaria. Ex hoc quoq; videre eſt, quæ fato ſubdita ſunt, quàmq; à fato libera. Etenim quæ ſecundarum ſubduntur diſpoſitioni cauſarum,

Quæ ſubdita ſunt fato.

ea certè & fato ſubdita ſint neceſſe eſt. Ea verò, quæ immediatè à Deo producta ſunt, vtpote creatio rerum omnium, ſiue producenda, nempè ſpiritualium animarum glorificatio; à fati dominio liberrima ſunt. Quamobrem non temerè dictum eſt à Boëtio: Ea, quæ ſunt primæ diuinitati propinqua, ſtabiliter fixa, fatalis ordinem mutabilitatis excedere: ideoq; quantò aliquid longius à prima mente recedit, tantò arctius maioribus fati nexibus implicari, magisq; cauſarum ſecundarum ordini diſpoſitioniq; ſubdi. Quare perperam ſen-

Voluntas hominis nō ſubditur fato.

tiunt, qui ineuitabilem aſſerunt eſſe fati potentiam. Nam ſi fato hominum voluntates reguntur; nulla profectò eſſet laus virtutis, nullusq; laborum fructus, nec mali puniendi, nec admirandi ſtudioſi: deniq; aut vitia nulla erunt, aut peccandi cauſa in Deum erit retorquenda: ſiquidem aut per ſeipſum, aut per orbes, quaſi per organum nolentes homines

Rationes quod fato nō reguntur res humanæ.

traheret ad vitia, quod nefas eſt dicere. Amplius, aut idem eſt Deus, quod fatum: aut diuerſum. Idem certè non erit: eſt enim fatum, vt ipſi dicunt, ſeries cauſarum ineuitabi-

1. lis, cœleſtium motu effecta: Deus autem cùm ſit incorporeus, & prima cauſa, nullo mo-

2. do fati naturam ſubire poteſt. Si diuerſum, Deo potentius eſſe non poteſt, quia Deo potentius eſt nihil. A Deo ergo exterminabitur. Quodſi ipſum ſubſiſtere patietur; ad ſeipſum malignitatis cauſam adducet: quod eſt falſum: Deus enim non eſt cauſa mali. At ſi ab ipſo productum eſt fatum: nullæ ergo ſibi videbitur curæ vniuerſum eſſe, quod eſt

Homerus.

falſum. vnde Homerus contra huiusmodi homines ſic loquitur:

Quàm falſò accuſant ſuperos, ſtultiq; queruntur
Mortales? Etenim noſtrorum cauſa malorum
Nos ſumus, & ſua quemq; magis vecordia lædit.

Non ergo omnia, ſed quædam fato deſtinata neceſſariò ſibi euentura confirmat: cuius

Chryſippus.

contrarium ſenſit Chryſippus, qui in primo de fatis libro, neceſſitate omnia fieri authoritate multorum arguit, induxitq; Homerum dicentem:

Quæ data ſorte mihi eſt nato, ſors me inuida preſſit,
Quæ nato inuoluit filis ſibi parca ſeueris,
Quum Mater peperit illum. Et alibi

Homerus.

Non eſt, qui fixas Parcarum auertere leges
Effugere aut poſſit.

Itaq; non ſuffragatur Homerus Chryſippo, ſed refragatur potius: quippè cùm ab eo dicatur multa à nobis ſponte ac liberè fieri: Chryſippus verò neceſſitati ſubdidit omnia. in 2. lib: ait, multa à nobis fieri, quæ ſi ad gubernationem totius referantur, ea fata eſſe

Non, in-

Fati neceſſitas.

*Non, inquit, ſimpliciter fatatum fuit, veſtem te non poſſe amittere; ſed ſi eam diligenter
cuſtodieris: ab hoſtibus quoq; non capieris, fatatum eſt, ſi hoſtes caueris. Sed hæc liber-* 3.
*tatem arbitri penitus auferunt: ſiquidem quæ fatata ſunt, omninò fiunt: quæ verò in no-
ſtra poteſtate ſunt, ea, ſicut volumus, diligentia noſtra diſponuntur. Itaq; ſi fatata omnia
neceſſariò eueniunt; nihil ergo prodeſt noſtra voluntas: ad quid ergo leges? ad quid
mandata, & præcepta diuina? Amplius, ſi fatum eſt diſpoſitio ſyderum, ſub qua vnuſ-* 4.
*quiſq; naſcitur: nihil ergo neceſſitatis humanis valet actibus afferre: ſiquidem illi indire-
ctè, & per accidens, ſicut dictum eſt, cœleſtium corporum actioni ſubduntur. Cauſa au-
tem fatalis, quoniam ordinem habet in ea, quæ fato aguntur; per ſe igitur, atq; directè a-
gat, neceſſe eſt. Adde, quòd id, quod eſt per accidens, non eſt propriè ens, neq; vnum:* 5.
*omnis autem naturæ actio ad vnum aliquod terminatur. Quare fieri non poteſt, vt id,
quod eſt per accidens, effectus ſit alicuius naturalis principij agentis. Corpus autem cœ-
leſte in hæc inferiora per modum naturalis agentis agere, patet ſatis ex ſuis effectibus, qui
naturales appellantur. Quam ob cauſam, aliqua cœleſtis corporis virtus actiua, eorum,
quæ hic aguntur per accidens, cauſa eſſe nequit. Itaq;, quæ hîc per accidens fiunt cùm in
rebus naturalibus, tùm etiam in humanis, ad aliquam cauſam præordinantem reducenda
ſunt, nempè ad diuinam prouidentiam. Quid ergo ſit fatũ ſecundum Mercurium, & quo-
modo diſtinguatur à diuina prouidentia, ſatis patere arbitror.*

QVAESTIONIS PRIMAE CAP. I.

Sentententia Alexandri de fato.

Alexandri opinio.

SVperiori adhæret ſententiæ Alexander Aphrodiſæus, in libello, quem de fato ad Antoninum edidit, in quo multis argumentis, multiſq; rationibus probauit fatum aliud eſſe nihil, quàm quod natura fit: Omnium quæ fiunt, inquit, quatuor ſunt cauſæ, efficiens, materia, forma, & finis. Fatum autem ad cauſam agentem ſpectat, quæ alicuius gratia fit. Porrò, quæ alicuius gratia fiunt, alia quidem natura, alia verò ratione fieri, conſtat. Natura ſiquidem certo quodam ordine ad finem tendit: quo iam adepto, eius motus quieſcit: ratio quoq; præſtitutum habet finem, quem ſequitur. Inter hæc autem id eſſe diſcriminis dicimus: nempè naturalia nulla ratiocinatione vti, tametſi in ſe ipſis principium, atq; cauſas generationis habeant, ordinateq; fiant: rationalia verò, omnia ratione agere: Porrò fatum nullo modo ad rationem & voluntatem noſtram reduci poteſt: ſed ad ea potius, quæ natura fiunt: quippe quæ numeris quibuſdam, & ordine terminato in finem procedant. Rationalia autem cùm poteſtatem habeant agendi, & non agendi, in eis certè fatum minimè collocari poteſt: eſt enim ordinata ſyderum ſeries. Quare quemadmodum ſe habent quæ natura fiunt; ita planè ſe habebunt, quæ fato aguntur: Sed illa interdum impediri contingit, quando ſcilicet aliqua præter naturam contingunt: & hæc quoq; ſimile pati poſſunt impedimentum. Quamobrem, ſi in his quæ natura fiunt, nonnulla præter naturam numerantur: & his etiam quæ fato fiunt, aliqua quoq; præter fatum fieri, inueniuntur: non ergo fatum eſt agens neceſſarium, atq; inuiolabile illius imperium, vt quidam opinantur. Ad hæc accedunt, quod quædam ſint cauſæ hominibus penitus ignotæ, quæ in morbis curandis conſpiciuntur: in quibus nullam certam cauſam habemus: nonnulla verò ad vtrumlibet contingentia nominantur, quæ fato fieri negamus; vt mouere pedem, leuare ſupercilia, tacere, loqui, & his ſimilia, quæ fato fieri dicenda non ſunt: non enim quod fatatum eſt, contrarium ſuſcipere valet. Amplius, conſilium hominis fruſtra non eſt, quod planè eſſet, ſi homo neceſſariò ageret, quæ agit: apertè autem id præter animalia cætera homo poſſidet, vt non quemadmodum illa, phantaſiam, ſed rationem ſequatur, qua cæteris præſtat animantibus: vnde temerè aliquid agentes accuſamus, vituperamus, hortamurq; conſilio vti, quaſi agendi po-

Fatum eſt natura potiſ. quam ratio.

Fatũ non eſſe rem neceſſariam.

Conſiliũ hominis non eſt fruſtra.

Fatú non trahit.

pueri naſcuntur, vbiq; leges atq; mores propter liberam hominis poteſtatem præualere
videmus, nec alicuius natiuitatem, nolentem ad vitia impellere: ſingulæ namq; gentes ſua
libertate vtuntur. Omnes Iudæi Moſaica lege, octauo die pueros circumcidunt, non qui- Iudæi.
dem alicuius ſtellæ virtute impulſi; nam vbiq; terrarum idem perpetuò obſeruant. Quid
dicam de moribus diuerſarum gentium? profectò deficiet me tempus enarrantem. Non
eſt ergo inuincibilis fati potentia. Quam ob cauſam peritè, acuteq́; dictum eſt ab Origene, Origenes.
dum ab eo verba illa Geneſeos interpretarentur: Et ſint vobis in ſigna &c. Non ſolum, in-
quit, gentiles, ſtellarum coniunctione atq; aſpectu, quæ in terris ſunt neceſſariò accidere
credunt, quam vim Fatum appellant; verùm etiam multi ex fidelibus conturbantur, im-
poſsibile aliter fieri credentes, quàm ſtellarum curſus effecerit. Vnde ſequitur nullam in
nobis eſſe libertatem, nullamq́; operationem laudandam, aut vituperandam. Deniq; ipſa fi- Nulla eſt fati
des, & ſaluatoris noſtri aduentus, & omnis prophetarum labor, ac apoſtolorum prædicatio neceſsitas.
inanis erit. Niſi fortè Chriſtum quoq; quis audeat dicere, cœleſtium corporum vi coactum
feciſſe, quæ fecit, paſſumq́; fuiſſe, quæ paſſus eſt: nec ſuæ deitatis, ſed ſtellarum cuncta vir-
tute euiciſſe: his quoq; impijs verbis, illud conficitur, vt fideles fato ducti in Chriſtũ cre-
dant, quæ omnia ſunt abſurdiſsima. Sed dic age, quare Deus hunc mundum produxit?
An vt in eo peccatores impunè viuerent? Quomodo ergo iuſtus, qui tanta mala produxit?
Ad hæc, ſi fato res humanæ reguntur; cur oratur? cur vouetur? cur temerè aliquid ab
eis à Deo petitur? Ambroſius ad hoc propoſitum lib. 4. Hexameron, cap. 4. Quomodo, Ambroſius.
inquit, Deus aut præmia propoſuit bonis, aut improbis pœnas, ſi facit neceſsitas diſcipli-
nam, & conuerſationem ſtellarum curſus informat? Et quid eſt aliud, quàm hominem de
homine exuere? ſi nihil moribus, nihil inſtitutioni, nihil ſtudijs derelinquitur? Quàm mul-
tos videmus ereptos criminibus, atq; peccatis, in meliorem ſtatum eſſe conuerſos? Redem-
pti ſunt Apoſtoli, & congregati ex peccatoribus; non vtiq; natiuitatis ſuæ hora, ſed Chri-
ſti eos ſanctificauit aduentus, & hora dominicæ paſsionis redemit à morte. Latro ille Latro.
damnatus capitis, non beneficio natiuitatis ſuæ, ſed fidei confeſsione ad Paradiſi æterna
tranſiuit. Ionam in mari non vis natiuitatis, ſed diſsimulatio diuinæ præceptionis præcipi- Ionas.
tauit. Petrum de carcere imminenti morte perimendum, angelus Chriſti, non ſtellarum Petrus.
ſerie liberauit. Quòd ſi fideles fatorum neceſsitatem credidiſſent; nunquam ad tantam
gratiam perueniſſent. Inutilis igitur iſta perſuaſio. Baſilius Homel. 6. in Hexameron: Co- Baſilius.
gor, inquit, eiſdem nunc vti verbis, quibus & illi ipſi vti conſueuêre: in quibus magna qui-
dem amentia, multò verò magis impietas continetur. Maleficæ enim ſtellæ, ſuæ ipſarum
malignitatis cauſas in ſuum tranſcribunt factorem. Nam ſi natura ſtellis competit malefi-
cium; ipſe ſanè creator effector erit malignitatis, quod eſt impium dicere. Communis eſt
Stoicorum ſententia, vnum Deum eſſe, ipſumq́; & mentem, & fatum, & Iouem nominari:
vnde Aug. lib. v. de ciuit. Dei cap. 8. Qui, inquit, non aſtrorum conſtitutionem, ſed omni- Auguſt.
um connexionem cauſarum, fati nomen appellant, non multùm cum eis de verbi contro-
uerſia laborandum eſt; quandoquidem ipſum cauſarum ordinem, & quandam connexio-
nem Dei ſummi tribuunt voluntati, & poteſtati. Ipſam itaq; Dei ſummi voluntatem, eos
appellare fatum, ſic probant carmina Senecæ lib: epiſt. 18. Seneca.

Duc me ſumme pater, alti dominator Olympi,
Quocunq; placuerit: nulla parendi mora eſt.
Aſſum, impiger, fac nolle, comitabor gemens.
Malusq́; patiar facere, quod licuit bono.
Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.

Hoc vltimo verſu, inquit Auguſtinus, euidentiſsimè ea fata appellauit, quam ſupra di-
xerat ſummi patris voluntatem. Cui ſeparatum obedire dicit, vt volens ducatur, ne nolens
trahatur. Illi quoq; verſus Homerici, quos Cicero in latinũ vertit, huic ſententiæ ſuffragantur Homerus.

Tales ſunt hominum mentes, quales pater ipſe,
Iupiter auctiferas luſtrabit lumine terras:

Iouem ergo appellant Stoici, quem ſummum Deum putant, à quo connexionem dicunt pendere fatorum. Vnde Seneca lib.3. de beneficijs, de Deo loquens: Hunc eundem, & fatum ſi dixeris, non errabis; namq; fatum nihil aliud, quàm ſeries implexa cauſarum: ille autem eſt prima omnium cauſa, ex qua cætera pendent. Itaq; æternam ſeriem cauſarum neceſſariò nexarum, Fatum appellant Stoici. Alij verò ſydera fata faciunt, quæ neceſſitatem afferunt hominibus, vt dicit Mercurius, mentem non habentibus. Alij diuini conſilij executionem fatum vocant: & ij quidem rectè ſentiunt, cùm à Deo pendeant omnia. Alij fatum, naturam eſſe aſſerunt: vt quæ electionis, vel caſus ſunt; extra fati naturam eſſe dicantur: ſicut putauit Alexander. Quomodo ergo fata non cogant, patet ſatis.

Quatuor opiniones de fato.

CAPVT II.

Fatum eſſe immobile.

QVoniam veritatis notitia ex multorum rationibus, etiam contrariis, & aduerſantibus, inſtar auri, quòd per ignem probatur, lucidior fit, atq; ſplendidior; hac de cauſa, poſtquam veram de fato poſuerimus ſententiam, non ſine probatiſsimorum authorum rationibus, eiſdemq; veriſsimis, atq; fortiſsimis, eorum; qui huic propoſitæ veritati obuiare contendunt, argumenta in medium adducere curauimus. Aiunt nonnulli, ſtoicorum fuiſſe ſententiam, in omnibus propemodum nos à fato gubernari: proinde ea, quæ volumus, nolumusq;, ex fati neceſsitate pendere, voluntatemq; noſtram aliud eſſe nihil, quã inſuperabile fati dominium. Vnde Cicero lib: de diuinatione: Fatum id appello, inquit, quod Græci himarmen, id eſt, ordinem, ſeriemq; cauſarum appellarunt: cum ſcilicet cauſa, cauſam ex ſe gignat, ea eſt ex omni æternitate fluens veritas: ex qua certe diffinitione apparet, voluntatis operationes eſſe neceſſarias. Verùm hæc Ciceronis diffinitio Catholicis, veriſq; Philoſophis, præcipuè ſapientiſsimo Mercurio non probatur: qui conſtantiſsimè profitentur, Deum liberè, & in tempore, non autem neceſſariò, & ab æterno mundum condidiſſe. Quòd ſi fatũ velit eſſe ſecundarum connexionem cauſarum, vt pote ſtellarum; profectò non inficiabor, modò cum Mercurio conſentiat; à quo oſtenſum eſt, animum hominis mentem habentis, fato ſuperiorem eſſe. Ad hunc quoq; modum Apuleius eſt intelligendus Medaurienſis, qui de fato ita locutus eſt: Fatum eſt cauſarum complexio ex prouidentia primæ cauſæ dependens: alioqui duos hæc opinio pareret errores: alterum ſcilicet, Deum neceſsitate adactum, mundum produxiſſe; alterum verò, aſtrorum virtutem, humani animi libertatem afferre: quorum vtrumq; eſt falſum, & impietatis verbum. Quam ob cauſam non ſunt audiendi aſtronomi, Senterion, Frenitius, Poſsidonius, qui aiunt, fatum eſſe colligantiam cauſarum, ex motibus aſtrorum vim, & efficatiam trahentem. Ptolomæus addidit neceſſariam immobilitatem: Fatum, inquit, eſt virtus conſtellationum immobilis. Reuera ſi fatum eſt immobile: ea ergo, quæ fato ſubduntur, immobiliter, & ex neceſsitate contingerent: ſed huiuſmodi ſunt contingentia: nihil ergo in rebus eſſet contingens, ſed omnia ex neceſsitate acciderent: quod eſt falſum. Adde, quod ſecundum Boëtium 4. de conſol: Quemadmodum ſe habet ad intellectum ratiocinatio, & ad id, quod eſt, id, quod gignitur, ad æternitatem tempus, & ad punctum medium, circulus; ita planè fati ſeries mobilis, ad prouidentiæ ſtabilem ſimplicitatem: non ergo fatum eſt ſeries aſtrorum immobilis. Præterea, ſi fatum, iuxta Boëtium, eſt diſpoſitio inhærens rebus mobilibus: & nobis mouentibus, teſte Philoſopho 2. Thopicorum, mouentur ea, quæ in nobis ſunt: ergo quod prius. Reſpondeo circa fati immobilitatem, non vnam fuiſſe antiquorum ſententiam, ſiquidem Chryſippus Stoicus, Philopater, & alij multi, & præclari illius ſectæ dicunt, omnia fato diſponi, ac vnicuiq; eorum, quæ fiunt, datum eſſe fatum, ſicut aquæ eſt infrigidare, & lapidi deorſum ferri; ita & animali quieſcere, & ſecundum impetum fati moueri. Sed huiuſmodi, ſicut paulò ante dixi, omnem politiam euer-

Stoici dicunt fato nos regi.

Cicero.

Apuleius.

Aſtronomi.

An fatũ ſit immobile.

Chryſippus.

 Fatũ immobile.

am euertunt. Ad quid enim leges, & iudicia, laudes, & vituperia? denique exularet prouidentia cum pietate. Ægyptij fatum eſſe affirmant: verti tamen orationibus, & auerſionibus: eſſe enim quaſdam aſtrorum curationes, aiunt, quæ illa mitigent: & alias item ſuperadditas virtutes, quæ fatum auertere poſſint: atque ideo orationes, curationesque Deorum eſſe excogitatas. Sed ſi horum ſententia vera ſit, quomodo fatum erit? Siquidem contingentium, & neceſſariorum faciunt eſſe fatum. Contingens autem eſt indeterminatum. Quod verò eſt indeterminatum, habetur ignotum: atque ita omnis diuinatio interimitur. 1.
Inſuper, ſi ars illa deprecationum, quæ prohibeat ea, quæ à fato ſunt, omnibus ſit poſſibilis; 2.
nihil planè poſſet impedire, quò minus ſermone tantum fatum euerti poſſet: ſi autem quibuſdam eſt poſſibilis, quibuſdam autem non; quibus ergo, & quis eſt hoc conſeruans? Nam ipſum fatum hos quidem fecit diuinitatis cultores; illos autem minimè. Amplius, 3.
omnia ſecundum fatum eſſe inuenirentur: oratio enim, & Deorum cultus, non ſolum non minus in nobis eſſe apparuit quàm fatum, ſed magis: aiunt enim orationem ſolam in nobis eſſe, & cultum Deorum, aliud nihil. Si autem non fatum, ſed aliud horum cauſa eſt: illud magis fatum eſſe apparebit: ſiquidem in eo, quod poteſt per orationem dirigere, vel non dirigere: totum fati continet imperium. Etenim his, qui poſſunt, nihil eſt fatum: illis autem, qui non poſſunt, omnia ſecundum fatum inuenientur. Iudæi per ſcientiam Kabaliſticam, & intimum ſacrarum literarum ſpiritum, docent fatum ſuperari poſſe: Iamblicus per efficacem Deorum cultum: Porphyrius per magicam ſapientiam Apollinis oraculo teſte: ait enim in lib: de oraculis: Cùm quæreret aliquis, cur ineptus ad rem quampiã fuiſſet: reſpondit Apollo, fatorum vi impediri, quam quidem magicis artibus effugere poterat: hanc ob cauſam putauit magicam artem cœlitus eſſe conceſſam, vt aliquo modo fatum repelleret. Sed hæc omnia ſunt falſiſſima maligni ſpiritus commenta. Nam fatum, & ſi ſecundum ſecundarum cauſarum conſiderationem, mobile ſit: quatenus tamen diuinæ ſubeſt prouidentiæ, immobilitatem ſortitur, conditionalem tamen. Quam ob cauſam, poſteaquam Boëtius dixiſſet fati ſeriem eſſe mobilem, ait: quæ tamen ab immobilis prouidentiæ proficiſcitur exordiis, ipſam imutabilem eſſe, neceſſarium eſſe: ex quo etiam patet ad argumenta reſponſio: denique quid ſit ad aſtronomorum rationes dicendum. Suffragatur huic ſententiæ Albumaſar, qui ait, locorum varietate, aſtrorum impetum à nobis pelli poſſe. Et Ptolomæus ait, quòd ſapiens dominabitur aſtris. Aſtronomi quoque dicunt, puerum natum octauo menſe, nocte, ſub Saturno ſtationario, ſtatione prima in ſagittario aſcendente, ſemianimem profectò, & vix, vt videbatur, victurum ad triduum; tamen diligentiſſime curatum, vitam longo tempore peregiſſe: non ergo fati imperium eſt prorſus inuincibile: tametſi ſint aliquæ non contemnendorum authoritates virorum, quæ contrarium quodammodo præſeferre videntur: veluti eſt illa Senecæ ſententia in quæſtionibus naturalibus: Fatum eſt, inquit, neceſſitas omnium rerum, & actionum: quam nulla vis poteſt irrumpere, ex Iouis diſpoſitione, diffinitoque conſilio Deorum. Verum hæc Senecæ diffinitio, diuinæ potius eſt tribuenda prædeſtinationi, quàm fato, de qua paulò pòſt me locuturum ſpero. Addunt Apollinis oraculum, qui interrogatus, quanto tempore illius templum eſſet duraturum, reſpondit: Tunc quoque terrifico percuſſum hoc fulmine templum, ardebit: ſic ſtat fatorum immobilis ordo. Ferre autem longè præſtat quodcunque ſeueræ Et fixa, & ſtabili ſtatuerunt lege ſorores. Eſſe enim incertum ſtabile, mutabile ſemper, Quidquid neunt fuſis Parcæ rex iuſſis Olympi. Sed hæc ſunt Apollinis verba, quibus fides non adhibenda: vel ad diuinam prouidentiam referenda ſunt: de qua mox loqui decreui. Idem Homerus ſentire videtur: Non eſt qui fixas Parcarum effugere leges aut poſſit. Propter quod Seneca in Tragœdiis ait: Fatis agimur, credite fatis. Non ſolicitæ poſſunt curæ mutare rati ſtamina fuſi. Quidquid patimur mortale genus, quidquid facimus venit ex alto. Et Ouidius: Tu ſola inſuperabile fatum. Aulus Gelius 9. Verba Chryſippi exponens, inquit: Fatum eſt ſempiterna quædam, & indeclinabilis ſeries rerum, & cathena ſeſe implicans per æternos conſequentiæ ordines, ex quibus aptata conne-

Ægyptij. Contra Ægyptios. Iudæi. Porphyrius. Albumaſar. Sapiens dominabitur aſtris. Seneca. Apollinis oraculum. Verſus Apoll. Homerus. Seneca. Ouidius.

mobile.

xaq́ eſt. Sed hæc intelligenda ſunt, ſicut illa Ciceronis de fato diffinitio. Iuuenalis ſat: 7. Sydus & occulti miranda potentia fati. Seruis regna dabunt, captiuis fata triumphos. In Gorgia apud Platonem, mulierum dictum eſſe refertur: Neq́ enim, inquit, hic viuere quantumcunq́ tempus, optandum eſt viro, qui verè ſit vir, neq́ vita hæc amanda eſt; Sed hæc Deo cura relinquenda: mulieribusq́ adhibenda fides, quæ dicunt, Neminem vitare poſſe fatum. Cæterum Plato in Timæo inducit concinnantem Deum in creandis rebus apud optimates ſuos, ſtellas ſcilicet, quibus ſingulis pares delegit animas: pariaq́ tribuit curricula, ſtatuentem præterea ex præfinito illis rebus, vti proſpicerent inferioribus, ac dantem iura, legesq́ fatales. Bifariam autem fatum vocatur à Platone, hoc quidem ſecundum ſubſtantiam, aliud verò ſecundum actum. Secundum ſubſtantiam ſanè, animam vniuerſi: ſecundum actionem autem, diuinam legem inpreuaricabilem. Hanc autem legem ad cunctorum decorem à ſupremo Deo animæ vniuerſorum datam eſſe: per quam producit ea quæ fiunt: conatur namq́ oſtendere electionem in nobis eſſe: quæ verò electionem ſequuntur, fines, in fato conſiſtere ex neceſsitate. Atqui nos non ex neceſsitate ſequimur ea, quæ ſunt prouidentiæ, ſed contingenter: neq́ voluntas Dei eſt ſeruire neceſsitati, qui neceſsitatis eſt conditor; nam neceſsitatem impoſuit aſtris, vt ſemper ſecundum idem mouerentur, & mari ſimiliter: Proinde omnia ab eo reguntur, omniaq́ ſunt contingentia: nam omnes has neceſsitates poteſt cùm voluerit, mutare. Non ergo fato neceſſariò inſeruimus: niſi fortaſsis intellexerit illa duo, nempè generationem, & tranſmutationem, quæ à Mercurio fato ſunt attributa: illis ſiquidem vniuerſa, quæ ſub Lunæ orbe continẽtur, neceſsitate quadam naturali inſeruiunt. Itaq́ fatum ſecundũ Platonem, eſt immobilis quædam in anima mundi rerũ mobilium diſpoſitio: fati verò inſtrumenta, eſt natura cœleſtis: Materia aũt in quam agit per huiuſmodi inſtrumentum, eſt moles elementorum. Quoniam autem vis fatalis per inſtrumentum cœleſtè elementis infuſa, in materiam & formam atq́ compoſitum agit; hac de cauſa tres fati Parcæ cõnumerantur: inſuper quia in eſsentiam agit, virtutem, & actionem; denique in principium, medium, & finem. Quoniam verò non ſolùm agit in corpora, verùm etiam aliquo modo in animos, quatenus corporum affectus inſequuntur; ob id dictum eſt à Platone 12. de legibus, Parcas tum corporum, tum animorum, legumq́ proſperitatem ſeruare poſſe: denique quia mens diuinæ prouidentiæ quandoq́ fauore fruitur diuino, atq́ protegitur; idcirco vel fatum ſuperat vel fato feliciter vtitur: propterea ait coniungendũ eſſe cum mente ſenſum, ſcilicet vt menti pareat atq́ miniſtret. Apud philoſophum Fatum eſt naturæ inſtitutio, naturaliſq́ rerum ordo: vnde id fato euenire dicitur, quod ſcilicet naturale eſt, atq́ naturæ ordinem ſequitur 5. phyſ: tex. 57. Aliquæ, inquit, generationes non ſunt fato deſtinatæ, ſeu diffinitæ; quibus hæ quæ ſunt ſecundum naturam, contrariæ ſunt: generationes ergo naturales à græcis Aimarmenæ dicuntur, hoc eſt, ordine fatali, atq́ cœleſti procedentes. Et in quarto de generatione animalium, capitulo vltimo, inquit: Multa principia incidunt, quæ generationes deſtinatas ſecundum naturam, & corruptiones impediant: atq́ in cauſa ſint earum, quæ veniunt præter naturam. Quam ob cauſam Alexander (ſicut dictum eſt) ex ſententia Peripateticorum collegit, fatum à natura non differre. Hanc peripateticorum doctrinam nobiliſsimus poëta in 4. Æneidos imitatur, vbi de morte Didonis loquens, ait; Nam quia nec fato merita, nectere. Et Cicero in Antoniano: Si quid mihi humanitus accidiſſet: multa enim impendere videbantur præter naturam, etiam præterq́ fatum. Nonnunquam autem Virgilius fatum vocat, diuini conſilij executionẽ æternamq́ Dei prouidentiam: vt eſt illud Æneidos 1.

Iuuenalis.

Mulierum dictum.

Platonis opinio de fato.

Voluntas Dei non eſt ſeruire neceſsitati.

Diffinitio fati

Tres Parcæ quare fato tribuuntur.

Fatum apud Ariſtotelē eſt natura.

Alexander.

Virg.

Parce metu Cytherea manent immota tuorum
Fata tibi: cernes vrbem, & promiſſa Lauini
Mœnia: ſublimemq́ feres ad ſydera cœli
Magnanimum Æneam: Neq́ me ſententia vertit. Et 6. æneidos.
Deſine fata Deum flecti ſperare precando. Et illud Deiphobi

Sed

Sed me fata mea, & ſcelus exitiale lacenæ,
His merſere malis. *Et plurima huiuſmodi apud illum.*

Hæc igitur obſeruanda ſunt in lectione præſtantiſsimi poëtæ, nec non & philoſophi nobiliſsimi. Cæterum inter tantam nubem teſtium, Mercurius ſecuriorē verioremq́; mea quidem ſententia, partem ſequitur: ſiquidem cùm fatum apud ipſum ſit ſtellarum diſpoſitio; non eſt rationi conſentaneum, vt corporibus dominetur, & animis: alioqui omnia illa, quæ ante dicta ſunt, ſequerentur abſurda, nempè fruſtra leges eſſe: nullam eſſe virtutis laudem: extinctum penitus liberum hominis arbitrium; denique Deum bonum, eſſe malorum authorem. Verum tamen eſt, fatum dominari animæ mentē non habenti: nam iuxta Platonem in Timæo: Intelligentiæ dij quidem omnes, homines verò pauci participes ſunt. O bone Pymander, da mihi quæſo mentem, intelligentiam, intellectum bonum, vt fatum meum, hoc eſt, congenitus affectus rerum temporalium non dominetur mihi, ſed ſuperem, aut feliciter vtar.

Prouidentia Dei ſecundum Mercuriū

Quibus dominatur fatum.

Oratio.

DE DEI PROVIDENTIA.

MERCVRIVS DIAL. 12.

Arduum quiddam eſt ô fili Deum percipere. hunc quoties intueri volueris, aduerte mundi ordinem, atq; ordinis eius ornatum. Aduerte neceſsitatem illorum, quæ ſenſu percipiuntur, prouidentiamq́; cunctorum, quæ facta ſunt antè, & quæ quotidie fiunt. Aduerte plenam vitæ materiam. Talem ac tantum Deum cum omnibus bonis, & pulchris diis, dæmonibus, & hominibus incedentem.

Comment: VIII.

Q*uoniam de ſtellarum, fortunæ, atq; fati dominio hactenus balbutiendo locuti ſumus: deq; diuina prouidentia ſæpè mentionem fecimus, à qua illa omnia ordinari, gubernari, diſponiq; diximus; hac de cauſa rationi conſentaneum eſſe duximus, poſt aliqua illorum libamenta, de diuina prouidentia diſputationem aliquantulùm longiorem texere: præſertim cùm de hoc negotio abundè, diſertè, dilucideq́; ſapientiſsimus diſputet Mercurius: cuius verba variè ſparſa, in vnum ordinem textusq; ſeriem reducere curauimus. Itaq́; 12. Pymandri dialogo, cum ſuo filio de multis diſputans, inter alia, diuinæ meminit prouidentiæ.* Scio, *inquit*, tibi animum eſſe Deum cognoſcendi: arduum eſt, quod quæris: attamen ex illius prouidentia, qua cuncta ſapienter prouideq; diſponit, illum cognoſcere poteris. Arduum, *inquit*, eſt Deum percipere. *In cauſa autem eſt proportio intelligendi, nam oculus noſter, ſeu intellectus, ſine diuino lumine, ita ſe habet ad Dei maieſtatem intelligendam, ſicut oculus noctuæ ad lumen Solis. Potentiarum ordo in intelligendo ob primi peccati pœnam inuerſus, atq; labefactatus: denique in rebus eſt nihil, ex quo noſter intellectus, aliquod diuinæ maieſtatis fantaſma haurire poſsit: ſine autem fantaſmate pro huius vitæ conditione, niſi diuinitus adiutus, aut nihil, aut maxima, cum caligine aliquid percipit. Reliquum eſt ergo, vt ex his, quæ facta ſunt, quæq; fient, Deum agnoſcamus.* Hunc autem, *inquit*, quoties intueri volueris, *aſpice ſpeculum in ænigmate,*

Dial. 12.

Tex. expoſitio.

Vnde difficultas Dei cognoſcendi.

Prouidentia Dei ſecundum Mercuriũ.

gmate, aduerte mundi ordinem, atq; ordinis eius ornatum. *Potentiſſimum ſanè diuinæ prouidentiæ ſignum: eſt omnium rerum pulcherrimus, atq; inuiolabilis ordo: è contrà maximum imprudentiæ argumentum, atq; omnium rerum confuſio, deordinatio, ordiniſq; perturbatio, præſertim in principe, à quo ſubditorum vita eſt ordine gubernanda. Neq; enim tam diu, & tam inuiolabili lege omnia ſic incederent, niſi optimo diuinæ prouidentiæ ordine conſtarent.* Aduerte, *inquit*, neceſsitatem illorum, quæ ſenſu percipiuntur: *hoc eſt, naturalem obediẽtiam, qua præfixum ordinem ſeruant,* prouidentiamq; cunctorum quæ facta ſunt antè, & quæ quotidie fiunt. *Bene autem ordinem præmiſit rerum, atq; earundem naturalem obedientiam: nam ex illis fit, vt vnicuiq; prouideatur, atq; proſpiciatur à patre omnium Deo, pro vniuscuiusq; ſalute tuenda: quod planè ad prouidentiam pertinet. Eſt enim prouidentia, ſapientia in mente primi opificis, qua ſingulis ſingula diſtribuit, pro illorum naturæ qualitate, atq; operum diſtributione ſeruanda.* Aduerte, *inquit*, plenam vitæ materiam. *hoc eſt: mundum hunc materialem vita informatum, à ſuo vtiq; opifice.* Quid aliud, *inquit*, exiſtimas eſſe materiam, quam rudem indigeſtamq; congeriem? hanc exiſtere poſſe ne credas, niſi formetur: quòd ſi formatur: ab aliquo certè formatur; operationes enim formandi, partes Dei eſſe diximus. *Et eſt ſenſus:* Dixi tibi ô fili, Deum eſſe circa omnia ſimul atq; per omnia, deniq; omnium poteſtatem, & actum: *at actus eſt forma: Deus ergo eſt omnium forma: quippe, qui omnium ſit formarum, earundemq; operationum primus, & opifex, & motor.* Ex quatuor ergo his fili, agnoſces, percipieſq; Deum; ex ordine ſcilicet rerum, ex naturali earundem obedientia, ex illius prouidentia, qua ſingulis quibusq; proſpicit: deniq; ex vita, quam moli corporeæ conceſſit. Etenim ſicut mundi partes ſunt cœlum, *inquit*, aqua, terra, & aer: eodem modo Dei membra, vita, mortalitas, neceſsitas, prouidentia, natura, anima, mens; horumq; omnium participatio, ipſum bonum: neq; fit aliquid vſq;, neq; eſt factum, vbi Deus ipſe non ſit. *Senſus eſt: Quemadmodum æther, aqua, aër, & terra, extra mundum eſſe nequeunt, & qui illa negaret, mundũ quoq; eum negare oporteret: eodem propemodum modo, vita, prouidentia &c. ſine Deo eſſe nõ poſſunt: & qui huiusmodi negare voluerit, Deum vtiq; negabit. Hanc ob cauſam per quandam tranſlationem vocat* Dei membra, *quia nimirum membra, in corpore inueniuntur; & hæc quidem in Deo:* vita & mortalitas; *quia habet clauem vitæ, & mortis:* neceſſitas; *quam rebus naturalibus indidit:* prouidentia; *quia vniuerſa gubernat:* natura; *quam vniuerſis diſtribuit creaturis:* animam, *rebus viuentibus:* mentem, *hominibus, & angelis.* Horum participatio eſt ipſum bonum, ipſe Deus, cuius participatione creata omnia ſunt bona. Deniq; nihil factum eſt, aut fiet, vbi Deus ipſe non adſit: proinde omnia videt, omnibus prouidet, omnia continet, omnia fert verbo virtutis ſuæ. A quo, *inquit*, vita donantur animantia ſingula? A quo mutantur, quæ mutabilia ſunt? ſiue materiam, ſiue corpus, ſiue eſſentiam nuncupaueris; Dei actus eſſe memento. *Si itaq; Deus eſt actus omnibus: actus verò eſt vita viuentibus; quia vita in actu conſiſtit: Deus ergo eſt viuentibus vita. Item, ſi actus eſt cauſa eſſendi, & quæ motu carent, eſſe veſtiuntur: Deus ergo eſt omnibus & vita, & eſſe, quod Mercurius vocat rationem, ſeu diffinitionem rerũ:* Propterea, *dicit*, Deum eſſe actum materiæ, & materiæ rationem, actum corporeum, corporumq; rationem, actum eſſentiæ, eſſentiæq; rationem. *q. d. vniuerſa, ſiue materialia tantùm, quæ habent eſſe, ſiue corporalia, quæ habẽt ſenſum, & eſſe, veluti ſunt animantia omnia, ſiue eſſentialia, vtpote homines, & angeli, quibus præter hæc adeſt intellectus, à Deo habent, vt ſint, ſentiant, viuant, atq; intelligant.* Id igitur omne Deus eſt: neq; quicquam eſt in omni, quod non ſit ipſe Deus: itaq; nec magnitudo, neq; locus, neq; qualitas, neq; figura, neq; etiam tẽpus, circa

Ordo rerũ diuinæ prouidẽtiæ ſignum.

Prouidentia quid?

Deus eſt actus omnium.

Dei membra.

Deus eſt vita omnium.

Deus eſt omnibus eſſe.

Deus eſt per omnia.

Prouidentia Dei ſecundum Mercuriū. Paulus.

pus, circa Deum omne enim eſt. Omne autem circa omnia, atq; per omnia. *Idem dicit Apoſtolus, Deus eſt omnia in omnibus. Deus eſt omnia, quia omnibus largitur eſſe, & viuere, circa omnia, quia omnibus prouidet, per omnia, quia in omnibus operatur. paulò ante in eodem dialogo, ait:* neceſsitas, prouidentia, natura, ſunt organa mundi. Natura, *quia vniuerſa ſubſiſtunt:* neceſsitas, *quia vniuerſa obediūt:* prouidentia, *quia vniuerſis conſulitur. His ſanè rebus, veluti quibusdam organis Deus vtitur in rerum omnium adminiſtratione conſeruanda. In fine 14. Dial. ridet eos, qui putant aut Deum mundum non condidiſſe, aut illius curam non habere.* Nihil eſt magis ô Aeſculapi ridiculum, quàm ille, qui dicit Deo agendorum facultatem deeſſe. Nam dum ſe Deum venerari fatetur, ex eo quod creandi negotio, curaq; liberat, Deum ipſum prorſus ignorat: quodq; deterius eſt mortalium illi paſsiones aſcribit, inuidiam, ſuperbiam, ignorantiam, imbecillitatem. Niſi enim faciat omnia, aut ſuperbus eſt, aut potius imbecillis: quorum vtrumq; nefarium. Deus autem vnicam habet naturam, idq; ipſum bonum eſt: bonus autem nec ſuperbus eſt, nec impotens: bonum autem eſt ipſa vis omnium agendorū. Itaq; Deus inſtar agricultoris diuerſa in terræ gremium ſemina diffundentis, in cœlum quidem ſerit immortalitatem, in terram verò mutationem, in totum deniq; mundum vitam, ac motum. *hæc Mercurius. Adde, quod neq; eſt inuidus, quia inuidia longe eſt à ſuperis: omnia ergo curat. Neq; ignorans, omnia ergo ſcit, neq; in cognoſcendo intellectus eius vileſcit. In primo dialogo dicit,* Dei prouidentiam per fatum *.i.* ſtellarum diſpoſitionem; generationes contexere rerum. *Item dial. v.* Deus ſane, *inquit*, totius expers inuidiæ, per ſingulas mundi particulas vbiq; ſplendet, atq; à Deo ſe notum præſtat, vt non intelligere modo, ſed manibus etiam ipſis (vt ita dixerim) liceat attrectare. Nam vndiq; noſtris oculis eius obuerſatur, ſeſeq; obijcit, & inculcat imago. Deniq; cum Deum videre volueris, ſuſpice Solem ô fili mi Tati. ſuſpice ſyderum ordinem reliquorum. Quis age perpetuum horū ſeruat ordinem? Quis menſuram ſingulis motionis aſsignat? Quis mare ſuis finibus circumſcribit? Quis terræ pondus ſiſtit, ac librat? Eſt certè aliquis ô Tati, horum author, dominus. Etenim locum, vel numerum, vel menſuram ſeruare, abſq; autoris virtute, impoſsibile eſt: ordo fieri à deformitate nequit. Eget autem deformitas domino, qui ordinem præbeat. *hæc Mercurius. quæ profectò ſine Dei prouidentia conſiſtere nequeunt. Quomodo enim rerum ordinem conſeruabit, ſi illarum curam non gerit? Quomodo, inquam, bonus eſt rerum opifex, & pater, ſi illa negligit, quæ condidit? Falſum eſt, & temerarium iudicium, & penitus Deo indignum: ipſe enim diligit omnia, quæ fecit, quatenus ab ipſo condita ſunt: malum autem non eſt ab ipſo, ſicuti dicit Mercurius 14. dial.* Vnica, *inquit*, Deo gloria omnium conſtitutio, atq; id eſt velut corpus Dei effectio. Ab ipſo profectò nihil malum, nihilq; turpè. hæ ſiquidem paſsiones ſunt creata ſequentes opera, quemadmodū æs rubigo, animata corpora limus. *Cæterùm ſi Deus perpetuū ſyderum conſeruat ordinem, & mare finibus circumſcribit, & terræ pondus ſiſtit, & eius gloria, eſt omniū conſtitutio; omnium ſine dubio curā gerat, neceſſe eſt: malo tantum excepto, cuius eſt ordinator, non autem curator. Quam ob cauſam dial. 5. clariſsimè oſtendit Deo curam eſſe de omnibus.* Quemadmodum, *inquit*, ſine factore fieri quicquam nequit: ita Deum exiſtimare niſi ſemper agat omnia, impoſsibile eſt, in cœlo videlicet, in aere, in terra, in mari, in toto mundo, in qualibet particula mundi tota, tum in eo quod eſt, tum in eo quoq; quod non extat. Nihil enim eſt in omni natura, quod ille ipſe non ſit. *Similis ſententia habetur in Ioanne: Pater meus vſq; modo operatur: Etenim non ſolùm Deus omnia condidit, verùm etiam omnia curat, atq; gubernat. Volens autem Mercurius*

Organa mūdi

Dial. 14.

Deus facit omnia.

Deus omnia curat.

Primus dial. & v.

Ordo creaturarum Deum demonſtrat.

Deus diligit omnia.

Malum non eſt à Deo.

Dial. v.

Deus præbet omnia.

Prouidētia Dei ſecundum Platonē.

pro ſua prouidentia Deo gratias agere, in eodem Dialogo, dicit: Quò vertam oculos, vt te laudem? ſuprane, an infra? intus, an extra? non modus, non locus circa te, non aliud quiddam ex omnibus. In te autem omnia, abs te omnia, præbes omnia. *Senſus eſt, Tu modum non habes, quia es ſupra modum, loco aliquo non concluderis: ſed in te ſunt omnia, quia omnia ſuſtentas, ne in nihilum redigantur. Abs te omnia, quoniam à te condita: præbes omnia, quia ſcilicet omnia gubernas, foues, paſcis,*
Dial. 9. *curas, protegis. Dialogo 9. loquens ad Æſculapium dicit, Deum omnia mouere, cuncta ab eo pendere, iuxta illud Dauid: Omnia à te expectant, vt des illis eſcam in tempore opportuno:* Deus, inquit, ô Æſculapi, non vt quibuſdam videtur, ſenſu menteq; captus eſt: illi enim miſeria præſsi perperam obloquuntur. Quæcunque
A Deo pendēt omnia. ſunt in Deo, ſimulatq; à Deo pendentia, partim per corpus agentia, partim mouentia per eſſentiam animæ, alia per ſpiritum viuificantia, alia verò
Receptacula defunctorū. receptacula defunctorum. *Senſus eſt, & corporalia, & ſenſu participia, & rationalia, & ſpiritualia, deniq; animæ defunctorum à Deo pendent, & conſeruantur. Vnde Mer-*
Deus mouet omnia. *curius:* Id eſt ſenſus & intellectio Dei, cuncta ſemper mouere. *Itaq; ſi Deus mouet omnia, omnia ergo regit, & curat: nam vt ipſemet Mercurius dicit ibidem,* extra ipſum nihil: extra nihil ipſe. *Dial: autem 10. propriis verbis dicit Deo curæ eſſe de*
Deus nouit & curat homines. *homine:* Neq;, *inquit*, Deus ignorat hominem, ſed curam eius habet, ab eoq; ſe cognoſci vult. hæc vnica ſalus hominis, cognitio Dei: hæc ad olympū aſcenſio. *Tria hîc notatu digna dicuntur à Mercurio: in primis hominem à Deo cognoſci: non ergo ſingularia non intelligit, vt quidam volunt. Deinde illius curam habere; falſum eſt ergo, quod quidam dicunt, Deum humanos actus reſpuere. Poſtremò, quia vult ab homine cognoſci: quod planè nequaquam vellet, ſi homini poteſtas quædam largita non fuiſſet Dei cognoſcendi. Itaq; ex perfectiſsimo, atq; perpetuo rerum omnium ordine, ex earūdem neceſsitate, ſeu naturali obedientia, ex vita, & motu, quæ ſuis communicauit Deus creaturis, ex ſingulari cura, quam circa homines habet, quorum gratia cætera condidit, ex perpetuo deſiderio, quo vult ab hominibus cognoſci: facilè animaduertimus, ſecundum*
Epilogus. *Mercurium, diuinam prouidentiam in mundo inueniri, & ab ea omnia gubernari.*

QVAESTIONIS PRIMAE CAP. I.

Prouidentia Deo ex Platone & Plotino probatur.

Quare aliqui negabāt prouidentiā Dei.

PLato x. de legibus, multis, eiſdemq; fortiſſimis rationibus, diuinam demonſtrat, approbatq; prouidentiam: Sunt, inquit, qui quamuis Deos eſſe dicant; curam tamen humanarum rerum negant habere. In cauſa autem eſt, quia vident improborum iniuſtorumq; hominum ſucceſſus; qui licet reuera felices non ſint, vulgo tamen felices habentur. Inſuper huiuſmodi ad ſenium vſq; ita deuenire, vt filios, atq; nepotes in maximis relinquant honoribus. Vident præterea, quàm multa iniuſtè, & impiè geſſerint, & propter ipſa tamen ſcelera, ex re parua in ma-
Soluuntur rationes. *gnam, & ex infimo gradu, ad tyrannidem perueniſſe. Propterea cùm harum rerum authores eſſe, propter ipſam cum illis coniunctionem incuſare, & aduerſus eos peccare nolentes, huc tandem delapſi ſunt; vt licet Deos eſſe arbitrentur, humanas tamen res ab il-*
1. *lis negligi credant. Verum qui delitiis, otioq; deditus, quem Heſiodus ignauis maximè fucis ſimilem dicit, odio nobis habetur. Non ergo dicendus eſt Deus eos mores habere, quos*
Deus non cōtemnit parua. *odit: nec permittendus eſt vllus ita dicere. An ille, ad quem operis alicuius affectio, & cura maximè pertinet, magna in eo opere curabit, parua contemnet? Nónne ſiue homo, ſiue Deus duabus de cauſis negligit? vel quia nihil intereſſe totius putat, ſi parua negli-*
2. *guntur, vel quia licet intereſſe opinetur, pigritia tamen mollitieq; detentus, negligit. Aliter enim negligentia non contingit. Nam quando quis non poteſt omnium curam gerere*

magnorum

Prouidẽtia Dei ſecundum Platonẽ.

magnorum paruorumq́;, atq; ideo imbecillitate impeditus non curat: negligentia tunc in
eo eſſe non dicitur, ſiue homo quidã ſit impotens, ſiue Deus aliquis non poſſe ſingatur. At,
cùm Dij ſciant, videant, audiantq́; omnia, atq; poſſint, ſintq́; boni, optimi; nulla ergo pigri-
tia, nulla mollicie capi eos, poſsibile eſt. Nam à timiditate in nobis otium naſcitur, pigri-
Deus non eſt piger.
tia verò ab otio, atq; mollicie. Nullus ergo Deorum, otio pigritiaq́; corruptus, quicquam
negligit. Nullius enim timiditatis Deus eſt particeps. Ergo relinquitur, ſi paucas par- 3.
uasq; in vniuerſo res negligunt; vt ita negligant, aut quia contemnenda illa eſſe ſciunt, aut
propter ignorantiam, cùm prouidere debent, non prouideant. vel ſicut improbos homi-
Deus non eſt improbus.
nes dicimus, meliora quidem videre, ſed voluptate, aut dolore fractos, deteriora ſequi;
ſic Deos, quamuis ſciant prouidendum eſſe, ſimiliter non prouidere. ſed nefas eſt hoc de
Deo ſentire. Amplius, res humanæ viuentis naturæ participes ſunt, & homo ipſe præce- 4.
teris animalibus Dei cultor diligentiſsimus eſt: mortalia autem cuncta viuentia à diis
facta ſunt, & poſsidentur, quemadmodum & cœlum vniuerſum. Iam ergo ſeu parua hæc,
Deus non negligit ſuam poſſeſsionem.
ſiue magna quis dixerit diis eſſe; nullomodo cùm prouidentiſsimi ſint, atq; optimi, negli-
genda ſibi ſua poſſeſsio eſt. Amplius, parua difficilius quàm magna videntur, & audiun-
tur: facilius autem tenentur, ferenturq́;, & prouidentia gubernantur parua omnia, &
pauca quàm eorum contraria. Quòd ſi medicus totum corpus curare velit, ac poſsit, ſi
Parua nõ ſunt negligenda.
magnis prouiderit, parua verò contempſerit, nunquam bene ſe habebit totum. Sed nec gu-
bernatores, nec imperatores, nec patresfamilias, nec ciuitatum moderatores, neq; vlli
omninò tales, paucis paruis neglectis, multa, & ingentia gubernabunt. Nam lapides
quoq; magnos ſine paruis bene ſtrui, negant architecti. Caueamus ergo, ne Deum mor-
talibus opificibus viliorem eſſe putemus. Iſti ſanè, quantò peritiores ſunt, tantò arte vna
Deus prouidet omnia.
in propriis ipſorum operibus, & parua ſimul, & magna exquiſitius perficiunt: Deus
verò qui ſapientiſsimus eſt, & curare poteſt, & vult; magnis quidem prouidebit ſolùm,
parua autem, quæ facilius gubernari poſſunt, propter pigritiam, & ignauiam negli-
get? Nefaria, & falſa penitus eſt hæc cogitatio. Ceterùm qui toti prouidet, ad virtu-
tem, ſalutemq́; totius omnia ordinat: cuius pars quæq; pro viribus, quod ſibi conuenit,
agit, & patitur: atq; his ſinguli præpoſiti principes ſunt, qui minimarum etiam actio-
Omnia ſiunt ob gratiam vniuerſi.
numq; paſsionumq́; per ſingulas, & extremas vniuerſi particulas, diſtributione ad vlti-
mum vſq; peracta, curam habent. Quarum vna tua particula eſt, quæ ad totum ſemper re
ſpicit, quamuis minima ſit. Tu verò ignoras ſingulorum generationem, illius gratia fieri, vt
vniuerſi ipſius beata vita ſit; non tui gratia, ſed illius tu gratia factus es. Medicus enim
& artificioſus opifex omnis, totius gratia ſingula facit: & ad communem perfectionẽ diri-
git omnia: non totum ad partem, ſed partes ad totum ſingulas referens. Tu autem mole-
Iudicium contra eos, qui putant ſe à Deo negligi.
ſte fers, quia ignoras quo pacto quod tibi optimum eſt, vniuerſo ſimul, & tibi pro com-
munis generationis viribus conuenit. Itaq; hoc deorum, qui cœlum, qui à diis negligiſſe pu-
tant, iudicium eſt, vt qui melior ſit, ad meliores, qui autem peior, ad peiores animas, tam
in vita, quàm in omni morte proficiſcatur, patiaturq́;, & agat quæ à ſimilibus ad ſimilia
fieri oportet. Quare nullus optet, confidatq́; ſe à Deo felicem fore; vt iudicium hoc deorũ
effugiat, atq; exuperet. Nunquam enim ab illo negligeris, nec ſi ita paruus ſis, vt in terræ
profundum ingrediaris, nec ſi adeò ſublimis fias, vt pennis elatus in cœlum voles; ſed con-
uenientia ſupplicia dabis, ſiue hîc manens, ſiue ad inferos profectus, ſiue ad remotiorem
Nemo à Deo negligitur.
aliquem locum tranſlatus. Eadem quoq; de illis ratio ſit, quos per nefaria ſcelera, ex par-
uis in magnos viros euaſiſſe intuiti, putamus ad felicitatem ex miſeria perueniſſe. Quorũ
in operationibus, velut in ſpeculo deorum ad omnia negligentiam inſpexiſſe, exiſtimamus,
quod videlicet ignoremus ad quid eorum progreſſus vniuerſo conducant. Non oportet au-
tem hoc ignorare, quod qui neſcit, nec viuendi formam vnquam conſpiciet, nec verba de
Deus eſt princeps omnium
vitæ beatitudine, vel miſeria facere poterit. Itaq; principem Deum eſſe, neceſſe eſt, qui
totum cœlum perpetuò gubernat, qui iniquis muneribus non corrumpitur. Plotinus ænn: 3.
Plotinus.
lib. 3. c. 2. Platonem ſecutus, imperatoriæ maieſtati diuinam comparat prouidentiam: To-

Prouidētia Dei ex Plotino.

Deus eſt ſagax diſpenſās omnia.

tus, inquit, mundus prouidentia quadam imperatoria eſt inſtitutus, cernente actiones & paßiones, & quæ adeſſe oporteat alimenta, arma, machinas: & profectò quodcunq; ex his inter ſe connexis conſpirantibus conſequuntur, ſunt præuiſa: vt quodcunq; ex his euenit, locum vbi bene ſitum ſit, nanciſcatur. Procedunt quidem omnia ab exercitus duce, ſagaci quadam ſolertiá; ratione: quamuis etiam externa ſint, ab eoq; aliena, quæ hoſtes ſunt illaturi. Procedit autem hæc diuina prouidentia ab initio ad finem deſuper ſe diffundens: nec æquali ſecundum numerū proportione, ſed ſecundum comparationē quandam proportionis aliter diſtribuit alibi: quemadmodum in vno quodam animali à principio ad extremum ritè connexo, membrum quodlibet munus proprium poſſidet, & melius quidem actionem habet præſtantiorem, deterius autem inferiorem ſibi conuenientem. Etenim partes inter ſe diuerſæ diuerſas habent & actiones: vnum nihilominus ex cunctis, & prouidentia vna. omnia enim quæ in mundo intelligibili ſunt, ratio ſunt; ſupra autem rationem intellectus & anima pura: quod verò deinceps, quatenus inde prouenit, prouidentia eſt, & quatenus eſt in anima pura, & quatenus in animalia propagatur. Ratio vtiq; in partes inæquales diſtributa progreditur, iccirco nec facit æqualia, ſicut apparet in quolibet

Amica deo eſt prouidentiæ ratio.

animali: quæ verò deinceps ſunt, prouidentiam commitantur: amica enim eſt Deo prouidentiæ ratio, quæ haud ſecus ſe habet in mundo, quàm in animali ſanitas. Cùm igitur vniuerſum hoc ſit animal; qui ea, quæ fiunt in ipſo videt, videt etiam ex quibus fiunt: pro-

Prouidentia vbiq; regnat.

uidentiamq; in ipſo regnātem, quæ quidem ordine per cuncta procedit, & quæ ſunt, & quæ fiunt. Quoniam autem meliora ſunt in mundo, iccirco ſunt quoq; deteriora: proinde quicunq; deterius è mundo tollendum cenſent, tollunt ipſam etiam prouidentiam. Cuiusnam amplius prouidentia erit? Non enim ſui ipſius, neq; etiam melioris: quandoquidem dum ſupernam prouidentiam nominamus, ad id eam, quod inferius eſt, referimus. Plotinus in angelis, & cœlis Dei prouidentiam eſſe, minime negat, ſed eam dicit maximè apparere

Qui tollit mala tollit prouidentiam.

in iſtis inferioribus, vbi bonis mala commixta ſunt: prouidentiæ autem munus eſt, ſingulis ſingula tribuere loca; vnde poſtea ſanitas vniuerſi conſurgit. Ipſum, inquit, in quod omnia rediguntur principium eſt, in quo ſunt omnia ſimul, & omnia totum. Procedunt autem ex hoc iam omnia, intus ipſo manēte, ceu ex vna radice in ſeipſa conquieſcente in multitudinem iam diffuſam plurimam pullulant, ſingula illius ſimilitudinem præferentia. Itaq;

Quibus prouidentia comparatur.

Plotinus, Dei prouidentiam, & imperatori, & animali, & radici ſimilem eſſe affirmat. Nam quemadmodum imperatoris prouidentia, alimenta, machinæ, & arma exercitus diſponuntur vniuerſa; & ab vno animali, membrorum varia, ac diuerſa regitur diſpoſitio; & ab vna radice, diuerſi pullulant rami, atq; ab ea, & fomentum accipiunt, & diuerſam imaginis qualitatisq; figuram; ita planè, ab vna Dei prouidentia, & cœleſtia gubernantur, & terrena, omnisq; regitur diuerſitas naturarum. Porrò 2. lib. eiuſdem enn. cap. 9. de eadē loquens prouidentia pulcherrimè docet, quàm iuſtè à Deo diſponātur omnia: Non

Prouidentia non eſt ſola.

oportet, inquit, ita prouidentiam eſſe, vt nos omnino nihil ſimus: alioqui ſi prouidentia ipſa ſit omnia, ipſaq; ſola, non erit amplius prouidentia. Cuius enim vlterius prouidentia foret? profectò ſola diuinitas eſſet. Nunc autem diuinitas eſt quidem, ſeq; confert ad aliud; non tamen vt ipſum aliud auferat; ſed accedens, exempli gratia, ad hominem, ſeruat

Prouidentiæ lex.

in eo, quod eſt eſſe hominem: id autem eſt ſeruare prouidentiæ lege viuentem: quod quidem eſt agentem quæcunq; lex ei præſcribit. Præſcribit autē homines, qui boni facti ſint, manere deinceps vitam bonam, etiam poſt obitum conſtitutam; malos autem, contrariam. Nefas eſt autem exiſtimare, eos, qui euaſere mali, ſeruatoribus aliis cuſtodiri, dum ipſi deſides votis duntaxat, confidunt. Humanum itaq; genus factum animal quidem, non tamen rerum omnium præſtantiſſimum, ſed medium obtinens, eligensq; ordinem, ſimul tamen quo in loco poſitum eſt, prouidentiæ perdi nequaquam dimittitur, ſed ad ſuperna reuocatur aſſiduè omnibus vbiq; machinis, quibus diuinitas vtitur. Sed quis videns malos

Prouidentia vbiq; dominatur.

diuites eſſe, pauperes verò bonos, dicet Dei prouidentiam vſq; ad terras minimè peruenire? Nequaquam: cùm enim cætera ratione fiant omnia, teſtimonio eſſe poſſunt, prouidentiam

Prouidētia Dei ex Ariſt. & Auer.

dentiam ad terras deſcendere. Etenim cùm vniuerſum hoc, vnum animal ſit, perinde id ſe haberet ac ſi quis dicat: caput quidem faciemq; hominis à natura fieri, ratione videlicet ſeminaria ſuperante: reliquum verò aliis quibusdam cauſis ſiue fortuitis, ſiue neceſſariis, ideoq; eſſe deteriora: aut etiam ob naturæ imbecillitatem talia prouenire. Sed neſaria eſt huiusmodi opinio, ſummoq; opifici maximè derogat, atq; ignauiæ incuſat, & inertiæ. Siquidem prouidentia Dei ſeſe per cuncta porrigit, idq; eius officium eſt, vt nihil prorſus alicubi negligat. Quàm nullus poteſt de Dei prouidentia conqueri: nam ſi datur animis hîc quoq; facultas ad beatitudinem conſequendam, non Dei prouidentiam, ſed eorum potius imbecillitatem criminentur, ſe non eſſe felices: quia ſcilicet ſtrenuè certare noluerunt, vt præmia propoſita acciperent. Simile quiddam eſt in euangelio: Sedere ad dexteram meam, non eſt meum dare vobis; ſed quibus paratum eſt à patre meo. q. d. Regnum, ſeu æterna felicitas non eſt dantis, ſed recipientis: Nam paratæ ſunt coronæ, & præmia, diuina prouidentia ſingulis ſingula diſtributa. Si quis igitur ſtrenuè ſe geſſerit; ad propoſita vtiq; præmia pertinget. Æmeadis 6. lib: 7. cap. 39. docet Deo prouidentiam ineſſe omninò. Prouidentiæ ratio, inquit, ſatis ex eo ſeruatur, quòd Deus ipſe eſt, à quo ſunt omnia. Quod autem refertur ad ipſum quonammodo Deus intelliget, niſi ſe intellexerit? Non ergo audiendi ſunt, qui dicunt Deum hæc inferiora non curare, quia nihil intelligit extra ſe, de quo ſequenti capitulo diſputabimus. Itaq; Dei prouidentia omnia diſponi, non eorum tantùm, quæ in cœlis, verùm etiam, quæ in terris habentur, ex Platone, & Plotino, philoſophorum principibus, clariſſimè dilucidiſſimeq; audiuimus: vt nullus relictus ſit quæſtionis locus.

De Dei prouidentia nemo conqueri poteſt.

Prouidentiæ ratio.

CAP. II.

Prouidentia Dei ex philoſopho, & eius commentatore oſtenditur.

DVbitant nonnulli, an philoſophus rectè ſenſerit de dei prouidentia; proinde nonnullas eiuſdem ſententias in medium adduximus, vt inde facile ſit legenti, quæ ſuper hac extiterit re, philoſophi ſententia. Decimo eth. cap. 10. Affirmatiuam, imò veriorem partem tueri videtur. Qui ſecundum mentem, inquit, operatur, & eam colit, & optimè diſpoſitus eſt; amiciſſimus dijs videtur eſſe. Nam ſi dij curam aliquam humanarum rerum habent, vt æſtimatur, & creditur; rationabile eſt, eos gaudere optimo, & cognatiſſimo. Tale huiuſmodi verò mens eſt, & amantibus illam maximè, honorantibusq; fauere, tanquam rerum ſibi chariſſimarum curatoribus, & rectè, ac benè agentibus. Quòd autem hæc omnia ſapienti maximè competant: non eſt obſcurum. Amiciſſimum ergo deorum, eundemq; feliciſſimum eſſe, decens eſt. Itaq; & hoc modo ſapiens vtiq; erit maximè felix. Commentator, & ſiquidem cura ſit Deo de hominibus, ait, vt creditur, & debitum eſt: & ſit quidem Deus gaudens de eo, qui eſt melior; tunc gaudet Deo, qui nititur aſſimilari ei valde. Et hic eſt intellectus dignus. Eſt ergo vt benefaciat eis, qui amant ipſum plus: & vt honorificet eos, & viſitet ipſos, ſicut eſt diſpoſitio amici cum amico ſuo, eò quòd actio eorum, eſt actio nobilis ſana. hæc Auerroes. Cæterùm ſi ijs, à quibus plus diligitur, plus benefacere debet, pluſque honoris, atq; viſitationis impendere, ſeſeq; habet ſicut amicus ad amicum ſuum, cognoſcat ergo ſingularia, & illorum curam gerat, neceſſe eſt: quippe cùm hæc omnia, abſque huiuſmodi notitia fieri nequeant. Sanè, ſi philoſophus dicat hoc credi, & æſtimari, neque huic refragatur ſententiæ, qui tacet, conſentire videtur. Adde quòd cōmentator affirmet, non ſolùm à Deo fieri, verùm etiam debere id facere. Debitum, inquit, eſt vt plus in eum conferat beneficij amicitiæ atq; viſitationis, à quo plus ſe diligi nouit. Deum ergo humanorum actuum curam habere, idq; ad philoſophi & commentatoris mentem, ex hoc loco

Quis ſit dijs amiciſſimus.

Sapiens eſt Dei amicus.

Auer. dicit Deum ſingulariū curam habere.

Philoſophus dicit Deū habere curam hominum.

Prouidentia Dei ex Ariſto. & Auerroe.

clariſſimè patet, quidquid alibi ſub dubio dixiſſe videbatur. Nam 12.met. com.37. Dicentes, inquit, quòd Deus ſolicitus eſt circa vnumquodq; indiuiduum, aliqualiter eſt verum, & aliqualiter non; quia nullum indiuiduum habet diſpoſitionem propriam: niſi illa diſpoſitio inueniatur in aliquo modo illius ſpeciei. hoc igitur modo verum eſt Deum ſolicitari

Contradictio Auerr.

circa indiuidua: ſolicitudo autem circa indiuidua tali modo, quòd nullus habeat communicationem cum eo: hoc non eſt fas bonitati diuinæ. Senſus eſt, ſub ſpeciei, non autem indiuidui ratione, Deo curæ eſt de ſingularibus. Sed quonam pacto diſpoſitio Dei, ad hominẽ ſibi familiarem eſt ſicut diſpoſitio amici cum amico, vt ipſemet commentator paulò antè dixit? Aut quomodo eum viſitat, pluſq; beneuolentiæ impendit? Quòd enim toti ſpeciei confertur; non vni, ſed omnibus impenditur indiuiduis. Quare ſi Deus ſub ſpecie tantùm,

Proborum & improborum delectus.

omnes prorſus homines cognoſcit, viſitat, diligit, atq; beneficijs afficit; nullus planè apud Deum eſſet proborum, improborumq; delectus, quòd certè diuinæ maximè derogat iuſtitiæ. Nam ſi ita ſe habet, vt æqua ſorte, & amicos, & inimicos viſitet, atq; tueatur; valeat ait ille, talis deus. Sed nefas eſt hoc de Deo ſentire, cui probri ſunt tanquam peculium, teſte Malach. cap.3. Dixiſtis, inquit, vanus eſt qui ſeruit Deo. Ergo beatos dicimus arrogan-

Peculium Dei homo probus

tes: Et erunt, inquit Dominus, in die, qua ego facio in peculium, & parcam eis, ſicut parcit vir filio ſeruientis, ibi & videbitis quid ſit inter iuſtum & impium, inter ſeruientem Deo, & non ſeruientem. Dicis, non eſſe fas diuinæ bonitati. Imò id ad diuinam bonitatem maximè ſpectat, vt bene merentes de ſe, vberiori bonitatis munere viſitet, donet, atq; afficiat. Nonnè commentator eodem in commento dixit: Deum debere plus eos honorare, à quibus nouit ſe plus honorari? Id certè fieri non poteſt, niſi ſingulariter cognoſcat, viſitet,

Auerr. cõ.52.

tractet, diligat, honoriſq; dignitate accumulet. Item com. 52. eiuſdem libri: Sunt, inquit, quidam, qui dicunt, quoniam nihil eſt, de quo Deus non habeat ſolicitudinẽ, & quòd omnes cogitationes eiuſdem ſint iuſtæ. Sunt & alij qui contradixerunt huic ſermoni. Igitur ſunt in extremo contradictorio, ſcilicet quòd nulla ſolicitudo ſit in eo omninò. Et veritas eſt, quòd ſolicitudo eſt. & quòd ſi aliqua ſunt ſine ſolicitudine, proueniunt ex neceſſitate ma-

Philoſophus dicit Deum omnium curam habere.

teriæ non ex diuinatione agentis. Verùm ex philoſophi verbis non licet arguere, Deo curæ nõ eſſe de ſingularibus, ſed angelis ſibi ſemper aſſiſtentibus, maiora dilectionis ſigna oſtẽdere: Quemadmodum, inquit, liberi domus raró licentiantur ad faciendum quidquid cõprehendunt: ſed omnes actiones eorum, aut plures ſunt: ſeruientes autem, vt lupi, & ſimilia in pauco communicant illis in actione: Si ergo in pauco, non omninò ergo animalia ſunt aliena à diuina prouidentia. Amplius 2. de anima te: com. 34. exponens illud philoſophi: Ipſo ſemper & diuino participant, ſecundum quòd poſſunt; omnia enim illud, atq; illius cauſa agant omnia quæcunq; ſecundum naturam: Solicitudo diuina, inquit commentator, cùm non potuerit facere ipſum permanere ſecundum indiuiduum; miſeratus eſt in dando ei virtutem, qua poteſt permanere in ſpecie. Sed hîc, particularium Deum curam habere,

Omnis cauſa agit propter finem.

apertè oſtendit: nam ſi indiuiduorum miſericordia mouetur: curat ergo indiuidua. Item 2. phyſ. te. com. 75. exponens illud philoſophi, quoniam ſcilicet natura agit propter finem, & in hanc quidem cauſam, omnes alias cauſas reduci: Iſta propoſitio, inquit commentator, eſt maxima, & fundamentum in hac ſcientia, & in ſcientia diuina, quoniam ſi naturalis nõ conceſſerit eam, negat principium finale, & negat materiam eſſe propter formam. ex quo ſequitur ipſum negare agens: generans enim non generat, niſi propter aliquid: & ſimiliter mouens, mouet propter aliquid: & cùm ſequitur forma neceſſariò materiæ naturam, naſcitur caſu: & ſic non erit agens, aut ſi erit, erit fruſtra. Similiter, ſi diuinus non conceſſerit,

Auer. probat diuinam prouidentiam.

nõn poterit probare quòd Deus habeat ſolicitudinem circa iſta, quæ ſunt. Hæc Auer. Ex quibus colligitur commentatoris animum propenſum fuiſſe, ad partem affirmatiuam tuendam: Si, inquit, diuinus eam non conceſſerit, non poterit probare: Igitur ſi conceſſerit, poterit probare circa iſta, Deum ſolicitudinem habere. Amplius philoſophus in libello de bona fortuna, bonos fortunæ impetus, à prima cauſa vult proficiſci, quod planè fieri non poſſet, niſi particularium curam haberet. Vnde etſi ſecundum peripatheticos Deus ſe ſo-

lum in-

De Prouidentia ex Peripatheticis.

tum intelligat, non id tamen ab eo aliorum cognitio remouetur: imò illum nobiliori quodammodo omnia alia intelligere, affirmant, quàm aliquis alius intellectus intelligere queat. Nullus enim intellectus, diuino duntaxat excepto, ens habet per eſſentiam ſibi identificatum, atq; adæquatum ſibi obiectum. Intellectus autem diuinus, cùm ita ſe habeat, ſe ipſum intelligendo, omnia alia entia cognoſcit, cùm non ſint quid aliud à ſua eſſentia: proinde entia, nobilius ſunt in cognitione diuina, quàm in ſeipſis: quippe cum omnia entia à diuina cauſentur, ſiue producantur ſcientia, quatenus ſunt apta produci. In ſeipſis autem, teſte commentatore 2. com. 63. ſunt diuerſa, atq; non parum diſtantiæ continent: in diuina verò ſcientia ſunt idem. Deus ergo, etiam ſecundum peripatheticos, ſingularia cognoſcit, & curat. Sanè, vnumquodq; in prima cauſa perfectius, quàm in ſeipſo obtinet eſſe, in Deo enim eſt vita, Quod factum eſt in eo vita erat, ait Euangeliſta: ideoq; extra ſe nihil intelligit: quippe qui extra eſſentiam ſuam, quod eſt ens per eſſentiam intelligat nihil, lib. d. d. diſp. 3. in ſolutione dubij 18. Facta, inquit commentator, excuſatione, dicimus quòd id, quod dixerat Algazel, videlicet, quòd ſi primũ principium tantùm ſeipſum intelligeret, ignoraret omnia, quæ creauit; benè ſequeretur, ſi id, quod intelligit de ſeipſo, eſſet aliquid præter entia abſolutè, hoc eſt, ſi nullo modo entia per participationem in ſua eſſentia contenta, & adunata eſſent, quod eſt ens per eſſentiam. Intelligit ergo entia modo nobiliſſimo, quo nullus intellectus præter diuinũ, poteſt intelligere. Proinde ſcientiam Dei particularem, aut vniuerſalem eſſe dicere nõ audemus: ambæ enim iſtæ cauſantur à rebus, ſuntque generabiles, ac corruptibiles, quorum aliquid diuinæ ſcientiæ non eſt tribuendum. Etenim ſi ſcientia Dei cauſata eſſet ab obiecto, ſicuti ſcientia humana, cùm huiuſmodi ſit generabilis, & corruptibilis, ſaltem ſecundum indiuiduum, teſte commentatore 3. de anima cõ. 5. & philoſopho te. 20. eiuſdem: Et intellectus paſſibilis, inquit, eſt corruptibilis: eſſet vtique corruptibilis: quod nefas eſt dicere. Sanè, vt dicit Auer. d. d. diſpu 6. in ſolut. 2. dubij, ens incorporeum in ſe, eſt pura ſcientia: formæ ſiquidem, quatenus in materia ſunt, ſcientia & cognitione carent: quare formæ, quæ ſunt ſeparatæ à materia, ſunt pura ſcientia. Quòd ſi hoc tribuitur formis, quæ ſuapte natura à materia non ſeparantur; quantò magis illis eſt tribuendum, quæ omnibus modis, atq; ſemper à materia ſunt liberæ? Vnde cõmentator arguit per locum à minori ad maius. Si formæ, inquit, materiales, quæ ſunt potentia intellectæ, fiunt actu intellectæ cùm à materia abſtrahuntur, fiuntq; vnum 3. de anima, com. 5. quæſt. 2. quantò magis credendum eſt, in formis à materia abſtractis, rem intellectam, & intellectum multò nobiliori perfectionis modo, quàm noſtrum, fieri vnum? Itaq; cùm in primo intellectu entia ſint ſimpliciter vnum; inde fit vt ſeipſum intelligendo, omnia alia intelligat: quippe cùm ſua intellectio ſit entium ordo omnium, ſeu natura, quæ in ordine, ſicuti bonum vniuerſi conſiſtit: 12. met. com. 54. Cæterùm Dionyſius Areopagita de diuinis nominib. cap. 7. de hac re ſapienter diſſeruit: Itaq;, inquit, diuina mens omnia continet, cunctis supereminente ſcientia, ſecundum omnium cauſam, omnium in ſe notionem ante complexa, priuſquam angeli fierent, ſciens, angeloſq; producens, & alia omnia in intimis, & ab ipſo (vt ſic loquar) initio noſcens, atq; ad ſubſtantiam ducens. Et hoc arbitror id ſignificare, quod dicitur: Qui nouit omnia antequam fiant: Non enim ex his, quæ ſunt, ea quidem diſcens, diuina mens nouit; ſed ex ſe, & in ſe ſecundum cauſam, omnium notionem, & ſcientiam, atq; ſubſtantiam anticipat, & antè comprehendit: non ſingula ex cuiuſq; ſpecie ducens, ſed ſecundum vnicam cauſæ complexionem omnia ſciens, & continens. Sicuti & lux ſecundum cauſam in ſeipſa tenebrarum ſcientiam præambit, non aliunde quàm ex luce tenebras cognoſcens. Seipſam itaq; diuina ſapientia noſcens, omnia ſcit, materialia ſine materia, & indiuiduè, quæ diuiſionem admittunt, & vnicè plurima, vno ipſo cuncta ſciens, & proferens. Nam ſi ſecundum vnam cauſam Deus omnibus eſſe impartit; vna eadem profectò cauſa ſciet omnia, vtq; ex ſeipſo ſint, & in ipſo ante ſubſiſtant: neq; ex his, quæ ſunt eorum capiet notionem, ſed & ipſis ſingulis ſuæ, & aliorum alijs, ſcientiæ erit indultor. Non habet itaq; Deus peculiarem ſcientiam ſui, aliam verò commu-

ne om-

Quomodo Deus intelligat omnia.

Omnia in deo ſunt vita.

Auerr.

Dei ſcientia, modo eſt vniuerſalis, aut particularis.

Intellectũ, & intellectus ſunt idem.

Dionyſius dicit Deum omnia in ſe cognoſcere.

Vno ipſo cuncta ſciens.

Dei prouidentia ex peripateticis.

nem omnia comprehendẽtem; ipſa enim ſeipſam omnium cauſam cognoſcens, qua tandem ratione quæ à ſe ſunt, & quorum eſt cauſa, ignorabit? hac itaq; Deus cuncta cognoſcit, non rerum, ſed ſui profectò ſcientia. hæc Dionyſius. Plotinus quoq; enn. 6. lib: 7. cap. 39. de hoc negotio plurima ſcripſit: Si Deus intelliget, inquit, non ſeipſum intelliget tantùm, ſi omninò intelliget: quid enim obſtat quò minus intelligat omnia; num minus fortè intelligere poterit cætera quàm ſeipſum? Cæterùm queamadmodũ alias dixi, biſariam hoc negotium expendi poteſt, nempè aliquid per propriam intelligi formam, veluti per propriam ſuam eſſentiam. Exempli gratia, intelligo lapidem per propriam ſpeciem lapidis, & intelligentia intelligit ſeipſam per propriam eſſentiam. hunc autem modum Deo non eſſe attribuendum, philoſophus opinatur 12. met: tex: 51. Amplius, inquit, autem, ſiue intellectus ſit ſua ſubſtantia, ſiue intelligentia, quid intelligit? aut enim ſeipſum, aut alterum aliquid. Alio modo aliquid intelligitur, altero intellecto, vt puta effectus, cauſa intellecta, & pars in toto, veluti Socrates in ſpeculo: quo quidem modo licet aſſerere Deum intelligere alia à ſe, non quidem in ſeipſis, ſed quatenus in illius eſſentia continentur. Sanè, ſi iuxta philoſophi ſententiam Deus ſeipſum perfectiſſimè intelligit, eodem modo, omnia in ſe contenta perfectiſſimè intelligat, neceſſe eſt: alioqui dicendus non eſt, ſeipſum perfectiſſimè intelligere: Sed in Deo, vt dicitur 5. met: cap. de perfecto, omnium rerum exiſtentium perfectiones continentur, ergo &c. Etenim ſi perfectiones; & res etiam: perfectio enim habitudinem includit ad id, cuius eſt perfectio. Quare ſi intelligit perfectionem, quæ eſt in homine, quia ſcilicet eminenter eſt in Deo; ipſum ſine dubio intelligit hominem: & ſic etiam ſingula, quæ ab ipſo condita ſunt. Cùm ergo dicitur, intellectionem eſſe perfectionem intelligentis, hoc profectò veritatem habet, quando res in ſeipſa intelligitur, & principale eſt obiectum intelligentis. Similiter, cùm philoſophus dicit intellectum diuinum vileſcere, non enim verum eſt, niſi vile per ſeipſum intelligeret, quod illud intelligat, quatenus in principali præſentatur obiecto, ex hoc certè vileſcere minimè dicendus eſt. Idem quoq; commentator ſentire videtur 12. met. com. 52. Veritas eſt, inquit, quòd primum ſcit omnia ſecundum quod ſcit ſe tantum ſcientia in eſſe, quod eſt cauſa eorum eſſe: verbi gratia: Qui ſcit calorem ignis tantùm; non dicitur neſcire caloris naturam in reliquis calidis exiſtentis: ſed Deus ſcit naturam entis, in quantum, ſiue in eo quod eſt ens ſimpliciter; igitur ſcit omnia. Senſus ergo commentatoris vt dicunt quidam, talis videtur fuiſſe: ſicut ſe habet cognoſcens primum calidum, ad reliquorũ cognitionem calidorum; ſic planè cognoſcens primũ ens ad cognitionem aliorum entium: Sed cognoſcens primum calidũ, omnia alia calida cognoſcit, ſub ratione profectò, qua ſunt calida: igitur cognoſcẽs primum ens, alia cognoſcit ſub ratione qua ſunt entia, atq; ita ſub ratione vniuerſali: ſed id paulò ante à nobis exploſum eſt ex alijs eiuſdẽ Commentatoris ſententiis. Itaq; conſtat ſatis, nobiliſſimo, ac peculiari modo, Deum omnia intelligere, non quidem cognitione vniuerſali, ſed propria, atq; ſingulari, idq; tum ex philoſophi, tum etiam, ex commentatoris authoritate, & non ſolum intelligere, verùm etiam omnium curam habere.

Scientia Dei eſt cauſa rerũ.

Plotinus docet quomodo Deus hæc intelligat.

Deum omnia intelligere.

Intellectus diuinus vileſceret.

Com. quod Deus ſcit omnia.

Sub ratione propria.

CAP. III.

Prouidentia Dei defenditur contra Ciceronem, atq; alios illam negantes.

Ciceronis rationes.

POſtquam ex clariſſimis Philoſophorum principibus audiuimus, omnium planè rerum, diuinam prouidentiam gubernatricem eſſe: placuit etiam, & illorum ſententias interrogare, qui de diuina prouidentia perperam locuti ſunt; vt ſic vndequaq; illius veritas approbata eluceſcat. Cicero lib: 2. de diuinatione, teſte D. Auguſtino lib: 5. de ciuit: Dei, cap: 9. diſputans cum Q. Fratre, diuinationem omnem conatur tollere: quam Q. ſuperiore libro aſſeruerat. Cicero

ſic diuina-

Dei prouidentia ex Cicerone

ſic diuinationem negauit, ait Auguſtinus, vt neget omninò eſſe ſcientiam futurorum. Si præſcita, inquit, ſunt omnia futura; hoc ordine venient, quo ventura eſſe præſcita ſunt. Et ſi hoc ordine venient; certus eſt ordo rerum, certus eſt ordo cauſarum: non enim aliquid fieri poteſt, quod non aliqua efficiens cauſa præceſſerit. Si autem certus eſt ordo cauſarum quo fit omne, quod fit; fato, inquit, fiunt omnia quæ fiunt. Quòd ſi ita eſt, nihil eſt in noſtra poteſtate, nullumq; eſt arbitrium voluntatis. Quòd ſi concedimus, inquit; omnis humana vita ſubuertitur: fruſtra leges dantur, fruſtra obiurgationes, laudes, vituperationes, exhortationes adhibentur: neq; vlla iuſtitia, bonis præmia, & malis ſupplicia conſtituta ſunt. hæc ergo ne conſequantur indigna, & abſurda, & pernicioſa rebus humanis, non vult eſſe præſcientiam futurorum: nec pariter Dei prouidentiam, quæ ſine futurorum cognitione conſiſtere nequit. Nos autem, inquit Auguſtinus, aduerſus iſtos ſacrilegos auſus atq; impios, & Deum dicimus omnia ſcire, antequam fiant, & voluntate nos facere, quidquid à nobis non niſi volentibus fieri ſentimus, & nouimus. Omnia verò fato fieri non dicimus, imò nulla fieri fato dicimus; quoniam fati nomen, vbi ſolet à loquentibus poni, id eſt, in conſtitutione ſyderum, qua quiſq; conceptus, aut natus eſt, quoniam res ipſa inaniter aſſeritur, nihil valere monſtramus. Ordinem autem cauſarum, vbi voluntas Dei plurimum poteſt, neq; negamus, neq; fati vocabulo nuncupamus; niſi fortè vt fatum à fando dictum intelligamus, id eſt, à loquendo: non enim abnuere poſſumus eſſe ſcriptum in literis ſanctis, ſemel locutus eſt Deus, id eſt, immobiliter, ſicut nouit incommutabiliter omnia, quæ futura ſunt, quæq; ipſe facturus eſt. hac itaq; ratione poſſemus à fando fatum appellare, niſi hoc nomen iam in alia re ſoleret intelligi, quò corda hominum nolumus inclinari. Non eſt autem conſequens, vt ſi Deo certus eſt omnium ordo cauſarum, ideo nihil ſit in noſtræ voluntatis arbitrio Et ipſæ quippe noſtræ voluntates in cauſarum ordine ſunt, qui certus eſt Deo, eiuſq; præſcientia continetur: quoniam & humanæ voluntates humanorum operum cauſæ ſunt. Atq; ita qui omnes rerum cauſas præſciuit, profectò in eis cauſis etiam noſtras voluntates ignorare non potuit, quas noſtrorum operum cauſas eſſe præſciuit. Nam & illud, quod idem Cicero concedit, nihil fieri, ſi cauſa efficiens non præcedat, ſatis eſt ad eum in hac quæſtione redarguendum. Quid enim eum adiuuat, quòd dicit: nihil quidem fieri ſine cauſa, ſed non omnem cauſam eſſe fatalem; quia eſt cauſa fortuita, eſt naturalis, eſt voluntaria? Sufficit: quia omne quod, non niſi cauſa præcedente fieri confitetur. Nos enim cas cauſas, quæ dicuntur fortuitæ, vnde etiã fortuna nomen accepit, non eſſe dicimus nullas, ſed latentes, eaſq; tribuimus Dei voluntati: ipſaſq; naturales nequaquam ab illius voluntate ſeiungimus, qui eſt author omnis conditorq; naturæ. Iam verò cauſæ voluntariæ, aut Dei ſunt, aut Angelorum, aut hominum. Patet ergo quomodo voluntates humanæ cauſæ humanorum actuum, ſint etiam præſcitæ à Deo, & in numero cauſarum rerum à Deo computentur. Itaq; & Deus omnia nouit antequàm fiant, & nos liberè facimus, quæ à noſtra voluntate fiunt, & nihil fieri poteſt, quod aliqua cauſa efficiens non præceſſerit. Stoici Philoſophi nullum prouidentia Dei locum derelinquunt: ſed omnia, aiunt, fato diſponi. At Democritus, & Heraclitus, & Epicurus, neq; vniuerſalium, neq; ſingularium prouidentiam eſſe volunt. Epicurus deniq; dicebat, quòd beatum, & incorruptibile, neq; ipſe negotium habet, nec alij tribuit: quare nec ira, neq; lætitia tangitur: imbecillitatis n. ſunt omnia quæcunq; talia. Sed hæc dicunt, ait Gregorius Nyſſenus lib: 8. quia Deum nolunt eſſe conditorem mundi: ſi enim conditor non eſt, quomodo prouiſor erit? Euripides & Menander aiunt, intellectum vniuſcuiuſq; prouidere vnicuiq;, Deorum verò nullum. Sed intellectus ſanè, eorum quæ in nobis ſunt, eſt prouiſor; aut enim agibilium & artium, aut contemplationis: Prouidentia verò eſt eorum, quæ non ſunt in nobis. Non ergo omnia, quæ ſecũdum prouidentiam fiunt, naturæ opera ſunt; & ſi quæ naturæ ſint, ſecundum prouidentiam fiant: etenim pars prouidentiæ eſt natura, non tamen ipſa prouidentia. Alij permanentiæ exiſtentium curam Deo eſſe, aiunt; vt nihil eorum quæ genita ſunt, deficiat, atq; huius ſolius prouidentiam facere: ſingularia verò ferri, vt contingit, & propterea

Auguſtini rationes contra Ciceronem.

Fatum à fando dictum.

Humanæ voluntates præſcitæ.

Cauſæ fortuitæ.

Solutio rationũ Ciceronis

Epicuri opinio.

Gregorius Nyſſenus.

Natura eſt pars prouidẽ.

X *multas*

Prouidentia Dei defenditur.

multas iniuſtitias in hoc mundo inueniri. At mihi videntur, inquit Gregorius cap: 4. eiuſdem libri, hæc dicentes multa alia earum contemplationum ignorare, quæ ſecundum prouidentiam ſunt: maximè verò animæ immortalitatem: mortalem enim eam ſuſpicantes eſſe, quæ ſunt hominum, hac vita circumſcribunt, deinde peruerſa habent de bonis iudicia: corporis commoda commendant; anima verò bona contemnunt: ſed virtus ſufficit ad beatitudinem, & felicitatem; etiam ſi quis hæc temporalia bona non habeat: namq; omnis bonus, eſt beatus, & omnis malus eſt miſer, & ſi omnia bona, quæ fortunæ dicuntur congregata habeat. Quod ignorantes multi, ſolos beatos exiſtimant, qui bona corporis, & diuitias obtinent, ideoq; de prouidentia queruntur. Caterùm hæc non modò ex apparentibus, ea quæ ſecundum nos ſunt, diſponit, ſed & ſecundum propriam præſcientiam. Sciens enim Deus, quod huic nunc manſueto & bono conferat pauperem eſſe, & quòd mentem eius diuitiæ ſubuertant affluentes; conuenienter eum in paupertate ſeruat. Sciens autem ſæpenumero diuitem aſperiorem futurum, ſi pecuniis priuetur; latrocinia n. vel homicidia, ſeu quædam alia maiora mala tentaturum; diuitiis potiri ſinit. Quare etiam ægrotare nobis ſæpiuſculè profuit, & filios ſepelire, & fugere ſeruos: horum namq; ſalus, perditione eorum amarior fieret; malũ quidem filiis, latronibus verò famulis in nos effectis. Equidem nos nihil futurorum ſcientes, ad præſentia ſola reſpicientes, non rectè ea quæ accidunt iudicamus: ſed nunquid lutum dicit figulo, cur me ſic finxiſti? Quomodo ergo non deteſtandus eſt homo, contrariam legis lationem faciens, & operibus prouidentiæ renitens, qui neq; humanis legis lationibus contradicere auderet? Non ergo bene ſentiunt, qui ſine prouidentia regi ſingularia dicunt, vniuerſalibus, & generalibus prouidentia potientibus. Tribus enim his de cauſis, inquit Nyſſenus cap: 5. Platonem ſecutus 10. de legibus, aliquis dicet non fieri ſingularium prouidentiam: aut enim ignorare Deum dicet, quod bonum ſit etiam horum prouidentiam habere, aut non velle, aut non poſſe. ſed ignorantia, ſiue inſcitia omnifariam à beata illa ſubſtantia aliena eſt, quippè quæ per ſe ſit cognitio, & ſapientia, & ſcientia. Qualiter autem latebunt Deum, quæ nec homo bene ſapiens ignorabit, quòd deſtructis omnibus ſingularibus, vniuerſalia quoq; deſtruantur? Nihil autem prohibet, quin omnia indiuidua perirent, nulla deſuper prouidentia habita: his igitur deſtructis, & vniuerſalia corrumpentur. Si verò in hoc ſolùm prouidere aiunt, ne omnia particularia pereant, vt ſeruetur ſpecies; latet eos quandam ſingularium eſſe prouidentiam, dicere. his enim prouidens, vt ipſi dicunt, ſpecies & genera conſeruat. Sed aiunt, quòd non ignorat quidem, non vult autem prouidere. At nolle, propter duas fit occaſiones, aut ob pigritiem, aut ob indecentiam. Rurſus ex duobus pigritia naſcitur, voluptate, & formidine: ſiquidem, aut à voluptate aliqua attracti pigreſcimus, aut propter timorem formidantes deſiſtimus: neutrum verò horum de Deo cogitare, fas eſt. At ſi pigritiam quidem inducere renuant, Deum autem ſingularium curam habere negent, quippè cùm indignum eſſe iudicent, tam beatam ſubſtantiam, vilibus & minutis ſe ſubmittere, atq; materialibus, & electu indignis contaminari, ac propter hoc nolle; ignorant duo vitia peſſima Deo aſcribere, contemptum, & inquinationem. Quo pacto artifex particularia relinqueret, cùm ſciat ad totum proficere partem? ſed nunquid vult quidem, non poteſt autem? ſed imbecillis nequaquam eſt virtus Dei, & potior eſt, quæ vſq; ad vltima, & inſenſibilia conſeruando, deſcendit: vnumquodq; enim à diuina dependet voluntate: & hinc permanentiam, & conſeruationem haurit. Porrò, indiuidua prouidentiæ eſſe ſuſceptibilia, ex ciuilitate hominum, manifeſtum euadit: Nam ſi legum principum ſuſceptibilis eſt homo; quomodo vtiq; non erit prouidentiæ conditoris capax? Amplius, non leuis coniectura exiſtit, ſingularia gubernari prouidentia, quod eius cognitio ſit hominibus naturaliter inſerta: neceſſitate enim aliqua obruti, confeſtim ad diuinum numen, & orationes confugimus. Omne verò, quod ità, (vt oportet) naturaliter, validã habet demonſtrationem, nullam contradictionem ſuſcipiens. Reuera, ſublata Dei prouidentia, laxatur quidem iniuſtitia, his qui poſſunt iniuſta agere: deſtruitur quoq; miſericordia, & timor Dei

Rationes Nyſſenis probantes Dei prouidentiam.

Quare iſte eſt diues ille verò pauper.

Singularia regi prouidentia.

Deum omnia ſcire.

In Deo non eſt cõtemptꝰ.

Indiuidua prouidentiæ eſſe ſuſceptiua

Prouidentia Dei defenditur.

mor Dei: ſimul autem cum his virtus interimitur, & pietas. Si enim non prouidet Deus, neq; punit, neq; bene agentibus brauia tribuit; quis igitur amplius adorabit Deum, in nullo quicquam nobis conferentem? Deſtruitur inſuper Prophetia, & vniuerſa præcognitio. Bonus eſt Deus, bonus verò exiſtens, beneficus eſt; ſi verò beneficus, & prouiſor etiam. Differt autem creatio à prouidentia: ſiquidem creationis eſt, bene efficere ea, quæ fiunt: prouidentiæ verò, bene procurare quæ fiunt. Quomodo homo ex homine, & bos ex boue ſemper generatur, ſi non eſt prouidentia? Si autem quis dicat ſecundum generationem, quæ à principio fuit, traduce procedere, hoc vtiq; dicet, creationi omnino ſimul adeſſe prouidentiam. Traduce enim procreari quod olim creatum eſt; coniunctam eſſe prouidentiam oſtendit. Prouidentiæ enim eſt, quæ poſt creationem exiſtit, eorum, quæ ſunt, traductio: & ita vtiq; nihil aliud dicet, quàm eundem eſſe factorem ſimul & prouiſorem eorum, quæ fiunt. Eſt autem prouidentia voluntas Dei, propter quam omnia, quæ ſunt, conuenientem deductionem ſuſcipiunt. Deus ergo creator rerum eſt, idem & prouiſor. Neq; enim decens eſſet, alium quidem facere, alium verò, quæ facta ſunt, procurare: imbecillitatis enim omninò videretur hoc tale eſſe. Vnde igitur in hanc amentiam deducti ſunt, qui Dei prouidentiam negauerunt? Primò certè, quod cenſeant diſſolui cum corpore animam, ſecundò autem, quòd nequeant particularis prouidentiæ rationem inuenire. At, animam permanere poſt vitam, ſapientiſſimi Græcorum diffiniunt, qui ſupplicia, & loca animarum deſcribunt. Verùm ſi non poſſumus comprehendere ſingularia; non propterea dicere oportet non eſſe prouidentiam: neq; enim quod menſuram maris ignoremus, & arenæ numerum, dixerit aliquis neq; arenam, neq; mare eſſe; habet enim vnusquiſq; noſtrum conuenientem ſibi notitiam de rebus; ſed non per noſtram propriam ignorantiam, eorum quæ ſunt, prouidentiam deſtruere: quæ tu non bene arbitraris, hæc rationabilia ſanè à conditore agnoſcuntur. Tu verò ignorans cauſas, non ignorans dicis fieri: quòd nempè in aliis, quæ ignoramus, patimur. hæc etiam in operibus prouidentiæ, ex aſſimilatione, & quidem obtuſa colligimus ea, quæ ſunt ab ipſa quædam ſimulacra, & vmbras operum eius, ex his, quæ ſunt, ſiue fiunt, per coniecturam ſuſcipientes. Ex duobus autem poſſumus intelligere prouidentiam Dei, nempè quod Deus bonus ſit, & ſolus ſapiens: ſi non prouidet, non eſt bonus, ſi verò non bene prouidet, minimè ſapiens eſt. Laudemus igitur Deum in operibus ſuis, & confiteamur ignorantiam noſtram. Cùm autem hæc dicimus omnia bene fieri, clarè liquet, non de hominum nequitia, neq; de operibus, quæ in nobis ſunt, ſermonem facere, ſed de eorum prouidentia, quæ non ſunt in nobis. Quare ſancti interfecti ſunt, & interficiuntur? Si enim iniuſtè, quare non prohibuit iuſta prouidentia occiſionem? ſi verò iuſtè, inculpabiles omninò ſunt occiſores. Ad hæc dicimus, quoniam is, qui occidit, iniuſtè occidit; & qui occiditur, aut iuſtè occiditur, aut vtiliter: Iuſtè quidem propter actiones iniuſtas, nobis autem occultas: vtiliter verò præcognoſcente prouidentia futuras ab eo malas operationes. Dicimus ergo quædam ſecundum permiſſionem Dei facta eſſe: Permiſſionis autem ſunt multæ ſpecies, concedit ſæpenumero iuſtum in calamitates incidere, vt virtutem, quæ in ipſo latet, aliis oſtendat, veluti fuit Iob. Aliquando permittit in conuenientia quædam geri, vt per actionem, quæ indecens eſſe videtur, magnum quid, & mirabile dirigat: veluti per crucem, ſalutem hominum. Alio modo fecit ſanctum mala pati, vt non ex recta conſcientia, & attributa virtute in elationem incidat, vt in Paulo apparuit. Derelinquitur alius ad tempus in correctionem alterius, vt id, quod in ipſo fuit, conſiderantes alij, erudiantur; vt in Lazaro, & diuite. Deſtituitur aliquis in alterius gloriam, non ob propria, vel parentum peccata, vt à natiuitate cæcus in gloriam filij hominis. Patet ergo quomodo omnia prouidentia Dei gubernantur.

Deum negat, qui eius negat prouidentiam.

Creatio, & prouidentia quomodo differũt

Quid ſit prouidentia.

Ignorantia noſtra negat Dei prouidentiam.

Permiſsio dei.

CAP. IIII.

Prouidentia Dei ex diuinis ſcripturis oſtenditur.

Prouidentia Dei ex ſacris literis.

Iob.

POſt multorum, & quidem præcipuorum philoſophorum ſententias, quæ hactenus Dei prouidentiã mirificè commendarunt; ad ſanctarum ſcripturarũ oracula eò libentius tranſiuimus, quò illa cæteris fideliora, atq; veriora eſſe iudicauimus: & in primis ad prophetam Iob, à quo plura de diuina prouidentia præclarè deſcribuntur. Quis, inquit cap. 38. præparat Coruo eſcam ſuam, quando pulli eius clamant ad Deum, vagientes, eo quòd non habeant cibos? ſi Deus pullis coruorum, ait, naturale indidit deſiderium, vt tempore famis, ad Deum, veluti ad dominum, & creatorem, & prouiſorem confugiant: gerit ergo curam ſingularium: fruſtrari enim naturale deſiderium non poteſt, alioqui natura in ſuis operibus eſſet otioſa. Porrò cap. 9. de actibus humanis loquens, Deum omnium hominum iudicem conſtituat. Vnum eſt quod locutus ſum, & innocentem, & impium ipſe conſumit. igitur vtrorum diſcutit actus: vnde ſubdidit: Verebar omnia opera, ſciens, quod non parceres delinquenti. Quod planè Iob neq; timeret, ſi Deus illius opera non curaret. cap. autem 10. de eodem loquens, ait: Licet, inquit, hæc cæles in corde tuo; tamen ſcio quia vniuerſorum memineris. Omnium ergo Deus meminit, & nullius rei eum capit obliuio: David Pſal. 72. eorum

David Pſa. 72

præſeferens perſonam, qui Dei prouidentiam negarunt, ſic concinit: Et dixerunt quomodo ſcit Deus, et ſi eſt ſcientia in excelſo? Ecce, inquit Auguſtinus, Felices peccatores, non curat Deus res humanas. Vnde enim tibi videtur non ſcire Deum, & non eſſe ſcientiam in altiſſimo? Reſpondet: Ecce ipſi peccatores abundantes in ſeculo obtinuerunt diuitias: & dixi, ſine cauſa iuſtificaui cor meum, quando ſeruio Deo, & iſta non habeo; non ſeruiunt illi, & his abundant. Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas. Vbi eſt merces bonæ vitæ meæ? benè ſeruio, & flagellor; non ſeruit, & ornatur. Penè effuſi ſunt greſſus mei, penè moti ſunt pedes, ad errandum vtiq; fuſi ſunt greſſus mei, pedes ad lapſum: non omninò, ſed penè. Quia zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns. Quam pacem? temporalem, terrenam. Non confirmat, ait Auguſtinus, ſed ipſa dubitatio periculoſa eſt. Si dicebam, narrabo ſic, id eſt, docebo ſic, quia non eſt ſcientia in altiſſimo, quia non ſcit Deus, quia ſine cauſa iuſtè viuunt, qui iuſtè viuunt. Ecce generationem filiorum tuorum, id eſt iuſtorum generationem reprobabo. Aliud dicturus ſum, quàm dixit Abraham, Iacob, & omnes Prophetæ: illi enim omnes dixerũt, quia curat Deus res humanas: & exiſtimabam, vt cognoſcerem hoc, nempè, quod falſa ſit illorum opinio, qui Dei prouidentiã negant, & hoc labor eſt ante me. Verè, inquit Auguſtinus, magnus labor eſt cognoſcere, quomodo Deus curet res humanas, & bene ſit malis, & laborent boni. Sed ante Deũ non eſt labor. Donec intrem in ſanctuariũ Dei. Tam diu laboro, inquit, donec intrem in ſanctuariũ Dei, & intelligam in nouiſſima, non in præſentia eorum. De ſanctuario Dei intendo oculum in finem, præſentia tranſgredior: ſed non à me, quia labor eſt ante me. Verùmtamẽ propter dolos poſuiſti eis; quia fraudem volunt facere generi humano, fraudem & ipſi patiuntur, vt terrena bona eligant, & relinquant æterna. Deieciſti eos dum extollerentur: in eo ipſo quod eleuati ſunt, deiecti ſunt. Quomodo facti ſunt in deſolationẽ, ſubitò perierunt, propter iniquitatem: velut ſomnium ſurgentium? Domine in ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilum rediges. Digni ſunt hoc pati in ciuitate Dei, quia ipſi in ciuitate ſua terrena, imaginem Dei ad nihilum redigerunt. Iterum Pſal. 93. illorummet voces proferre videtur: Et dixerunt, inquit, non videbit Deus, nec intelliget Deus Iacob. Hæ enim duæ voces malorum ſunt, inquit Auguſtinus, vna, qua ſuſpicatur peccator, quòd Deus ſit illi ſimilis, quia ſcilicet non videt, id eſt, punit peccata: altera eſt vox iniquorũ, quia nec attendit iſta Deus, nec auertit, vt ſciat quemadmodum viuam, non me curat Deus. Intelligite qui inſipientes eſtis in populo, & ſtulti aliquando ſapite. Qui plantauit aurem, non audiet? Non habet vnde audias, qui tibi fecit vnde audias? Aut qui finxit oculum nõ conſiderat? Qui erudit gentes, non arguet? Non auditurus eſt quos erudit per verbum ſuum? Non iudicaturus, quibus ſermonem præmiſit? Qui docet hominem ſciẽtiam; ipſe non ſcit, qui te fecit ſcire? Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt. Nam etſi

Si eſt ſcientia in excelſo.

Labor eſt cognoſcere Dei prouidentiam

Pſalm. 93.

Non intelliget Deus.

neſcis

Prouidẽtia Dei ex ſacris literis.

neſcis cogitationes Dei, quoniam iuſtæ ſunt, ille tamen ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt. Beatus ergo homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum: vt mitiges eum à diebus malis, donec fodiatur peccatori fouea Ecce habes conſilium Dei, quare parcat malis, donec fodiatur fouea peccatori. Tu vis illum ſepelire? Adhuc fouea illi foditur, noli feſtinare ſepelire. Videt ergo Dominus, & intelligit Deus Iacob. Proinde Pſal. 101. ait: Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo, dominus de cœlo in terram aſpexit, Pſal. 101.
vt audiret gemitus compeditorum, vt ſolueret filios interemptorum. Qui ergo audit gemitus compeditorum, ſoluit vincula miſerorum, intelligit cogitationes hominum vanas; non curabit humanos actus? non erit ſollicitus cuſtodire quos condidit? Audi eundem concionantem: Ego autem, inquit, mendicus ſum, & pauper, Dominus autem ſolicitus eſt mei. & Pſal. 36. Iacta in Dominum curam tuam, & ſpera in eum, & ipſe faciet. Habeat tui Pſal. 36. 39.
curam qui fecit te: qui habuit tui curam antequam eſſes, quomodo non habebit curam, cùm iam hoc es, quod voluit, vt eſſes? Curam tuam non habebit, inquit Auguſtinus, qui facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos, & malos? imò verò curam habet tui, ille proteget, qui te fecit: Cœlum & terram ego impleo ait Dominus per Hieremiam: Nuſquam tibi deeſt, Hieremiæ 23.
tu illi noli deeſſe, tu tibi noli deeſſe. Sed dicet aliquis: Deus quidem curat humana, & angelica facta, cætera verò aſpernatur. Audi quæſo, quid de cæteris creaturis Pſal. 144. Pſal. 144.
ab eodem propheta dicatur: Oculi omnium in te ſperant Domine, & tu das illis eſcam in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Dat quidem in opportunitate, differt, non aufert. Iuſtus Dominus in omnibus viis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Et Pſal. 146. Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum Pſal. 146.
inuocantibus eum. Magno ſiquidem odio proprios fœtus Corui proſequuntur, vnde vehementer clamant, & cibum naturali inſtinctu ab omnium prouiſore Deo ſtudioſe petunt: Corui odiunt ſuos pullos.
à quo aura quædam, ſiue (vt quidam dicunt) parua quædam animalia, in eorum ora dimittuntur, vnde nutriuntur, quoad grandiorem ætatem peruenerint: quod certè ad ſupremæ bonitatis, & ſummæ Dei prouidẽtiæ demonſtrationẽ maximũ eſſe poteſt argumentum. Proinde Pſal. 144 ait: Aperiẽte te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Addidit præterea in eodem Pſal. Deum etiã aliarum curam gerere creaturarũ: Qui numerat Pſal. 103.
inquit, multitudinem ſtellarum: hoc eſt, ſtellarum etiam multitudinem Deus apprime nouit, & quomodo ſe habeant, loco, ordine, forma, & magnitudine. Et omnibus eis nomina Vocat ſtellas
vocat: quod planè maius eſt, quàm dinumerare: idq; diuinam maximè commendat Dei nominatim.
ſapientiam, atq; prouidentiam. Subiungit: Qui operit cœlum nubibus, & parat terræ pluuiam: qui producit in montibus fœnum, & herbam ſeruituti hominum. Pſal. 49. Meæ ſunt Pſal. 49.
omnes feræ ſyluarum, iumenta in mõtibus, & boues: Cognoui omnia volatilia cœli. Omnium ergo habet notitiam, & prouidentiam. Salomon, patris veſtigia ſecutus, egregiè de Dei prouidentia diſputauit, in lib. Sap. cap. 6. Puſillum & magnũ ipſe fecit, & æqualiter eſt Sap. 6.
illi cura de omnibus: Hæc autem cura idem eſt, quod eius prouidentia. Quòd ſi actus diuinæ prouidentiæ intelligatur, quatenus eſt in mente diuina, ſic abſq; dubio, nullum patitur diſtinctionis diſcrimen, quippè qui vnicus ſit actus, quo à Deo omnibus rectè prouideq; Quomodo deus æqualiter curã omniũ.
conſulitur creaturis: ſin autem effectus exterior intelligatur; ſic abſq; dubio aliquam admittit ſui diſtinctionem, licet æqualitas inibi ſit proportionis: vnicuiq; enim rei prouiſum eſt, ſecundum ſuæ conuenientiam naturæ. Iterum eodem lib: cap: 14. Tua autem pa- Cap. 14.
ter prouidentia ab initio cuncta gubernas. Propterea cap: 9. confitetur ſolam Dei proui- Cap. 9.
dentiam eſſe ſtabilem, tutam, atq; manentem. Cogitatio, inquit, mortalium; timidæ ſunt & incertæ prouidentiæ noſtræ. Mitte ergo de cœlis ſanctis tuis ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam, vt mecum ſit, & mecum laboret: vt ſciam quid acceptum ſit apud te. Scit enim illa omnia, & intelligit, & attingit à fine vſq; ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Ne ergo dixeris coram Angelo non eſt prouidentia. Item 12. cap: Nec, inquit, eſt Cap. 12.
alius Deus quàm tu, cui cura eſt de omnibus: vt oſtendas quoniam non iniuſtè iudicas iudicium. Cùm ergo ſis iuſtus, iuſtè omnia diſponis. Tu autem dominator virtutis, cum tran-

Prouidentia Dei ex ſacris literis.

*quillitate, & cum magna reuerentia diſponis nos: ſubeſt enim tibi, cùm volueris, poſſe. Suf-
fragatur huic ſententiæ Iſaias 40. cap: vbi de prouidentia Dei, qua cuncta diſponit, do-
ctiſſimè diſſeruit: Quis, inquit, menſus eſt pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit?*
Iſaias 40. *Quis appendit tribus digitis molem terræ, ſcilicet mundi machinam, quæ terra nomine*
Tribus digitis *nuncupatur? potentia, ſapientia, atq; prouidentia vno quaſi digito, quæ erant in tenebris,
in lucem produxi, idq; potentiæ digito: ſapientia verò, producta mirificè exornauit: pro-
uidentia autem, cunctis conſulit, vniuerſis prouidet, omnia denuq; diſponit, & regit. Et li-
brauit, inquit, in pondere montes, & colles in ſtatera. Ex quo ſummæ diuinæ prouidentiæ
laudem maximè commendat, cùm omnia condiderit in pondere, numero, & menſura. Si-
milis modus loquendi eſt in prouerbiis Salomonis: Nec dum montes graui mole conſtiterãt.
Omnia ergo nouit, atq; gubernat, qui fecit omnia: nihil eſſe poteſt ſua præſentia deſtitutũ:*
Ieremi. 23. *quemadmodum audacter per Ieremiam loquitur 23. Putas ne Deus è vicino ego ſum, di-
cit Dominus, & non Deus de longe? Si occultabitur vir in abſconditis, & ego non vide-
bo eum, dicit Dominus? Nunquid non cœlum, & terram ego impleo? Nuſquam ergo de-*
Baruch. *eſt, qui omnia implet: omnibus prouidet, qui omnia replet. Baruch cap: 3. belliſſimè cre-
aturarum obedientiam deſcribit, quæ diuinæ deſeruit prouidentiæ. Qui præparauit ter-
ram in æterno tempore, & replet eam pecudibus, & quadrupedibus. Qui emittit lumen,
& vadit, & vocat illud, & obedit ei in tremore. Stellæ autem dederunt lumen in cuſtodiis
ſuis, & lætatæ ſunt, vocatæ ſunt, & dixerunt, aſſumus: & luxerunt ei cum iocunditate. Ex*
Ezech. *quo perſpicuè cernitur Dei prouidentia. Ezechiel: 9. Dereliquit Dominus terram, inqui-*
Habacuc. 1. *unt, & Dominus non videt? Habacuc cap: 1. magna cum fiducia cum Deo diſputare con-
tendit: Nunquid non tu à principio Domine Deus meus, Sancte meus? Mundi ſunt ocu-
li ne videas malum, & ad iniquitatem reſpicere non poteris, eã ſcilicet approbando. Qua-
re non reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces, impio deuorante iuſtiorem ſe? Quare, inquit,
non reprimis, cùm reprimere valeas, Chaldæorum ſuperbiam? & ad eorum ſcelera quaſi
reſpicere contemnis? Itaq; Deo tribuit prouidentiam, & ab eo petit auxilium. Sophoni-*
Sophonias 1. *as, cap: 1. de hac re apertiſſimè loquitur: Et erit in tempore illo, dicit Dominus: ſcruta-
bor Ieruſalem in lucernis, & viſitabo ſuper viros defixos in fœcibus ſuis: qui dicunt in
cordibus ſuis: non faciet bene Dominus, & non faciet male. Similis loquendi modus eſt*
Malach. 3. *apud Iſaiam: Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum. Malachias cap: 3. quæri-
tur de huiuſmodi hominum inſolentia: Laborare, inquit, feciſtis Dominum in ſermonibus
veſtris, in eo quod dicitis: omnis qui fecit malum, bonus eſt in conſpectu Domini, & tales
ei placent. Aut certè vbi eſt Deus iudicij? Et dixiſtis, Vanus eſt qui ſeruit Deo. Ergo*
Hieron. *nunc beatos dicimus arrogantes? Felicitatem, ait Hieronymus, præſentis ſeculi, ſalutem*
Matth. 6. *putant, idcirco erroribus decipiuntur. Et erunt mihi, ait Dominus, in peculium, & par-
cam eis, ſicut parcit vir filio ſuo ſeruienti ſibi. In quo duplex affectus eſt, & pietatis in
filium, & ſeruitutis in famulum. Et quid longius Prophetarum oracula me interrogare o-
portet? audiamus quæſo Prophetarum Dominum de ſua prouidentia diſputantem, no-
ſtramq; puſillanimitatem, atq; ſuperfluam ſolicitudinem arguentem. Reſpicite, inquit, vo-*
Matth. 15. *latilia cœli, quæ non ſerunt, neq; metunt, neq; congregant in horrea, & pater veſter cœleſtis
paſcit illa. Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt, non laborant, neq; nent. Si fœnum agri,
quod hodie eſt, & cras in Clibanum mittitur, Deus ſic veſtit, quantò magis vos modicæ fi-
dei? Scit enim pater veſter, quia his omnibus indigetis. Non eſt autem rationi conſenta-
neum, vt volatilium, & herbarum Deus curam gerat; homines autem, cuius gratia hæc
alibi condita ſunt,, negligat. Iterum 10. cap. Nonnè duo paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex
illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro? Senſus eſt, ait Hieronymus, Si parua ani-
malia & vilia abſq; Deo authore non decidunt: & in omnibus eſt prouidentia: vos qui æ-
terni eſtis, non debetis timere quòd abſq; Dei viuatis prouidentia? Veſtri autem capilli ca-
pitis omnes numerati ſunt. Immensã Dei erga homines oſtendit prouidentiam: & ineffa-
bilem ſignat affectum, quòd nihil noſtrum lateat Deum. Capilli autem ſaluandi non ſunt,
ſed nume-*

Prouidẽtia Dei ex ſacris Doctoribus.

ſed numerati ſunt, vbi numerus eſt, ſcientia numeri demonſtratur, non eiuſdem numeri
conſeruatio. Apoſtolorum princeps 1.epiſt. cap.5. Omnem ſolicitudinem veſtram proijci-
entes in eum ait, quoniam ipſi cura eſt de vobis. Vnde Apoſtolus Actuũ 17. diſputans
cum Athenienſibus, pulcherrimè doctiſſimeq́ Dei prouidentiam approbauit. Deus, in- Pet. 1. 5.
quit ô Athenienſes, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, qua- Actuum 17.
ſi indigens aliquo, cùm ipſe det omnibus vitam, & inſpirationem, & omnia: fecitq́ ex Paulus.
vno, omne genus hominum habitare ſuper terram, definiens ſtatuta tempora, & terminos
habitationis eorum quærere Deum, ſi fortè attrectent eum, aut inueniant, quamuis non lon-
gè ſit ab vnoquoq́ noſtrum In ipſo enim viuimus, mouemur, & ſumus. Vtiq́ ſicut in cauſa Aratus.
efficiente, à qua habemus eſſe, viuere, & moueri, ſicut & quidam poëtarum veſtrorum
dixerunt, ipſius & genus ſumus: quatenus ſcilicet intellectualem habemus naturam. Ad
Rom. xi. ait, ex Deo omnia condita eſſe, & in ipſo ſubſiſtere, deq́ & ab ipſo gubernari. Rom. xi.
Quoniam, inquit, ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia: ipſi gloria in ſecula, amen.
Ad cor: 1. cap. xi. Omnia autem ex Deo. Et ad Æpheſios 4. vnus Deus pater omnium, Cor. x.
creatione vtiq́, & prouidentia. Qui eſt ſuper omnes, nempè creaturas eminenter, & per Eph. 4.
omnia, diffundes planè ſuæ gubernationis dona, & in omnibus nobis fidelibus præcipua qua-
dam viſitationis gratia: quia operatur omnia in omnibus: vt ſit Deus omnia in omnibus
cor. 1. ca. 15. Ex his ergo, & ſimilibus ſanctarum ſententiis ſcripturarum, patet diuina Cor. 1. xv.
prouidentia omnia gubernari

CAPVT. V.

Prouidentia Dei ex ſacris Doctoribus demonſtratur.

IVſtum eſſe puto poſt ſanctarum ſcripturarum oracula, claſſicos illos, &
inſignes patres, earundem ſtudioſiſſimos conſulere, vt ipſi, veluti diuinæ
ſapientiæ promptuaria, depromant nobis diuinæ prouidentiæ ſinceram gra-
uitatem, pariter, & ſuauitatem. Origenes ſuper geneſim home: 3. Memen- Origenes.
to, inquit, quia nihil ſine prouidentia Dei in hoc mundo geritur: prouiden-
tia namq́ eſt, qua procurat, & diſpenſat, & prouidet quæ geruntur. Secundum hoc au-
tem, quod prouiſorem omnium, & diſpenſatorem profitemur Deum; conſequens eſt, vt
mortalia curet: Et homelia 23. ſuper Numeros. Vobis interim dicimus, diſpenſatione qua-
dam, & ſapientia Dei, ita omnia in hoc mundo eſſe diſpoſita, vt nihil prorſus otioſum ſit
apud Deum. Malitiam Deus non fecit: tamen cùm ab illis inuentam poſſit prohibere, non
prohibet: ſed ipſis, cùm à quibus habetur, vtitur ea ad neceſſarias cauſas. Per ipſos enim,
in quibus eſt malitia, claros, & probatos efficit eos, qui ad virtutis gloriam tendunt. Nam
ſi perimeretur malitia, non eſſet vtiq́, qui contrairet virtutibus. Virtus autem non habens
contrarium, non clareſceret, nec ſplendidior, & examinatior fieret. Non probata verò,
nec examinata virtus, nec virtus eſt. Et hom: 3. ſuper Ieſum Nauem. Admiranda eſt, in-
quit, prouidentia Dei, qui volens peccatori Chanaan præſtare remedium, & conſerre ei
ſalutem, ſeruum eum fecit fratribus ſuis. hæc Origenes. Baſilius exponens illud Pſal. 48. Baſilius hom. 7.
Ne timueris cùm diues factus fuerit homo &c. Si quando videris, inquit, iniuſtum quidẽ
opuleſcentem, iuſtum verò paupereſcentem, ne animo conſternêre, quaſi tandem nuſpiam
ſit prouidentia Dei, quæ interuiſat noſtra, atq́ exploret. Quam ob cauſam home. 7. in he-
xameron, ait: Nihil eſt prorſus, inquit, quod ſub prouidentiam Dei non cadat. Nihil eſt
omninò, quod à Deo neglectum ſit: omnia explorat, omnia conſpicit oculus ille perugil:
omnibus adeſt, facultatemq́ ſalutis cuiq́ præſtat. Si Erinaceum Deus à prouidentia non
excludit; ea quæ ad te pertinent, non explorat, non conſpicit? vnde hom 9. eiuſdem ait,
Nihil eſt in rebus inordinatum, nihil non certa lege prouidentiæ circumſcriptum. hæc ſunt
Baſilij firmæ ſententiæ. Cyrillus lib: 3. contra Iulianum adducit Alexandrum de dei pro- Cyrillus.

Prouidẽtia Dei ex ſacris Doctoribus.

u..entia diſſerentẽ: Alexander verè loquens, inquit, in libro de prouidentia dicit, nihil in mũdo factum eſſe abſq; prouidentia; ſed omnia Deo plena, eumq; ad omnia pertingere, & per omnia quæ ſunt tranſire: vnde & omnia, quæ fiunt, ſecundum voluntatem eius fieri,

Alexander.

& hoc teſtari quidem lucentia. Ordo enim quæ fiunt natura, ſemper ſimiliter ſe habens, magnum argumentum eſt, quod non fortuitò talia fiunt. Inſuper & alio loco: Eorum quæ hic ſunt, ſalutem, & generationem, ſecundum ſpeciem, perpetuamq; durationem, non ſine

Ariſtot.

diuina prouidentia Ariſtoteles dicit fieri. Non velle autem Deum gerere prouidentiam eorum, quæ hic ſunt; omninò alienum eſt à Deo. Inuidi enim cuiuſdam foret, naturæq; modis omnibus indignæ: meliora non facere poſſe. Vult ergo, & poteſt: ſi autem poteſt, manifeſtum eſt autem, quod rationi autem conſentaneum, nihil omninò abſq; diuino con-

Zenon.

ſilio, & voluntate fieri. huius ſententiæ fuit Zeno Cittienſis, & Stoici alij. Et lib. v. Audiat, inquit Porphyrium ſic ſcribentem: quòd ſcilicet Deus ſit curator omnium, & ſaluator, & medicus, & ad curam vniuerſi adhibuit, vt vnus ab aliis abeat, ſicut digitus à toto pede ad vtilitatem totius corporis. Nam ſi poſſemus diuinam rationem inueſtigare, ſciremus vtiq; omninò, quomodo ad bonum, alia quidem initio prohibet eſſe, alia autem prædicit eſſe damnoſa, aliis autem proprietatis præmio mortem donarit. Similis quoq; doctri-

Chryſo.

næ vigor apud Chryſoſtomum inuenitur in ep. ad Epheſios cap. v. hom. 19. Suntne tanta, dic quæſo, bona per ſeipſa facta, lux illa quotidiana, rerum ordo tam bonus & conſtans, aſtrorum choræa, æqualis ille noctium, atq; dierum curſus? Die age, quis iſta moderatur, ſi nemo prouidet? ſi omnia ſuapte ſponte ita conſtituta ſunt? Quod enim ſuapte ſponte fit, præter ordinem eſt omninò; quod verò ordine diſponitur, arte, quæ ſine prouidentia eſſe non poteſt: omnia ergo hæc quæ diximus, ſunt diuinæ prouidentiæ opera. Et hom: 2. in cap. 1. ad Philip: Et vide, inquit, quanta ſit erga nos cura & prouidentia. Non animi noſtri propoſito quietem commiſit; ſed naturalibus illam neceſſitatibus ita obuinxit, vt nobis benefaciat inuitis. Et exponens illud Pſal. 144. Per ſingulos dies benedicam tibi. Deo, in-

Hom. c24.

quit, multa debemus, quod & cùm non eſſemus, fecerit, & quòd tales creauerit, quòd factos regit & continet, & quòd quotidie tam priuatim, quàm communiter prouidet, noſtriq; curam gerit, idq; & clam, & apertè, nobiſq; & ſcientibus, & neſcientibus. Quis enim comprehendere poteſt mirabilem illius prouidentiam, bonorum omnium ſummam, quòd ne filio quidem ſuo pepercerit propter nos? Et in Pſal. 134. Qui percuſſit primogenita Ægypti ab homine vſq; ad pecus Ne quis exiſtimaret Dei prouidentiam non verſari in ſingularibus, à generalibus, ad ſingularia, orationem propheta deduxit: percuſſit pri-

Ambroſius.

mogenita, ab homine vſq; ad pecus: Vniuerſi ergo orbis terrarum curam gerit. Ambroſius lib. officiorum primo c. 13. & ſequen: de Dei prouidentia egregiè diſputauit. Sunt quidam, inquit, qui videntes ſceleratos quoſq; diuites, lætos, honoratos, potentes, pleroſq;

Epicuræi.

verò iuſtorum, egentes, infirmos, putent; vel nihil Deum curare de nobis (vt Epicurei dicunt) vel neſcire actus hominum (vt flagitioſi putant) vel ſi ſcit omnia, iniquum eſſe iudicem, vt bonos egere patiatur, abundare improbos. Sed dic quæſo, quis operator negligit operis ſui curam? Quis deſerat, & deſtituat quod ipſe condendum putauit? ſi iniuria eſt regere, nonnè eſt maior iniuria feciſſe, & facta non curare? Nam aliquid non feciſ-

Deum ire per omnia.

ſe, nulla iniuſtitia eſt, non curare quod feceris, ſumma inclementia. Per omnia Deum ire, ipſi aſſerunt, & omnia in virtute eius conſiſtere, vim & maieſtatem eius per omnia elementa penetrare, terras, cœlum, maria, & putant iniuriam eius, ſi mentem hominis, qua nihil nobis ipſe præſtantius dedit, penetret, & diuinæ maieſtatis ingrediatur ſcientia? An forſitan ſi operis ſui cura eum non præterit, præterit tamen & ſcientia? Ergo qui plantauit aurem non audiet? Qui finxit oculum non videt, non conſiderat? Qui cogitationes hominum vanas deprehendit, ea quæ facta ſunt, neſcit, & ignorat quod ipſe fecit? Poteſt

Deum ſcire omnia.

opus ſuum ignorare artifex? Sanè ipſe eſt Deus, vt dicit Ieremias cap. 17. ſcrutans corda, & renes: & Paulus ait ad Hebr. omnia nuda, & aperta eſſe oculis Domini, quippè cùm ipſe ſit penetrabilior omni gladio ancipiti, atq; pertingat vſq; diuiſionem animæ &

ſpiritus

Prouidētia Dei ex ſacris doctoribus.

ſpiritus, compagum quoq; & medullarum diſcretor. Ex his ergo clariſſimè patet, Deum omnia & intelligere, & curare. Hieronymus in cap. Ieremiæ 9. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua &c. Iſta, inquit, eſt ſola gloriatio, vt ſciat quilibet ſapiens, quòd omnia Dei prouidentia, & inſtitia gubernentur: & quæ nobis videntur non habere rationem, iuſtitiæ plena ſint, atq; rationis: hæc enim ſola placent Deo, & in his voluntas illius eſt. Et ſuper 9 caput Ezechielis, exponens illud: Dixerunt enim: Dereliquit dominus terram, & Dominus non videt: Cauſa, inquit Hieronymus, tantorum ſcelerum illa eſt, quòd putauerunt prouidentiam non eſſe ſuper terram, nec Deum curare mortalia: iuxta illud Vir. Æneidos 4 Scilicet is ſuperis labor eſt, ea cura quietos ſolicitat. Quia igitur illi putauerunt non eſſe Dei prouidentiam, propterea Dei non parcet oculus. Et paulò pòſt exponens illud 10. cap. Et gloria Domini ſtetit ſuper Cherubim. Cherubim in lingua noſtra, ſcientiæ multitudo eſt. vnde Pſal. 79. qui ſedes ſuper Cherubim. Semper enim gloria domini ſedet in ſcientiæ multitudine: & tunc manifeſtatur, quando cuncta Dei prouidentia demonſtrantur. Nec fortuitu quid fieri, nec dicere quempiam: dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt. vnde, & intuitus Cherubim, & appetitus eorum, eſt obliuiſci præteritorum, & in futura ſe extendere. In Iſaiæ verò cap. 21. diuinæ ordinem ponit prouidentiæ. Eſt, inquit, hic ordo prouidentiæ Dei, omne hominum genus ineffabili iudicio diſpenſantis. Et exponens illud Ionæ cap. 1. Et timuerunt nautæ. Timent nautæ ignorantes veritatem, non ignorantes prouidentiam: & ſub errore religionis ſciunt aliquid eſſe venerandum, Et in primum caput Habacuc: Quare non reſpicis ſuper iniqua agentes &c. Sicut, inquit, in hominibus etiā per ſingulos dies Dei currit prouidentia: ſic in cæteris animalibus generalem quidem diſpoſitionem & ordinem, curſumq́; rerum intelligere poſſumus. Et in Oſeæ cap. 2. Prouidentia Dei ſæpè accidunt nobis mala, ne habeamus ea, quæ cupimus: & varijs calamitatibus huius ſeculi ad Dei ſeruitutem redire cogimur. Quærebat Iſrael amatores ſuos, ſed inuenit vias ſuas ſeptas ſpinis, & apprehendere non valuit. Et in cap. Matth. 10. Nolite poſſidere aurum: Qui diuitias detruncat, inquit, propemodum, & neceſſaria vitæ amputat: vt Apoſtoli doctores veræ religionis, qui inſtituebant omnia prouidentia Dei gubernari, ſeipſos oſtenderent nihil cogitare de craſtino. Auguſtinus in Pſal. 148. exponens illud. Ignis, grando, nix, quæ faciunt verbum eius: Quare hoc addidit, inquit, quæ faciunt verbum eius? Multi ſtulti non valentes contemplari & diſcernere creaturam locis ſuis, & ordine ſuo ſub nutu, & iuſſu Dei agentem motus ſuos; viſum eſt illis quia ſuperiora omnia Deus gubernat, inferiora verò deſpicit, vt nec curet iſta, neq; regat, ſed caſibus regantur. Qualis, inquiunt, prouidentia? Getulia ſitit, & mare compluitur. Qui talia dicunt, non ſitiunt veritatem, alioqui inuenirent, quòd omnia Dei prouidentia fiant. Attendat charitas veſtra: Quis diſpoſuit membra pulicis, & culicis, vt ſuum ordinem habeant, vitam atq; motum? Quis dedit aculeum culici, quo ſanguinem ſugat? Qui fecit in cœlo angelum, ipſe fecit in terra vermiculum. Qui ergo diſpoſuit membra vermiculi, non gubernat nubes? Quare in mare pluit? Quaſi non ſint in mari quæ alantur pluuia. Attendite quomodo currunt piſces ad aquam dulcem. Pluit hîc omni anno, & frumentum datur, quod diu ſeruari non poteſt. Ibi verò quia raro, & multum datur, & diu ſeruatur, minimè. Nec tamen ibi deſerit Deus homines: aut non ibi glorificant Deum. Apprende inde Getulum, pone inter iſtas arbores amœnas, fugere hinc vult, & redire ad nuda Getuliæ. Omnibus ergo locis Deus, regionibus, temporibus, ſua quæq; diſtribuit & ordinauit. Hæc ibi Auguſt. Lib. 10. de ciuitat. Dei cap. 14. Omnia quippe, inquit, quæ præſtare hominibus, vel angeli, vel homines poſſunt, in vnius eſſe omnipotentis poteſtate, quiſquis diffitetur, inſanit. De prouidentia certè Plotinus Platonicus diſputat, eamq́; à ſummo Deo, cuius eſt intelligibilis, atq; ineffabilis pulchritudo, vſq; ad hæc terrena & ima pertingere floſculorum atq; foliorum comprobat: quæ omnia quaſi abiecta, & velociſſimè pereuntia, decentiſſimos formarum ſuarum numeros habere non poſſe confirmat, niſi inde formentur; vbi forma intelligibilis, & incommutabilis ſimul habens omnia, perſeuerat. Proclus primum per omnia ait, deſuper

Hieronymus. Ierem. 9.

Ezech. 9.

10.

Iſai. 21.

Ionæ. 1.

Habac. 1.

Oſeæ 2.

Matt. 10.

Auguſtinus. Pſalm. 148.

Membra pulicis.

Quæ Getulia ſit, & mare compluitur.

Lib. 10. de ciuitate Dei.

Plotinus.

Proclus.

Prouidētia Dei ex ſacris ſcriptoribus. *prouidentiam ad vltimum vſq; procedere, ac ne minimum quidem ſui expers alicubi prætermittere. Secundum, nihil omninò eam ex gubernatis accipere: omnia ſiquidem decenter exornat, atq; à diſpenſatis abſoluitur. Eſt enim benefica pariter, atq; ſyncera, exornatrix omnium, atq; ab exculteis interim expedita: Per omnia currens, præſertim quia cohabitat nuſquam.*

prouidentiæ conditiones. *Viri quin etiam diuini, inferioribus diligentiſſimè prouident ſimul atq; tranquillè. Quid ergo de Deo dicendum? Nonnè præſens omnibus, liber eſt ab omnibus? Implens ſeipſo omnia, nullis alicubi permiſcetur. Nónne confitebimur Deum amare quæ condidit? Amor eiuſmodi prouiſor eſt, & ſeruator, & continens quæ fecit. Itaq; prouidere vt prouidens, gubernatis ne miſceatur, nec velut addictus afficiatur, nec inde recipiat quicquam, Dei propriũ eſt.*

Plato. *Plato in Epinomide illud tenendum eſſe ante alia dicit, prouidentiam diuinam, & maxima quæq;, & minima curare.*

Lib. 5. de ciui. cap. 11. *Item lib. 5. de ciuit. cap. 11. Qui dedit, inquit, & carni originem, pulchritudinem, valetudinem, propagationis fœcunditatem, & cætera omnia: quiq; non ſolum cœlum & terram, nec ſolum angelum & hominem, ſed ne exigui, & contemtibilis animalis viſcera, nec auis pennulam, nec herbæ floſculum, nec arboris folium ſine ſuarum partium conuenientia, & quadam veluti pace dereliquit; nullo modo eſt credendum, regna hominum, eorumq; dominationes & ſeruitutes, à ſuæ prouidentiæ legibus aliena eſſe voluiſſe.*

Lib. 1. de libe. arb. cap. 1. *Amplius lib. 1. de libero arbitrio cap. 1. Duobus modis, inquit, appellare ſolemus malum: vno, cùm male quenq; feciſſe dicimus: alio, cùm mali aliquid eſſe perpeſſum. Vnde ſi nemo iniuſtè pœnas luit, quod neceſſe eſt credamus; quandoquidem diuina prouidentia hoc vniuerſum regi credimus, illius primi generis malorum nullo modo, huius autem ſecundi author eſt Deus.*

Lib. Geneſ. 6. cap. 21. *Iterum de Geneſi ad lit. lib. 6. cap. 21. Audiendi non ſunt, inquit, qui putauerunt ſublimes quidem mundi partes, id eſt, à confinio corpulentioris aëris huius & ſuprà, ſuperna prouidentia gubernari; hanc autem vnam partem terrenam, & humidam caſibus potius, & fortuitis motibus agitari. Contra hos loquitur Pſalmus, qui cùm explicaſſet laudem cœleſtium, ſe etiam ad iſta inferiora conuertit, dicens: Laudate Dominum de terra, dracones, & omnes abyſſi, ignis, grando, nix &c. quæ faciunt verbum eius. nihil enim tam videtur caſibus volui, quam omnes iſtæ procelloſæ ac turbulentæ qualitates.*

Quæ faciunt verbum eius. *Sed cùm addidit: Quæ faciunt verbum eius: ſatis oſtendit earum quoq; rerum ordinem diuino ſubditum imperio eſſe. Quod autem & ſuo ſaluator dicit Matt. 10. Vnum paſſerem non cadere in terram ſine Dei voluntate, & quod fœnum agri ipſe veſtiat; nonnè confirmat, non ſolùm ſublimes mundi partes, verùm etiam abiectiſſimas particulas diuina prouidentia regi? Ex ſacris ergo Doctoribus Dei prouidentiam ſatis probatam eſſe puto.*

CAP. VI.

Prouidentia alijs rationibus oſtenditur, & quidem Theologicis.

Dei prouidentia rationibus oſtenditur. *ET ſi ea, quæ dicta ſunt, huic propoſito ſatis ſufficere putem; quia tamen res ea eſt ampliſſima, multorumq; laboribus, atq; non contemnendis ſtudiis diu multùmq; explorata; hac de cauſa, rationi conſentaneum eſſe putaui, nonnulla alia inſerere, quæ ab hoc negotio nequaquam mihi viſa ſunt aliena fore; imò non parum luminis notitiæq; allatura. In primiſq; non ignorare debemus, prouidentiam bifariam accipi poſſe, vno quidem modo pro rerum prouiſione. Alio verò, pro earundem determinatione: atq; primum certè modum, ad intellectum, ſecundum verò ad voluntatem pertinere. Adde, quòd in prouidentia duo veniunt conſideranda, vnum nempè ipſa præordinatio, alterum autem, eiuſdem executio. His accedit, quod prouidentia formalem ad creaturas reſpectum minimè dicat, ſed appellationem relatiuam tantùm ſub ratione vtiq; abſoluta; quatenus creaturarum reſpectus à Deo determinatur, quip-*

Prouidentia Dei rationibus aſtruitur.

tur, quippè quæ ab eo præuiſa ſunt & volita. Ex his ergo patet, quòd ſi prouidentia primo intelligatur modo, omnia ab æterno diuinæ ſubdita eſſe prouidentiæ; ab æterno enim omnia nouit, & intellexit Deus. Si verò ſecundo modo, in Deo quoq; eſt æterna, reſpectu omnium, quæ ab ipſo erant producenda. ſiquidem omnis potentia operatiua, perfectaq;, cuiuſcunq; obiecti reſpectu, quod natum eſt cadere ſub eadem potentia, habere poteſt actum operandi. Sed diuina voluntas, eſt potentia operatiua, eaq; perfecta, circa ergo quodcũq;, quod ſub illius voluntatem cadit, habere poteſt actum operandi; idq; non ex tempore; alioqui mutationi eſſet obnoxia: igitur ab æterno omnium habet actum creabilium, & volitiuum, & præordinatiuum. Quomodo ergo prouidentia ſit in Deo æterna, patet.

Prouidentia eſt æterna.

Omnia præterea, quoad præordinationis rationem, immediatè ſubdita ſunt diuinæ prouidentiæ: quoad verò ad præordinationis executionem, quæ gubernatio nominatur; aliquo quidem modo Deus omnibus prouidet immediatè, mediatè verò alio certè modo. Etenim ſicut per ſe ipſum omnia creauit, ita planè gubernat: addidit nihilominus media quædam, eaq; ad ſuam bonitatem propalandam communicandamq;, vt inferiora per ſuperiora gubernentur. Eſt ergo in Deo prouidentia, & quidem æterna, & immediatè, atq; mediatè prouidere dicitur.

Omnia immediatè ſubdita eſſe diuinæ prouidentiæ.

Reuera prouidentia in noſtro quidem intellectu, eſt pars prudentiæ, quippe quæ futura intuetur, ſicuti memoria præterita: ſecus autem ſe habet in intellectu diuino, in quo pars prudentiæ eſſe non poteſt, quandoquidem ſub diuina, atq; æterna Dei prouidentia omnia futura reputentur. Eſt autem diuina prouidentia præuiſio, vel ſcientia viſionis futurorum agibilium, eorum ſcilicet, quæ ordinantur ad finem vltimum pro diuinæ voluntatis arbitrio.

Prouidentia quid.

Quamobrem prouidentia perfectiſsimo modo ſe habet in Deo, ſicut in perfectiſsimo prudente, atq; in perfectiſsimo principe ſui principatus gubernacula perfectiſsimè diſponente: omnia enim ab ipſo in ſuos proprios fines diſponuntur, & in ſeipſum, qui eſt omnium finis perfectiſsimus. Etenim omne bonum, quod in rerum natura ſparſum eſſe conſpicitur, à Deo omnium opifice, conditum eſſe, dubium eſſe non poteſt. Porrò huiuſmodi bonum, non ſolùm quoad ſubſtãtiam rerum; verùm etiam & quoad debitum in finem vltimum inuenitur ordinem, quemadmodum docet Mercurius in Pymandro, & Philoſophus circa vltimum 12. met: vbi de bono ordinis, quem habet exercitus ad ſe, & ad ducem pulcherrimè diſputauit: finis autem vltimus (vt communis eſt cùm Philoſophorum, tum etiam Theologorum ſententia) eſt bonitas diuina: de qua in alio libro Pymandri plura dixi, & ad huc, vita comite dicturum me ſpero.

Ordo rerum diuinam edocet prouidentiam.

Cùm autem Deus ſit cauſa rerum per intellectum, atq; cuiuslibet ſui effectus, in ipſo ratio præexiſtat: rationem ergo ordinis rerum, quæ in vltimum tendit finem, in ipſo præexiſtere neceſſe eſt, propter eas quas adduximus rationes. Itaq; ipſa ratio ordinis in finem prouidentia nominatur. hac de cauſa dictum eſt à Boëtio in lib: de conſ: prouidentiam diuinam, eſſe rationem in ſummo omnium principe conſtitutam, à qua cuncta diſponuntur: Diſpoſitio autem, tum ratio ordinis rerum in finem, tum etiam ordinis partium in toto, dici poteſt: Ordinis verò, gubernatio nominatur:

Deus eſt cauſa rerum per intellectum.

Boetius diffinit prouidentiam.

Prouidentia autem Dei, non ſolùm cœleſtia, & humana, verùm etiam omnia, quæ ab ipſo condita ſunt Deo, regi, atq; diſponi, neceſſe eſt omninò. Etenim omne agens cùm agat propter finem, quò magis ſeſe extendit, atq; diffundit cauſalitas agentis; eò planè magis effectuum ſeſe ordinatio extenſura eſt, atq; diffuſura. Ex quo contingit interdum in alicuius agentis operibus, vt aliquid ordinatum finem attingere nequeat: aliqua n. ex cauſa huiuſmodi effectus profectus eſt, præter vtiq; intentionem illius agentis. At, cauſalitas primi agentis ſeſe prorſus diffundit in omnia, & vniuerſalia, & particularia: omniaq; ab eo ordinata ſunt in finem: quæ enim ſunt à Deo (ait Paulus Rom: 13.) ordinata ſunt. Cùm igitur Dei prouidentia aliud ſit nihil, quàm ratio ordinis rerum in finem: omnia ergo in quãtum eſſe participant, in tantum profectò ſubdantur neceſſe eſt diuinæ prouidentiæ. Sed omnia quæ ſunt, habent eſſe: igitur diuinæ ſubdita ſunt prouidentiæ. 2.

Omnia ſubſunt Dei prouidentiæ.

Paul Tim. 13.

Amplius, & vniuerſalia, & particularia à Deo perfectiſsimè cognoſci, paulò antè dixi. Dei ſiquidẽ cognitio ad res ita ſe habet, veluti cognitio artificis ad ſua artificiata: igitur quem-

Prouidentia Dei rationibus aſtruitur.

3.

admodum ordini artis, ſeu artificis ſubdita ſunt artificiata omnia; ita planè diuinæ prouidentiæ ordini creata vniuerſa. Ordo autem diuinæ prouidentia eſt, vt omnia ad vltimum reuocentur finem, nempè ad diuinam bonitatem, quæ cauſa extitit, vt quæ in tenebris erãt, in lucem prodirent. Item poſt huiuſmodi finem à rebus quidem ſeparatum, principale, ſeu præcipuum bonum rerum, eſt perfectio vniuerſi, quæ in variis naturarum gradibus, atq; rerum diuerſitate conſiſtit. Sed illa, abſq; diuinæ prouidentiæ ordine prorſus haberi non poteſt: omnia ergo ſuapte natura diuinæ deſeruiunt, atq; famulantur prouidentiæ.

Dionyſ. de diuinis Nom. 4.

Suffragatur huic propoſito Dionyſius Areopagita lib: de diuinis nominibus, cap: 4. Omnia bonitas Dei ad ſe conuertit, ait, & quæ diſperſa ſunt, ad ſe congregat, omniaq; ipſam, velut principium, continentiam, & finem deſiderant. bonum namq; illud eſt (vt ſacra teſtantur eloquia) ex quo ſubſiſtunt omnia, ſuntq; veluti ex abſolutiſſima cauſa producta, & in quo omnia conſtant, ac veluti in omnipotente receſſu, præſidioq; ſeruantur.

Prouidentia non imponit neceſſitatem rebus.

Quare illius intereſt, & ad eius pertinet prouidentiam rerum naturam non corrumpere, ſed conſeruare, atq; tueri. Diuina ergo prouidentia rebus neceſſitatem nequaquam imponit: proinde ſingulis quibusq; rebus pro ipſarum conditione naturarum, quæ ad bonum faciunt vniuerſi, opportuna adhibuit organa, atq; inſtrumenta.

Augu negat hanc neceſsitatem.

Quam ob cauſam Diuus Aug: lib: 5. de Ciuit: Dei cap: 10. Vnde, inquit, nec illa neceſſitas formidanda eſt, quam formidando Stoici laborauerunt, cauſas rerum ita diſtinguere, vt quaſdam ſubtraherent neceſſitati, quaſdam ſubderent: atq; in his, quas eſſe ſub neceſſitate noluerunt, poſuerunt etiam noſtras voluntates, ne videlicet non eſſent liberæ, ſi ſubderentur neceſſitati. ſi enim neceſſitas noſtra illa dicenda eſt, quæ non eſt in noſtra poteſtate, ſed etiam ſi nolumus, efficit quod poteſt, ſicut eſt neceſſitas mortis; manifeſtum eſt voluntates noſtras, quibus rectè, vel perperam viuitur, ſub tali neceſſitate non eſſe.

Neceſsitas nõ timenda.

Multa enim facimus, quæ ſi nollemus, non vtiq; faceremus. Si autem illa definitur eſſe neceſſitas, ſecundum quam dicimus neceſſe eſſe, vt ita ſit aliquid, vel ita fiat; neſcio cur eam timeamus, ne nobis libertatem auferat voluntatis? Neq; enim & vitam Dei, & præſcientiam Dei ſub neceſſitate ponimus, ſi dicamus, neceſſe eſſe, Deum ſemper viuere, & cuncta præſcire: ſicut nec poteſtas eius minuitur, cum dicitur mori fallíq; non poſſe. Dicitur enim omnipotens faciendo quod vult, non patiendo quod non vult. Quòd ſi ei accideret, nequaquam eſſet omnipotens.

Quare dicitur Deus omnipotens.

Vnde propterea quædam non poteſt, quia omnipotens eſt. Sicut etiam cum dicimus neceſſe eſt eſſe, vt cùm volumus, libero velimus arbitrio: & verũ proculdubio eſt: nec tamen ideo ipſum liberum arbitrium neceſſitati ſubijcimus, quæ adimit libertatem. Sunt igitur noſtræ voluntates, & ipſæ faciunt, quidquid volendo facimus, quod non fieret ſi nollemus. Vnde quidquid præter ſuam voluntatem patitur homo, non debet tribuere humanis, vel angelicis, vel cuiuſquam creati ſpiritus voluntatibus, ſed eius potius, qui dat poteſtatem volentibus.

Noſtram voluntatem non cogi.

Non enim propterea nihil eſt in noſtra voluntate, quia Deus præſciuit quid futurum eſſet in noſtra voluntate. Non enim quia hoc præſciuit, nihil præſciuit. Quòd ſi aliquid præſciuit; profectò, & illo præſciente, eſt aliquid in noſtra voluntate. Quocirca nullo modo cogimur, aut retenta prouidentia Dei, tollere voluntatis arbitrium; aut retento voluntatis arbitrio, Deum (quod nefas eſt) negare præſcium futurorum: ſed vtrumq; amplectimur, vtrumq; fideliter & veraciter confitemur. Proinde abſit à nobis vt eius negemus præſcientiam, ſiue prouidentiam, vt liberi ſimus, ſiue eſſe velimus: quo adiuuante, ſumus, vel erimus liberi.

Leges non ſunt fruſtra.

Quam ob cauſam non fruſtra ſunt leges, obiurgationes, laudes, vituperationes, & quæ ſunt generis eiuſdem: quia ipſa ab æterno Deus diſpoſuit atq; præſciuit: imò plurimùm valent, quantum ea valitura eſſe diſpoſuit, atque præſciuit: & preces valent ad ea impetranda, quæ ſe precantibus conceſſurum eſſe præſciuit. Neq; ideò peccat homo, quia Deus illũ peccaturum præſciuit: imò ideo non dubitatur ipſum peccare, cùm peccat; quia ille, cuius præſcientia falli non poteſt, ipſum peccaturum eſſe præſciuit: qui ſi non vult omninò, non peccat; ſed ſi peccare noluerit, etiam hoc ille præſciuit. Hæc Auguſtinus. quæ ſufficere arbitror animo candido, ex puro corde veritatem ſitienti.

Argumenta contra Prouiden. Dei.

ti. Ad hunc etiam modum loquitur D. Chryſoſt. ſuper Epiſtolã Pauli ad Corint. Enimuero Chriſtus, inquit, neceſſe eſt, vt veniant ſcandala: uon ideo arbitrij libertatem corrumpens, aut vitæ vim, & neceſsitatem imponens; ſed prædicens id, quod ex mala hominum voluntate ventura erant, ipſe prædixit. Deo namq; futura tam præſentia ſunt, quam ea, quæ nobis vocantur præſentia. Quare uon plus addit neceſsitatem rebus venturis præſcientia Dei, quàm præſentibus ſpectator cùm fiunt: ita cùm video te ſcribere, potes ipſe quidem non ſcribere; quòd ſi non ſcribas, iam te non videbo ſcribentem. Animis ergo ingenuis, qui pietate non autem mendacio nituntur, timenda non eſt illa neceſsitas, de qua perperam multi locuti ſunt, & ad noſtra vſq; tempora loquuntur: Deus enim omnia condidit, proprijsq; motibus adornauit. Quare ſuæ nequaquam conueniret maieſtati, velle corrumpere, quæ condidit. Proinde fatum, quæ eſt ſeries ſecundarum cauſarum, à diuina prouidentia nou excluditur, aut aufertur omninò; quandoquidem, ſicut diximus, vtitur medijs non quidem in ordine rerum, ſed in ordinis executione. Quomodo ergo prouidentia Dei ſit æterna, & rebus neceſsitatem uon afferat, dixi ſatis.

Præſcientia non affert neceſsitatem.

Fatũ à diuina prouidentia nõ excluditur

CAP. VII.

Argumenta contraria.

Solent uonnulli contra prædicta ſic arguendo contendere. Sapientis eſt prouiſoris, à rebus, quibus prouidet, omne malum abigere; alioqui, aut inſcitiæ, 1.
& ignauiæ, aut malitiæ, & inuidiæ eſſet arguendus: Igitur à Deo vniuerſis
rebus nequaquam prouidetur, atq; proſpicitur. Tenet conſequentia, quia alterum duorum neceſſariò contingeret, nempè, aut nullum in rebus malum Iob.22.
inueniri, aut Deus earum, quas diximus rerum crimine arguendus, quorum vtrumq; conſtat, eſſe falſum Deus ergo non curat omnia, ſed circa cardines cœli perambulat, nec noſtra conſiderat. Sanè, quòd ſuæ relictum eſt poteſtati, vt pro ſuo libitu, arbitrij ſui dignitate vti poßit, profectò ſub diuinam non cadit prouidentiam; ſed homo ſuis in operibus
talem ſuſcepiſſe videtur arbitrij libertatem. Fecit, inquit Eccleſ. xv. Dominus hominem, Eccleſ.15.
& reliquit eum in manu conſilij ſui. Actus ergo humani ſub diuina uon cadunt prouidẽ-
tia: vnde illud Boët. humanas tantùm reſpuis actus. Ergo quòd prius. Amplius, Deo uõ 2.
eſt cura de bobus, authore Apoſtolo 2. ad cor. cap. 9. igitur non curat omnia, alioqui de 1. de cõ.
bobus etiã curam gereret. Adde, quòd fortuita ſub Dei prouidentia minimè contineantur, 5. Omnia certo fine gubernans, humanos tamen reſpuis actus.
quippe cùm Dei prouidentia ſit certa, atq; determinata, illa autem incerta, & confuſa: nõ ergo Dei prouidentia diſponuntur omnia. Adhac accedit, quod prouidentia eſt pars prudentiæ, ſed in Deo uon eſt prudentia, cùm omnia illi ſint præſentia: prudentia autem fu-
tura conſiderat: ergo &c. Iterum, quicquid eſt in Deo, eſt æternum; alioqui aliquid de 3.
nouo illi accideret, atq; ita non eßet omnibus modis immutabilis, quòd eſt falſum ſed prouidentia non eſt aliquid æternum, quippe cùm circa exiſtentia ſit authore Damaſceno, quæ non ſunt æterna: deniq; prouidentia, aliquod videtur eße compoſitum; includit enim & voluntatem, & intellectum: ſed in Deum non cadit aliqua compoſitio, vt dixi in
alio libro Pymandri: in Deo ergo non eſt prouidentia. Adhuc, & ſi ſit in Deo prouiden- 4.
tia non tamen illa ad omnia ſeſe extendit; ſiquidem nullum prouiſum eſt fortuitum; implicat enim, & prouiſum, & fortuitum eße: ſed multa ſunt fortuita, alioqui caſus periret, & fortuna, quod non placet philoſopho 2. phy ſecundum communem propemodum philoſophorum opinionem. non ergo omnia diuinæ prouidentiæ ſubdita ſunt. Sanè, quæ neceßitate contingunt, ſub prouidentia nou cadunt: prudentia enim authore philoſopho vi. eth. eſt recta ratio contingentium, de quibus eſt conſilium & electio. Cùm igitur multa
in rebus ex neceßitate eueniant: non omnia ergo prouidentiæ ſubdita ſunt. Præterea ſi 5.
prouidet, mediatè vtiq;, & non immediatè omnibus prouidet: Nam quicquid dignitatis eſt in rebus, Deo vtiq; eſt attribuendum, in quo eminenter omnia bona continentur. Sed

Argumēta contra Prouidentiam Dei.

ad regiam ſpectat dignitatem, aliquos habere miniſtros, quibus mediantibus, his proſpiciat, qui ſuo ſubſunt imperio; multo ergo magis huiuſmodi ordo regendi diuinã decet maieſtatem. Adde, quòd ſi Deus immediatè omnibus prouideret, omnes profectò aliæ cauſæ penitus deſtruerentur; quòd perfectioni vniuerſi minimè conueniret. Conſequentia patet. Siquidem prouidentiæ intereſt, ad finem res ordinare; finis autem cuiuslibet rei, eſt perfectio, & bonum: ad quamlibet autem cauſam ſpectat, ad bonum ſuum effectum producere. Quòd ſi à Dei prouidentia omnes effectus ad huiuſmodi bonum immediatè perducerentur; vanus perfectò eſſet cauſarum ordo. Ergo &c. Sanè, melius eſt neſcire, quàm ſcire vilia teſte Aug. in enchyridion. Igitur conuenit diuinæ maieſtati hæc vilia ignorare:
6. *quòd enim melius eſt, Deo eſt attribuendum. Amplius, intellectus diuinus non cognoſcit hæc ſingularia, ergo non curat. Tenet conſequentia: cura enim, abſq; eorum notitia, quæ nobis curæ ſunt, eſſe non poteſt. Antecedens probatur: etenim ſi Deus (vt dicit cõmentator. 12. met: com: 51.) res extra eſſentiam ſub propriis intelligit rationibus aut in vniuerſali, aut in particulari: non quidem in particulari; particularia enim ſunt infinita; infinitum autem ſecundum quòd infinitum, ignotum eſſe, philoſophus in phyſicis affirmat: ideoq́; ſunt ab arte remouenda, quantò magis autem à diuina prouidentia? Nec in vniuerſali: quoniam vt ibidem ait Auer. & com: 14. ſcire aliquid in vniuerſali, eſt ſcire in potentia. Idem 3. phyſ com: 13. Sed dei ſcientia eſt ſummus & purus actus: igitur non eſt*
7. *vniuerſalis, neq; particularis, nec ergo ſingularia cognoſcit, neq; curat. Præterea, omne intelligens aliud à ſua eſſentia, eſt intellectus in potentia; ſiquidem omne tale cauſatur ab intelligibili: omne autem cauſatum ab intelligibili, eſt in potentia: ergo Deus non intelligit aliud ab eius eſſentia. Sanè, effectus in cauſa contentus, nulla prorſus diſtinctione ab illa diſtinguitur: ſed bene cauſa in effectu contenta. Effectus enim cùm à cauſa producitur, quandam priuationem ſibi adiungit, excellentiæ cauſæ ſaltem. vbi autem eſt priuatio, ibi & multitudo; priuatio ſiquidem ſine actu eſſe non poteſt. Secus autem res ſe habet quando effectus eſt in cauſa; quandoquidem nullum ibi ſui diſpendium, ſeu diuiſionem patiatur. Ex his ergo patet, omne intelligens aliud eſſe in potentia: ſed Deus ſemper*
8. *eſt in actu: ergo &c. Adhuc, omne comprehendens, ſiue intelligens ſingularia ſingulariter, & ſignatè, eſt corpus, ſeu virtus in corpore, vt habetur in commen: de Somno: comprehendens namq;, & comprehenſum ſunt vnum in modo ſe habendi: hac de cauſa dixit Auerroes, intelligentias ſeparatas, virtutes eſſe in corpore, & ſenſus, ſi ſingularia ab ipſis intelligerentur. ſed Deus non eſt corpus, neq; virtus in corpore: non ergo ſingularia intelligit. Reuera, ſi noſtro repugnat intellectui, quatenus intellectus eſt, ſingularia intelligere, quantò magis intellectui diuino? Ex talium namq; intellectione, neq; perfectionem, neq; imperfectionem recipit; aliter aliquid noui in Deum caderet: fruſtra ergo ſingularia intelligeret.*
9. *Amplius, Deus ſingularia non intelligit, aliquid perfectionis ab illis recipiendo; alioqui illius intellectus eſſet in potentia, quòd eſt falſum. Neq; per ſuam eſſentiam, tanquam per rationem repræſentandi, ſicuti intellectus noſter, quidditatẽ materialem per ſpeciem ſibi præſentatam, intelligit. In cauſa autem eſt, quia omne repræſentans, pro modo ſuæ quidẽ naturæ conueniente repræſentet, neceſſe eſt: ſed ſpecies, quæ eſt in ſenſu, indiuidualiter, quæ verò in intellectu, vniuerſaliter repræſentat Quare ſi eſt aliquid repræſentatum vniuerſale per eſſentiam; vniuerſalius vtiq; repræſentabit, quàm ſenſibilis, aut intelligibilis ſpecies. Sed diuina eſſentia, quæ per ſe eſt ab omni materia eiuſq́; conditionibus libera, vniuerſalius poteſt eſſe nihil, cùm ſit in ſupremo gradu intelligendi. Repræſentatum ergo per Dei eſſentiam, & intelligibili ſpecie, & ſenſibili eſt vniuerſalius, atq; ita non poterit eſſe ſignatum, & indiuiduum. Non ergo intelligit ſingularia.*
10. *Amplius, 12. tex: com: 51. ſi compoſitum eſt, quòd intelligit, transmutabitur in partibus totius &c. Et eſt ſenſus: intellectus diuinus, eo ordine, quò ſunt res apud naturam intelligibiles, intelligit, idq́; omnes affirmant: ſed partes ſunt priores toto: prius ergo partes, quàm totum intelligit, atq; ita de noto ad ignotum procederet, ſicq́; transmutabilis eſſet,*

 Soluuntur argumenta.

lis eſſet, quod eſt falſum. Adde, quòd ſingularia quatenus ſunt in mente diuina, ſunt vnum, & æterna; iſta verò ſunt diuerſa, & mutabilia: cùm ergo ſint diuerſæ conditionis; non ſunt ergo eiusdem cognitionis: proinde illa cognoſcens, hæc ex illis minimè cognoſcit. Quòd ſi hæc fuerint admiſſa, ſequitur omninò, vt Deus ſingularia non curet. Item, ſi Dei 11. *prouidentia omnia gubernentur, ex neceſſitate omnia contingunt: Effectus enim habens aliquam cauſam, quam neceſſariò ſequitur; pari quoque modo ex illa proficiſcitur, teſte philoſopho 6. met: Sed prouidentia Dei eſt æterna, vt dixi, eamque effectus neceſſariò ſequitur: alioqui poſſet fruſtrari: imponit ergo rebus præuiſis neceſſitatem. Suffragatur autem huic ſententiæ Boëtius 4. de conſ: Fatum, inquit, ab immobilibus prouidentiæ proficiſcens exordiis, actus fortunasque hominum indiſſolubili cauſarum connexione, aſtringit. Sanè quilibet diligens, atque ſtrenuus prouiſor, pro viribus ſua opera fundare ſtudet, atque ſtabilire: quantò magis omnium prouiſor Deus? Ergo quod prius: nempè quòd Deus non geret omnium curam.*

CAPVT. VIII.

Soluuntur argumenta.

Dico ad primum, de prouiſore particulari, antecedens verum eſſe, non autem 1. *de vniuerſali, cuiusmodi eſt Deus: à quo ſi omnia mala prohibita fuiſſent, multa profectò bona impediuiſſet. ſi enim non fuiſſent tyranni, Eccleſia Martyribus careret. Proinde Auguſtinus in enchyr: doctiſſimè oſtendit,* Aug. *Deum omnipotentem nullo modo ſinere ſuis in operibus malum aliquod inueniri; niſi vſque adeò eſſet omnipotens, & bonus, vt benefaceret etiam de malo. Quoniam enim meliora ſunt in mundo, iccirco quoque ſunt & deteriora. Quo enim pacto deterius aliquid in opere multiformi eſſe poteſt, ni ſit & melius? Omninò autem quicunque deterius è mundo tollendum putant, tollunt & ipſam prouidentiam.* Plotinus. Lib. 7. cap. de proui. *Vnde pro huius ordinis concinnitate conſeruãda, putauit Plato, mala à mundo penitus extirpari non poſſe.* Plato. *Ad confirmatiam dico, hominem non ſic in manu ſui conſilij ſuiſſe relictum; quaſi à diuina excluſum omninò prouidentia; cùm alibi affirmet, idemmet ſapiens (vt recitaui paulò ante) hominem diuina prouidentia gubernari: ſed nobilem hominis naturam declarauit, vtpote, quæ à Deo dono libertatis, atque arbitrij donata fuerit munere, quòd planè in cæteris animantibus tantam non obtinet libertatem agendi. Ad 2. Muta animantia ſui actus domi-* 2. *nium non poſſidentia à Deo minime curari, quaſi Apoſtolus ſentire videtur: cuius profectò verba ita ſunt intelligenda: pecoribus, quibus liberum non ineſt arbitrium, meritũ, aut demeritum non eſt attribuendum; iccirco à Dei prouidentia ſeparantur, quia ſcilicet non eis prouidet, quaſi ad electorum numerum venturis: ea tamen non aſſerit, à Deo non gubernari, vt hæritici ſentiunt. Sapientia enim diuina attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter:* Sapi. 7. *vnde ad Rom: ipſemet fatetur, omnia, & eſſe à Deo habere, & viuere. Ad confirmationem dico, multa quidem ſecundarum, non autem primæ cauſæ reſpectu, fortuita dici poſſe: nihil enim eſt, quòd illius præordinationem ſubterfugere queat. Ad aliam patet ex ſupradictis reſponſio: ſiquidem prudentia, & alia ſibi annexa non eſt conſiliatiua, ſed præceptiua, Deoque congruit.* Quæ prudentia Deo tribuatur & conſilium. *Conſilium præterea quoad rectitudinem certitudinemque agendorum, quæ finis conſilij nominatur; non autem quoad veritatis indagationem, inquiſitionemque, à Deo remoueri non debet. Ad 3. dictum eſt ſu-* 3. *perius, ad curam, ſeu prouidentiam duo maximè ſpectare, nempe ordinis rationem, quæ prouidentia, atque diſpoſitio nominatur: & eiusdem ordinis executionem, quæ dicitur gubernatio. Quorum primum eſt æternum, ſecundum verò temporale. Ad confirmationem reſpondeo, quòd licet prouidentia ſit in intellectu, præſupponit tamen voluntatẽ finis. Nullus enim præcipit de agendis propter finem, niſi profectò ipſe velit finem. Adde, quòd ſi prou-*

Soluuntur argumẽta

prouidentia æquè vtrumq; intueretur; nullum tamen diuinæ ſimplicitatis ſequeretur detri-
4. mentum: quippè cùm intellectus, & voluntas in Deo ſint idem, ergo &c. Ad 4. iam re-
ſpondi. Ad confirmationem verò dico, hominem non eſſe inſtitutorem naturæ, ſed rebus
naturalibus vtentem ad ſuæ artis opera exercenda, ideoq́ illius prouidentiam non ſe exten-
dere ad neceſſaria, quæ ex natura proueniunt. Verùm cùm Dei prouidentia naturæ ſit fa-
bricatrix; ad illius vtiq; naturæ neceſſaria ſeſe ſine dubio extendere poteſt: ergo &c.
5. Ad 5. verum eſt quidem, habere miniſtros ſuæ prouidentiæ executores, regiæ conuenire
dignitati, eorum verò quæ agenda ſunt, rationem non habere regiam dedecet maieſtatem:
omnis quippè ſcientia operatiua eò perfectior eſt, quò particularia, in quibus actus eſt,
penitius conſiderat. Itaq; quoad rationem ordinis rerum habendam, Deus immediatè om-
nibus prouidet: quoad verò ad eiuſdem ordinis executionem, medio vtitur miniſtrorum.
Vnde Iob 34. de primo prouidendi modo loquens, ait: Quem conſtituit ſuper terram? aut
Gregorius. quem poſuit ſuper orbem, quem fabricatus eſt? Quod à Papa Gregorio ita exponitur:
Mundum per ſeipſum regit, quem per ſeipſum condidit. Ad confirmationem dico, Dei
prouidentia, cauſas ordinis executrices non auferri, aut deſtrui; imò confirmari, atq; vi-
gorari, vt ſuis muneribus fungi valeant. Ad aliam confirmationem: Praſtat quidem no-
bis mala non cognoſcere, vtpote qui facile illorum imaginibus ſordidamur. Deum autem,
in quem peccatum non cadit, decet omnia ſcire, vt omnibus conſulere poſſit, atq; proſpice-
6. re. Patet ergo quonammodo omnibus planè rebus prouideat. Ad 6. vnico autem actu,
non quidem motiuè, ſed terminatiuè, atq; ſecundariè Deus intelligit omnia, etiam infinita:
quippè qui intellectum habeat infinitum. Ariſtoteles autem, (vt quidam ſentiunt) puta-
uit omne intelligibile à noſtro intellectu intelligi poſſe, cùm autem nequeat infinitum pe-
netrare; arbitratus eſt, infinitum eſſe prorſus ignotum, nam Deum ſeipſum tantùm intelli-
Obiectiones. gere voluit. Sed dicet aliquis, ſi Deus vnico actu intelligit, vnũ, & non omnia intelligit; vni-
ca enim ratione intelligi non poteſt, niſi vnũ obiectũ: habet ergo in ſe diſtinctas atq; infini-
2. tas ſpecies, ſeu quidditates, quibus infinita intelligere poſſit. Adde, quod ſi Deo non ineſ-
ſent huiuſmodi rationes æternæ, profectò intellectus diuinus infinitus dici non poſſet: quod
eſt falſum. Tenet conſequentia: ideo namq; Deus eſt infinitus vigore in intelligendo; quia
ſcilicet infinitas atq; æternas habet rationes intelligendi: quarum quælibet aliquãta eſt
3. perfectionis. Ad hæc accedit, quod quemadmodum artificis cuiuſpiam intellectus ad ſua
ſeſe habet artificiata; ita planè intellectus diuinus ad orbem vniuerſum: quamobrem
mundi opificem intellectum diuinum Plato appellauit. Sed diſtinctis rationibus, quibus
artificiata condita ſunt, ab artifice cognoſcuntur: igitur ſi intellectus diuinus ſingularia
Solutio. intelligit, habet diſtinctas intelligendi rationes: quod certè omnimode illi ſimplicitati mi-
1. nimè conuenit. Dico ad primũ, per vnam rationem intelligendi, quæ eſt effectus, non niſi
vnum propriè diſtinctèq; intelligi poſſe: Per rationem verò intelligendi, quæ eſt cauſa,
2. tot intelligi, quot ipſa eſt propria, & diſtincta ratio producendi. Ad 2. negatur conſe-
quentia: Deus enim eſt infinitus, non quidẽ propter infinitas producendi rationes; ſed pro-
3. pter ſuam eſſentiam, quæ per ſe ipſam eſt ratio, atq; cauſa infinitorum. Ad 3. multæ quidẽ
ſunt rationes in rebus, vna tamen idea in primo artifice. vnde Philoſophus 12. met: te:
cõ: 52. Si, inquit, prima intelligeret aliud à ſe, dignificaretur per aliud à ſe, quod eſt
falſum. Item tunc planè eſſentia diuina nequaquam eſſet intellectus diuini adæquatum
obiectum: per aliquas enim rationes intelligeret, quæ non eſſent diuina eſſentia, nec etiam
7. ſub ipſa contenta. Vnico ergo modo intelligit omnia. Ad 7. Intelligere aliud, biſariam ac-
cipi poteſt, vno quidem modo, non propria, ſed alterius virtute, & ita antecedens eſt ve-
8. rum: alio autem, virtute eſſentiæ intelligentis, & ſic eſt falſum. Ad 8. comprehẽdere par-
ticulariter & ſignatè, ſi à ſignificatione ſumatur à re concepta: Maior vtiq; eſt vera; fal-
ſa autem ſi à ſignificatione ſumpta à cognoſcente. Etenim Deus virtute propria, cauſatiua,
qua res particulariter, & ſignatè continet, & particulariter comprehendit, & ſignatè;
idq́ virtualiter non formaliter: conuenit enim cum indiuiduis in modo ſe habendi, virtua-
liter qui-

liter quidem, non autem formaliter. Ad confirmationem negatur antecedens: ſiquidem intellectui non repugnat; ſed quatenus eſt noſter: quia ſcilicet virtualiter ſingularia non continet, ſicut intellectus diuinus, qui ſua propria virtute illa intelligit, & continet: quæ planè ideo à Deo intelliguntur, non quidem, vt ipſe inde aliquid perfectionis acquirat, ſed vt illa potius perficiantur, atque compleantur. Deus prouidet omnibus.

Ad 9. dico, ſingularia à Deo intelligi per ipſius eſſentiam, non quidem per modum naturæ, ſed eiuſdem virtuti cauſatiuæ conuenientem. Quam ob cauſam, & ſi eſſentia per ſeipſam ſit vniuerſalis; in cauſando tamen eſt particularis: ideoq; particularia particulariter repræſentare poteſt. 9.

Ad 10. Quamuis natura comparatum ſit, vt prius partes, quàm totum intelligatur: Deus autem cùm omnia cognoſcat ſimul, & vnico actu, non diſcurrit, cùm illius ſapientia diſcurſu non egeat. Ad cõfirmationem dico, Deum habere peculiarem cognoſcendi modum tum ſe, tum etiam cætera omnia, nulli vnquam communicatum, aut communicandum creaturæ, ideoq; nobis eſſe incognitum, & vix intelligibilem: ſiquidem immutabiliter, intelligit mutabilia omnia. 10.

Ad 11. Diuinæ prouidentiæ effectus partim quidem neceſſariò eueniunt, partim verò contingenter; pro modo vtiq;, à diuina maieſtate, rebus omnibus diſtributo Porrò immutabilitas illa, quæ à Boëtio adducitur, ad prouidentiæ certitudinem, quæ à ſuo effectu non deficit, modoq;, quem præuidit, non autem ad effectuum neceſſitatem pertinet. Ex hoc apparet, certum eſſe diuinæ prouidentiæ ordinem, eodem modo ſemper incedere, ſicut à ſummo eſt inſtitutus principe Deo. 11.

Porrò, etſi hactenus de hac re multa dixerim, quia tamen ad Dei magnificentiam ſpectat, alia adhuc addere non piguit. Plotinus enn.3. lib.2. de prouidentia, cap 1. Quid ergò, inquit, de his dicendum eſt, de mundi huius constructione, qua ratione, quàm optimè quoad fieri potuit, ab optimo Deo conſtructus eſt, ad exemplar mũdi intelligibilis? Deus intelligit omnia. Plotinus docet.

1. Vult ergo Plotinus, mundum ſenſibilem, maiorem non habere virtutem continendi, & actu, & eſſentialiter; quàm mundum intelligibilem mentaliter, & intellectualiter: Sed mundus ſenſibilis, & particularia continet, & vniuerſalia, cùm actualiter, tum etiam eſſentialiter: mundus ergo intelligibilis ſimiliter continet omnia. qui quidem mundus, authore Platone, eſt ipſe Deus. Deus igitur in ſeipſo habet omnia.

2. Amplius, quemadmodum Deus ſe habet in eſſendo, & cauſando; ita, abſq; dubio in intelligendo: eſſe enim in Deo non diſtat, ſeu differt ab intelligere: ſed Deus eſt omnium cauſa, datque omnibus eſſe; omnia ergo intelligit.

3. Sanè, Deus produxit aliquid extra ſe, nempè mundum vniuerſum: illum ergo intelligit: alioqui quomodo produxiſſet? Iterum à Deo res non ſolùm eſſe, verùm etiam, vt cauſæ poßint eſſe cæterorum, acceperunt. Quare neceſſe eſt, vt cauſa prima, quæ iſta cauſis commiſit ſecundis, in ſeipſa eminenter contineat. Adde, quòd ſi materia continet omnes formas, non modò in vniuerſali; verùmetiam in ſuis proprijs formis particularibus: ob quam cauſam materiam infinitudinem appellauit Plotinus. Igitur prima forma, primusq; motor omnes formas actu in ſe continet. Idem ſenſit Auerroes 12 met. com. 28. & 36. Auer. Suffragatur quoque Plato huic propoſito, à quo Deus inducitur angelos alloquens, illiſq; præcipiens, vt alia fabricarent: præceptum autem non eſt de ignoto: Deus ergo ſecundum Plotinum, & Platonem intelligit aliud à ſe. Plato.

4. Amplius, difficultas in re intelligenda, vt dicitur 2. met. oritur, aut ex parte intelligentis, aut ex parte rei intellectæ, quorum neutrum Deo accomodari poteſt: nam intellectus Dei eſt ſummus in intelligendo: intelligit omnia, ergo. Neq; ex parte rei intellectæ: quandoquidem ſi ſenſus, qui eſt inferior potentia intelligit ſingularia; quantò magis diuinus intellectus, qui eſt potentia infinita?

5. Adhuc, intellectus intelligens aliquam quidditatem, aut quidditatis rationem, omnia vtiq; poteſt intelligere, in quibus illa includitur ratio: Sed intellectus diuinus intelligit omnes entis rationes: & cætera ergo intelligit, vtpote vniuerſalia, & particularia, in quibus entis ratio includitur. Adde, quod intellectus diuinus perfectiſsimè cõtinet omnia, alioqui ſubſiſtere non poſſent, igitur perfectiſsimè intelligit.

6. Præterea: aut intellectus diuinus cognoſcit ſe eſſe finem omnium rerum, aut non: ſi non: imperfectè ergo ſeipſum cognoſcit, quippe qui non cognoſcat ſe ſecundum omnem modum ſibi poßibilem cognoſci,

natione diuina. *quod eſt falſum. Si autem cognoſcit, omnes ergo illius terminos cognoſcit, atq; ita omnia, quorum eſt finis, nempe ſingularia, & vniuerſalia omnia. Itaque Deus intelligit omnia, prouidet omnibus, conſulit vniuerſis, cuius prouidentiæ meipſum ex corde commendo, laboresq́; noſtros, quos aſſumpſimus pro ſancto Pymandro.*

DE DOMINATIONE SIVE REGNO DEI.

MERCVRIVS DIAL. II.

Actio Dei, poteſtas inſuperabilis, cum qua nec humanam, neq; diuinam vllam comparare quis audeat. Caue igitur ô Mercuri, ne quid infernorum, ne quid etiam ſupernorum Dei ſimile cenſeas. Nam à veritate penitus aberrares. Nihil quippe ſimile eius eſt, quod diſsimile ſolumq; & vnum eſt, Deus namq; otioſus non eſt, alioqui otioſa forent omnia: cuncta ſiquidem plena ſunt Deo.

Comment: IX.

QVoniam duo eſſe profeſsi ſumus, quæ ad Dei prouidentiam ſpectant, rationem ſcilicet ordinis, & eius executionem: atq; de altero illorum, nempè de prouidentia locuti ſumus: reliquum eſt, vt de ordinis executione, quæ gubernatio, ſiue regimen nominatur, ſtudioſe loquamur; præſertim cum ſapientiſsimus de huiuſmodi negotio Mercurius multis in locis non obſcurè diſputauerit Dial: 11. vbi de mundi ordine, (Dialo. 11.) *productione, conditioneq́; multa diſſeruit, de Dei poteſtate, modoq; regendi loquens, ait:* Actio, *inquit*, Dei, poteſtas eſt inſuperabilis, cui aliqua alia conferri non poteſt. *Simile quiddam eſt in Daniele: Poteſtas eius, poteſtas æterna, quæ non auferetur, & regnum quod non corrumpetur.* (Daniel.) Non eſt aliquid, neq; in cœleſtibus, neq; in abyſsis, neq; in terra illi ſimile, quippe qui ſolus ſit, & vnus. Neq; putemus eum in ſublimibus degere, atq; otio torpere, quaſi, quæ condidit, non gubernet, & regat: alioqui omnia forent otioſa, ſuis vtiq; officijs deſtituta. Itaq; Deo omnia regente, & gubernante, nihil in mundo eſt otioſum, nihil fruſtra. *Similis modus loquendi eſt apud Ioan: Pater meus, inquit, vſq; modò operatur, & ego operor.* (Ioan. 5.) *Qui ergo mundum condidit, ipſemet, ſuis eiuſdem legibus gubernat, poteſtatisq́; ſuæ potentia adminiſtrat, & regit. Vult ergo Mercurius, vnum eſſe regem vniuerſi, ab eoq́; perpetuo dominio regi, atq; gubernari.* (Vnus eſt mũdi Rex.) Agens, *inquit*, primum, non vni præſens eſt tantùm, ſed omnibus; nec vnum duntaxat, verùm vniuerſa producit: Efficax eſt enim illi poteſtas, ſub qua ſunt opera ab illo progenita. *Omnia ergo diuinæ ſubdita ſunt poteſtati.* Aſpice, *ait*, ſubiectum tuo conſpectui mundum, inuiolabile corpus: inſpice ſeptem Planetarum orbes, ignem, Lunam, terram in medio ſitam, terrenorum nutricem: meditare numerum mortalium, immortaliumq́;. (Omnia eſſe cõdita.) Quòd autem hæc ſint cóndita, nequaquam eſt tibi opus Mercuri, vt me diſſerente, perdiſcas. Nam corpora ſunt, habentq́; animam, & mouentur. Hæc autem in vnum congredi, abſq; congregantis virtute, impoſsibile eſt. Oportet igitur aliquem eſſe talem, ac penitus vnum. Nam cùm multi varijq; ſint motus, &

diſsimilia

De dominatione diuina.

diſsimilia corpora, vnus autẽ ordo velocitatis in omnibus; impoſsibile eſt
duos, aut plures eſſe factoees: neq; enim ordo vnus ſeruaretur in omnibus.
Eadem pene eſt ſententia apud omnes propemodum Philoſophos, à quibus clariſsimè de- Vnus factoe.
finitum eſt, vnum tantùm eſſe mundi factorem, atq; rectorem: nam multa commodius ab
vno, quàm à multis reguntur. In alio libro Pymandri multa ſuper hoc ſcripſimus, vbi de 2.
Dei vnitate diſputauimus. Addit Mercurius & aliam rationem, quam poſteriores paſ- Alia ratio.
ſim imitantur. Præterea, *inquit*, qui inter illos imbecillior eſſet, potentiori ni-
mirum inuideret, ex quo ſeditio quædam exoriretur. Itaq; ſi vnus eorum
author mutabilium animãtium extitiſſet, cuperet quoq; immortalia gigne-
re: quemadmodum genitor immortalium, affectaret mortalia. Quin eti- Tertia ratio.
am, vno exiſtente mundo, vnaq; materia; ad quem illorum potiſsimùm fa-
bricatio pertinet? Quòd ſi ad vtrumq;, ad quem prouintia maior? Ne er-
go ſit inter ſuperos inuidia, & in partibus vniuerſi contentio, rectius ab v-
no, quàm à multis mundus regitur principibus. Amplius, ſunt viuentia Quarta ratio.
mortalia, & immortalia: anima quoq; ſimiliter ſuo propinqua parenti, ſe-
cundum ſeipſam vitæ cauſa eſt. Quomodo igitur iſta differũt ab inuicẽ?
Eſt ergo horum omnium author, vitæ largitor. Quis namq; iſte? quis alter Quinta ratio.
præter vnicum Deum? Num alteri cuipiam, quàm ſoli Deo conuenit pro-
creare viuentia? Vnus itaq; Deus, mundum vnum confeſſus eſt, & So-
lem vnum, vnicam Lunam, vnam quoq; diuinitatem. Ipſum verò Deum
quotum vis eſſe? vnus igitur ſingula facit in multis. *Itaq; ex præclariſsima-*
rum creaturarum vnitate, Dei præſeferentium maieſtatem, vtpote, vitæ, materiæ, mundi,
Lunæ, Soliſq;, Deum vnum eſſe, eundemq; omnium, & factorem, & gubernatorem, Mercu- Dei poteſtas
rius affirmat. Egregiam poſtea adiũxit ſimilitudinem, qua perpetuam Dei circa mundũ declaratur.
gubernationem declarauit. Num cenſes, *inquit*, arduũ eſſe, & laborioſum Deo,
vitam, animam, immortalitatem, mutationemq; efficere? Tu enim tot tan- Sexta ratio.
taq; potes, vides, audis, odoras, guſtas, tangis, loqueris, graderis, ſpiras, in-
telligis, vnus hæc omnia præſtas. Vnde quemadmodum qui ceſſat ab his
non eſt amplius animal; ſic qui ab illorum conſtructione ceſſaret, minimè
Deus. Id autem ſuſpicari nefarium. Amplius, nihil eſt in rerum natura, cui Septima ratio
non inſit naturalis quidam vigor, ſimulq; certi operis executio; quantò ma-
gis aſſeuerandum eſt, Deo non deeſſe poteſtatem omnium, & effectum?
Nam quicquid otioſum; imperfectum: Imperfectum dicere Deum; nefas.
facit igitur, & regit omnia Deus. *Itaq; ſicut ſe habet anima in corpore, ita, imò*
multò eminentius Deus in mundo: Vnde quemadmodum, anima recedente, ceſſant vita-
lia omnia; ita planè ſi à mundo ſuæ Deus amoueret ſuſtentationis potentiam. Deniq; ſicut Vi peopria re-
vnicuiq; rei, propriæ naturæ eſt ordo tributus, ne imperfectionis incurreret diſpendium; git omnia.
ſic certè, ſi Deus ſua ſubtraheret gubernationis auxilia à rebus à ſe conditis, imperfecti
nomen opificis, ignauiq; ſortiretur authoris: quod nefas eſt aſſerere: Siquidem Deus eſt
vita, pulchrum, & bonum, non diffuſus voluptate, non habens operis ſui adiutorem, ſuàpte
natura efficax, vi propria operans, verſatur in opere ſemper: exiſtens ipſe quodcunq; fe-
cerit vnquam. ſi quando influxum ſuum ipſe ſubtraxerit, deficiente vita, in mortem cor- Dei influxus
ruent vniuerſa. Cùm verò viuant omnia, vnaq; ſit vita cunctorum, vnus eſt Deus. Si igi- continuus.
tur Deus propria virtute in ſuo opere verſatur ſemper, & continuo influxu omnia ſuſtẽtat,
& cauſa eſt efficiens cunctorum viuentium: igitur ipſe eſt verus, & vnicus mundi condi-
tor, gubernator, & pater. Amplius, Deus, vnam habet ideam, intelligit Mercurius filium Octaua eatio.
Dei, qui eſt ſapientia genita, in qua pater condidit vniuerſa. Omnia (inquit Dauid) in ſa-
pientia feciſti. Ex ideæ ergo vnitate, vnum vult eſſe mundum, atq; eiuſdem gubernatorem.
huius, inquit, idea propria, cùm aſpectum fugiat oculorum, incorporea eſt, formaſq; per
corpora ſingula exprimit. Iterum, quemadmodum homo nequit ſine vita viuere; ita nec Nona ratio.

De dominatione diuina.

Deus, niſi bona producat. Hæc enim eſt vita Dei, hic eius actus, agitare ſingula, vitamq́; omnibus inſpirare. Vita Dei eſt fruitio ſuæ eſſentiæ, quæ ex creaturarum gubernatione non pendet.

Decima ratio

Quando ergo dicit Mercurius, hanc eſſe vitam Dei, ſingula ſcilicet agitare; perinde eſt, ac ſi diceret, quòd ſingula quæq; ſecundum proprios motus moueantur; pendet ex authore Deo, cui placet creaturarum ordo, atq; eiuſdem ordinis conſeruatio. Proponit poſtea noſtræ ſimilitudinem poteſtatis, ex quo vult ad diuinæ magnitudinem poteſtatis intelligendam, percipiendamq́; nos aſſurgere. Sic iterum à te ipſo, *inquit*, incipiens, meditare, atq; animæ tuæ præcipito virtutem: quę citius quàm præcipies,

Deus omnia continet.

euolabit. Iubeto inquã, tranſeat Oceanum; illa priuſquam iuſſeris ibi aderit, inde vbi nunc eſt nequaquam diſcedens. Iubeto iterum, vt in cœlum volet; nullis pennis egebit, nihil eius obſtabit curſui, omnia penetrat, tranſit globos cœlorum, quodq́; ſuperius eſt, inueſtigare poteſt. Tunc potes iſta, Deus ipſe non poteſt? hoc igitur pacto contemplare Deum, vt in ſeipſo intelligentias omnes habentem, habentemq́; ſeipſum ceu mundum penitus vniuerſum. Deus autem in operatione cognoſcitur. Nihil eſt in rerum natura, quod non aliquam præſeferat diuinitatis imaginem. *Hæc Mercurius in Dialogo vndecimo Pymandri.*

Dial. 14.

Porrò Dialogo 14. clariſſimis docet argumentis, Deum omnibus dominari. Factor mundi, *ait*, potentior eſt & vnicus, ſolusq́; reuera ſapiens vniuerſa, cùm nihil omninò præcedat. Dominatur quoque multitudini, magnitudini, actionis continuitati, genitorumq́; omnium differentiæ. *Sanè, ſi multitudini dominatur, omnibus ergo imperat: omnes enim numeri ſub multitudine continentur: Si magnitudini, igitur in quantumvis magna imperium exercet: Si actionis continuitati, omnibus ergo actibus dominatur: ſi omnium genitorũ differentiæ,*

Deum omnibus dominari

igitur varietati, diuerſitatiq́; omnium rerum. Ex quo patet, omnium rerum, omniumque actionum dominatorem, Deum eſſe, ſecundum ſapientiſſimi Mercurij theologiam. Addit poſtea rationem, quare hæc viſibilia ab eo condita fuerint. Producta, *inquit*, viſibilia ſunt, inuiſibilis illorum factor: ob id verò fecit ea, vt viſibilis fieret. *Quaſi diceret, per ſuam ipſius ſubſtantiam videri non poteſt, voluit per ea, quæ fecit, cognoſci, & quaſi viſibilem nobis fieri.* Semper igitur facit, *inquit, hoc eſt, ſemper quæ fecit, fouet, regit, atq; gubernat. Quam ob cauſam non immeritò vocat Deum patrem legitimum: quippe, qui tanto ſuo amore opera complectitur, vt ſuo ea fauore, gubernationeq́; nunquam deſtituat.* Dignum eſt, *inquit*, intelligere, intelligendo mirari, admirando voca-

Deus eſt pater legitimus.

re patrem legitimum. Quid enim dulcius patre legitimo? *Ex intelligentia; admiratio procedit, ex qua tandem vocatio proficiſcitur.* Pater, *inquam*, legitimus, *quia voluntariè nos genuit verbo veritatis, & hæredes atq; cohæredes ſuæ hæreditatis inſtituit, ex legitima ipſius ſponſa genitos per ſacramentum regenerationis, & renouationis. Spurij enim ad patris hæreditatem poſſidendam non habent ius accedendi. Deinde tria Deo attribuit cognomenta:* Deum, *inquit*, cognominato propter potentiam, factorem

Deus factor pater.

propter actum, patrem deniq; propter bonum. *In Deo potentia commendatur: in factore, actus creatricis potentiæ: in patre charitas patris in filios, quod eſt bonum fi-*

Factor præcedit facta.

liorum. Deinde oſtendit, opera facta, à factore ſeiungi, ſepararique non poſſe, factorem verò ſua opera præcedere. Nihil, *inquit*, quod factum eſt, à ſeipſo factum eſt: *Non ergo ſeorſum eſt à faciente. Efficiens & factum, vnita quidem ſunt inuicem, ſic tamen vt vnum præcedat, alterum verò ſequatur: præcedens ſanè Deus efficiens, ſequens verò, id quod eſt effectum, quidquid id deniq; ſit. Neq; diffidat quiſpiam his, quæ diximus, varietate rerum perterritus, quaſi tam diuerſorum conſtructio vel ardua ſit, vel indigna maieſtate diuina: vnica enim Deo gloria omnium conſtitutio: atq; id eſt, velut corpus Dei effectio. Senſus eſt, rerum productio, diuinæ commendat gloriæ magnitudinem, qua ſeſe ita voluit rebus communicare. Quarum profectò rerum effectio, quaſi Dei corpus eſſe conſpicitur, quia inſtar hominis, corpus ſuum fouentis, ad mundi curam ſe habet, rerumq́;*

effectio-

De dominatione diuina.

effectionem conſeruandam. Et ne quis ſuſpicaretur mala ab eodem manare factore : Ab ipſo, *inquit*, factore nihil malum, nihilq́; turpè. Hæ ſiquidem paſsiones ſunt creata ſequentes opera, quemadmodum æs, rubigo, animata corpora, limus. At neq; faber ferrarius induxit rubiginem, neq; animati corporis genitor cœnum ac ſordes. Eodemq́; modo nec Deus etiam malum. *De cauſa mali circa finem alterius libri Pymandri diſputauimus : proinde hæc pauca dixiſſe ad mentem Mercurij ſuffecerit. Malum à Deo non proficiſci, ſed ex materia, quàm inſequitur, ſicut æs, rubigo; paßio namq; eſt, quia ſcilicet corruptio boni : Deus autem naturæ, non autem corruptionis naturæ eſt conditor. Addidit poſtea exemplum pictoris, quo nos facilè docuit, Deum eſſe omnium, & factorem, & gubernatorem.* Præterea, *inquit*, cidem pictori figurare licet cœlum, terram, mare, deos, homines, bruta, arbores, ac vita carētia, Deo vnitalium deerit agendorum facultas? Nihil eſt magis ô Eſculapi ridiculum, quàm quòd huic accidit. Nam dum ſe Deum venerari fatetur, ex eo quòd creandi negotio curaq́; liberet, Deum ipſum prorſus ignorat; quodq́; deterius eſt, mortalium illi paſsiones aſcribit, inuidiam, ſuperbiam, ignorantiam, imbecillitatem. Niſi enim faciat omnia, aut ſuperbus eſt, aut potius imbecillis, quorum vtrumq; nefarium : Deus autem vnicam propriamq́; habet naturam, idq́; ipſum bonum, bonus autē nec ſuperbus eſt, nec impotens. Quodcunq; igitur genitum eſt, à Deo genitum eſt, hoc eſt, à bono, & ab eo, qui omnia poteſt. *Tam clariſsimè doctiſsimeq́; ſapientiſsimus philoſophando diſputat Mercurius, vt omnem prorſus animum, etiam inuitum ad Dei pietatem tenendam amplectendamq́, maximè [illegible]ueat, & inflectat.* Qui, *inquit*, negauerit Deum non eſſe mundi gubernatorem, & curatorem, is certiſsimè ſibi perſuadeat, Deum à ſe negari, atq; quo ad ſe pertinet, è mundo auferri, ſiue extrudi. *Vtitur præterea, & alio exemplo, quod plurimū conducit negotio, quòd ſibi ſtatuer[illegible]lum eſſe putauit; nempè Deum eſſe omnium conditorem pariterq; & gubernatorem* Aſpice, *inquit*, precor agricultorem ſemina in terræ gremium diffundentem, alibi quidem triticum, hordeum alibi, alibi verò reliqui germinis ſemina. Aſpice eundē vites, malosq́;, & ficus repaſtinantē, atq; amputantem. Eodem modo, Deus ipſe in cœlum quidem ſerit immortalitatem, in terram verò mutationem, in totum deniq; mundum, vitam & motum. *Ceterū ſi cunctis rebus, & cœleſtibus, & terrenis, inſtar boni agri[illegible] iuſtè omnia diſpenſantis, præſtat vitā, & motum; proculdubio, ipſe eſt pater legitim[illegible]ieus potēs, & factor magnificus. Ad Aſclepium non obſcuro, ſed claro ſermone, omnium gubernatorem Deū eſſe fatetur.* Cœlum, *inquit*, adminiſtrator eſt omnium corporū: cœli verò, & omniū, ipſe gubernator eſt, qui eſt omnium gubernator Deus. *Senſus eſt, cœlum agit in corpora lumine, & motu: Deus verò & in ipſum cœlum, & in cætera omnia, ſua perenni virtute. Etenim ſicut omnium factor; ita certè & omnium gubernator. In quo Mercurius multos confutat errores, eorum nempè, qui mundum à Deo factum non eſſe dixerunt, & eorum quoq;, à quibus aſſertum eſt, mundum à Deo non gubernari. Deinde oſtendit mundi ordinem in rebus gubernandis. A ſupradictis omnibus, nempè à cœlo, quorum idem gubernator Deus, omnium frequentatio fertur influens per mundum, & per omnium generum, ſpecierum, perq; rerum naturam : q. d. omnia inferiora à cœlo accipiunt fomentum, & incrementum. In eodem quoq; Aſclepio, Deum omnium conformatorem nominat, vtpote qui rerum conformitatem, ſeu ſimilitudinem in ſe eminenter contineat : nam ſicut dictum eſt, nihil eſt in rebus, quod Dei ſimilitudinem non gerat.* Audi, *inquit*, Aſclepi : Dominus & omnium conformator, quem rectè Deum dicimus, hominem, quem fecit, vt diuinitatis ſuæ partem amauit. *Paulò inferius effector mundi, atq; gubernator ab eodem, Deus appellatur.* Effector mundi Deus, *inquit*, & eorum quæ inſunt omnium, ſimul cuncta gubernat, ipſe eſt ſempiternus,

Deus non eſt mali autor.

Exemplum pictoris.

Deus facit omnia.

Exemplum agricultoris.

Aſclepius.

Deus eſt omnium gubernator mundi.

Deus eſt omnium conformator.

Deus

Deus æternus, nec naſci poteſt nec potuit; hic eſt, hic fuit ſemper, hic erit. *Hæc eſt ergo quæ ex ſe tota eſt natura Dei. Quæ ſcilicet tota eſt ſimul beata poſſeſsio: Supra temporis viciſsitudines, atq; mutationes: tota ſibi ipſi, & cæteris omnibus Et iterum*, Deus eſt ſummus rector gubernatorq́; mundi, qui in ſe complectitur omnem locum, omnem rerum ſubſtantiam, totamq́; gignentium creantiumq́; materiam, & omne quicquid eſt, quantumcunq; eſt. *Mira Mercurij theologia, quæ ita mirifica Dei cognomenta detexit; non quidem vt Philoſophus tantùm, verùm etiam, vt ſapientiſsimus theologus.* Prima cauſa, primumq́; ens, *inquit*, ipſe eſt Deus, factor, & pater legitimus, gubernator, conformator, effector, & rector, & Dominus. Deus *propter potentiam*: factor *propter actum creandi*: pater *propter bonum filiorum*: gubernator *propter iuſtitiæ adminiſtrationem*: conformator, *ob ipſius cum omnibus conformitatem*: effector *ob creationem*: rector, *ob morum honeſtatem, vitæq́; continentiam, quam ſuis exhibere conſueuit*: Dominus propter *dominij poteſtatem. Deinde vniuerſi œconomia doctiſsimè deſcripta, ſummam totius gubernationis Deo attribuit.* Rebus, *inquit*, omnibus rite diſtributis: ſumma totius gubernationis ſummo illi domino paret, vt non multa, aut potius vnũ: ex vno etenim cuncta pendentia, ex eoq́; potius defluentia cùm diſtantia videntur, creduntur eſſe plurima diuiſim; adunata verò vnum, vel duo, vnde fiunt omnia, & à quo fiunt omnia, id eſt de materia, de qua fiunt, & eius voluntate, cuius nutu efficiuntur alia. *Duo eſſe dicit ex quibus fiunt omnia, Deum ſcilicet & materiam: neq; ex his licet aſſerere, materiam Deo eſſe coæternam, aut illam præſupponendam eſſe; ſicut & in cæteris contingit artificibus, qui ſine materia operari non poſſunt (ſicut & in alio libro Pymandri diſputauimus in tractatu de materia) ſed materiam ex nihilo à Deo fuiſſe creatam, eaq́; ipſum vti ad corporearum rerum conſtructionem conſeruandam. Quemadmodum igitur Deus ſit vnus, & factor, & gubernator, & pater, & rector, & dominus: ex Mercurio nos audiuiſſe, puto.*

Deus eſt effector & rector.

Dei nomina.

Duo ex quibus fiunt.

QVAESTIONIS PRIMAE.

Quis ſit legitimus Rex ſeu gubernator ſecundùm Platonem.

CAP. I.

Finis humanę naturę vnum appetit regẽ.

PLato in lib. de regno, multa affert, quæ huic propoſito mihi congruere viſa ſunt, nempè, quomodo humanæ naturæ finis vnum appetat Regem, quiq́; ſit legitimus Rex, & apud quem ſit recta gubernatio: Quam ob cauſam in medium adducere, non inutile eſſe reputaui. Quòd autem finis humanæ naturæ ſit vnum habere Regem, ex his ſatis patere arbitror. Quemadmodum enim alius eſt finis, cuius gratia natura effecit pollicem, alius pedum, ſiue manuum, deniq; alius, ad quem totum diſpoſuit hominem; ita alius finis eſt, ad quem hominem dirigit ſingularem, ad alium familiam, ad alium quoq; ciuitatem, & regnum. Ille autem optimus finis èxiſtimandus eſt, cuius gratia Deus genus humanum procreauit. Nemo verò exiſtimet cùm proprij cuiusq; cœtus certus ſit finis, nullum eſſe totius: cumq́; humanæ vitæ partibus inſit ordo, in uniuerſo tamen vitæ genere eſſe confuſionem. Quamobrem neceſſe eſt, certum eſſe humani generis finem, eumq́; in actione quadam circa perfectiora conſiſtere; per quam & ſuperiora pro viribus imitetur, & diligenter inferiora gubernet. Eiusmodi autem finis, vitam exigit geminam, & in actione, & in contemplatione ſimiliter conſtitutam: eo tamen pacto, vt actio contemplationis gratia ſit inſtituta. Abſoluta autem vtriusq; vitæ perfectio, variis eget adminiculis, quæ à paucis expleri nequeunt hominibus. Quã

Vita gemina.

ob cauſam

Legitimus Rex.

ob cauſam vnius opus habet dominantis imperio, cuius lege poteſtateq́ diuerſa in vnum coeant: fabri enim vnius ſtructuram opificij, vnius authoritate legis ad perfectionis ſummã facilè perducent, tametſi & ingenio, & artium varietate diſtinguantur. Itaq; dum mundi quærimus monarcham; architectum in medium producimus, cùm ſummus mundi opifex in illa fabrica, magni ſubierit architecti figuram.

Architecti figura.

Homerico quoq; more, generis humani paſtorem, atq; curatorem vocamus; quem totius humani generis, vnius quaſi ouilis curam gerere deſignat.

Paſtor.

Gubernatorẽ quoq; Regem humanæ vitæ, quaſi nauis indicat appellãdum. Significat autem in vnum eſſe imperium omniũ conferendum, vt humana gubernatio diuinæ quàm ſimillima ſit.

Nauis.

Medicus.

Cõparat præterea medico, ſua ſingulis medicamina adhibenti. His atq; ſimilibus titulis, Rex à Platone cognominatur. Ex quibus facilè colligitur hũc eſſe creaturarũ finem, vt ſcilicet vnum Regem habeat: eumq́ tempore Saturni, rerum curatorẽ extitiſſe: Tunc, inquit, totius circuitus princeps curatorq́ primùm Deus extitit; vt nũc per varias mundi plagas ſingulæ ipſius partes, à diis principibus diſtributæ ſunt.

Deus curator omnium paſtor, & cuſtos

Animalium quoq; genera gregatim diſtincta, dæmones quidam tanquam diuini paſtores ſortiti ſunt, quorum quiſq; ad munus ſuum obeundum ſufficiens cùm eſſet, ſinguli ſingulis (ſicut ille voluit) præficiebantur, quibus præerat ipſe. Quamobrem nihil erat agreſtè; Deus enim eos paſcebat, ipſe illorum paſtor & cuſtos. Deo itaq; cuſtodiente, ciuitatum conſtitutiones nullæ erant. & multa ſimilia dicit Plato, quæ ad ſtatum primi hominis ſpectare videntur, quem Saturnum appellat: eiq́ contemplatiuam, Ioui verò actiuam vitam tribuit: vtrũq; autem Rex intendat neceſſe eſt, contemplatiuæ autem potiſſimum, quæ à Platone ſcientia regia nominatur:

Duplex vita.

Scientia regia

Quiſq;, inquit, ſcientia regia præditus eſt, ſeu publicè fungatur munere, ſiue priuatus viuat, omninò ſecundum hanc peritiam, regius meritò nuncupabitur: hoc autem nemini dubium eſt, quin omnis Rex parum quid manibus, ac reliquis membris ad regni ſalutem poſſit: intelligentia verò, & animi robore plurimùm. Quamobrem ſpeculatrici ſcientiæ propinquior, quàm actiuæ, aut manuum miniſterio. Architectus enim manuum miniſterio non vtitur, ſed vtentibus præſidet, dum iudicium adhibet non miniſterium.

Quis eſt Rex.

Addidit, quis ſit Rex appellandus: Quoties, inquit, vnus ſecundum leges dominatur, ſcientem imitatus, Regem vocamus. Si vnus igitur vera illa ſcientia præditus imperat, regnum nomen ſortitur: taliſq́, qualem figurauimus, ſi nobis occurreret, amaretur profectò eius adminiſtratio, quæ ſola omnium rectiſſima eſſet, conduceretq́ ad bene beateq́ viuendum. Figurauit autem Plato regem, ſed in terris inuenire non valuit: quam ob cauſam Deo, veri regis nomen, & adminiſtrationem conceſſit, quem omnium paſtorem, nutritorem, curatorem, atq; cuſtodem appellauit; vtpote, qui ſcientia regia, & imperatoria præditus ſit; imò eſt ipſamet ſcientia; cùm omnia contempletur, & ſingulis quibuſq; rebus ipſe præſit. Quamobrem apud ipſum rectam inueniri gubernationem, affirmauit:

Recta gubernatio apud quem.

Apud eum, inquit, eſt recta gubernatio, qui regia peritia eſt inſtructus, quiq́ arte quadã imperat volentibus, & nolentibus. Nam & medicos nihilominus ſic appellamus, ſiue inuitis, ſiue volentibus ſecando, aut vrendo, vel aliter affligendo; modò arte quadam curandorum corporum, vel purgando, vel extenuando, vel replendo augendoq́ vtantur. Itaq́ ſecundum Platonem non poteſt inueniri recta gubernatio, niſi apud eum, qui eſt regia peritia inſtructus, nempè apud Deum ſua regia ſapientia inſtructum, & munitum.

Deus eſt verus gubernator.

Deus igitur eſt verus gubernator: cuius planè gubernatio, atq; adminiſtratio eſt omnium præſtantiſſima. Quare non immeritò à Plotino dictum eſt enn: 3. lib: 2. cap. 2. Totum mundũ arte quadam imperatoria gubernari, nihilq́ propriè apud illam fortuitò contingere:

Plotinus potentiam demonſtrat Dei gubernatoria.

Res, inquit, omnes in mundo connexæ, ordinateq́ procedũt. Connectit verò cuncta ipſum principale, quòd omnia ducit, conferentibus ad idem his, quæ vtrinq; vergunt ſecundum naturam: quemadmodum in exercitu fit ducente quidem imperatore, conſpirantibus autẽ, qui ordine recto commilitant. Totus namq; mundus prouidentia quadam imperatoria eſt inſtitutus, concernente actiones, & paſſiones, & quæ adeſſe oportet, alimenta, arma, machinas, & profectò quodcunq; ex his inter ſe connexis conſpirantibuſue conſequuntur,

ſunt præ-

Legitimus Rex.

ſunt præuiſa: vt quodcunq; ex his euenit, locum vbi bene ſitum ſit, nanciſcatur. Procedũt quidem omnia ab exercitus duce ſagaci quadam ſolertiaq; ratione, quamuis etiam externa ſint, ab eoq; aliena, quæ hoſtes ſunt illaturi. Quòdſi tam illi, quam huic exercitui imperare valeret, ordine profectò carere non poteſt. Quare ſi ſecundum Plotinum Dei gubernatio ad vnius orbis ordinem regendum ſe habet, ſicut dux ad exercitum ſibi commiſſum, ſeu ſubditum gubernandum: imò longè præſtantiùs, atq; efficaciùs; cùm & ſuo, & hoſtium exercitui imperare valeat: igitur ipſe eſt verus, atq; perfectus omnium gubernator. Ariſtoteles in lib de mundo cap. 2. dicit mundum à Deo conſeruari: Mundus, inquit, eſt ordo rerum per Deum conſeruatus: & cap. 10. Antiquus quidem ſermo eſt, ait, & paternus cunctis hominibus, quòd à Deo omnia, & per Deum conſiſtant. Nulla autem natura ſibi per ſe ſufficit, priuata ſalute, quæ eſt ex Deo. Quamobrem, & quidam antiquorum moti ſunt ad dicendum, quòd hæc omnia plena ſunt diis, & quæ per oculos imaginata ſunt à nobis, & ea quæ per auditum & per omnem ſenſum, diuinæ quidem virtuti congrua deponentes rationi, non autem ſubſtantiæ. Eſt enim Deus ſaluator, & genitor omnium, quæcunq; quomodocunq; modo fiunt in hoc mũdo: non equidem ſuſtinens animalis per ſe operantis, & laborioſi laborem; ſed vtens infatigabili virtute: qua & longe viſa ferè aggreditur. Summam ergo & primam ſedem ipſe ſortitus eſt: quamobrem, & ipſe Altiſſimus dicitur, & ſecundum poëtam reſidet in ſupremo vertice vniuerſi, cuius virtus per omnia porrigitur, & cauſa eſt omnibus ſalutifera. Non enim eget artificio, aut aliorum adminiculo, veluti noſtri reges egent clientela propter impotentiam: in quiete ſiquidem manens, ſimplici motu omnes perficit formas: ſicut equidem faciunt maiores vna inſtrumenti dimiſſione, multa & varia opera exercent. Similiter etiam qui chordas trahũt, vnam trahentes chordulam, & ceruicem, & manum animalis faciunt moueri, & oculum: & eſt quando omnia membra cum quadam ſunt conſonantia. ſic igitur & diuina natura ex quadam ſimplici motu, primi vim præſtat contiguis, & ab illis iterum ad ea quæ longius, quouſq; per vniuerſum tranſeat. Etenim ſicut in chorea inchoante chorula concinit tota chorea virorum, & quandoq; mulierum variis vocibus acutis, & grauioribus vnam harmoniam concinnam concinantibus; ſic ſe habet res & in Deo, qui cuncta diſponit. Videtur autem maximè comparari quòd fit in mundo, eis quæ fiunt tempore belli, quando buccina ſignificat exercitui: tunc enim audito clangore, vnuſquiſq; ad munus ſibi commiſſum ſe præparat: omnia namq; mouentur ſub vno ſignificatore, nutu ducis, qui fungitur poteſtate. Ita & de vniuerſo ſentiendum eſt. Nam ab vno momento excitatis omnibus fiunt propria, idq; inuiſibili ente, & occulto, quòd nequaquam eſt impedimento, nec illi ad agendum, nec nobis ad credendum. hæc philoſophus in lib. de mundo. Quibus ſi fidem adhiberent nonnulli, qui illius doctrinam tueri videntur; profectò nullus remaneret ambigendi locus, an philoſophus crediderit Deum rerum omnium curam habere. His conſentit Dionyſius de diu: nom: vbi aſſerit Deum eſſe omnium cauſam, & omnia in omnibus. Deus eſt, inquit, viuentium vita, exiſtentium eſſentia, omnis vitæ eſſentiæq; principium, atq; cauſa ob propriam bonitatem, omnia vt eſſent, producentem, atq; conſeruantem. Quaſi diceret, Deus eſt omnia in omnibus, quia principium eſt ſcilicet, vt omnia ſint, agant, & conſeruentur. Et iterum: Quoniam, inquit, ſubſiſtentia bonitatis Dei, ipſo ſuo eſſe, entium omnium cauſa eſt; haud ab re excelſæ deitatis prouidentiam bonorum, principium ex omnibus inde creatis laudare decet: quandoquidem circa ipſam omnia, atq; eius gratia, ipſaq; eſt ante omnia, & in ipſa cuncta conſiſtunt: atq; eò ipſo quod eſt ipſa, vniuerſa producta ſunt, atq; ſubſiſtunt. Idcirco hanc appetunt omnia, intellectualia quidem, rationaliaq; ſcienter: inferiora his, ſenſuali conditione: ſequentia rurſus per vitalem motum, aut per aptitudinem quandam eſſentialem, & in quodam habitu conſiſtentem. Itaq; Deus eſt omnia in omnibus, vita, quam appetunt omnia: ipſe quippè eſt actus viuificus in res quadam mirabili actione procedens, vnde omnia accipiunt eſſe, & viuere: hac de cauſa, ipſum omnia appetunt, vti perfectum, & bonum. Et in proxime ſequenti capitulo: Deus eſt, ait,

Ariſt. dicit mundum à Deo conſeruari.

Deus eſt omnium genitor

Altiſsimus.

Deus omnia mouet.

Deus cuncta diſponit.

Dionyſius à rep. dicit Deũ eſſe cauſam omnium.

Prouidentia Dei.

Deus eſt omnia.

Mundus gubernatur ab vno Deo.

eſt, ait Dominus dominorum, Deus Deorum, cauſa ſeculorum, author vitæ, theſaurus totius cognitionis. Iam verò & in mentibus eſt, & in animis, & in corporibus, & in cælo, & in terra: atq; ſimul in eodem. ipſe quoq; met in mundo, circa mundum, ſuper mundum, ſuper omnia quæ ſunt, nullum eorum, quæ ſunt. Deus enim eſt in omnibus; quia eſt omnium vita, & eſſe: circa omnia; quia omnibus conſulit, & prouidet: ſuper omnia; quia infinitus. Similia à Platone dicta ſunt 4. de legibus. Deus, vt priſci tradunt inquit, eſt principium, medium, & finis omnium. Et in Epiſtolis, omnia à Deo pendere, ait, tanquam ab efficiente pariter atq; fine. Et in Timæo, & in Parmenide omnia deducit ab vno. Itaque vniuerſale, & abſolutum eſt Dei regnum; vt non ſolùm omnia in omnibus agat; ſed ipſe quoq; excellenter ſit in omnibus omnia. Eſt enim omnia ſine miſtione ad alia, ſine detrimento ſui: vnde agit regitq; omnia: ſtans ſuper omnia, exiſtens omnia, & nullum ex omnibus. Hoc ipſum docetur à Dionyſio cap ſequenti: Circa ipſum, ait, ſunt omnia, & ab ipſo tanquam à principio, & tanquam à fine dependent omnia: ipſe eſt, vt ſcriptum eſt, omnia in omnibus. Sic igitur verè laudatur tanquam omnibus ſubſiſtentiam præbens, inchoans, perficiens, continens, cuſtodia omnium, atq; ſedes: & ad ſeipſum cuncta conuertens. Agit autem hæc omnia vnitè, abſolutè, eminenter. Iam verò neque complexionis, aut vitæ, aut perfectionis duntaxat cauſa eſt, vt ab hac ſola prouidentia, bonitas illa, quæ eſt ſuper omne nomen, propriè nominetur: immò verò ſimpliciter omnia, & incircumſcriptè in ſeipſo complectitur. Deum itaq; omnium eſſe gubernatorem, ſaluatorem, paſtorem, cuſtodem, factorem, deniq; omnia in omnibus, patet ſatis.

Plato.

Deus non aliquid ex omnibus.

Quomodo Deus eſt omnia in omnibus.

CAPVT II.

Mundum ab aliquo gubernari, & ab vno Deo, multis oſtenditur argumentis.

Poſt multorum Philoſophorum ſententias, & authoritates clariſsimas, veriſsimasq;, alias quoq; addere ſtatui, quæ etiã à clariſsimis Theologis dictæ ſunt, atq; huic negotio non parum lucis allaturas eſſe putaui. Boëtius in lib de cõſol. perpetua Dei gubernatione mundum gubernari, aſſeruit. O qui, inquit, mundum perpetua ratione gubernas. Et reuera in rebus naturalibus, id quod melius eſt, aut ſemper, aut in pluribus accidere videmus: Quod profectò nequaquam ita eueniret, niſi ad finem boni, quæ gubernatio appellatur, res huiuſmodi, ab aliqua certè dirigerentur prouidentia. Ex quo patet, ex ipſo certo, fixoq; ordine rerum, mundi gubernationem manifeſtari: ſicuti ex domo bene ordinata, prudentia perpenditur ordinatoris.

Boetius dicit mundum Dei gubernatione regi.

Ratio prima.

Amplius ad Deum optimum maximum ſpectat, optima producere, & ad perfectionem producta adducere: vniuſcuiuſque autem vltima perfectio in fine conſiſtit. Quare ſicut diuinæ intereſt bonitatis, res ad eſſe producere; ita planè, & ad ipſarum finem adducere, quam gubernationem appellamus. Cùm ergo mundus ab aliquo gubernari neceſſe ſit: ab vno ergo, & non à pluribus gubernatur: mundi enim gubernatio eſt optima, quippe quia eiuſdem finis, eſt aliquod eſſentialiter bonum: optima autem gubernatio per vnum fiat, neceſſe eſt. Etenim gubernatio aliud eſt nihil, quàm ad finem, quod eſt aliquod bonum gubernatorum, ſiue eorum, qui gubernationi ſubſunt, directio. Vnitas verò ad rationem ſpectat bonitatis: proinde dictum eſt à Boëtio 3. de conſ. quod quemadmodum omnia deſiderant bonum; ita planè vnitatem, ſine qua eſſe non poſſunt. In tantum enim vnumquodque eſt, in quantum eſt vnum. Quam ob cauſam vnumquodq; pro viribus nititur ſui diuiſionem effugere, ex cuius defectu, illius contigit diſſolutio, ſiue corruptio. Itaque intentio multitudinem gubernantis, pacem, ſiue vnitatem quærit Vnitatis cauſam per ſe vnum eſſe; conſtat ſatis: plura enim vnire, atq; concordiam inire non valent; niſi aliquo modo fuerint vnita. Porrò id, quod eſt per ſe vnum, conuenientius quàm plura ſimul vnita, eſt vnitatis

Secunda.

Mundus gubernatur ab vno.

Mundus gubernatur ab vno Deo.

cauſa: vnde fit, vt multitudo melius, rectiusq; ab vno, quàm à pluribus gubernetur. Mundi ergo gubernatio, quæ eſt optima, fit ab vno gubernante. Ille autẽ gubernator eſt aliquid extra mundũ: alioqui opus eſſet illi, ab aliquo gubernari: atq; ita in ordine gubernationis vniuerſi inueniretur cõfuſio.

Finis gubernationis eſt aliquod extrinſecum.

Finis ergo gubernationis pari modo aliquid erit extra mundũ. Etenim cùm finis reſpondeat principio, vno illorũ cognito, principio ſcilicet, alterũ ignorari non poteſt. Cum autem Deus ſit mundi principiũ, & is ſit extra mundum; finis ergo eiuſdẽ ſimiliter ſe habebit. Sanè, ſi finis habet rationem boni, & finis alicuius rei particularis, eſt quoddam bonum particulare: finis ergo rerum omnium vniuerſalis, erit profectò bonũ vniuerſale; quòd planè ſoli Deo conuenire, ſatis in alio libro Pymandri demonſtraui. Ex quo patet finem gubernationis mundi eſſe aliquid extra mundum: nempe Deum benedictum, bonum per ſe, & vniuerſale.

Gubernationis effectus plures vno.

Cùm autem ſit vnus gubernationis finis, non tamen vnus, ſed plures effectus: Cuiuſlibet namq; actionis effectus, ex ipſius fine perpenditur. operatione namq; fit, vt ad finem pertingat. Finis autem gubernationis mundi, ſicut dixi, eſt bonũ eſſentiale, cuius participationem, aſsimilationemq; habere, appetunt omnia: ob quam profectò cauſam,

Vnus effectus

vnus dici poteſt gubernationis effectus, nempè aſsimilari ſummo bono. Quò verò ad modum, cauſamq; qua huiuſmodi aſsimilatio acquiritur; in generali certè duo numerantur gubernationis effectus,

Duo effectus.

etenim creatura in duobus potiſsimum præſeferre poteſt atq; ſtudet ſimilitudinem, tum quia eſt bona in quantum eſt, tum quia alijs poteſt eſſe bonitatis cauſa, quatenus ſcilicet ad bonitatem ab altera mouetur. Deus autem eſt natura bonus, & ad bonum mouet ſemper, & in bono conſeruat: atq; ita duo ſunt gubernationis effectus, rerum ſcilicet conſeruatio in bono, & earundem ad bonum motio. Quòd ſi in particulari gubernationis effectus cõſiderare volueris, innumerabiles quodammodo inuenies.

Omnia ſubſunt gubernationi diuinæ.

Ex his ergo patet quonam pacto, & vnus, & plures dicantur gubernationis effectus. Cùm autem hæc ita ſe habeant, manifeſtum eſt, diuinæ gubernationi ſubdita eſſe omnia: ſiquidem eadem planè ratione Deo competit, & mundi gubernatorem, & eiuſdem cauſam eſſe. Quare, quemadmodum nihil eſt, quòd à Deo creatum non ſit, ita planè quòd illius gubernationi non obtemperet, eſt nihil. Amplius, in tantum ſeſe porrigit, extenditq; gubernationis imperium; in quantum ſcilicet gubernationis finis porrigitur: Sed bonitas diuina, quæ eſt mundi gubernationis finis, omnia complectitur: ita etiam & eiuſdem gubernatio. Quam ob rem, ſicut nihil eſt, in quod non cadit diuina bonitas; ſic etiam nihil eſt, in quod non cadit diuina gubernatio.

Ezech. 9.

Stultè ergo ab illis dictum eſt, ſicut refert Ezechiel Propheta cap. 9. dereliquit Dominus terram: quandoquidem domini ſit terra, & plenitudo eius,

Dauid.

orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo. Verùm quamuis nihil ſit, quod Dei gubernationem effugiat;

Non omnia immediatè à Deo gubernari.

non omnia tamen à Deo immediatè gubernantur, ſicut paulò antè dixi, an prouidentia Dei omnibus immediatè prouideat: in gubernatione namq; duo ſunt conſideranda, alterum ſcilicet gubernationis ratio, quæ eſt ipſa prouidentia: alterum verò eiuſdem rationis executio, nempe ipſa gubernatio. Itaq; gubernationis ratione, omnia Deus immediatè gubernat: eiuſdem verò executione, quædam mediantibus alijs. In cauſa autem eſt, quia cùm Deus ſit ipſum bonum; vnumquodq; profectò ſecundum ſui optimum, eſt Deo attribuendum: optimum autem in omni genere, vel ratione, vel cognitione practica, qualis eſt gubernationis ratio, eſt, quòd particularia, in quibus eſt actus, cognoſcantur. ſicut & optimus cenſetur Medicus, cui non ſolùm vniuerſalium, verùmetiam particularium ineſt cognitio.

Deus nouit particularia.

Quam ob cauſam, omnium etiam minimorum particularium, gubernationis rationem Deum habere, fatendum eſt omninò. Verùm cùm gubernatione gubernata ad perfectionem ducantur: eò melior profectò erit gubernatio, quò certè rebus, quæ gubernantur, maior à gubernante perfectio exhibetur, atq; impẽditur. Maior autem perfectio eſt, & in ſe bonum eſſe, & alijs eſſe bonitatis cauſam; quàm in ſe tantummodo bonum eſſe.

Nihil poteſt reſiſtere diuinæ gubernationi.

hac de cauſa, ſic Deus gubernat omnia; vt quaſdam aliorum in gubernando cauſam inſtituerit: idq; ad bonitatis ſuæ magnitudinem commendandam, atq; manifeſtandam. Omnia ergo diuinæ ſubdita ſunt gubernationi, & quædam, ſicut dixi, mediatè ab eo gubernantur

bernantur: nihil tamen diuinæ gubernationis ordinẽ infringere valuit: Domine Deus, inqt Mundus
ſancta Heſter 13. Rex omnipotens, in ditione tua cuncta ſunt poſita: & nõ eſt qui poſsit tuæ guberna-
reſiſtere voluntati. Similiter & Iob. Quis reſiſtit ei, inquit, & pacem habuit? Et reuera, li- tur ab vno
cet interdum præter particularis cauſæ ordinem aliquis effectus contingere poteſt; præter Deo.
vniuerſalis tamen, nunquam. In cauſa autem eſt; quia vna cauſa particularis ab alia impe- Heſter.
diri poteſt: vniuerſalis verò nullius eſt capax impedimẽti, nihilq́; ſibi reſiſtere valet. Qua- Iob.
re cum Deus ſit prima cauſa vniuerſalis non vnius generis tantum, ſed entis prorſus totius,
præter diuinæ gubernationis ordinẽ aliquid contingere, eſt impoſsibile. Nã quod aliquã di-
uinæ gubernationis partẽ effugiſſe videtur; in aliã certè incidat, neceſſe eſt omninò: ita,
vt ſi noluerit Deum habere placatum, inueniat vtiq; iratum. Quod ergo Dei gubernationẽ
inuertere queat: eſt planè nihil. Non eſt aliquid, ait Boetius 3. de conſ. quod ſummo bono ve- Boet.
lit aut poſsit obſiſtere, à quo cuncta fortiter atq; ſuauiter diſponũtur. Sanè ſi ordo diuinæ Sap. 8.
ſapientiæ cõſideretur, quatenus à cauſa totius gubernatiua ꝓgreditur; ſic abſq; dubio, diui- Nihil reniti-
næ gubernationis ordini nihil renititur: huiuſmodi enim ordo in bonũ tendit: vnaqueq; aũt tur guberna-
res ſuo conatu, & operatione tendit ad bonũ: nullus enim, teſte Dionyſio, reſpiciens ad ma- tioni diuinæ.
lũ, operatur. Præterea cuiuſcunq; rei inclinatio aliud eſt nihil, quã quædam impreſsio à pri
mo mouente, ſicut ſagittæ inclinatio ad ſignum præfixũ eſt impreſsio à ſagittante. Quã ob
rem omnia agentia, & naturalia, & voluntaria, in id planè deuenient tandẽ ad quod diui-
nitus ordinantur: idq́; quaſi ſua ſponte & ex animi voluntate operãtia. Hoc ergo modo De-
us dicitur ſuauiter diſponere omnia. Quod ſi ordo gubernationis partẽ, ſeu cauſam particu-
larẽ reſpiciat, quæ diuinæ eſt gubernationis exequutiua; ſic interdũ dicitur, aliquid obſi-
ſtere ordini gubernationis diuinæ. Itaq; mundũ ab vno Deo gubernari, omniaq́; illius guber
nationi ſubdita eſſe, atq; huiuſmodi ordini nihil reſiſtere, ex dictis, ſatis puto eſſe manifeſtũ.

CAPVT. III.

Argumenta contraria.

POſsumus contra prædicta ſic arguere: Quorum eſt gubernari; eorum pla- 1.
nè eſt & moueri, & operari propter finẽ: alioqui fruſtra impẽderetur eis gu-
bernationis labor; ſi gubernata, finis, ad quem diriguntur, penitus lateret:
ſed magna pars mundi non mouetur, neq; operatur propter finem, quia ſcili-
cet finem minimè cognoſcit: mundus ergo non gubernatur ab aliquo. Adde,
quòd eorum propriè eſt gubernari, quorum ſanè eſt ad aliquid moueri: at mundus ſtabi-
litatem habet perpetuam: non ergo mouetur ad aliquid, igitur nec ab aliquo gubernatur.
Deniq;, quòd neceſſariò eſt determinatum ad vnum, non opus habet auxilio exterioris
gubernantis. Sed præcipuæ mundi partes, ſuis in actibus motibusq́; quadam neceſsi-
tatis lege ad vnum determinatæ ſunt: non ergo indigent ope gubernantis. Amplius, cau- 2.
ſa per effectus cognoſcitur, ſed in rerum gubernatione, magna conſpicitur omnium planè
difformitas: nam quædam neceſſariò, quædam verò contingenter operantur, atq; mouen-
tur: Mundus ergo à pluribus, & non ab vno tantum gubernatur; nam ab vno non fit niſi
vnum. Sanè quæ ab vno gubernantur, à ſe inuicem minimè diſsentiunt, niſi id contigerit
propter imperitiam, ſeu impotentiam gubernantis: quod planè Deo velle tribuere, nefas
eſt. Sed res creatæ non paruam interſe diſcordiam habent, vt videre licet in elementis, &
ſimilibus: mundus ergo non gubernatur ab vno. Poſtremò, quod melius atq; præſtantius
eſt in creatura, Deo eſt tribuendum: ſed melius eſt in creaturis eſſe duos, quàm vnum:
vt dicitur Eccles: 4. Ergo quòd prius. Item, ſi à pluribus mundus gubernatur; non opus 3.
eſt, vt gubernationis finis ſit extrinſecus; alioqui plures eſſent, & non vnus; quòd certè
gubernationis ordo non patitur: finis ergo gubernationis mundi eſt intra, & non extra
mundum. Illud enim eſt finis gubernationis rei, ad quod res gubernata perducitur: quòd

 planè

Mundus gubernatur ab vno Deo.

plane eſt bonum in ipſa re conſiſtens: ſicuti infirmus ad ſanitatem perducitur in ipſo exi-
ſtentem. ergo quod prius. Adde, quòd finium quædam ſunt operationes, authore philoſo-
pho 1. eth. quædam verò opera, hoc eſt, operata. ſed nihil extrinſecum à toto vniuerſo po-
teſt eſſe operatum; operatio enim in ipſis eſt operãtibus: nihil ergo extrinſecum poteſt
eſſe finis gubernationis rerum. His accedit, quòd ab Auguſtino dicitur 19. de ciuitate Dei,
bonum ſcilicet multitudinis, eſſe tranquillitatem ordinis: Mundus autem cùm in quadam
rerum multitudine conſiſtat: igitur, gubernationis mundi finis eſt profectò, qui in ipſis
rebus inuenitur. Non ergo finis gubernationis rerum, eſt quoddam bonum extrinſecum
4. Præterea vnus, & non plures videntur eſſe gubernationis effectus, quippe cùm id ſit, quòd
per gubernationem in rebus gubernatũ producitur: quod planè eſt vnum, nempe bonum
ordinis: quemadmodum in exercitu patet: vnus eſt ergo effectus gubernationis mundi.
Sanè ab vno, ſicut dictum eſt, natum eſt procedere vnum: quare ſi ab vno mundus gu-
bernatur: vnus ergo erit effectus gubernationis: aliter ſi multiplicantur ſecundum nume-
5. rum gubernatorum, qui ſunt nobis incogniti, erunt abſq; dubio innumerabiles. Iterum,
multa ſunt caſualia in mundo, vt dicitur Eccleſ. 9. Vidi, inquit, ſub Sole, nec velocium eſſe
curſum, nec fortium bellum, nec ſapientium panem, nec doctorum diuitias, nec artificum
gratiam; ſed tempus, caſumq́; in omnibus. Non ergo Dei gubernationi ſubduntur: quæ e-
nim alicuius gubernationi ſubdita ſunt, caſualia dici non poſſunt. Rationalis præterea cre-
6. atura cùm ſit ſui actus domina, non habet opus gubernante: Ergo quod prius. Adhuc, vi-
dentur omnia im̃ediatè à Deo gubernari: melius eſt enim aliquid fieri per vnũ, quàm per
multa, vt docet philoſophus octauo phyſ. ſed Deus poteſt per ſeipſum abſq; mediis cauſis
omnia gubernare: omnia ergo ab illo immediatè gubernantur; alioqui impotens eſſet iu-
dicandus, aut negligens, vtpote qui poſſet, non autem vellet per ſeipſum gubernare omnia;
7. quorum neutrum eſt Deo attribuendum. Item, ſi ſecundum Boëtium 3. de conſ. Deus per
bonum cuncta diſponeret, nihil eſſet mali in rebus, cuius contrarium videmus: aliquid er-
go fit in rebus præter ordinem gubernationis diuinæ. Quòd ſi ita res non ſe haberet, nihil
ergo fortuitum, & caſualè inueniretur in rebus, quòd eſt contra omnium propemodum
ſententiam. Conſequentia patet: nihil enim eſt fortuitum, aut caſuale, quòd ſecundum di-
ſpoſitionem fit alicuius gubernantis: ergo quod prius. Ad hoc accedit, quòd certꝰ eſt,
& immutabilis diuinæ gubernationis ordo. Si igitur nihil poteſt in rebus contingere præ-
ter diuinæ gubernationis ordinem: omnia ergo neceſſariò euenirent, nullumq́; inueniretur
8. in rebus contingens: quòd eſt falſum: ergo quod prius. Præterea, ſi nullus obſiſteret
Dei gubernationi, nullus planè eſſet puniendus, ſiue puniretur: cùm autem plurimi quo-
tidie diuerſimode puniantur: aliquid ergo renititur contra ordinem gubernationis diui-
næ. Qualibet præterea res, ordini eſt ſubdita gubernationis diuinæ: ſed vna ab alia impu-
gnatur: aliqua ergo ſunt in mundo, à quibus gubernationi reſiſtitur diuinæ. Ex his ergò
liquet ſatis, non omnia diuina gubernatione gubernari.

CAP. IIII.

Soluuntur argumenta.

AD hæc, & ſimilia ſic reſpondere valemus, & ad primum quidem dicimus,
motum rerum naturalium ratione carentium ab intelligentia non errante
dirigi: proinde ſicut ex motu ſagittæ, ſagittantis perpendimus virtutem;
ita proculdubio ex motu huiuſmodi rerum prouidentiam Dei gubernantis.
Ad confirmationem reſpondemus, tum id, quòd in mundo cernitur ſtabile,
tum etiam quòd mouetur, opus habere gubernante: ſtabile namq; ne in nihilum redigatur;
mobile verò, vt rectè moueatur. Ad aliam dicimus, naturalem neceſſitatem, rebus, quæ
ad vnum determinantur, inhærentem, impreſſionem quandam eſſe Dei dirigentis, ſicuti

motum

motum ſagittæ impreſsionem ſagittantis. hoc autem inter illa intereſt, quòd prima ſit ea-
rum natura, ſecunda verò illius violentia, quam ab alio patitur. Quare, quemadmodum
motus ſagittæ violentus, directionem ſagittantis oſtendit; ita plane creaturarum natura-
lis neceſsitas, gubernationem Dei dirigentis.

Mundus gubernatur ab vno Deo.

Ad 2. dico, motuum difformitatem, ex mo- 2.
bilium, non autem ex gubernantium manare diuerſitate: quæ quidem plurimùm facit ad
complementum vniuerſi. Ad confirmationem: contraria & ſi diſsentiant, quoad finem
proximum, quoad finem verò vltimum, conueniunt: quippè quæ ſub vno comprehendun-
tur vniuerſi ordine. Ad aliam valet illa ratio in particularibus bonis, in quibus meliora
ſunt duo, quàm vnum: non autem in Deo, qui eſt ipſum bonum. Ad 3. reſpondeo, multis 3.
modis ad aliquod bonum nos pertingere: aut certè ſicut formam in nobis exiſtentem, vt-
pote ſanitatem, aut ſcientiam: aut ſicut aliquod bonum per nos operatum, veluti quando
domo completa, ædificans, ſuum conſequutus eſt finem: aut certè ſicut aliquod bonum ha- 3
bitum vel poſſeſſum. Ex quo nihil prohibet, bonum ad quod ducitur vniuerſum, eſſe ali-
quod extrinſecum. Adde, quod finis eſt maior his, quæ ſunt ad finem, non ergo intra mũ-
dum contineri poteſt, qui eſt finis mundi. Ad confirmationem dico, philoſophum locutum
fuiſſe de finibus artium: quarum quædam pro finibus quidem, ipſas operationes habent;
nam & Cytariſtæ finis, eſt Cytarizare: quædam verò, opus iam productum; veluti ædi-

Finis vniuerſi extrinſecus.

ficatoris finis, non eſt ædificare, ſed ædificium iam conſtructum. Contingit autem aliquod
extrinſecum finem eſſe, non ſolùm ſicut operatum, verùmetiam ſicut poſſeſſum, ſeu ha-
bitum, aut certè repræſentatum, veluti Hercules imaginis, ad ipſum repræſentandum in-
ſtitutæ, finis nominatur. Itaq; finis vniuerſi eſt bonum extrinſecum, ſicut habitum, & re-
præſentatum: quippè cùm vnumquodq; in hoc maximè incumbat, vt huius boni extrin-
ſeci particeps fiat, illiusq; ſimilitudinem, quoad ſibi poſsibile eſt, exprimat omninò. Ad
aliam confirmationem dico, ordinem rerum, quod bonum aliquod appellatur, in vniuer-
ſo conſiſtere: finem tamen vltimum appellandum non eſſe, ſed ad bonum extrinſecum or-
dinari, veluti ad vltimum finem, ſicut ordinem exercitus, ad ducem. Ad 4 Patet ex di- 4.
ctis reſponſio, reſpectu enim agentis vniuerſalis, eſt tantùm vnus effectus, nempè vnius-
cuiusq; bonum: ſecus autem ſe habet particularium reſpectu; qui ſanè, ſicut ſunt multi,
& penè innumerabiles, ita etiam nobis incogniti. Ad 5. reſpondeo, quòd ſub Sole ea dicã- 5.
tur eſſe, quæ quidẽ motu Solis, generationis, corruptionisq; vices recipiunt: in quibus planè
omnibus caſus inuenitur: non eſt autem ita intelligendum, omnia ſcilicet quæ ſub Sole fiunt,
caſualia eſſe; ſed ita potius, nempè in quolibet illorum aliquod caſuale eſſe, ſeu inueniri:
quòd planè oſtendit, quæ ſunt eiuſmodi, alicuius gubernationi ſubdita eſſe. Niſi enim hu-
iuſmodi corruptibilia ab aliquo ſuperiori gubernarentur, nihil certè intenderent, ea ma-
ximè, quibus non ineſt cognoſcendi facultas. Siquidem præter intentionem, in quo ratio
caſus continetur, eis nihil accideret. Quam ob cauſam & tempus poſitum eſt à ſapiente,

Caſuales defectus demonſtrant gubernationem.

& caſus; vt nos inſtrueret, ſecundum temporis ordinem, rebus in naturalibus defectus
caſuales accidere. Dicis, non eſſe Deo curam de bobus. 1. Cor. 9. non ergo omnia gubernan-
tur à Deo: vnicuiq; enim eſt cura eorum, quæ ab ipſo gubernantur: Reſpondeo, quòd gu-

Non curat Deus de bobus.

bernatio quædam ſit mutatio gubernatorum à gubernante; omnis autem motus eſt actus
mobilis à mouente 3. phyſ: actus verò omnis, ei, cuius eſt actus, proportionatur. vnde fit,
vt diuerſa mobilia diuerſimode moueantur, etiam ſecundum vnius motionem motoris. Ex
quo patet, ex vna Dei arte gubernantis, res naturales pro earum diuerſitate diuerſimode
gubernari. Nam quæ ſunt per ſe agentia, atq; ſui actus dominium habentia, non ſolùm à
Deo, in eis interius ipſo operante mouentur; verùmetiam præmiis, atq; pœnis propoſitis,
per legis præcepta, & à malo cohibentur, & ad bonum inducuntur. hoc autem modo bru-
ta à Deo non gubernantur: ſicq; Apoſtoli Pauli verba ſunt intelligenda, ſicut paulò antè
dictum eſt. Ad confirmationem dico, homini opus eſſe à Deo gubernari, & perfici; ſicut
me dicturum ſpero, cùm de libero arbitrio erit mihi loquendum, incertæ enim ſunt pro-
uidentiæ noſtræ. Ad 6. ſi à ſolo Deo immediatè gubernarentur omnia, ſubtraheretur per- 6.

De domi- natione ex ſcriptu ris. fectio caſualis à rebus. vnde non totum melius fieret per vnum, quàm ſit per [illegible]ulta. Ad
confirmationem dico, regiæ conuenire dignitati, per ſuos miniſtros multa ex[illegible]: clarior
enim redditur ordine miniſtrorum. Ad 7. dico, in mundo totaliter malum nequaquam
7. inueniri, quippe cùm malum fundetur in bono. Quam ob cauſam ideò aliquid dicitur
malum, quia nimirum alicuius boni particularis prætergreditur terminos: quòd ſi vniuer-
ſalis gubernationis ordinem prætergrederetur, profectò nihil eſſet omninò. Ad confirma-
tionem dico, aliqua caſualia dici reſpectu particularium, non autem primi agentis. Ad
aliam confirmationem, reſpectu cauſarum proximarum, quidam appellantur effectus
contingentes; huiuſmodi enim cauſæ pati poſſunt defectum ſuorum, qui ab ipſis produ-
cuntur effectuum: ob id tamen non eſt dicendum, fieri poſſe extra totum diuinæ guber-
nationis ordinem; nam hoc ipſum quod aliquid contingit præter proximæ cauſæ ordinem,
8. ex aliqua ſanè cauſa diuinæ gubernationi ſubdita proficiſcitur. Ad 8. Peccantes non to-
taliter renituntur ordini diuinæ gubernationis, nam & ipſi aliquod bonum intendunt; ſed
cuidam potius determinato bono, illorum naturæ ſtatuto, atq; diſpoſito: quam ob cauſam
iuſtè à Deo puniuntur. Ad confirmationem reſpondeo, quòd ex eo quod vna res pugnat
aduerſus alteram, manifeſtum ſit, aliquid ordini quidem rei particularis, non autem vni-
uerſali diuinæ gubernationis, obſiſtere poſſe. Ex theologorum ergo rationibus patet, om-
nia prorſus, & cœleſtia, et terrena, diuina ratione gubernari.

CAPVT. V.

Regnum, & gubernatio diuina ex ſacris ſcripturis oſtenditur.

Sapientiæ 14. DEum omnium gubernatorem eſſe, illiusq; regnum longè latèq; extendi, atq;
omnia illi ſubdita eſſe, ſacræ ſcripturæ clariſſimè proteſtantur. Tua, inquit
Salomon, pater prouidentia ab initio cuncta gubernat; quoniam dediſti in
mari viam, & inter fluctus ſemitam: vbi Deo tribuit, & prouidentiam, &
gubernationem, hoc eſt & ordinis rerum rationem, & eiuſdem executionem:
Iſa. 48. deniq; & paternam charitatem, quam in nos perpetuò effundere ſtudet. Iſaias 48. hæc
dicit Dominus Deus, redemptor tuus, ſanctus Iſrael. Ego Dominus Deus tuus docens te
vtilia, gubernans te in via, qua ambulas. Ex quo aduertimus, Deum appellari à Propheta
Doctorem, & gubernatorem, docentem vtilia, & gubernantem in via hac, in qua ambula-
mus. Vtinam, inquit, attendiſſes mandata mea; facta fuiſſet ſicut flumen pax tua, & iu-
ſtitia tua ſicut gurgites maris: & fuiſſet quaſi arena ſemen tuum; & ſtirps vteri tui, vt
lapilli eius. In quo, Propheta liberam hominis deſignat poteſtatem. Hanc Dei diligentem
Moſes. circa ſuos gubernationem, Moſes in ſuo Cantico ſapientiſſimè deſcribit: Pars Domini, in-
quit, populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. Inuenit eum in terra deſerta, in loco
horroris, & vaſtæ ſolitudinis. Circumduxit eum, & docuit, & cuſtodiuit quaſi pupillam o-
culi ſui. Vocat Deum hæredem populi ſui, quæſitorem, ſeu inuentorem eiuſdem, ducem,
Doctorem, & cuſtodem, protectorem, nutritorem, atq; baiulatorem. Sicut aquila, inquit,
Aquilæ cura circa pullos. prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans. Aquila namq;, teſte D. Am-
broſio, in pſal: 118. ſer: 19. ne degeneres partus nutriat, diligenti librat examine, & adhuc
t[illegible]eros fœtus pio vngue ſuſpendit, ſoliſq; offert radiis, vt ſi fortè oculos ſuos vi fulgoris
inflexerit, tanquam degeneres, laxato in præceps vngue, dimittat. ſin verò naturæ vigo-
re conſtanti aduerſum radios ſolis obtutum potuerit vendicare, dignæ indolem ſobolis onere
grato reportet. Itaq; circumducendo, & docendo, inſtar aquilæ, populum ſuum probauit,
tentauit: incredulis in deſerto proſtratis, fideles, ac genuinos filios in terram promiſſam
Dauid. olim illorũ parentibus, feliciter conduxit. Hunc loquendi modum Dauid imitatur Pſal: 16.

A reſiſten-

 De dominatione ex ſcripturis.

A reſiſtentibus dexteræ tuæ cuſtodi me, vt pupillam oculi: Sub vmbra alarum tuarum
protege me. Pupilla eſt parua, per eam tamen dirigitur acies luminis. In munimento cha-
ritatis, & miſericordiæ tuæ: vna quidem alarum ſuſcipitur peccator, altera verò in altum
attollitur, vt filius Dei nominetur, & ſit: in quo planè diligentem, atq; exactam Dei gu- Duæ alæ animæ.
bernationem oſtendit. Narrat Plato in Phædro, animæ naturam eſſe alatam: appetitu ni- Plato.
hilominus inferiorum, alteram amiſiſſe; nempè cognitione illi relicta; amoris veri ex-
torrem eſſe: qua recepta, ambroſiam, & poſt ipſam nectar potandum accipiet. Dominus
apud Mat: 23. diuinam commendans gubernationem, gallinæ ſimilitudinem poſuit, ſub a- Mat. 23.
las ſuas pullos congregantis: Quoties, inquit, volui congregare filios tuos, ſicut gallina
congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? Condidit nos, inquit Aug. ſuper Ioan: tracta-
tu 15. fortitudine ſua: quæſiuit infirmitate ſua. Infirmatur gallina cum pullis ſuis, vt ſi e-
tiam ipſos pullos nõ videas, gallinam tamen verè intelligas. Dauid Pſal: 27. ſe à Deo regi, Dauid.
paſci, atq; gubernari affirmat: Dominus regit me, ſiue paſcit, ideo nihil mihi deerit: Pro-
inde Iacob in Geneſi 32. Domine, qui dixiſti mihi, reuertere in terram tuam, & benefaci- Gen.
am tibi, minor ſum cunctis miſerationibus tuis. In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum, &
nunc cum duabus turmis regredior. Diuinam palam facit gubernationem: à qua omnia
ſeſe accepiſſe confitetur. Solent autem diuinæ ſcripturæ, hanc Dei gubernationem, regnum
appellare. & reuera huiuſmodi voces non paruam inter ſe cognationem habere videntur:
qui enim à Deo gubernantur; ij profectò non temere regnum Dei nominantur: Quemad- Regnum Dei multiplex.
modum docet Ioan: Apoca: 5. Et feciſti nos Deo noſtro regnum: & Luc: 17. Ecce regnũ
Dei eſt intra vos. Mat: 21. Auferent de regno eius omnia ſcandala. hoc autem eſt ve-
rum Dei regnum, rationalis videlicet, & intellectualis creatura, quæ ſummi æterniq; eſt Creatura rationalis.
capax boni, ad quod dirigitur, & gubernatur. Interdum Chriſtus regnum Dei appellatur:
Lucæ 11. Si in digito Dei eijcio dæmonia, profectò peruenit in vos regnum Dei .i. Chriſtus,
cuius merito, & regnum efficimur, in regnum, hoc eſt, in vitam æternam introducimur: Chriſtus vita æterna.
De quo Apoſt: Coloſ: 1. Tranſtulit in regnum dilecti filij ſui. Gal: 5. Qui talia agunt, re- Paul.
gnum Dei non conſequuntur. 2. Timot: 4. Saluum me faciet in regno ſuo. Theſ: 1. 2. Qui
vos vocauit in regnum ſuum. 1. Cor: 6. Neq; fornicarij, neq; idolis ſeruientes &c. regnum Petr.
Dei poſſidebunt. & 15. Caro, & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt, nec corruptio
incorruptelam. hoc autem regnum à principe Apoſtolorum vocatur æternum. 2. 1. Sic, in-
quit, abundanter adminiſtrabitur vobis introitus in æternum regnum. Iacob 2. Et hære- Iocob.
des regni, quod repromiſit Deus diligentibus ſe. Mat: 25. Venite benedicti patris mei poſ- Mat.
ſidete paratum vobis regnum ab origine mundi. Luc: 12. Complacuit patri veſtro dare Luc.
vobis regnum. 6. Beati pauperes, quoniam ipſorum eſt regnum Dei. Eccleſia præſens vo- Eccleſia præſens.
catur regnum Chriſti. 1. Cor: 15. Cum tradiderit regnum Deo, .i. Eccleſiam præſentis tem- Paul.
poris, quæ prius erat regnum principis tenebrarum. Dani: 7. Regnum eius, quod non cor- Dan.
rumpetur. & 2. In diebus ſuſcitabit Deus regnum, quod in æternum non diſſipabitur. Da- Dauid.
uid Pſal 2. Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius. Mons 2.
ſanctus Eccleſia Chriſti, mons coagulatus diuinis muneribus, in quo beneplacitum eſt Deo
habitare in eo. Pſal: 67. Et iterum Pſal: 71. Dominabitur à mari vſq; ad mare, & à flu- 67.
mine vſq; ad terminos orbis terrarum. Pſal: 144. Regnum tuum, regnum omnium ſecu- 144.
lorum, & dominatio tua in omni generatione. & iterum: Gloriam regni tui dicent, & po-
tentiam tuam loquentur. Pſal: 88. Et thronus eius ſicut dies cœli, & ſicut Sol in conſpe- 88.
ctu meo, .i. regnum Meſſiæ iuſtum, & æternum. item ponam eum excelſum præ regibus
terræ Pſal: 44. Sedes tua Deus in ſeculum ſeculi, virga directionis virga regni tui. De- 44.
inde quòd ſedem, & regnum nominauit, mox vocat reginam: Aſtitit regina à dextris tuis
in veſtitu deaurato. Hæ autem Pſalmorum ſcripturæ de regno Meſſiæ de Eccleſia Catho-
lica, de qua multa erunt nobis dicenda, clariſſimè loquuntur, quarum exacta interpretatio
non eſt præſentis voluminis. Iſaias 6. loquens de regno Chriſti, ait: Vidi Dominum ſeden- Iſai. 6.
tem ſuper Solium excelſum, & eleuatum, nempè eccleſiam, de qua cap: 2. loquens, dixit: 9.

Erit præ-

De dominatione ex ſcripturis.

Erit præparatus domus Domini ſuper verticem montium. Nono autem cap: expreſſius nominat: Et factus eſt principatus eius ſuper humerum eius; aut crucem intelligit, quam ipſe portauit, teſte Hieronymo, aut brachij fortitudinem, eodem Iſaia dicente: Reuelauit
52. *Dominus brachium ſanctum ſuum omnibus gentibus. Et rurſum: Et brachium Domi-*
53. *ni cui reuelatum eſt? cap: 16. Et præparabitur in miſericordia ſolium eius, & ſedebit*
16. *ſuper eum in veritate in tabernaculo Dauid, iudicans & quærens iudicium, & velociter*
Luc. *reddens quod iuſtum eſt. De hoc regno Dauid, locutus eſt Angelus ad virginem: Et dabit illi Dominus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & re-*
Dauid. *gni eius non erit finis. Ad Dauid autem dictum eſt: Pſal: 88. Iuraui Dauid ſeruo meo,*
88. *vſq; in æternum præparabo ſemen tuum. Et ædificabo in generatione & generationem ſe-*
131. *dem tuam. Et Pſal: 131. Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum: de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam .i Chriſtum, quia accepit ſedem Dauid ſpiritu-*
Iſa. 62. *alem, vt mentibus dominetur fidelium. Iſaias 62. Eris corona gloriæ, ait, in manu Domini; & diadema regni in manu Dei tui: Eccleſiam, ait, Hieronymus, ſignificat, quam coronat*
Ieremiæ. 30. *turba credentium: & diadema imperij gemmarum martyrum varietate diſtinctum. Ieremias cap: 30. alloquens populum ſuadet, vt bono animo ſint propter gloriam regis venturi: Et erit in die illa, conteram iugum de collo tuo, & non dominabuntur tibi alieni, ſed ſeruies Domino Deo tuo, & Dauid regi tuo, quem ſuſcitabo tibi. Iſte eſt Dauid, ait Hieronymus, cuius & Euangelium Lucæ 1. meminit, daturũ ſe nobis, vt ſine timore de manu inimicorum liberati, ſeruiamus illi. Et erit dux eius ex eo: & princeps de medio eius producetur. haud dubium quin Dominus, & ſaluator ſecundum carnem ex genere Dauid. Iterum*
23. *cap: 23. Ecce Dies venient, dicit Dominus, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit rex, & ſapiens erit, & faciet iudicium, & iuſtitiam in terra. In diebus illis ſaluabitur Iuda, & Iſraël habitabit confidenter. Inducitur paſtor paſtorum, & rex regum. in diebus*
Ezechieli. 37. *illis Iuda & Iſraël ſaluabitur, & de duabus virgis, fiet vna virga, iuxta Ezechielis vaticinium: Ecce ego aſſumam filios Iſraël, ait Dominus, de medio nationum, ad quas abierunt: & congregabo eos vndiq; & adducam eos ad humum ſuam, & faciam eam gentem vnam in terra in montibus Iſrael: & Rex vnus erit omnibus imperans. Et non erunt vltra duæ gentes: nec diuidentur amplius in duo regna, & erunt mihi populus, & ego ero eis Deus. Et ſeruus meus Dauid rex ſuper eos, & paſtor vnus erit omnium eorum. Sic etiam le-*
Ioan. 10. *gimus in euangelio Ioan. 10. & fiet vnum ouile, & vnus paſtor. Simile quiddam dictum*
Sophonias. 3. *eſt, à Sophonia 3. Reddam populis labium electum, vt inuocent omnes nomen domini, &*
Michæas. 5. *ſeruiãt ei humero vno. Michæas 5. Et tu Bethlehem Ephrata paruulus es in millibus Iuda; ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſraël, & egreſſus eius ab initio à diebus æter-*
Zacharias. *nitatis. Zacharias 9. loquens de primo Chriſti aduentu, eccleſiam prouocat ad gaudia: Exulta, ait, filia Sion, iubila filia Ieruſalem; ecce rex tuus veniet tibi, iuſtus & ſaluator; ipſe pauper, & aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ. Et diſpergam quadrigam ex Ephraim, & equum de Ieruſalem, & diſſipabitur arcus belli, & loquetur pacem gentibus: & poteſtas eius à mari vſq; ad mare, & à flumine vſq; ad terminos terræ.*

Ex his ergo, atq; ſimilibus prophetarum oraculis, regnum Meſſiæ, ex ſemine Dauid ſe-
Regnum cœlorum. *cundum carnem, facile dignoſcitur. Apud euangeliſtas ſæpè ſæpius nominatur regnum cœlorum: nunc quidem prædicatio euangelij, & notitia ſcripturarum ſignificatur, quæ du-*
Matt. 13. *cit ad vitam, authore Hieronymo; veluti eſt illud Mat: 13. Simile eſt regnum cœlorum*
11. *grano ſinapis &c. prædicatio euangelij minima eſt omnibus diſciplinis, quæ parua videbatur in principio, creuit in arborem, dilatata per mundum vniuerſum: nunc verò Chriſtus: Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Hic regnum cœlorum, inquit,*
16. *Ambroſius, non niſi Chriſtus intelligitur, qui regnat in cœlis. Hilarius in cap. 16. Mat. Filius Dei eſt regnum cœlorum, qui ſe comparauit homini ſeminanti bonum ſemen, & grano ſinapis, cuius virtus preſſuris accenſa, ſepulta in terris, reſurgendo creuit in vniuerſum mundum: & fermento, quod mulier, hoc eſt, eccleſia, accipiens commiſcuit farinæ ſatis*

tribus,

 De domi- natione ex ſcript.

tribus, nempè Legi, Pſalmis, & Prophetis. Chryſ. in cap: Matt. 25. dicit ſignificari præ-
ſentis temporis eccleſiam: Simile eſt, inquit, regnum cœlorum decem virginibus. Porrò
Remigius putauit regnum cœlorum tribus modis in ſcripturis intelligi poſſe, & primo qui-
dem modo pro præſentis temporis eccleſia: Matt. 18. Colligent de regno eius omnia ſcanda-
la. Deinde ſancta ſcriptura: Auferetur regnũ Dei à vobis 21. & vita cœleſtium: Recum-
bent in regno cœlorum. Sanè regnum eſt poſſeſſio Regis. Cùm ergo animæ vitam cœleſtem
agentes, ſint domini poſſeſſio, non temere regnum cœlorum appellatur. Fulgebunt enim
iuſti ſicut ſol in regno patris ſui. Noua vox eſt, primùm à Ioanne Baptiſta annunciata,
magnum aliquod ſonans, & glorioſum annuncians, ſtabile profectò, & æternum regnum
inſinuans, non corruptibile, & cito periturum: Proinde Dominus ait in Euangelio Ioan 18. Ioan. 18.
Regnum meum non eſt de hoc mundo, hoc eſt, regnum meum non eſt corruptibile, ſicuti
eſt regnum huius mundi; ſed incorruptibile, & æternum: non ergo Chriſtus negauit re-
gnum ſuum non eſſe in hoc mundo, non eſſe hîc, ſed non eſſe hinc, hoc eſt non niti rebus,
quibus reges huius mundi nituntur. Itaque regni cœlorum nomine, ſtabilitas regni, nouus
viuendi modus, atq; ordo deſignatur. Lucæ vocatur domus Dauid, & domus Iacob, eorum
planè qui cum hoſte legitimè pugnant. Proinde non ſolùm ſolem, & lunam, atq; alias ſtel- Domus Iac.
las, verùmetiam beatorum mentes, cœlorum regnum nominatur: & rectè quidem, nam
anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ, &, Dominus in templo ſancto ſuo, Dominus in cœlo ſedes
eius. Regni verò nomine: Nunc regnantem, nunc id quod regitur; interdùm verò id, quo Multi modi
regitur, vtpote iuſtitia, lege, & ſimilibus, ſignificatur Tota ſanè vis regni in rege poſita eſt, regni cœlorũ.
ideoq; meritò regnum nominatur. Simile eſt regnum cœlorum homini regi, ait Matth. 22.
quod Origenes ſic intellexit: Regnum cœlorum, inquit, eſt ſecundum eum, qui regnat, Si- Matth. 22.
mile eſt homini regi: ſecundum autem eum, qui corregnat, ſimile eſt filio regis: ſecun-
dum ea verò quæ ſunt in regno, aſſimilatum eſt ſeruis, & inuitatis ad nuptias. Verùm quia
eccleſia huius temporis habet bonos, & malos, propterea ſimilis eſſe perhibetur decem
virginibus, & ſagenæ miſſæ in mare, & ſimilibus. Virtus qua regitur, regnum cœlorum no-
minatur: authore Origene, Homel. 4. ſuper Matth. Forſitan, inquit, vnaquæque virtus re- Origen.
gnum cœlorum eſt, & omnes virtutes ſimul, ſicut Apoſtolus docet, Rom. 14. Regnum Dei, Rom. 14.
eſt iuſtitia, & pax, & 1 Corint. 4. Regnum Dei non eſt in ſermone, ſed in virtute, hoc eſt, 1 Cor. 4.
regnum Dei non commendatur, inquit Ambroſius, ſplendore verborum, ſed operum ſpiri-
tualium virtute. Hanc ob cauſam magnus ille Baptiſta confidenter clamabat, atq; doce-
bat: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Quibus planè verbis pro- Matt. 3.
poſitum audientium, verumq; actum pœnitendi demonſtrat potiſſimè. Virtus ergo, atq;
iuſtitia, quibus ad cœlum nobis aditus patet, regnum cœlorum dicitur. Quam ob rem omnis
ſcriba doctus in regno cœlorum, à Domino laudatur. Quid ergo ſcripturæ ſenſerint de gu- Matth. 13.
bernatione Dei, & regno illius, breuiter dixi.

CAP. VI.

De regno Dei ſecundum ſacros doctores.

DIuinæ gubernationis, atq; regni ordinem, modumq́; ex ſacris hactenus puto
nos audiuiſſe ſcripturis, eumq́; nobis ſufficere non dubito: pro ampliori ta-
men regni Dei gloria, ſacrorum doctorũ ſententias, huic inſerendas eſſe ſcri-
pturarum ordini, non inutile eſſe reputaui; vt cuilibet liceat, quod ſibi pla-
cuerit, accipere. Baſilius magnus epi. 141. ad Gregorium Theologum, de re- Baſilius ma-
gno cœlorum verba faciens, ita loquitur: Nihil aliud eſt fratres, inquit, regnum cœlorum, gnus epi. 141.
quàm vera eorum quæ ſunt cognitio, quam & felicitatem vocant diuinæ ſcripturæ. Regnũ
enim cœlorum intra vos eſt. Circa verò internum hominem nihil aliud quàm contemplatio
conſiſtit. Relinquitur ergo, contemplationem eſſe regnum cœlorum: Quam ob rem abſur-

Dei ex ſacris doct.

dum eſſe iudico, quod cùm ſenſus corporum noſtrorum congruenter proprijs reficiamus materijs, mens ſola à propria ſummoueatur operatione: vt enim ſenſus rerum ſenſibilium, ita & mens intelligibilium notionem, & conceptum habet. Pulcherrimè præterea interpretatur multa ſanctarum ſcripturarum oracula, quæ de regno Chriſti, & de regno patris loqui videntur.

Regnũ Chriſti, & regnum patri.

Regnum Chriſti omnem illam materialem eſſe dicunt cognitionem: Dei verò patris immaterialem, & vt ita dicam, ipſius diuinitatis contemplationem. Eſt autem Dominus noſter & ipſe finis ſecundum intelligentiam, & rationem verbi: Et ego, inquit, excitabo illum in nouiſsimo die, reſurrectionem illam intelligens, quæ ex materiali cognitione, ad immaterialem cœleſtemq; ducit contemplationem. nouiſsimum verò diem, eam ſcientiam poſt quam nulla eſt alia. Tunc enim mens noſtra exurget, & ad beatam illam ſublimitatem excitabitur, quando vnitatem, ac monada verbi contemplabitur. Verùm quoniam mens noſtra craſſa adhuc pulueri adhæret, ac nudæ contemplationi intendere nequit; per compoſitionem rerum, quæ corpori ſunt cognatæ, ſubducta opera conditoris contemplatur; vt ita ſenſim accepto incremento, & ipſam aliquando diuinitatem contemplatura accedere valeat. Ad hunc ſenſum & illud quoq; dictum eſſe puto: Pater maior me eſt: Et illud, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à patre meo. Hoc enim eſt, & Chriſtum regnum dare Deo, ac patri, cùm non ſit finis, ſed primitiæ, iuxta craſsiorem, vt dixi, doctrinam, quæ quidem filium, quantum in nobis eſt, non vt in ſe eſt, contemplatur. Non eſt veſtrum, inquit, ſcire tempora, & momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate: hoc eſt, regni huius ſcientia, non eorum, qui carni adhuc, & ſanguini obnoxij ſunt. hanc enim contemplationem pater in ſua poteſtate repoſuit: poteſtatem dicens, eos, quos ille poteſtati ſuæ ſubditos habet: proprios verò, quos rerum inferiorum non tenet ignorantia: tempora autem, & temporum momenta, ſunt quædam interualla, quæ ſol ille intelligibilis, & ſpiritalis efficit. Hæc Baſilius, vbi præſentis eccleſiæ ſtatum, & futuræ planè depinxit. Videmus enim per ſpeculum in ænigmate, ideoq; craſſa vocatur noſtra cognitio, quæ ad eccleſiam præſentis temporis ſpectat, ad regnum Chriſti hominis: cùm autem videbimus eum ſicuti eſt, quod eſt diuinitatis regnum, & patri tribuitur propter principij dignitatem; tunc perfecta erit noſtri regni cognitio, ſpeculi in ænigmate cognitione depoſita.

Ioan.6. Matth. 20. 1 Corin.15. Actor. 1.

Status eccleſiæ præſentis.

Tradere regnum Deo patri qui ſit ex Cyrillo.

Cyrillus lib. 6. de Trin. in præſenti tempore, inquit, regnante ſuper incredulos maligno dracone, diſtributum eſt quodammodo Dei imperium: & in vtramq; partem inclinat, dum excutiunt adhuc iugum eorum, qui nondum terrenæ vitæ renunciarunt. Vbi autem apparuerit tempus, quo deficiet mors, & peccati robur; commendabit quodammodo ſincerum principatum, & deteriori non admixtum tradet Deo, & patri regnum filius; ſolus enim imperabit nobis per ipſum, & cum ipſo. Igitur hanc expletionem diſpenſationis & totius myſterij, traditionis nomine ſignificauit Apoſtolus. Nam quaſi ab alio detineretur regnum Dei, & auellens filius ab his qui ſubirrepſerant, adducit, Et tradit patri: non quòd ipſe extra regimen ſit, ſed quòd cum ſuo genitore omninò imperet. Cuius regni ſtabilitatem Dan. 7. aperte declarauit. Et in diebus illorum, inquit, regnum ſuſcitabit Deus cœli, regnum, quod in ſecula non corrumpetur, & regnum eius populo alteri non relinquetur. Et iterum: vidi in viſione noctis, & ecce cum nubibus cœli quaſi filius hominis veniebat, & vſq; ad antiquum dierum peruenit, & coram ipſo adducta ſunt, & ipſi data ſunt principatus, & honor, & regnum & omnes populi, cognationes, linguæ ipſi ſeruient, poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non præteribit, & regnum eius non corrumpetur. Hæc Cyrillus. Et lib. 7. filium Dei regnum Dei appellat: Si, inquit, Matt. 12. In digito Dei eijcio dæmonia, profectò peruenit in vos regnum Dei: hoc nihil aliud eſt dicere, quàm quòd deſcendit diuina poteſtas, & virtus in homines. Opinor enim, quod regnum Dei vocet conuenientiſsimam in ſpiritu ſancto operationem, vel etiam fortaſsis ipſe ſpiritus dicitur, iuxta illud: Regnũ Dei eſt intra vos. Quando igitur magnifica facit in ſpiritu filius, quum Deus exiſtat, regnumq; Dei vocat, potentiſſimam, & inuictam Dei potentiam in illo, & per illum. Ex hac ergo Cyrilli ſententia intelligimus regnum Chriſti eſſe æternum, atq; per gratiam ſancti ſpiritus nos regnum Dei effici,

Daniel.7. Regnũ Chriſti ſtabile. Matth.12. Luc.17.

De regno Dei ex ſacris doctoribus.

efficí, eſſe, & vocari. Origenes Homel. 18. ſuper Numeros exponens prophetiam Balaam: Exibit homo de ſemine eius, & dominabitur gentibus multis, & exaltabitur Gog regnũ eius, & creſcet regnũ eius: Deus deduxit eum ex Ægypto ſicut gloria vnicornis. Chriſtus eſt, inquit, qui exijt de ſemine Iſrael ſecundum carnem, qui gentibus dominatur, ſicut dictũ eſt à patre per os Dauid Pſal. 2. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terræ. Cuius regnũ ſemper creſcit, & augetur, quouſq; ponat pater omnes inimicos eius ſub pedibus eius, ſed & nouiſsimum inimicum deſtruat mortem. Deduxit eum ex Ægypto: quia ex Ægypto, ſecundũ Oſeam Prophetam, vocaui filiũ meũ: vel quia poſteaquam veni ad Ægyptum mundi huius, eduxit eum pater, & aſſumpſit ad ſemetipſum, vt viam faceret his, qui de Ægypto mundi huius aſcenſuri erant ad Deum. Et gloria vnicornis eius: omnia enim dæmonum genera deijciens Chriſtus, vnum ſuum regnum, tanquam veri vnicornis, fundauit in gloria, cornu enim pro regno accipitur. Vnum ergo eſſe regnum, quòd à Chriſto regitur, nempè, Eccleſiam Catholicam Origenes docet: quot uerò modis regnum cœlorum accipiat; iam dixi. Chryſoſtomus homelia 39. cor: 1. cap. 15. Cùm tradiderit, inquit, regnum Deo, & patri. Regna Dei ſcriptura duo nouit, alterũ adoptionis, & familiaritatis, alterum creationis. Omnium igitur iudæorum, æthnicorum, dæmonum, & aduerſariorum, opificii & creationis lege, rex eſt Chriſtus Deus, fidelium verò, & vltro ſe ei committentium ſubiectorumq; familiaritate, & cura. Hoc regnum etiam principium habere dicitur: de hoc enim Pſal. 2. Poſtula, inquit, à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. & diſcipulis ipſe, Mat. 28. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra: accepta genitori omnia ferens, non quod non ſufficeret ipſe, ſed quod filius, & non ingenitus eſſe oſtendens. hoc igitur tradet, id eſt, reſtituet: Vt ſit Deus omnia in omnibus: vt in ipſo omnia deuincta ſint: ne quis duo principia ſine principio, aut regnũ quoddam aliud diuiſum ſuſpicetur: ne quid omninò ab ipſo non pendens, extet. Regnum ergo tradet, ipſe ſcilicet victoriam reportabit, omnia pedibus ſuis ſubijciet. Regnare eum tantiſper oportet, dum pedibus ſuis omnes inimicos ſubijciat, inquit, nec finem regno ſtatuit, ſed fiduciam addit. Tantiſper oportet eum regnare, quoaduſq; omnia palam oſtendat ſibi eſſe ſubiecta. Non hoc dicens, vbi fecerit, regnaturum non eſſe: haud enim intercidet huius regnum: dominatur enim, & potens eſt, & manet dum reſtituat omnia. Itaq; ſecundum Chryſoſtomum, non duo, ſed vnum eſt regnum patris, & filij, quod ſcilicet Chriſtus redemit, Pater adoptauit, Spiritus ſanctus ſanctificauit, tota ſimul Trinitas regit, & gubernat. Ambroſius in cap. 1. cor: 15. cùm tradiderit, & cætera: Traditio, inquit, regni hæc eſt, vt cùm omnia filio fuerint ſubiecta: & adorauerint illum, vt Deum, deſtructa morte; tunc filius oſtendat illis non ſe eſſe, ex quo omnia, ſed per quem ſunt omnia: & hoc eſt tradere regnum Deo, & patri, oſtendere ipſum eſſe, ex quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur. Admodum pulchre dixit Ambr. vt non regni, aut regnantium diuerſitatem, ſed nominis declarationem, ac perſonarum ordinem intelligeres. vnũ eſt enim regnum vtriuſq;, non par tamen apud omnes nominis declaratio. Cùm ergo omnia confeſſa fuerint Chriſtum Deum ſubſtrata pedibus eius, tunc & ipſe Chriſtus dominus ſubijcietur Deo patri, vt ſit Deus omnia in omnibus. hoc eſt, cùm omnia, vt Dominum Chriſtum adorauerint; tunc Chriſtus propter vnicam authoritatem patris, Deum quidem ſe oſtendet; ſed de Deo, vt vnius principij ſublimis & ineffabilis authoritas maneat. hoc eſt ſubijcere ſe filium patri, hoc eſt, Deum eſſe omnia in omnibus: quia cùm diſcit omnis creatura caput ſuum eſſe Chriſtum, Chriſti autem caput Deum patrem; omnia in omnibus eſt Deus pater. hoc eſt, vt omnis creatura vnum ſentiat, vnum eſſe Deum, ex quo omnia. Si autem dixiſſet, vt ſit Deus in omnibus, intelligeretur in omnibus quidem eſſe per affectum, aut per communem ſenſum, non tamen ea ipſa ex ipſo eſſe. ſed cùm dixit omnia in omnibus; hoc ſignificauit, quia ex ipſo ſunt, & in ipſis eſt. Ex ipſo, quia ab ipſo creata ſunt: in ipſis autem, quia in omnium confeſsione vnus erit Deus. Non tamen ſic ſubijcitur filius patri, ſicut filio creatura. hæc Ambroſius. Ex quibus intelligimus Deum ve-

Origenes.
Dauid Pſal. 2.
Oſeæ. 11.
Chryſoſtom. Homel. 39. 1. Cor. 15.
Duo regna.
Deus omnia in omnibus.
Cum tradiderit regnum.
Sanctificauit.
Ambroſius.
Filius ſubiectus patri.
Deus pater omnia in omnibus.

De regno Dei ex ſacris Doctoribus. rum eſſe, & Regem & Creatorem omnium. Auguſtinus lib. 1. de Trin: c. 8. duobus modis
intelligi poſſe oſtendit: Aut ideo, inquit, dictum eſt, ne quiſquã putaret habitum Chriſti,
qui ex humana creatura ſuſceptus eſt, conuerſum iri poſtea in ipſam diuinitatem: vel vt
Auguſtinus certius expreſſerit deitatem, quæ eſt æterna. Cùm tradiderit regnum Deo & patri: non
de trin. lib. 1. quaſi modo non habeat regnum Deus & pater, ſed quia omnes iuſtos, in quibus nunc re-
cap. 8. gnat ex fide viuentibus mediator Dei & hominum, perducturus eſt ad ſpeciem, quam
Cor. 1. viſionem dicit idem Apoſtolus 1. cor: 13. facie ad faciem. Cùm ergo tradiderit regnum
15.
1. Cor. 13. Deo: ac ſi diceretur, cùm perduxerit credentes ad contemplationem Dei patris. Sicut e-
nim Mat. 11. dicit omnia mihi tradita ſunt à patre, & nemo nouit patrem niſi filius, & cui
Reuelatur à fi- voluerit filius reuelare; tunc reuelabitur à filio pater, cùm euacuauerit omnem princi-
lio pater. patum, & omnem virtutem, vt neceſſaria non ſit diſpenſatio ſimilitudinum per angelorum
miniſteria. hæc nobis contemplatio promittitur actionum omnium finis, atq; æterna perfe-
ctio gaudiorum: tunc erimus verè regnum, quando omni malitiæ vetuſtate expulſa, Deus
erit in nobis omnia, & nos in Deo, & Deus in omnibus omnia. Nunc filij Dei ſumus, ait
Ioan. ep. 1. Ioan: ep: 1. cap. 3. & nondum apparuit quid erimus: ſcimus enim quia cùm apparuerit,
3. ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum, ſicuti eſt. Tunc erit mane noſtrum pſal. 5. Ma-
ne aſtabo tibi, & contemplabor. De hac contemplatione intelligo dictum, cùm tradiderit
regnum Deo & patri .i. cùm perduxerit iuſtos, in quibus nunc ex fide viuentibus regnat,
ad contemplationem Dei patris. Imitatur Baſilium de hoc ſimilia diſſerentem. Tunc oſten-
Ioan. ca. 14. detur nobis pater, & ſufficiet nobis. Ioan: 14. Quod bene intellexerat Philippus, quan-
do dixit, oſtende nobis patrem. Sed quia volebat eum ex fide viuere, antequam illud ma-
ne poſſet videre; Non credis quia ego in patre, & pater in me eſt? Quàmdiu enim ſumus
Cor. 2. 5. in hoc corpore, ait apoſt: Cor. 2. 5. peregrinamur à domino, per fidem enim ambulamus,
& non per ſpeciem: contemplatio enim merces eſt fidei: cui mercedi per fidem corda mũ-
Eph. 5. dantur. Actuum 15. fide purificans corda hominum. Ex hac ergo Auguſtini expoſitione,
intelligimus vnum eſſe regnum patris, ac filij, Eccleſiam vtiq; catholicam, quæ modò am-
bulat per fidem, contemplatura poſtea Dei eſſentiam, cùm fuerit regnum effecta ab omni
corruptela, atq; labe purgata, quando erit non habens maculam, neq; rugam. Hierony-
Hieronymus mus exponens illud Pauli ad Eph: 5. non habebit hæreditatem in regno Chriſti & Dei: V-
Eph. 5. trum, inquit, aliud eſt regnum Chriſti, & aliud Dei? An idem regnum ſit patris & filij?
Et ſiquidem dixiſſet, in regno filij & patris; per filium veniremus ad patrem: & licet
Cor. 1. 15. eſſet diuerſitas perſonarum; tamen eſſet regnantium vna maieſtas: nunc verò cùm dixe-
rit, in regno Chriſti & Dei; ipſum Deum, & Chriſtum intelligamus. quia & cùm tradi-
derit regnum Deo & patri, non erit pater omnia in omnibus, ſed Deus omnia in omnibus:
Quatuor mo- vbi autem Deus eſt, tam pater, quàm filius intelligi poteſt. Porrò quod de patre, & de
dis accipitur filio dicimus; hoc idem & de ſpiritu ſancto ſentiamus. Vnum eſt ergo, ſecundum Hierony-
regnum. mum totius trinitatis regnum: creaturarum ſine dubio rationalium, atq; intellectualium
cœtus. In 12. caput Mat: intelligit etiam regni nomine, Chriſtum ſignificari: Profectò per-
uenit in vos regnum Dei, idem, Chriſtus. Et regnum, quod prædicauit Ioan. Pœnitentiam
Mat. 25. agite, appropinquauit regnum cœlorum. Deniq; regnum ſcripturæ ſanctæ Mat. 25. aufe-
retur à vobis regnum Dei. Vnum ergo eſſe Dei regnum, ex ſacris doctoribus, patet.

CAP. VII.

Argumenta Iudæorum contra Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

1. QVI ex Iudæis non crediderunt in Chriſtum Ieſum, vnicum regem, & ſaluatorem
noſtrum, falſis ſcripturarum interpretationibus, aduerſus noſtram religionem
Iſaias 2. pugnare conſueuerunt. In Iſaia 2. cap. inquiunt, legimus, in nouiſſimis diebus
præparatum fore montem domus Domini: at Ieſus Nazarenus in nouiſſimis
diebus

 Argumẽta Iudæorum.

diebus minimè extitit, quippè quem multorum curricula annorum ſecuta ſint, & adhuc
ſequuntur: non ergo ille fuit verus Meſsias per legem promiſſus, & per Prophetas. Ad-
de, quod mons domus Domini, ſuis quidem temporibus non fuit poſitus in vertice monti-
um, neq; eleuatus ſuper omnes colles; nos autem ſperamus futurum, vt in aduentu Meſsiæ,
mons Sion ſit ſupereleuandus, collocandusq́; ſuper verticem trium montium, Thabor, Si-
na, & Carmeli. Præterea idem Propheta vaticinium denuntiat, ad Ieruſalem magno o-
mnium applauſu venturas gentes propemodum omnes: Et venient ad eum omnes: quod
profectò ſub illius tempore nequaquam audiuimus accidiſſe. Ad hæc accedit, quòd poſt
Ieſu Nazareni tempora, plurima, & penè infinita per orbem commiſſa ſunt bella, ſtrages,
& interitus multorum, quod planè nequaquam futurum Propheta prædixit: Non leua-
bit, inquit, gens contra gentem gladium, neq; exercebuntur vltra in prælium. Quare cùm
temporibus veſtri Meſsiæ, hæc minimè acciderint; firmiter tenendum eſt, verum Meſsi-
am non eſſe appellandum. Amplius eiuſdem Prophetæ vaticinio docemur, Meſsiæ tem- 2.
poribus, habitaturos lupos cum agnis, & pardos cum hædis accubaturos, vitulum verò, o- Iſai. 11.
uem, & leonem ſimul eſſe paſcendos, atq; à puero paruulo cuſtodiendos: quæ ſimiliter il-
lius ætate nequaquã acciderunt: ergo quod prius. Item Moſes in Deuteronomio cap. 30. 3.
vniuerſo planè populo pollicetur, vt non deſpondeat animo, quandoquidem ſtatutum ſit a- Deut. 30.
pud Dominum; vt ſi filij Iſraël eſſent inter gentes vndequaq; diſperſi, à Deo ipſorum per
Meſsiæ venturi beneficium, congregandos eſſe: Et ſi inquit, ad cardines cœli fueris diſsi-
patus, inde retrahet te Dominus, & introducet te in terram, quam poſſederunt patres tui.
His accedunt multorum teſtimonia Prophetarum, & in primis Pſal: 146. Ædificans Pſal. 146.
Ieruſalem Dominus, diſperſiones Iſraëlis congregabit: & Ieremias 23. In diebus Meſsiæ Ierem. 23.
ſaluabitur Iuda, & Iſraël habitabit confidenter. Ezechiel: 37. Aſſumam filios de natio-
nibus, & reducam in terram ſuam. Et multa ſimilia, quæ temporibus Meſsiæ facta non
ſunt, imò poſt illius mortem, gens Hebræa eſt diſsipata vſq; ad cardines cœli. Nondum
ergo venit verus Meſsias. Adhuc, legimus apud Iſaiam, cap: 16. Meſsiam ſeſſurum ſu- 4.
per ſolium Dauid: In tabernaculo Dauid, inquit, quærens, & reddens velociter quod iu- Iſa. 16.
ſtum eſt. Vnde dictum eſt ad Dauid, & ponam in ſeculum ſeculi ſemen tuum: & thro- Pſal. 88.
num eius ſicut dies cœli. & Pſal: 131. de fructu ventris tui, ponam ſuper ſedem tuam: ſed 131.
veſter Meſsias fuit pauper, & deſpectus, & regiæ dignitatis expers, imò pro huiuſmodi v-
ſurpatæ dignitatis crimine, cruci affixus; quomodo ergo verus Meſsias eſt appellandus?
Adde, quod ſi eſt futurus filius Dauid, non eſt ergo Deus: velle enim purum hominem,
facere Deum, eſt pura blaſphemia. Amplius, Meſsias habebit magnam poſteritatem fi- 5.
liorum, ſicut dicit Iſaias cap: 53. videbit ſemen longæuum, & voluntas Domini in manu e- Iſai. 53.
ius dirigetur. Sed veſter Meſsias non habuit vxorem, neq; liberos, ergo quod prius. Ad-
de, quod Meſsias ſit ædificaturus ciuitatem, vt ipſemet Iſaias vaticinatus eſt cap: 45. Et 45.
ipſe ædificabit ciuitatem meam, inquit, quod à veſtro Meſsia nequaquam factum eſſe legi-
mus. Ipſe ergo verus Meſsias nequaquam extitit. His, atq; ſimilibus contra nos pugnare
ſtudent. Amplius, Ecce vir oriens, vel Meſsia, vt dicit Chaldæus, & ipſe ædificabit tem- 6.
plum. Zachariæ 6. & Ezechiel. 40. prædixerat templum magnum à Meſsia eſſe ædifi- Zach. 6.
candum. Daniel. 7. dicit eſſe venturum cum nubibus cœli. Iſaias 30. erit lux Lunæ, ſicut Ezech. 40.
lux Solis: quæ omnia veſtri Meſsiæ temporibus completa non ſunt: Igitur non fuit verus
Meſsias, nec ipſius regnum alicuius eſt authoritatis. Porrò ad huiuſmodi Iudæorum obie- Soluuntur argumenta.
ctiones facile eſt reſpondere: Et ad primam quidem dico: nouiſsimos dies, bifariam in-
telligi poſſe: & primum certè ſimpliciter, vt perinde ſit omnium vltimos, atq; ita tempus 1.
ſignificant vniuerſali iudicio proximum: & ſic non eſt interpretandus ſermo Propheti-
cus. Secundum verò reſpectiuè, nempè ad tempora futurorum regnorum, & ita intelli-
gendi ſunt nouiſsimi dies Meſsiæ: non quidem reſpectu dierum ſequentium, ſed legum, Nouiſsimi dies.
atq; regnorum. Quoniam autem regno Chriſti non eſt futurum aliud regnum poſterius;
hac de cauſa, illius tempora, nouiſsimi dies nominantur. Similis eſt loquendi modus in Ge-

Soluūtur argumēta

Geneſi. 45. neſi 49. quo vſum fuiſſe Iacob, legimus: Congregamini, inquit, filij, vt annuntiem quæ ventura ſunt vobis in nouißimis diebus; quæ ſane impleta eſſe omnia, vosmet Iudæi profitemini.
Ioan. 2. Itaq; tempus noſtri, veriq; Meßiæ, nouißimum tempus eſt, quemadmodum docet Ioan: epi: 1. 2. Filioli mei, nouißima hora eſt. Et Paulus ad Hebr. 1 Nouißimis diebus iſtis
Iſa. 2. locutus eſt nobis in filio. Ad confirmationem, reſponſum eſt à Rabi Salomone, montis Sion ſcilicet eleuationem, non loci, ſed virtutis ſignificare magnitudinem: quippe cùm tempore Meßiæ, maiora edenda erant miracula in monte Sion, quàm olim in illis montibus patrata fuiſſe audiuimus. Ad aliam confirmationem, hoc ſignum omnes non diſtribuit pro ſingulis generum, ſed potius ſecũdum conſuetudinem ſcripturarum, pro generibus ſingulorum; quia nimirum nonnulli ex ſingulis gentium generibus venturi erant ad Chriſti fidem recipiendam. Tale quid legitur in Geneſi: nempè omne animal fuiſſe in arca Noe.
Pax Meſsiæ. Ad aliam confirmationem dico, ex verbis Prophetæ id tantum colligi poſſe; Meßiæ ſcilicet tempore, per totum planè orbem, magnam pacem futuram: iuxta Dauid vaticinium,
Pſal. 71. Pſal: 71. Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis: non quin poſt illius aſſumptionem non eſſent bella conficienda.
Lucæ, 2. Quòd autem noſtri Meßiæ temporibus, magna vbiq; terrarum pax extiterit; vel ex eo maximè intelligi poteſt, quòd ſub vnius imperio, totus
4. Regum 6. penè orbis deſcriptus, viuebat. Similis loquendi modus habetur. 4. Reg. cap. 6. Et vltra non venerunt, inquit, latrones Syriæ in terram Iſràel; aliquod quidem temporis interuallum, non autem perpetuum tempus ſignificans; quandoquidem pluries poſtmodum terram illam depopulati ſint.
2. Ad 2. Reſpondet Rabi Mo: Non aſcendat, inquit, ſuper cor, quòd in diebus Meßiæ deficiet aliquid de via huius ſeculi: vel innouetur aliquid de ope-
Habitabit lupus cũ agno. ribus ſex dierum; ſed ibit mundus iuxta ſolitam viam: & per conſequens animalia remanebunt in ſuis conditionibus naturalibus. hæc ille. Totus præterea illius capituli contextus eſt Methaphoricus: Egredietur, inquit, virga de radice Ieſſe. &c. Illorum ergo verborum contextus, pacificam eccleſiæ Meßiæ conuerſationem oſtendit, de qua actus Apoſtolici ita loquuntur: Multitudinis, inquit, credentium erat cor vnum, & anima vna. Habitabit ergo lupus rapax, Paulus de tribu Beniamin, Gen: 49. Phyl: 3. pacificè, & quietè cum oue ſimplice, & innocente Anania. Similem phraſim licet inuenire Gen: 49. Vbi Iudas vocatur Leo, & Dan coluber, & Beniamin lupus rapax. Deinde, quid dignum erit Domini maieſtate, vt lupus & agnus paſcantur ſimul, & cætera ſimilia? Niſi fortè iuxta
Pardus cum hædo. fabulas poëtarum, aureum nobis Saturni ſeculum reſtituetur. Itaq; accubabit pardus cum hædo, ille quippe, qui prius non mutabat varietates ſuas, lotus in fonte Domini accubabit cum hædo; non qui à ſiniſtris eſt; ſed qui immolatur in Paſcha Domini. Leo quoq; ferociſſimus, & ouis, & vitulus pariter morabuntur. Quod quotidie in eccleſia fieri cernimus, in qua diuites, & pauperes, potentes & humiles, reges atq; priuati à pueris paruulis, ab Apoſtolicis viris ſimplici ſermone gubernantur. Et Leo comedet paleas i. ſimplici vtetur
3. ſermone: paleæ enim in ſcriptura, verba ſimplicia ſignificant. Ad 3. Scriptura illa Deu-
Dan. 7. teronomij impleta fuit eo quidem tempore, quo Cyrus licentiam Iudæis conceßit in patriam redeundi: Vnde liberum omnibus fuit, vt in Iudæam redirent, modò illi vellent. Aut certè, & melius, electorum congregatio eſt intelligenda, quemadmodum ab Euangeliſta Ioanne præclarè inſtruimur: Mortuus eſt, inquit, non tantùm pro gente, ſed vt filios Dei,
4. qui diſperſi erant, congregaret in vnum. Ad 4. Cauſa inimicitiarum inter nos, & vos Iudæi, eſt ignorantia ſcripturarum, quas quidem neſcitis, aut intelligere non vultis: ſiqui-
Duo aduentus Meſsiæ. dem duos eſſe Meßiæ aduentus, ſcripturæ manifeſtè pronuntiant: alterum quidem humilem, glorioſum verò alterum: vos autem vnum tantummodò confitemini. De primo autem Zacharias 9. ſic vaticinando loquitur: Ecce rex tuus veniet tibi manſuetus. De ſecundo verò Daniel: 7. Ecce veniet cum nubibus cœli. Itaq; primo ſuo aduentu non venit temporaliter regnaturus, neq; iudicaturus, ſed ſaluaturus mundum. Quoniam autem verum Dauid regnum, eſt electorum congregatio, qui inſtar Dauid, Deo ſunt grati, & do-

mus Iacob

 Soluũtur arguméta

mus Iacob, eorum profectò familia, quæ & luctandi cum hoſte, & eundem ſupplantan-
di peritiam habet: hoc autem regnum, ſecundum Amos vaticinium 9. collapſum fu- Amos. 9.
erat propter ſuperbiam Moab, maligni vtiq; ſpiritus. Ad hoc erigendum, reædificandũq;
Meſſias venit. Suſcitabo tabernaculum Dauid, ait, quod cecidit: & reædificabo aper- Tabernaculũ
turas murorum eius, & ea quæ corruerant inſtaurabo, & reædificabo eum ſicut in die- Dauid reædi-
bus antiquis. Omnium propemodum fuit Hebræorum ſententia, de regno Dauid Pro- ficandum.
phetam locutum fuiſſe, quod à Meſſia reſuſcitandum, reſtaurandumq; eſſe affirmant.
Sic Rabi Salomon interpretatus eſt. Et in libro Senhedrin dicitur, Erigam tabernacu-
lum Dauid. Rab: Iohannan dicit, in generatione, in qua filius Dauid, id eſt, Meſſias erit
venturus, ſapientes admodum paucos inueniendos; quod temporibus noſtri Meſſiæ acci-
diſſe, nulli dubium eſſe poteſt, quando tanta de ſcientia legis inter eos inuenta eſt contentio.
In actibus Apoſtolorum, Iacobus apoſtolus, hanc ſcripturam in Chriſto domino fuiſſe cō- Actuum. 15.
pletam, conſtanter affirmat. Et reuera Chriſtus dominus à prophetis, Dauid eſt appella-
tus. Oſeæ 3. Poſt hæc reuertentur filij Iſraël, & quærent dominum Deum ſuum, & Dauid Oſeæ. 3.
regem ſuum. Ieremiæ 30. Seruient domino Deo ſuo, & Dauid regi ſuo. Chaldaica tranſla- Ier. 30.
tio ſic habet: Reuertentur filij Iſraël; & obedient Meſſiæ filio Dauid. Porrò vnum eſt ta-
bernaculum Dei Apoc. 21. & Iſa. 14. Et erit tabernaculum in vmbraculum: Et ecce ta-
bernaculum Dei cum hominibus: quòd ſolium Dauid .I. Chriſti nuncupatur, cuius ille pri- Chriſtus vo-
mus Dauid typum geſſerat. In hoc igitur ſolio, & ſede Dauid, ſedit & ſemper ſedet Chri- catur Dauid.
ſtus: hoc iam deiectum peccatorum tempeſtate, erexit; Quia erexit cornu ſalutis nobis in
domo Dauid pueri ſui. Et præparabitur, inquit, in miſericordia ſolium eius: quia omnes Iſai. 16.
ſub peccato, excepta matre ſaluatoris, in qua non infuit, ſed infuiſſet, niſi gratia præuen-
ta eſſet peccatum: ideò egemus gratia Dei. Patet ergo quomodo dominus noſter acceperit
regnum, & ſedem Dauid patris ſui. Ad 5. De ſpiritualium, non autem carnalium filio- 5.
rum multiplicatione, quòd ſemen benedictum nominatur, prophetam fuiſſe locutum, no- Iſa. 53.
bis dubium eſſe non poteſt. Si poſuerit, ait, pro peccato animam ſuam, videbit ſemen lon-
gæuum: & eſt ſenſus, ſuæ mortis beato commertio, multos pariet filios, multos redemit, qui
in vinculis tenentur, ſoluto pro illorum ſceleribus pretio. Semen ergo illud ſpirituale ſit,
neceſſe eſt, quòd morte acquiritur: carnale autem, vita propagatur. Ad illud Iſa. 45. 45.
Ipſe ædificabit mihi ciuitatem: nonnulli ad Zorobabelem referunt, qui eduxit captiuos
de Babylone, & ædificauit ciuitatem, & extruxit templum, prophetantibus Aggæo, & Ædificabit ci
Zacharia, atq; dicentibus: Manus Zorobabel fundauerunt domum iſtam, & manus eius uitatem.
complebunt eam. Sed nos rectius dicimus, & verius, nec Cyrum ædificaſſe ciuitatem, quæ Zach. 4.
poſtea extructa eſt ſub Nehemia: nec omnes vias eius fuiſſe directas, vt propheta in eodē
capitulo loquitur. Ego ſuſcitaui eum, inquit, ad iuſtitiam, & omnes vias eius dirigam. Ita-
que hæc Zorobabeli minimè congruere poſſunt: ſiquidem neq; Zorobabel extruxit ciui-
tatem, nec captiuitatem dimiſit, nec rex appellari poteſt, qui ſub aliis viuens regibus, hoc
nomine caruit. Reliquum eſt ergo, vt intelligamus Chriſtum dominum, ciuitatem ædificaſ-
ſe ſuper firmam petram, Eccleſiam proculdubio, quæ eſt glorioſa ciuitas Dei, Columna,
& firmamentum veritatis. Ad 6. ſimili facilitate ſolui poteſt: Ecce vir Oriens: quia ſci- 6.
licet in diebus eius orta eſt iuſtitia: & canitur pſal. 84. Veritas de terra orta eſt: & Za- Vir oriens.
charias in cantico: Oriens ex alto: & ſubter eum orietur multitudo credentium, & ædi-
ficabit domum domini Eccleſiam. Alia autem prophetarum oracula, ad ſecundum aduē-
tum ſpectant. Siquidem in die interfectionis multorum, quando dederit dominus cœlum
nouum, & terram nouam, & tranſierit habitus mundi huius, erit lux Lunæ, vt lux Solis; Lux Lunæ vt
vt Sol, & Luna, laboris, & curſus ſui præmia conſequantur. Etenim expectatio cre- lux Solis.
aturæ, ait Apoſtolus 8. ad Roma: reuelationem filiorum Dei præſtolatur: quia & ipſa cre-
atura liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatem filiorum Dei. Illud autem, quod
à Daniele dicitur cap. 7. Similiter vltimo domini diei eſt tribuendum, quando veniet cum
nubibus cœli iudicaturus viuos, & mortuos. Tunc plenè ſaluabitur Iuda, & Iſraël confi-
denter: atq; ita ſoluta ſunt argumenta iudæorum.

QVAESTIONIS SECVNDAE

Chriſtum veniſſe, ſcripturis probatur, eiuſq́ regni poteſtatem veram eſſe.

CAP. I.

POſteaquam iudæorum falſa commenta, quibus ſanctas ſcripturas labefactare conati ſunt, nos percepiſſe confidimus; ſcripturarum nobis ſanctarum adducenda ſunt oracula, ex quibus, & Meſſiam veniſſe, & illius regnum ſtabile eſſe, atq; æternum, facilè intelligere valeamus. Cùm benediceret Iacob Iudam filium ſuum, eumq́ regem conſtituiſſet, tempus illius regni definiens,

Geneſi. 49.

Non auferetur ſceptrum.

terminumq́ dominandi, ait: Non auferetur ſceptrum de Iuda, neq; dux de ſemore eius, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium. Septuaginta tranſtulerunt ſic; Non deficiet princeps ἄρχων. *Idem ſchebet, ſceptrum ſiue virga: nam per ſceptrum nihil aliud intelligimus. Et dux, Meho cheb: præceptor, aut ſcriba, ſiue legulator,*

Dux.

vel rerum agendarum deſcriptor: venit à verbo hocheb, id eſt, præcepit, ordinauit, inſtituit. Cùmq́ hoc proprium principum ſit; ideò eum ducem vertit Hieronymus. Duo verò hæc regnum efficiunt, ſcilicet ſceptrum, & legum condendarum poteſtas. Chaldaica quoq;

Femore.

æditio, pro duce poſuit ſcribam. De femore eius. Miben ragelahu .i. de medio pedum eius. Hieronymus, & ante eum ſeptuaginta, videntur totum ex parte accepiſſe, vt pedes eis ſignificarent femur, vnde ſit procreatio. verùm locutio eſt hebraica, quæ non pedes ipſos ſignificat, ſed aduerbij vice ſumitur, pro eo quòd eſt de medio, & quaſi ex eius domo, ſiue

Qui mittendus Scilo.

natione, amoto omni impedimento. Qui mittendus eſt, hebr. Scilo, forſitan tempeſtate Hieronymi legebatur Shilahach, aut Saliach, vt loco he, fuerit chet, quæ literæ maximam habent affinitatem. Eaq; vox ſi eo modo ſcribatur, ſignificat miſſum. Porrò, clarum eſſe

Chald.

cognoſcimus, hunc locum de Meſſia eſſe intelligendum, adiuuante nos æditione Chaldaica, quæ ſolet eſſe tanquam aſylum Hebræis, quo confugiant, vbi aliquid obſcurũ occurrit, quæ

Donec veniat Meſsias.

ſic vertit: Donec veniat Meſſias. Rabi Salomon, donec veniat ille Meſſias, quia regnum eius eſt. omnes quidem Reges Iſrael Meſſiæ vocabantur; ſed vnus Meſſias nihilo addito vocatur. Puto Chaldæũ legiſſe, Soliac, id eſt, miſſum, non Scilo: eamq́ vocem mutaſſe in alterũ eiuſdem formæ, ſcilicet Meſſiam Shaliac, id eſt miſſum, ſeu miſſionem ſignificat: Miſ-

Meſsias.

ſus enim eſt filius à patre, vt nos à funeſta morte liberaret. Græci, Donec veniat cui regnũ illud perenne repoſitum eſt, ſcilicet Maſſiac, & ipſe erit expectatio Gentium: Heb. Et ei

Expectatio gentium.

aggregatio populorum, aut ad illum aggregabuntur populi, ſiue ei erit auſcultatio populorum. Chaldaica verò æditio, Et ei auſcultabunt populi. Sic enim legimus in Pſalmo ſeptimo, Et Synagoga populorum circumdabit, id eſt obediet.

Scilo.

Silo autem vno quidem modo, nomen eſt loci, vbi aliquandiu arca Domini commorata eſt: alio autem modo ſignificat Miſſionem.

Obiectio.

Iudæorum nonnulli perperam huiuſmodi prophetiam interpretantes, dicunt in regno Saulis fuiſſe completam. Is cùm eſſet de tribu Beniamin, electus eſt in Regem 1. Reg cap 9. atq; vnctionem regiam in Silo accepit, vbi tunc temporis erat arca Domini: atque ita ſceptrum Iuda in tribum Beniamin tranſlatum eſſe affirmant.

Solutio.

Verùm huiuſmodi opinio, minimè probatur ſacræ ſcripturæ veris interpretibus: etenim, vt dicit liber Regum 1. cap. 7. Arca Domini in Cariatharim erat poſita & non in Silo, quando Sauli vnctio regia eſt tributa. Amoto præterea ſceptro regni à tribu Beniamin, Saulo, atq; ipſius poſteritate extincta, mox ad domum Iuda rediijt, atq; Dauid regni gubernacula ſuſcepit; & ita deinceps à regibus, & pontificibus directum eſt, quouſq; venit Herodes alienigena, cuius tempore natus eſt Ieſus Dominus noſter. Alij adhuc labeſactare huiuſmodi ſcripturam, atq; illius ſenſum torquere conati ſunt, aſſerentes omnia, Ieroboam de tribu Ephraim eſſe tribuenda: ſiquidẽ decem tribubus à domo Iuda abſciſſis, ſibiq́ adhærentibus, regis inſignia

 Chriſtum veniſſe.

ſignia recepit: Donec veniret Silo, inquiunt, id eſt, Ieroboam, tali quidem in loco, corona Regia donandus: Verùm hæc quoq; opinio à textu illius ſcripturæ falſitatis arguitur, 3. Reg. cap. 12. Siquidem non in Silo, ſed in Sichem illa facta fuiſſe hiſtoria clariſsimè docet. Præterea regnum Iuda adhuc ſupererat duabus tribubus illis ſeruientibus. Alij non loci quidē nomen, ſed nominis ſignificationem ſecuti, ſic interpretati ſunt: Donec veniat Silo, id eſt, miſſus Nabuchodonoſor, qui miſſus fuit à Deo, vt Iudæos affligeret, ac pœnis variis ſubderet, propter magnam eorum in Deum impietatem. Sed hæc quoq; opinio rationi non conſonat. Nam poſt reditum à captiuitate Babylonica, tribus Iuda populi regendi authoritatem recepit, præcipuè inſignis illa Machabæorum familia, quam de tribu Iuda extitiſſe, Machabæorum libri præclarè demonſtrant. Itaq; non auferetur Sceptrum de Iuda, donec veniat Meſsia, Scilo, matrix, in qua ſine viri ſemine eſt conceptus: hoc quoq; ſignificatum dictio illa hebraica habere poteſt. Ex hac igitur Prophetæ authoritate, facilè animaduerti poteſt, Chriſtum iam veniſſe. Extat præterea Aggæi prophetia cap. 2. deſcripta, quæ Chriſtum Dominum veniſſe, præclariſsimè docet. Hæc dicit dominus exercituū, inquit, adhuc vnum modicum eſt, & ego mouebo cœlum & terram, & mare, & aridam: & mouebo omnes gentes. Et veniet deſideratus cunctis gentibus: & implebo domū iſtam gloria, dicit Dominus exercituum. Magna erit gloria domus iſtius nouiſsimæ plus quàm primæ. Et in loco iſto dabo pacem. Et eſt ſenſus: Ego Dominus exercituum, moui cœlum, quando de cœlo audita eſt vox mea: moui terram, quando priori populo tradidi teſtamentum, & in aduentu meo, caligo, turbo, tenebræ cernebantur: moui mare rubrum, quando viam præbui populo tranſeunti: moui Ægyptum per plagas. Adhuc ſemel mouebo: quod planè factum cernimus in aduentu Domini ſaluatoris. Tempore quippe paſsionis eius, fugiente ſole, cœlum motum eſt, & tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram: mota eſt terra: & ſaxa ſciſſa ſunt: & ſepulchra reſerata ſunt: motum eſt mare, dracone qui in eo erat interfecto: mota eſt terra, & arida infructuoſa quondam gentium ſolitudo. In hoc autem vniuerſitatis tremore, commotæ ſunt etiam omnes gentes; quia in omnem terram exiuit ſonus Apoſtolorum Domini. Ob id autem omnes motæ ſunt nationes, vt ex earum motu veniret electa gentium multitudo. Et veniet deſideratus cunctis gentibus. Verè enim poſtquam ille venit, impleta eſt gloria domus Domini. Et erit maior gloria domus iſtius nouiſsimæ plus quàm primæ: ob futura vtiq; miracula, quæ erat Meſsias in ea facturus, ſuæq; diuinitatis gloriam oſtenſurus. Siquidem, & ſecundi templi ſtatus, ſeclusa Chriſti gloria & miraculis, cum ſtatu prioris templi non eſt conferendus, de quo legitur, quod iunioribus præ gloria noui templi gaudentibus, ſeniores lugebant, qui gloriam prioris templi meminerant. Contra huiuſmodi ſic ſolent nonnulli Iudæorum obijcere: Quando Aggæus prophetauit, Darius rex Perſarum orbi illarum gentium dominabatur, à cuius temporibus, vſq; ad veſtri Meſsiæ aduentum, non modicum, ſed multum temporis interfluxiſſe, hiſtoriæ temporum atq; rerum clariſsimè proteſtantur: non ergo de veſtro Meſsia illa ſcriptura eſt intelligenda. Amplius glorioſior eſt domus ſecunda, quàm prima, quia plus temporis conſtitit, atq; durauit nempè, 420 annos: prima verò 410. Dico ad primam prophetam locutum fuiſſe ſecundum conſuetudinem ſcripturarum, & præſertim Pſalm. 82. dicentis mille annos ante oculos Domini eſſe tanquam diem heſternam, quæ præterijt: illud ergo tempus intermedium inter Chriſti natiuitatem, & prophetæ vaticinium, modicum vocatur, reſpectu diuinæ æternitatis; magnum verò reſpectu populi, Meſsiam expectantis. Propheta præterea loquitur de domo domini à Iudæis ædificata: Stante ergo domo illa, venit Chriſtus, qui gloria maieſtatis ſuæ domum illam illuſtrem reddidit. Ad 2. dico, quod ſi maior gloria tribuitur domui nouiſsimæ quàm primæ, quia multò maiori tēpore ſuperſtitit; profectò maiori ei ignominiæ, quàm gloriæ fuit, quippe cum eo tempore multis afflicta fuerit calamitatibus bellorum, atq; regum prælijs, & tyrannorum violenta vi agitata, ſicut libri Machabæorum, & gentilium hiſtoriæ manifeſtè affirmant. Præterea ſi ita res ſe haberet; lapis quoq; maioris eſſet gloriæ & dignitatis, quàm homo,

Solutio. Obiectio. Solutio. Matrix. Aggæus 2. Moui cœlum & terram. Tempus Chriſti. Obiectiones Iudæorum. 1. 2. Solutio. 1. 2.

Chriſtum veniſſe. *qui ſcilicet maioris eſt durationis. Quod eſt abſurdum. Adde, quod non eſt rationi conſonum, ob ſpatium decem annorum, maiorem gloriam domus nouiſſimæ à propheta fuiſſe tributam. De Chriſto ergo Domino noſtro propheta illa intelligatur, neceſſe eſt omnino: quẽ*
Danielis hebdomadæ. cap. 9. *veniſſe, non hæ ſcripturæ ſolùm, verùmetiam Danielis hebdomadæ clariſſimè oſtendunt. Septuaginta, inquit, hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuam, vt conſumetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio: & vngatur ſanctus ſanctorum. Porrò hebdomada in ſcripturis vno modo accipitur pro tempore 7. dierum, Leuit. 23.*
Hebdomada quid ſignificet. *à feſto paſchæ 7. hebd. vſq; ad Penth. Alio autem modo pro tempore 7. anno. Leuit. 25. numerabitis ſeptem hebdomadas anno. i. 49 an. & erit iubileus. Propheta autem annorum non dierum hebdomadas intellexit Nec anni lunares intelligendi ſunt, propterea quia ſcriptum eſt, Abbreuiatæ ſunt hebdomadæ; quandoquidẽ illud innuere voluerit determinationem atq; deciſionem, non autem annorum abbreuiationem. Nam ſi computarent annos Hebræi ex annis lunaribus, infra breue certè tempus ſuum Paſcha celebrarent: cum*
Non ſunt anni lunares. *vnus alterum ſuperuinceret 11. diebus. Paſcha enim huius anni anticiparet paſcha præcedentis 11. diebus, & eodem modo anni ſequentis 20. diebus. Computant ergo annos ſolares ſicut & nos. Cæterùm prædictæ hebdomadæ per 7. multiplicatæ 490. annos efficiunt. De modo autem numerandi non parua eſt inter Scriptores controuerſia: nam & nonnulli ab anno 11. Sedechiæ, quando primæ templi ruinæ acciderunt, numerare contendunt, alij verò poſt captiuitatem, ſub Zorobabele duce, anno 2. Cyri regis Perſarum, alij ab anno 20. regni Artaxerxis, quando miſſus eſt Nehemias ad ciuitatem reædificandam. Et horũ quidem ſententia cùm multis probatur, tum etiam textui Danielis maximè congruit: ſic enim*
Tempus hebdom. *angelus alloquendo Danielem admonuit: Animaduerte, inquit, ab exitu, vt reædificetur Ieruſalem, & tunc incipit angelus hebdomadas: Tunc enim exijt ſermo de ciuitate reædificanda: prius à Cyro de reædificatione ciuitatis, licentia conceſſa. Rabbi Salomon hunc prophetæ locum peruertere ſtuduit ad ſuam, atq; aliorum damnationem: dixit enim non de Chriſti aduentu, ſed de templi deſtructione, quæ ſub Tito contigit, prophetam fuiſſe locutum: vt conſumetur, inquit, præuaricatio, id eſt, vt deſint præuaricatores caſtigari, &*
Rab. Salom. reprehenditur *deleatur iniquitas eorum, & impleantur viſiones de Chriſto promiſſo: & vngatur arca, & vaſa ſanctuarij. Sed inepta eſt, atq; vana omninò, imò impia huius ſententia: ſiquidem angelus ad Danielem pro liberatione populi à iugo diabolicæ ſeruitutis orantẽ, à Deo miſſus eſt: Iudæi verò non ſolùm ob pœnas, quas paſſi fuerant à Tito imperatore Romanorum meliores ſed multò deteriores, atq; irreligioſiores euaſerunt. Præterea propheticarum viſionum adimpletio, ex Iudæorum meritis minimè pendet, authore Moyſe in Deut. Scito, inquit, quòd non propter iuſtitias tuas, Dominus Deus tuus dederit tibi terram hanc: multò ergo minus plenitudo aduentus Chriſti, illorum meritis eſt ſubijcienda. Nec Arcæ vnctio*
Ierem. 3. *intelligi poteſt: nam iuxta Ieremiæ vaticinium cap. 3. Cùm multiplicati fueritis, & creueritis in terra, non dicetis vltrà, Arca teſtamenti domini, neq; aſcendet ſuper cor. Idem o-*
Dani. 3. *ſtendit ſtatua Danielis, lapis ille abſciſſus ſine manibus: cuius vaticinij complementum tempore Conſtantini Magni, & Sylueſtri ſummi pontificis accidiſſe credimus. Suffragatur*
Iſai. vltim. *huic propoſito Iſaias dicens: Antequam parturiret, inquit, peperit: hoc eſt, ante natiuitatem illius, qui redegit in ſeruitutem populum, natus eſt Meſſias. Chaldæus vertit, ante partum doloris reuelabitur Meſſias. Item, in tribus ſceleribus, & in quarto non conuertam eos,*
Amos. 2. *ait Amos: Primum ſcelus, venditio Ioſeph, ob cuius pœnam purgandam filij Iſraël multis annis Ægyptijs ſeruierunt. Secundum vituli fabricatio, quam ob cauſam proſtrati ſunt in*
Quatuor peccata populi. *deſerto. Tertium ſcelus filiorum immolatio, ob cuius peccati impietatem, in Babylonem tranſlati ſunt, ciuitate ſuccenſa, & templo, & innumeris penè incolis deletis. Quartum ſcelus, quia vendiderunt iuſtum Meſſiam pro argento, & propter hoc facinus non conuertam eos. Et poſt hebdomadas ſexaginta duas occidetur Chriſtus: & non erit eius populus, qui eum negaturus eſt. Separat ſeptem hebdomadas, & vltimam à ſexaginta duabus, ob præ-*

cipua

Chriſtus Deus & homo.

cipua Chriſti opera, quæ in illis erant facienda. Siquidem in vltima hebdomada Chriſtus, vt dux populi Chriſtiani, erat baptizandus, & legem Euangelicam prædicaturus, atque pro ſalute humani generis moriturus, reſurrecturus, & in cœlum aſcenſurus. Et confirmabit pactum, legem vtiq; Euangelicam, vna hebdomada: & in dimidio hebdomadis, in qua paſſus eſt Chriſtus, deficiet ſacrificium & hoſtia, hoc eſt, omnia legalia. Et erit in templo abominatio deſolationis, & vſq; ad conſummationem & finem perſeuerabit deſolatio, hoc eſt, hæretica doctrina, quæ vſq; modo manet in templo Iudæorum. Ex his ergo ſcripturis, Chriſtum veniſſe, patet ſatis.

Vna hebdomada.

CAPVT II.

Chriſtum Ieſum eſſe verum Deum, & hominem, ſcripturis probatur.

CHriſtianæ fidei veritate propalata, reliquum eſt Iudæorũ argumento reſpondere, quo conati ſunt affirmare Meßiam non eſſe Deum appellandum. Id autem nobis faciendum eſt per authoritates eorum, qui à ſeculo ſunt Prophetarum Domini. Iſaias cap: 9. ſuæ prophetiæ, Meßiam, verum Deum, & hominem futurum mirabili prædixit oraculo: Paruulus, inquit, natus eſt nobis, & vocabitur fortis Deus. In paruuli quidem natiuitate, Meßiæ humanam, in Dei verò appellatione diuinam naturam commendans. Ex Iudæis quidam huiuſmodi ſcripturam ita deprauant, & obſcurant: Vocabit, inquiunt, non vocabitur, legendum eſt: atq; ita illud, quod immediatè ſequitur, diuinam exprimens naturam, non ad paruulum natum, ſed ad Deum nominantem dicunt eſſe referendum, nomenq; pueri ponendum in fine, in accuſatiuo, non autem in nominatiuo caſu. Hæc autem in eorum lingua facilè fieri putant, quòd eorum nomina ſint indeclinabilia, atq; eodem modo & nominatiuus ſcribatur, & accuſatiuus. Senſus eſt ergo apud eos., paruulus natus eſt nobis, id eſt Ezechias, ille, qui eſt admirabilis conſiliarius, Deus fortis, Pater futuri ſeculi. nomen eius, id eſt, paruuli nati, vocabit principem pacis: nempè Ezechiam, quo duce, Deus dedit pacem populo, Sennacherib exercitu interfecto. 4. Regum cap: 19. Sed peruerſa eſt huiuſmodi ſcripturæ interpretatio; ſiquidem, quæ ibidem de Meßia dicuntur, Ezechiæ aptari non poſſunt: non enim Ezechias ita fuit princeps pacis; vt illius pax omni fine careret: Imò pax ſub Ezechia fuit admodum breuis. Præterea Chaldæus interpres ita vertit: Infans datus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & recipiet ſuper ſe legem ad ſeruandam eam, & vocabitur nomen eius, mirabilis conſilio, Deus fortis, permanens in ſecula ſeculorum, Meßias, in cuius diebus pax multiplicabitur. Itaq; Meßiam, & non Ezechiam intelligi voluit. Præterea: Multiplicabitur eius imperium, in Hebraico ponitur (Lemarbe) Latinè ad multiplicandum eius imperium: & litera (Men clauſa) ponitur in medio dictionis, quod eſt contra naturam huius literæ, quia ſemper ponitur in fine dictionis, vt refert Hieronymus in Prologo Galeato. Ponitur autem (Men clauſa) ad denotandum, quòd Chriſtus, de quo loquebatur Propheta, erat de virgine clauſa naſciturus: & quòd incarnationis myſterium foret clauſum, atq; velatum. Sic Moſes pluralitatem, & vnitatem perſonarum denotauit per hoc nomen Heloym, cum verbo ſingularis numeri. Exploſa igitur falſa Iudæorum expoſitione, iam patet ex hoc prophetæ vaticinio, Meßiam, & humanam habere, & diuinam naturam. Ieremias 33. de eodem Meßia ſic magnificè loquitur: Suſcitabo, inquit, Dauid germen iuſtum, & regnabit rex, & ſapiens erit, & hoc eſt nomen, quod vocabunt eum, Dominus iuſtus noſter. In germine Meßiæ humanitas oſtenditur: in nomine Iehoua, diuinitas eiuſdem: vbi enim nos habemus, Dominus, in Hebraico legitur Iehoua: hoc etiam dicit Rabbi Moyſes in libro directionis perplexorum; aſſerens omnia nomina diuina ab operibus quidem diuinis deriuari, præter nomen Dei Tetragrammaton, quod diuinam eſſentiam ſignificat.

Iſai. 9.
Paruulus natus eſt nobis.
Iudæorum calumnia.
4. Reg. 19.
Solutio.
Chaldæus interpres.
Men Clauſa.
Ierem. 33.
Iehoua.

Chriſtus Deus & homo. *Quidam Iudæorum contra huiuſmodi verum ſcripturæ ſenſum ſic arguere conati ſunt: Nomen, inquiunt, Dei Tetragrammaton, non tantum de Deo vero, omniumq́ principio, ve-*
Obiectio Iud. *rùmetiam de aliis dicitur, quemadmodum ſcripturæ apertiſsimè demonſtrant. Ezechie-*
Ezech. vltim. *vle: Et nomen ciuitatis, Dominus. Gene: 22. Dominus videt. Iudicum 6. Ædificauit Gede-*
on altare, & vocauit illud, Domini pax. Exodi 17. Ædificauit Moyſes altare, & vocauit
nomen eius, Dominus exaltatio meas. In omnibus autem his ſanctarum ſcripturarum locis,
eſt poſitum nomen Tetragrammaton. Item in illa Ieremiæ authoritate, nomen Tetragram-
maton, non quidem ad Meſsiam, ſed ad Deum eſt refferendum; à quo Meſsias erit vocan-
dus, quando illi placuerit, vt populum liberet à ſeruitute gentium. Igitur Meſsias non eſt
Solutio. *Deus & homo: Dico, nulli prædictorum nomen Tetragrammaton cõmunicari; ſed quod-*
libet illorum, à quodam Dei effectu, ſic nomen accepiſſe. ſicut ſi quiſpiam homo vocare-
tur, à Deo datus, vel Deus dedit; abſolutè tamen Deus dici non poſſet. Quam ob cauſam
Chaldæis. *in Ezechiele, vocatur Iehoua, à diuina vtiq́ habitatione. Proinde æditio Chaldaica ſic ver-*
tit. Et nomen ciuitatis, inquit, exponent à die, qua fecit Dominus deſcendere diuinitatem
Geneſ. 22. *ſuam ibidem. Similiter Gen: 22. Non dicitur vocauit Abraham nomen loci illius, Domi-*
nus, abſolutè; ſed Dominus videt, quia nimirum à diuina viſione ille locus ita ſit appella-
tus: quia ſcilicet viderit Iſaac afflictionem, humilitatemq́, atq́ ipſum à morte liberarit.
Vel quòd Abraham viderit in ſpiritu templum ibidem per Salomonem ædificandum: in
Dominus videt. *quo Dominus preces, oblationesq́ populi ſui erat viſurus. Vnde Chaldæus ſic habet: Et a-*
Exod. 17. *dorauit ibi, & ait coram Domino. hic erunt colentes generationes. Ad illud Exo: 17.*
ſimiliter eſt reſpondendum: Non enim abſolutè altare vocatum eſt nomine Iehoua, ſed
potius Dominus exultatio mea; à quodam videlicet effectu diuino, quod ſcilicet ad preces
Iudicum 6. *Moyſis, de manu Amalech, populum ſuum Dominus liberauerit. Iudicum 6. ſimiliter res*
ſe habet. Dominus pax, ab effectu, quem promiſerat Dominus Gedeoni, ſcilicet ſe erectu-
Chaldæus. *rum eſſe populum de inimicorum manibus. Vnde æditio Chaldaica ſic habet: Ædificauit*
Gedeon altare, & ſeruiuit ſuper illud Domino, qui fecit ei pacem. Ad confirmationem di-
co, hoc dignoſci poſſe ex veteri æditione, quæ ſic habet, ſicut iam dictum eſt: & illa eti-
am, quæ eſt 70. Chaldaica quoq́ æditio ſic vertit: Ecce dies venient dicit Dominus, &
ſtatuam Dauid Meſsiam iuſtum &c. non enim vocaſſet eum nomine diuinitatis, niſi ſe-
Baruch 3. *cundum veritatem Deus eſſet. Baruch 3. dicit de cœlo Deum deſcenſurum, & cum homini-*
bus conuerſaturum: quod planè dici non poteſt temporibus Patriarcharum id accidiſſe,
tum quia longo pòſt tempore Baruch prophetauerit, tùm quia conuerſari cum hominibus
non poteſt, niſi is homo extiterit, cui conuerſandum eſt: niſi velis methaphoricè intellige-
re; quod certè non congruit intentioni propheticæ, à quo ſic magnificè Dei natura depin-
gitur: Hic, inquit, eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius aduerſus eum. hic adinuenit
omnem viam diſciplinæ, & tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo. Poſt hæc
Conuerſatus cũ hominib. *in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. hoc eſt, Verbum caro factum eſt, &*
Micheæ 5. *habitauit in nobis. Michæas 5. Et tu Bethlehem Ephrata paruulus es in millibus Iuda. Ex*
Egreſſus eius ab initio. *te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſraël: & egreſſus eius ab initio, à diebus æterni-*
tatis. Rabbi Salomon: Egredietur Meſsias filius Dauid. Hoc idem dictum eſt à ſacerdo-
tibus ab Herode interrogatis, vbinam Chriſtus eſſet naſciturus: locum quidem natiuitatis
ſecundum carnem oſtenderunt, generationis autem diuinæ Sacramentum, quod ab eodem
Propheta exprimitur, neſcierunt, aut intelligere noluerunt. Et egreſſus eius, inquit, .i. e-
manatio, ab initio, hoc eſt, à patre, qui eſt principium filij: à diebus æternitatis, quia ſcili-
cet hæc emanatio eſt æterna, ſemper enim naſcitur filius à patre, & ſemper natus. Ex hoc
igitur Prophetæ oraculo, clariſsimè intelligitur, Meſsiam futurum, & humanam habitu-
Chaldæus. *rum, & diuinam naturam. Accedit ad hoc Chaldaica æditio, quæ ſic habet: Ex te egredi-*
Obiectio Iud. *etur Meſsias, ex ſemine Dauid, qui fuit de Bethlehem, primi Regum cap: 16. Arguunt Iu-*
dæi, ſtudentq́ rectum ſcripturæ ſenſum torquere: Non, inquiunt, Chriſti æternitas, ſed æ-
terna illius prædeſtinatio in verbis propheticis eſt intelligenda. Reſpondeo, æternitatem

talis

talis præuiſionis omnibus planè eſſe communem; quia omnia quantumlibet minima, ſiunt à
Deo æternaliter præuiſa: quare ſi ita intelligeretur; nihil certè prærogatiuæ, dignitatiſq́; Solutio.
plus cæteris à Propheta Chriſto fuiſſet tributum; atqui in hoc maximè Propheta ſtude-
bat: Velint ergo, nolint Iudæi; hæc ſcriptura, Meſsiam Deum verum, & hominem eſſe e-
uidentiſsimè oſtendit. Zacharias 9. Ecce rex tuus, veniet tibi iuſtus, pauper, & ſaluator. Zachar. 9.
In paupertate, Meſsiæ humanitas indicatur: in iuſtitia verò, & ſalute, illius diuinitas. Tal-
mudiſtæ, & gloſſa Rabbi Salomonis aiunt, hæc omninò de Meſsia eſſe intelligenda, qui Chaldæus.
miſſus eſt à patre, ad humani generis ſalutem conficiendam: ſicut idemmet Propheta cap. Zach. 2.
2, profitetur: Ecce ego, inquit, venio, & habitabo in medio tui, & ſcies quod Iehoua miſe-
rit me ad te: Targum, Scies, quod miſerit me ad prophetandum. Hunc autem Meſsiam
à Deo miſſum, Deum eſſe euidenter oſtendit, quòd immediatè ex ipſius perſona loquens, De⁹ & homo
dixerit: Et ponam diuinitatem meã in medio tui. Idipſum quoq; nomen Iehoua, quod Meſ-
ſiæ tribuitur, ſatis manifeſtat. Rabbi Aben, Non erant, inquit, ſcientes, in quo eſſet lætan- Rabbi aben.
dum, vtrum de die, an de Deo, donec venit Selemon, & expoſuit dicens: Exultabimus,
& lætabimur in te, id eſt in Deo ſancto, & benedicto, in ſaluatione tua. Exempli gratia:
ſi cuidam matronæ annuntietur bonum nuntium, ſcilicet veniſſe filios ſuos: illa verò re-
ſpondeat, quid ad me? lætentur nurus meæ. ſi poſtea ei dicatur, veniſſe generos ſuos, &
illa dicat, lętentur filiæ meæ. ſed ſi inſinuetur, veniſſe maritum ſuum, illa autem dicat, iã
gaudio gaudeo propter aduentũ viri mei. Sic olim dictum eſt Sion, filij tui de longe veni-
ent: & illa dicebat, quid ad me? Exultent filiæ Iudæ pſal. 97. filiæ tuæ ſuper vbera foue-
buntur Iſa. 66. & illa dicebat quid ad me? lætetur mons Sion. pſal. 97. Cùm autem au- Iſa. 66.
diuit, Ecce rex tuus venit: Zach. 9. & ecce ego venio 2. Tunc cecinit, & laudauit filia Si- Pſal. 97.
on: tunc dixit, exultabimus, & lætabimur in te. hæc ille. De hac autem filij Dei miſsione
ad humanam naturam recipiendam, atq; redimendam, Iſaias loquitur 48. Et nunc Domi- Iſai. 48.
nus meus miſit me, & ſpiritus eius: vbi tota trinitas manifeſtatur. Non in abſcondito lo-
quutus ſum à principio, ſed Adæ præcepi ne peccaret, & à tempore ſui eſſe, ibi ego eram,
id eſt, cùm ex tempore fieret Adam, ibi ego eram, in ipſo Adam ſecundum carnis huma-
næ ſubſtantiam. Textus latinus, totum ad diuinitatem retulit: antequam fierent, ibi erã.
Hebræus verò, ab hora, qua fuit ipſa, ab hora ſui eſſe, hoc eſt ab hora formationis carnis Hora forma-
matris meæ in formatione corporis. Porrò mitti in diuinis, ſicut dictum eſt in alio Pyman- tionis carnis
dri, quandam importat ſubauthoritatem. Quare hæc de Meſsiæ humanitate ſunt intelli- virginis.
genda. Iehoua, id eſt, pater, Elohim, filius, ſpiritus S. miſit me. Vbi tria ſunt notanda, vt vo-
lunt Cabaliſtæ: primum quidem miſericordia, quæ à nomine Iehoua, deinde iuſtitia, quæ Cabaliſtæ.
à nomine Elohim ſignificatur, quia nimirum in opere incarnationis, & miſericordia patris
apparuit, & filij iuſtitia nobis inotuit. pſ. c7. Et medebitur ei, vel ſanabit eos et eripiet eos à Pſal. 107.
miſeriis, vel diſsipationibus eorũ. Oſeæ, & ſaluabo eos in Iehoua. Iſa. 43. Propter vos miſsus
ſum, in Babylonia. Ex his ergo atq; ſimilibus ſcripturis patet, filiũ miſsum fuiſſe à patre,
& Spiritu ſancto, deniq; à ſeipſo, ad hoc opus conficiendũ. Dauid pſal. c.9. Dixit dominus Pſal. 109.
domino meo Si eſt filius Dauid Meſsias futurus, & purus filius, ſiue homo, quomodo Dauid Dixit domi[n]
diuino ſpiritu afflatus, vocat eum dominũ? Si filius eius, quomodo eſt dominus eius? cui Da- domino meo.
uid loquebatur? non puræ quidem creaturæ, ſiquidem, primum nomẽ eſt Tetragrammaton;
quod, ſicut ſæpius dixi, diuinã ſignificat eſſentiam. Deus eſt ergo, ad quem loquitur, ſiue quẽ
audiuit loquentẽ domino ſuo. Quis eſt iſte dominus Dauid? Nõne etiam Deus eſt dñus Dauid?
Non eſt vtiq; Salomon, quippè qui non ſedet à dextris Dei, quod certè nulli poteſt cõuenire
creaturæ: nã huiuſmodi ſeſsio æqualem imperij importat maieſtatẽ: neq; Deo puro, cùm ille
ſemper ſedeat, nihilq́; noui dominij, poteſtatiſq; ei accidere poteſt Deo ergo homini dixit Ie-
houa, Sede à dextris meis: hoc eſt, eſto omnium dominus, tibiq́; dedi omnem poteſtatem in
cœlo, & in terra. Is eſt dominus Dauid, non ſolùm quia Deus, verùmetiam, quia ex illius
carne, atq; progenie naſciturus: deniq;, quia à ſeruitute miſerabili eum erat liberaturus:
vnde & hoc nomen ſeruus deductum eſt, ab his ſcilicet qui ſeruabantur in bello. Itaq; Me-

ſsiæ eſt filius Dauid ſecundum carnem, & dominus, quia Deus ſaluator ipſius. Deus ergo, & homo, eſt Chriſtus dominus noſter.

CAPVT. III.

Chriſtus erat crucifigendus.

INter alia argumenta, quibus aduerſus nos Iudæi pugnare conantur; illud vnum putant omnium eſſe fortiſſimum, Meſſiam ſcilicet glorioſe victurum, nullamq́; crucis ignominiam ſubiturum: atq; ideò noſtrum Meſſiam verum non extitiſſe, qui crucis pertulerit opprobium. Nos autem è contrà, propterea dicimus eum eſſe verum Meſſiam, quòd cruci fuerit affixus, quòd mortuus, & à vobis reprobatus: ſicut palam concinunt prophetarum teſtimonia. Iſaias cap. 53. (Iſaiæ 53.)

Quis credit auditui noſtro. *Domine quis credidit auditui noſtro? magna ſum caniturus: ſed admodum pauci erunt, qui mihi fidem ſint præſtituri. Magna quippe de meſſia myſteria in illo capitulo diuinitus*

Primum myſterium. *deſcripſit: primum quidem, quod Meſſias excellentior futurus erat omnibus ſanctis, ſeruus verò Dei quoad ſuam humanitatẽ. Deinde quòd ſublimandus erat per ſuã paſſionem:*

2. *Aſperget, inquit, gentes multas, aqua vtiq; ſacri baptiſmatis. Tertio, quod in exordio par-*
3. *uulus futurus erat, humilem ortum habiturus. Et aſcendet, inquit, ſicut virgultum corã eo,*
& velut radix de terra arida. Naſcentis paupertas, & parientis virginitas præſignatur.
Ipſe enim propter paupertatem, virgulto gracili, ac tenui, rectè in ſua natiuitate comparandus erat. & Mater eius, ob ſuam virginitatem terræ aridæ comparatur; quoniã nul-
4. *lo prorſus humano ſemine humectata. Amplius, in ſuo progreſſu fuit deſpectus: vnde*
5. *dicitur: Non erat ei ſpecies, neq; decor. Adhuc peccata noſtra portare debebat: Verè*
languores noſtros ipſe pertulit &c. & nos reputauimus percuſſum à Deo, & humiliatum:
Percuſſus deo *hebraicus textus habet, percuſſum Deum, & non percuſſum à Deo. (Mucche elochim)*
percuſſum, vel vulneratum Deum. Nam ſi percuſſum à Deo haberet, tunc diceret, Muc-
6. *cheme elochim, cum præpoſitione, quæ vel à, vel ex, ſignificat. Item, omnes præter i-*
7. *pſum, & matrem eius, de lege communi, errauerunt: Omnes quaſi oues errauimus. Adhuc, has pœnas & dolores ad mortem vſq; voluntarie & patienter pro nobis ſuſtinuit:*
8. *vnde dicit: Oblatus eſt, quia ipſe voluit. Octauum, quòd licet hæc, vt homo paſſus ſit,*
Deus tamen erat: De anguſtia, inquit, & de iudicio ſublatus eſt: generationem eius, quis
9. *enarrabit? Nonum, quòd ſicut per meritum paſſionis ſuæ fidelium eſt redemptor, ita*
per diuinitatis potentiam infidelium damnator: dabit impios in ſepulchrum ſuum, vel in
foueam ſuam. Rabbi Ionath. Tradet impios in gehennam, & diuites diuitiarum, qui ini-
10. *què egerunt in mortem perditionis. Decimum, quod omninò iuſtus erat futurus: ideò ſubditur: Eò quod iniquitatem non fecerit, nec inuentus fuerit dolus in ore eius, & Deus vo-*
11. *luit conterere eum in infirmitate. Vndecimus quòd propter paſſionis meritum, multos*
filios ſpirituales congregaturus erat: quia ponet pro peccato animam ſuam, videbit ſemẽ
12. *longæuum. Duodecimum, quòd per ſapientiam ſuam multos iuſtificabit: In ſcientia*
13. *ſua iuſtificabit iuſtus ſeruus meus multos, & peccata eorum ipſe portabit. Tertiumdecimum, quòd vincet hoſtem malignum ſerpentem, & fortium diuidet ſpolia, eò quòd in*
14. *mortem animam tradiderit. Quartumdecimum, tanquam reus cum malefactoribus e-*
15. *rit reputandus: Et cum impiis reputatus eſt. Quintumdecimum, quod paſſio eius non*
16. *omnibus, ſed aliquibus eſſet profutura: Et peccata multorum tulit. Sextumdecimum,*
Meſſiæ charitas erga crucifixores: Et pro transgreſſoribus orauit. Itaq; cùm hæc omnia in Chriſto Ieſu completa fuerint; ipſum verum eſſe Meſſiam, ambigere poteſt nemo. Suffragatur nobis Moſes Deuteronomii 28: Et erunt vitæ tuæ ſuſpenſæ tibi è coram, & timebis nocte ac die, & non credes in vitas tuas. Vbi fortaſſis ideò pluraliter vitas poſuit, quia ſicut gemina eſt Meſſiæ natura; ita plane, & eius vita, Deus ſcilicet, & anima, hæc autem Meſ-

tem Meſſiæ vita, quæ pro nobis in cruce ſuſpendenda erant, noſtra ſunt. vnde deut. 30. Chriſtus erat cruci figendus.
Ipſe eſt vita tua. Dauid pſal. 21. ad amuſſim, & quaſi ob oculos omnia Chriſti tormenta,
doloreſq; deſcripſit. Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa Deus vita noſtra.
mea. Caru, foderunt. Iuniores Iudæorum literam corrumpere auſi ſunt, ſcribentes, Caari .i. Foderunt manus meas.
Leo, quaſi in ſua, & non Meſſiæ perſona loqueretur. Sed multum aberrant à vero: ſiqui-
dem in vetuſtiſſimis exemplaribus habetur, Carau: & Septuaginta dixerũt, orizan, id eſt, Pſal. 21.
foderunt: Et ex æditione Chaldaica, qua Indi, atq; Æthyopes vtuntur, ſic habetur: Vulne-
rauerunt, ſiue foderunt manus meas. In perſona ergo Meſſiæ Dauid locutus eſt: nam, quæ
poſtea ſequuntur, Dauid aptari non poſſunt. Dinumerauerunt omnia oſſa mea, diuiſerunt
ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Quæ omnia in Chriſto Ieſu
cernimus eſſe completa. Ipſe ergo eſt verus Meſſias. Pſal. 68. cecinit Dauid Meſſiam felle De felle. 68.
potandum: Et dabunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. vnde ſequi-
tur: Sit menſa eorum coram eis in laqueum, & quæ pacis ſunt in ſcandalum: Chaldaica Chaldæus.
æditio habet; ſit menſa eorum, quàm parauerunt coram me, vt comederẽ in laqueum. & ſa-
crificia eorum in ſcandalum: obſcurentur oculi eorum, vt videre nequeant, & lumbos eo-
rum continuo tremore affice. Quoniam, quem tu vulneraſti, perſequuti ſunt, & in afflictũ
propter interfectos tuos, obloquentur. Adde peccatum ſuper peccatum eorum, & nõ me-
reantur ingredi in Eccleſiam iuſtorum tuorum. Menſa in diuina ſcriptura, quandoq; Menſa quid ſignificet.
eſt regnum, pſal. 22. Paraſti coram me menſam. Quandoq; tota ipſa ſcriptura, deut. 8. Nõ
in ſolo pane viuit homo, ſed de omni verbo, quod egreditur de ore Dei, viuit homo. Vtraq;
hæc menſa facta eſt Iudæis in ſcandalum, & in laqueum: quia enim Meſſiæ vinum myr-
rhatum cum felle mixtum dederunt, idcirco, & regnum, & veram ſcripturæ intelligen-
tiam perdiderunt. Ierem. 1. Iuſtus eſt ipſe Deus, quia os eius amaricaui. Ezechiel. 8. Et Ierem. 1.
ipſi erant mittentes fœtorem in naſum meum, prouerb. 31 Date ebriatiuum perdito, & Ezech. 8.
vitam amaro animo. Erant autem Ieroſolimis mulieres honeſtæ, quæ hæc ſponte mittebant:
bonum autem biberunt Iudæi, vt impleretur illud Amos 2. vinum damnatorum bibet
domus, domus Iſrael Zacharias plagas manuum deſcribit. Homo agricola, inquit, ego ſum, Zacha. 13.
quoniam Adam exemplum meum ab adoleſcentia mea. Ego, ait, Meſſias non ſolum pro-
pheta ſum, ſed maior prophetis, & omnibus filiis regni, quos ſeminaui: quantò maior eſt
agricola ſemine, quod ab eo ſeminatur. Et Adam exemplum meum: quia ſicut per illius
peccatum omnes mortui ſunt; ita per meam iuſtitiam omnes vitam accipient, qui mihi ſunt
credituri. Et dicetur ei, quid ſunt iſtæ plagæ in medio manuum tuarum? Quomodo ſunt Quid ſunt iſtæ plagæ.
ita clauis confixæ? his plagatus ſum, inquit, in domo eorum qui diligebant me; quia in do-
mo Abraham, in populo Hebræo, hæ mihi plagæ illatæ ſunt: non ab his tamen, qui dilige-
bant me. Ecce locus, in quo plagatus ſum: plagæ autem meæ ſunt obedientiæ teſtimonia, ſi-
gna voluntatis, & mandati paterni. Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum, & virum co-
hærentem mihi: hoc eſt, Mors præuale ſuper filium meum, paſtorem bonum, & ſuper ho-
minem illum cohærentem mihi in vnitate perſonæ. Percute paſtorem, & diſpergentur o- Mat. 26.
ues gregis. Et erunt in omni terra partes duæ, vna Iudæorum prudentium, qui ſigna petunt,
& altera gentilium, qui ſapientiam quærunt: ſed ego abſcondam hæc à ſapientibus & pru-
dentibus, & reuelabo ea paruulis. Conuertam, inquit, manum meam ad paruulos, quæ eſt
pars tertia, quàm quidem partem ducam per ignem, & vram eos, ſicut vritur aurum, &
probabo eos, ſicut probatur argentum. Hæc autem de Meſſia prænuntiata fuiſſe, ab ipſo-
met Meſſia didicimus, & audiuimus. Cap. autem 12. prædicit planctum magnum futurũ Zacha. 12.
crucifigentium, præſertim in die iudicij, quando videbunt eum, quem pupugerunt: Et a-
ſpicient in me, inquit, quem confixerunt: Et plangent eum, quaſi vnigenitum. In die illa
plangent ſe omnes familiæ ſeorſum. Quamuis enim omnes deſcenſuri ſint ad vnũ Dei iudi-
cium, quilibet tamẽ ſeorſim ſua lugebit peccata, & in ſuis erit occupatus doloribus; vt aliis
auxilium ferre non poſſit, neq; etiam velit. Daniel 9. Chriſtum occidendũ apertè prophe- Daniel.
tauit. Nulli autem dubium eſſe poteſt quin de aduentu meſſiæ prophetauerit, qui poſt ſe-

ptuaginta

ptuaginta hebdomadas mundo apparuit, poſtquàm conſummata ſunt delicta, & finem accepit peccatum: & deleta eſt iniquitas & annuntiata iuſtitia ſempiterna, quæ legis iuſti-
Occidetur Chriſtus. *tiam vinceret: & impleta eſt viſio, & prophetia; quia lex & prophetæ vſq; ad Ioannem: & vnctus eſt Sanctus ſanctorum oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis: & periit vnctio, & ſacrificium, & hoſtia ex Iudæis, & apud ipſos manet deſolatio. Patet ergo quomodo Chriſtus Ieſus ſit verus Meſſias, & verus rex, & quod Deus mundum gubernet.*

DE SCIENTIA DEI.

MERCVRIVS IN ASCLEPIO.

Placitum Dei neceſsitas ſequitur, voluntatem comitatur effectus. Neq; enim credibile eſt Deo diſpliciturum eſſe, quod placuit, cùm & futurum id, & placiturum, multò antè ſciuerit.

Comment. X.

Qvoniam vera prouidentia, atq; gubernatio, ſine ſcientia eſſe non poteſt: ideo poſt diuinæ prouidentiæ, atq; gubernationis traditam doctrinam: De Dei ſcientia nobis erit diſputandum: de eius verò ſapientia, & quomodo Deus ſit ſolus ſapiens, lib. alio diſſerui. Porrò, ad perfectam conſummatamq; pertinet ſcientiam, non præſentium tantùm, verùm etiam & futurorum habere notitiam: Inde enim recta
In Deo eſt vera ſcientia. *prouidentiæ ratio naſcitur, atq; legitima gubernationis peritia. Hanc autem in Deo veriſsimè inueniri, ſapientiſsimus Mercurius in Aſclepio clariſsimè oſten-*
Expoſiti. tex. *dit.* Placitum Dei, *inquit,* ſequitur neceſsitas, *id eſt, quod Deus diſpoſuit faciendum eſſe, ſecundum voluntatem ſui beneplaciti, fiet omninò: rogandus enim eſt, vt ita velit; Siquidem quod ita voluerit, neceſſe eſt, vt tandem fiat.* Hanc voluntatem, *inquit,* comitatur effectus, *quia ſcilicet ſuo propoſito fruſtrari non poteſt: omnia namq; quæ ſic voluit, fecit in cœlo, & in terra, & in omnibus abyſsis: Sicut dictum eſt circa finem alteri-*
Bene placitũ Dei. *us libri Pymandri.* Neq; probabile eſt Deo diſpliciturum eſſe, quod placuit. *Senſus eſt, beneplacitum Dei, neceſſe eſt, vt fiat, non enim vt homo mutatur, neq; vt filius hominis pœnitet eum facti, cùm ſit ipſe natura immutabilis. Quod ſemel ergo illi placet: amplius diſplicere non poteſt.* Cùm, *inquit,* & futurum id, & placiturũ, multò antè ſciuerit. *Senſus eſt, ſolet nonnullos, eius, quod ſemel placuit, interdum diſplicere: quia*
Deus ſcit futura. *nimirum inſcij erant futurorum: At Deũ, voluntatis ſui beneplaciti pœnitere non poteſt, cùm multò antè, hoc eſt ab æterno, ſciuerit, & probauerit talia futura, ſibiq; placitura. Ex quo profectò textu, duo ſunt notatu digna; alterum quidem, quod beneplacitum Dei impediri non poteſt; alterum verò, nihil eum præterire futurorum: atq; ideo perfectam omninò ſcientiam habere, imò eſſe ipſam ſcientiam. Et primum certè in eodem Aſclepio efficaci ratione confirmat.* Voluntas Dei, *inquit,* ipſa ſumma eſt perfectio; vtpote cùm voluiſſe, & perfeciſſe, vno eodemq; temporis puncto compleat.
Velle & poſſe in Deo idem. *Senſus eſt: velle & poſſe in Deo ſunt idem: nihil enim vult voluntate beneplaciti, quod non poſsit, atq; compleat; propterea in Deum non cadit noua voluntas: ſiquidem quod vult, fit quando vult, & quomodo vult; ineſt enim libera voluntas, & poteſtas voluntatis*
Dialog. 9. *complendæ: Imò libera, & potẽtiſsima voluntas. Secundum autem circa finem 9. Dialogi, vbi temerarios durè arguit, qui auſi ſunt aſſerere, nec præſentium, nec futurorum, Deum*

ſcientiam

De ſcientia Dei ex Mercurio.

ſcientiam habere. ô Æſculapi, *inquit,* Deus profectò, non vt quibuſdam videtur, ſenſu menteq; captus eſt. Illi miſeria preſsi perperam obloquuntur: ſenſus enim, & intellectio Dei cuncta ſemper mouet. Eſſet autem proculdubio mente captus, ſi quæ condidit, non ſciret, & ventura nequaquam perciperet: quod nefas eſt ſentire. *Subdit poſtea in eodem Dialogo Mercurius rationem, quomodo hæc perceperit:* E veſtigio, *inquit,* credidi, quia id intelligere Deum, credere eſt; & in ipſa fide decora requieui.

Intelligere eſt ipſum credere

Senſus eſt, credidi his, quæ de Deo, & à Deo mihi reuelata ſunt, ipſiq; fidei decoræ, veluti columnæ immobili innixus ſum, vnde mihi intelligentia data eſt: ſine fide enim non adeſt vera intelligentia. Quæ, *inquit,* de diuinis dicuntur, intellecta creduntur quidem, non intellecta negantur. *Quaſi diceret, accedentem ad Deum, oportet credere, quòd Deus, & ſit, & ſciat omnia: ita intelligenti, atq; credenti, vera videbuntur; ignoranti autem incredibilia.*

Paul. 11. Heb.

Ignorantiæ ergo ſunt arguendi, qui negant Deum non habere & præſentium & futurorum ſcientiam. Quam ob cauſam Dial: 10. ſcientiam Dei donum nominat: non quidem, qua ipſe ſcit omnia, cùm illa ſit diuina eſſentia; ſed eam potius, qua nos, & Deum, & creata cognoſcimus: Et rectè ſanè: nam inter dona ſancti ſpiritus ab Iſaia 11. cap: numeratur.

Scientia Dei donũ Dial. 10

Orandum igitur eſt nobis, vt huius doni participes ſimus, ſicq; facilè animaduertemus, Dei ſcientiam omnia intueri, atq; penetrare, denique omnia eſſe nuda, & aperta oculis diuinæ ſcientiæ. Circa finem Dialogi 5. vocat Deum, mentem omnia ſcientem, ſiue intelligentem, omniaq; efficientem. proinde Dei ſcientia non ſolùm omnia nouit, verùmetiam omnia efficit, quæ ſecundum ſuum beneplacitum voluit fieri.

Dial. 5

Ipſe es Domine, *inquit Mercurius,* quicquid ego ſum: ipſe es quicquid agam: ipſe es quicquid deniq; dicam. Ipſe enim es omnia, neq; aliud præter te quicquam: Mens quidem intelligens, pater fabricans, Deus efficiens bonum, bona faciens omnia.

Mens intelligens.

Senſus eſt. Tu Domine effector es meæ ſubſtantiæ, actionis, atq; ſermonis: nam ſufficientes non ſumus cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis; ſed ſufficientia noſtra eſt ex te. Tu denique es mens intelligens, *qui intelligis, & ſcis omnia, & cauſa es, vt illa ſint:* Pater fabricans, *quia boni inſtar patris fabricaſti nobis cœlum, & terram:* Deus efficiens bonum, faciens bona omnia.

Pater fabricãs

Deus efficiens bonum.

His autem nominibus, quatuor Dei epitheta indicat plurimùm veneranda. nempè Deum cunctorum habere notitiam, vniuerſorum fabricatorem eſſe, boni authorem, denique omnium bonorum executorem, cauſam, atq; finem. In Aſclepio quaſi in eminenti loco Deum conſtituit, vnde circumſpicit omnia: volens hac ſimilitudine nobis ſuadere, Dei ſcientiam videre omnia, circumſpicere vniuerſa.

Aſclepius.

Deus ſupra verticem ſummi cœli, *inquit,* conſiſtens, vbiq; eſt, omniaq; circumſpicit. *De loco Dei diſputaui in alio Pymandri libro, in tractatu de loco. Senſus autem eſt: Quemadmodum ſpeculator quiſpiam in loco ſublimi conſiſtens, luſtrat omnia, quæ ſuis oculis ſubiacent; ita Deus, oculo infinitæ ſcientiæ ſuæ, ex ſummo cœlorum vertice, omnia conſiderat, cuncta cognoſcit, luſtrat vniuerſa. Addit locum illum eſſe ſine ſtellis, atq; ita nouem ſphæræ poſitæ ſunt à Mercurio.*

Deus eſt in vertice primi cœli.

Sic eſt enim, *inquit,* vltra cœlum locus ſine ſtellis ab omnibus rebus corpulentis alienus.

Cœlum ſine ſtellis.

Dubiũ eſſe poteſt, an nonam ſphæram intellexerit, quam dicit à rebus corpulentis alienam, quia ſcilicet vſu luminis caret, & motus: an locum metaphoricè acceperit, pro ſumma vtiq; æternaq; felicitate. Satis nobis eſſe puto, ex hoc percepiſſe ad mentem Mercurij, Dei ſcientiam omnia luſtrare, atq; efficere. Poſt pauca, omnium ſenſibilium Deum ſcientiam habere, manifeſtè profitetur. Omnis ſenſus diuinæ ſcientiæ, eſt pleniſsimus, *ait,* omnium ſenſibilium, & totius diſciplinæ.

Deus ſcit ſenſibilia omnia.

Quòd ſi omnium ſenſibilium, & totius diſciplinæ pleniſſimus eſt, conſummatam ergo, atq; perfectam habet ſcientiam. Etenim ſi verum ſcire eſt cauſas rerum cognoſcere; quantò magis ipſe perfectè ſcit omnia, cuius ſcientia, & cauſa eſt, & notitia rerum omnium? Deus enim, *inquit,* ſenſum ſummum, & diuinum habet, *hoc eſt, ſummam, & diuinam ſcientiam. Quis autem ſit iſte ſummus ſenſus Dei, ait:* Sen-

Senſus Dei veritas.

Scientia Dei ex Platone.

ſus ſummi Dei, ſola veritas eſt: *igitur ſola ipſius ſcientia eſt vera, quia falſitati non ſubiacet vlli: noſtra autem ſcientia, ſimilitudinem habet veræ ſcientiæ.* Cuius, *inquit*, veritatis in mundo ne quidem extrema linea vmbra dignoſcitur: vbi ſunt mendacia, vbi geniturae, vbi errores videntur. *Quæ res ſi ita ſe habet, vt*

Nõ datur hic vera ſcientia.

Mercurius dicere videtur, in hoc mundo abſq; dubio, non datur vera ſcientia, præter eam, quam ex ſanctarum habemus cognitione ſcripturarum. Sanè, noſtra ſcientia eſt caliginoſa, & anguſtiſſima, ideoq; multùm debilis, atq; tenuis in percipienda ſcientia veritatis. Contingit, *inquit*, hominibus, vt quaſi per caliginem, quæ in cœlo ſunt, videant, quantum poſsibile eſt per conditionem ſenſus humani. *Hæc autem intentio anguſtiſſima eſt peruidendis tantis bonis: latiſſima verò cùm viderit felicitatem conſcientiæ. Quaſi diceret, beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt: non enim in conſcientia felicitas eſſe poteſt, niſi munda extiterit, & pura. Videtur fortaſſis legiſſe illud Exodi 24. Vocauit, inquit, Deus poſt ſex dies Moyſen de medio caliginis. Excellentiſſimus ſanè modus contemplandi Deum in raptu (authore Dionyſio de myſtica theologia) eſt ignotè aſcendere: quia nimirum nec ipſe Moyſes valuit Deũ videre: & ideo introductus dicitur fuiſſe in caliginem. Plane, oculus contemplantis in Deum figi poteſt; ita quòd ad nihil aliud aſpiciat: attamen non videbit ipſius lucis claritatem; imò in caliginem potius eleuabitur: ad hanc autem cognitionem per omnium ablationem pertinget, quæ à Dionyſio docta vocatur ignorantia. 2. de myſtica theologia exemplum tale à Dionyſio ponitur: Quemadmodum, inquit, imaginem ex ligno, vel ex lapide facientes, auferunt ea, quæ ſuperiecta ſunt, ipſaq; ablatione occultam manifeſtant formam; ita certè dum creata à Deo remouemus, Creatoris maieſtas elucet: hæc tamen cognitio caligine terminatur, alia prius relicta caligine, creatura videlicet. Itaq; ſecundum Mercurium, ſolus Deus habet veram ſcientiam, quia ſcilicet ſcit omnia, & cauſa eſt omnium, vera, & immutabilis.*

Exod. 24.

Scientia per caliginem.

Dionyſ. Docta ignorantia.

Qvaestionis primae cap. I.

Scientia quid ſecundum Platonem.

Phœdo.

PLATO theologiæ Mercurij ſtudioſus, eandem penè doctrinam in omnibus ſequi videtur, ſiquidem ſoli Deo ſapientiam, atq; ſcientiam tribuit, noſtramq; à longe illam imitari, ob corporis molem, qua noſtræ animæ grauatur intentio, & quaſi obtunditur obtutus. Sanè diſputans in Phœdone, animam decipi ait, à corpore, quando aliquid cum eo tentat inueſtigare: ratiocinari autem tunc optimè, quando horum nihil eam perturbat, neq; auditus, neq; viſus, neq; dolor, neq; voluptas; ſed quàmmaximè ſeipſam in ſe recipiens, deſerit corpus, neq; quicquam, quoad fieri poteſt, cum illo communicat: neq; attingens ipſum quòd verè eſt, affectat. & vt ſummatim dicam, quando eſt à toto corpore libera. Quòd ſi ita res ſe habet, in ſolo Deo eſt vera ſcientia, quippe qui eſt ab omni materia liber: Siquidem, inquit, impedimenta innumerabilia corpus nobis præbet, propter neceſſariam eius alimoniam. Quare ſi nihil cum corpore purè diſcerni poteſt, è duobus alterum; aut nullo modo poſſumus ſcientiam conſequi; aut poſt mortem: tunc enim animus ipſe per ſeipſum erit ſeorſum à corpore, prius verò nequaquam: atq; dum viuimus proximè ad ſcientiam accedimus, ſi quàm minimum cum corpore commertium habuerimus, niſi quantum ſumma cogat neceſſitas. A corporis igitur inſania liberati, cognoſcemus per noſmet ipſos ſyncerum quodlibet, id eſt, ipſum verum: nam impuro quidem purum attingere nefas. Verum ergo philoſophum oportet arbitrari, vt non alibi puram ſapientiam poſſe aſſequi ſperet, quàm in futura poſt mortem vita. Poſt pauca verò huiuſmodi ſuum propoſitum ſtabilire volens, dicit, in hoc mundo non inueniri ſcientiam, ſed eam quam putamus ſcientiam, præteritorum eſſe reminiſcentiam. Diſciplina, inquit, noſtra nihil aliud eſt, quàm reminiſcentia: & ſecundum hoc inquam,

Corpus impedimento eſt ſcientiæ.

Vera ſcientia poſt mortem.

neceſſe

Scientia Dei ex Platone.

neceſſe eſt nos in ſuperiori quodam tempore, ea quorum nunc reminiſcimur, didiciſſe. Id verò fieri non poſſet, niſi anima noſtra prius fuiſſet alicubi, quàm in hanc humanam ſpeciem deueniret. Quam ob rem, & hac ratione immortale quiddã anima videtur eſſe. Huius rei ſignum eſt, quòd interrogati homines, ſi quis eos rectè interroget; ipſi omnia quemadmodum ſunt reſpondent: atqui nunquam id facere poſſent, niſi ineſſet ipſis ſcientia, rectaque ratio. An non ſtatim nati vidimus, & audiuimus, alioſque ſenſus exercuimus? antè igitur horum ſcientiam habuimus. E duobus igitur alterum, aut enim ſcientes nati ſumus, ſcimuſque per omnem vitam omnes; aut quos deinde dicimus diſcere, duntaxat reminiſcuntur: atque diſciplina reminiſcentia eſt. Hæc Socrates in Platone. Verùm hæc Socratis ſententia tum à fide catholica, tum etiam à vera ratione longiſſimè abeſt. Etenim ſi recordatio hæc eſſet rerum antè cognitarum; non vtique omnes inquit Aug. 12. de Trin. cap. 15. cum illo modo interrogarentur: non enim omnes in priori vita geometræ fuerunt, cùm tam rari ſint in genere humano, vt vix poſsit aliquis inueniri. ſed potius credendum eſt mentis intellectualis ita conditam eſſe naturam; vt rebus intelligibilibus naturali ordine diſponente conditore ſubiecta, ſic iſta videat in quadam luce ſui generis incorporea, quemadmodum oculus carnis videt, quæ in hac corporea luce circum adiacent, cuius lucis capax, eique congruens eſt creatus: non enim & ipſe ideo ſine magiſtro alba & nigra diſcernit, quia iſta iam nouerat antequam in hac carne crearetur. Deinde cur de ſolis rebus intelligibilibus id fieri poteſt, vt bene interrogatus quiuque reſpondeat, quod ad quamque pertinet diſciplinam, etiamſi eius ignarus eſt? cur hoc facere de rebus ſenſibilibus nullus poteſt, niſi quas iſto vidit in corpore conſtitutus, aut eis qui nouerant indicantibus credidit, ſeu literis cuiuſque ſeu verbis? Non enim acquieſcendum eſt eis, qui Samium Pythagoram ferunt recordatum fuiſſe talia nonnulla quæ non fuerat expertus, cùm hic alio iam fuiſſet in corpore. Quæ omnia dicta ſunt inſtinctu ſpirituum malignorum atque fallacium, quibus curæ eſt de reuolutionibus animarum falſam opinionem, ad decipiendos homines, firmare, vel ſerere. hæc Auguſt. Amplius, ſi ita res ſe haberet; vnio igitur animæ, & corporis non eſſet naturalis & ex conſequenti nec hominis quoque generatio. Tenet conſequentia, quia naturalia non afferunt impedimentum, ſed opem ad operationes naturales exercendas. Scribit D. Hieronymus 2. lib. contra Iouinianum cap. 35. quòd Pythagorici, omne quod mouetur, & viuit edendum non putant: & eiuſdem criminis arbitrantur qui abietem, quercumque ſucciderint, cuius patricidæ ſunt, & venefici. Inſuper Pythagoras ſe dicit in bello Troiano fuiſſe militem Euphorbum, & ibi occiſum à Menelao. Plato, Pythagoræ dogmata audiens, non modò non reſpuit, ſed ipſe quoque animas hominum poſt mortem reuolui vſque ad corpora beſtiarum ſcripſit. Hunc ſecuti ſunt Apuleius, Plotinus, Porphyrius, Varro, Virgilius, Tertullianus, Orig. hi puras animas ab initio conditas arbitrantur, & eas, quæ ab omni contagione corporis liberæ ſunt, cœlum poſsidere: appetitiuas verò corporum, latenti deſiderio de cœlo proſpicere, & pondere terrenæ contagionis paulatim in inferiora dilabi, corporibus diuerſis coniungi: & ab his tandem reſolutas, & purgatas, non ea, qua deſcenderant porta, ad ſuperos reuerti. Duas quidem pro deſcenſu, & aſcenſu animarum in cœlo portas Macrobius ſuper ſomnio Scipionis ad mentem platonicorum explanat. Prima eſt porta hominum, & deſcenſus, Cancer: altera Capricornus, deſcenſus Deorum: qua rurſus aſcendentes animæ, immortalitatem deorum conſequuntur. Galaxia autem per ſigniferum protenſus circulus, locus eſt beatorum. Cætera autem ſigna tranſeuntes, quaſi ebriæ ex viſis diuerſis, obliuiſcuntur eorum, quæ habebant in cœlo. In Sphæra Saturni acquirunt intelligentiam: in Iouis vim agendi: in Martis, animoſitatis ardorem: in Solis, ſentiendi, opinandique naturam: in Veneris, motus voluptatum: in Mercurij, interpretãdi vigorem: in Lunæ, vim augurandi. Purgatas quoque euocari ad Lethæum fluuium, vt inde bibentes obliuiſcantur præteritorum malorum quæ in corpore paſſæ ſunt, & ad ſuperiora conſcendant, & ab his rurſus in inferiora reuerti cupiant: Vnde Virgilius, Rurſus & incipiant in corpora velle reuerti. Scribit contra huiuſmodi opinionem Aug: lib: de

Scire eſt reminiſci.

Error Socratis corrigitur.

Auguſt.

Contra Platonem & Pyth.

Hieronymus.

Contra reuolutionẽ animarum.

Hiſtoria de animarum reuolutione.

Sphæræ.

Scientia Dei ex Platone.

Ciuit; Dei lib: 6. cap: 10. & 13. cap: 19. & 10. cap: 30. Stultum eſt, inquit, putare, ex illa vita, quæ beatiſsima eſſe non poterit, niſi de ſua fuerit æternitate certiſsima, deſiderare animas corporum corruptibilium labem: & inde ad iſta remeare, tanquam hoc agat ſumma purgatio, vt inquinatio requiratur. Si enim quòd perfectè mundantur hoc efficit, vt
Rationes Auguſt. contra Platonem. *omnium obliuiſcantur malorum; malorum autem obliuio facit corporum deſiderium, vbi rurſus implicentur malis; profectò erit infelicitatis cauſa ſumma felicitas, & ſtultitiæ cauſa perfectio ſapientiæ, & immunditiæ cauſa ſumma munditia. Nec veritate ibi beata erit anima, quandocunque erit, vbi oportet fallere, vt beata ſit. Non erit beata, niſi ſecura: vt verò ſecura ſit, falsò putabit ſe ſemper beatam fore; quoniam aliquando erit & miſera. Cui ergo gaudendi cauſa falſitas erit? quomodo de veritate gaudebit? Neque mirum eſt, inquit*
Ambroſ. *Ambroſius cap. penul. & vlt. de fide reſurrectionis, quòd creditis vos in beſtias poſſe mutari, qui beſtias adoratis Itaque anima non vnitur corpori, vt carceri, ſed potius vt perfectio ſuo perfectibili: neque per aſsiſtentiam, vt rector naui, vt vult Auerroes, ſed per realem in-*
Clementina vnica de ſumma trin. *formationem, vt per ſe forma. Cùm autem talis informatio in harmonica proportione conſiſtat, quæ profectò in alio non reperitur eadem; inde fit, vt vnius corporis anima, alteri vt forma coniungi non poſsit; ſed cuique propria infundatur corpori, eaque de nihilo, & de*
Auguſtinus. *nouo creata. Non ſunt ergo animæ ab initio (teſte Aug. de eccleſiaſticis dogmatibus) inter cæteras creaturas, nec ſimul creatæ, ſicut Origenes fingit, neque cum corporibus per coitum ſeminantur, ſicut Luciferiani, & aliqui præſumptores fingunt: Qui finxit, inquit Pſal. 32.*
Hieronym. *ſingillatim corda eorum, id eſt, animas, ait Hiero. lib. 2. contra Ruffinum & Iſa. 57. Omnẽ flatum ego feci, id eſt, animam. Diſputat contra huiuſmodi errores D. Hieronymus in expoſitione fidei ad Damaſum Papam: Et Auguſtinus, & Hieronymus de origine animarũ, de quibus profectò nos diſputabimus, diuo fauente Pymandro, cùm de anima humana nobis erit loquendum: ſed de nihilo creantur, & corpori infunduntur organico. Cæterùm*
Ariſt. Intellectus eſt tanquam tabula raſa. *quamuis philoſophus 3. de anima tex. 14. dicat, quòd intellectus ſit tanquam tabula aptata picturæ, non picta in actu omninò; in lib. tamen de gen. animalium, eam de foris venire aſſeuerat. Praeexiſtat ergo neceſſe eſt, antequam corpori vniatur: aliter ſic venire non*
1. *poſſet. Quòd ſi longè ante corpora praexiſtat animus, negare non poſſumus, eum ſcientiæ plenum fuiſſe: obliuiſci verò eius, cùm corpori vnitur, ob nimium materiæ fluxum: rurſumque doctrinæ ſtudio, atque exercitatione reminiſci: nec niſi prouecta iam ætate, fluxu*
2. *materiæ vel ceſſante iam, vel potius refluente. Amplius 7. phyſ. tex. 20. quædam ſcribit, quæ huic propoſito ſatis congruere videntur. Sedatis, inquit, paſsionibus, ſuſcipit anima ſcire, & ſapere: ſcientiæ namque prima acquiſitio non eſt generatio: ſcire enim, & ſapere dicimus, eò quòd quieuerit, & conſtiterit intellectus. Ad quieſcendum autem, nulla eſt generatio; nulla enim mutatio eſt. Cùm ergo ſcientia nullo tempore conquiratur; ſed quæ in habitu fuerint, in actionibus prodeant incitatis; ad eam certè non eſt motus. An enim, quòd animus ceu dormiens, aut ebrius expergefactus, quòd prius ſciuerit, & obliuioni mandauerit, illius demùm memoratur. Quo pacto ſola habitus in actum denominatio ſur-*
Auer. *git, quæ relatio quædam eſt, ad quam non ſequitur motus. 5. phyſicorũ. Item Auerr. 3. de*
5. *anima com. 5. intellectum poſsibilem (quem vnicum omnibus, & immortalem tribuit) putat omnium ſpecierum ſemper pleniſsimum eſſe, ſemperque adeptum eſſe; ſed quatenus cor-*
Tabulæ ſimilitudo. *pori coniunctus eſt per varia phantaſmata, variè intelligere. Tabulæ itaque illa ſimilitudo non ad ſimpliciter eſſe intellectus referenda eſt; ſed ad corporariam operationem reſpectu huius, vel illius indiuidui. Eſt enim in potentia pura ad intelligendum in hoc, vel in illo phantaſmate. Sic enim ad ſcientiæ primæ huius hominis acquiſitionem per quietem, & conſtantiam intellectus illa tabellæ ratio referenda eſt, quam reminiſcentiæ nomine Plato*
Tabulæ raſæ ratio. *ſignificauit: nam reſpectu ſpeciei ipſius refertus, ſemper ſcientia eſt intellectus. Neque aliter Ariſtoteles ſenſit quàm Plato de hoc, quòd Auer. confirmat 3. de anima com. 5. Porrò de modo intelligendi, & formulis animarum, non eſt præſentis loci diſſerere, cùm nobis intentio ſit loquendi de ſcientia Dei, & ex occaſione ſermo inciderit de reminiſcentia; ex*

Scientia Dei ſecundũ phil. & commen.

qua id tantum elicere licebit, in hac vita veram ſcientiam haberi non poſſe, ſoliq́ue Deo, eam eſſe attribuendam. Quamobrem primo de repub. adducit Simonidem, dicentem Deum non eſſe edoctum, ſed ſeipſo ſapientem. & in Phædro, ſcientis nomen ſoli Deo conuenire dixit. Vnde in lib. Menonis, vel de virtute, nobis diuina ſorte ſcientiam eſſe conceſſam, profitetur: Virtus, inquit, aut ſcientia natura nobis non adeſt, ſed diuina ſorte abſq; mente in eum, qui illam ſortitus fuerit, influet. Ab eo igitur largitur homini, qui eſt ipſamet ſcientia. Ideoq; Deo ſcientiam, nobis autem opinionem tribuit Plato. Plotinus enne. 5. lib. 8. cap. 5. veram ſapientiam, ſeu ſcientiam Deo ſoli conuenire, arbitratur: Quæcunq;, inquit, vel arte, vel natura fiunt, ſapientia quædam facit, & vbiq; actionem ſapientia ducit. Artifex ipſe in ſapientiam naturalem reuocatur, ſecundum quam ars, & quodlibet opus agitur: quæ quidem non eſt vna ex multis compoſita, ſed ab vno potius in multa ſe reſoluit. Si quis igitur hanc primam eſſe poſuerit, iam ſufficiet: cùm enim non ſit ex alio, neq; etiam erit in alio. Sin autem rationem quidem in natura, huius verò principiũ naturam eſſe dixerit, interrogabimus, vbinam natura habeat rationem. Quòd habere dicatur ab alio; de alio rurſus illo quæremus, ac ſi ex ſeipſo habeat, iam ibi conquieſcemus. Proinde ſi in mentem ipſam confugiant; ibi rurſus inueſtigandum, nunquid mens genuerit ſapientiam? Quòd ſi fateantur: vnde nam quæremus? Si autem ex ipſa conceperit; non poteſt id feciſſe, niſi mens ipſa ſapientia ſit. Vera igitur ſapientia eſt eſſentia: ac vera viciſſim eſſentia, ſapientia eſt, ipſaq; eſſentiæ dignitas à ſapientia vendicatur. Senſus eſt, ille verè ſapit, & ſcit, qui plane verè eſt: ſed talis eſt Deus; igitur ipſe veram ſapientiam, atq; ſcientiam habet, imò ſua ſapientia, eſt ſua eſſentia, & econtrà: non enim eſt aliunde, neq; ex alio in aliud transfunditur; ſed ipſamet ſapit, eſt, ſcit, in ſeipſa conſiſtens, ac ſcipſa beata. Quamobrem, inquit, quæcunq; eſſentiæ ſapientiam non habent, ex eo quidem quòd per ſapientiam quandam factæ ſunt, eſſentiæ ſunt; ex eo autem quòd in ſeipſis nullam poſſident ſapientiam, non ſunt eſſentiæ veræ. Senſus eſt: omne quod eſt, quatenus eſt à ſapientia Dei conditum, habet quidem eſſe, & bonum: quatenus autem talis eſt expers ſapientiæ; verum eſſe habere non dicitur; quia à ſapientia non dirigitur ad locum, vnde manauit. Cap. 6. addit, quòd ſacerdotes Ægyptij ad ſignificanda diuina myſteria non vtebantur literarum characteribus, ſed figuris integris herbarum, arborum, animalium; quoniam videlicet Deus ſcientiam rerum habet, non tanquam excogitationem de re multiplicem, ſed tanquam ſimplicem ſummamq; rei formam: Imagines, inquit, rerum ſingulas ſingularium depingebant. Quomodo igitur Deus habeat veram ſcientiam, ſecundum Platonem & Plotinum, patet ſatis.

Simonides. Lib. de virtut. Plotinus. Sapientia prima non ex alio neq; in alio. Eſſentia eſt ſapientia. Sine Dei ſapientia non verum eſſe.

CAPVT II.

Scientia Dei quid ſit ſecundum philoſophum, & commentatorem.

QVamuis paulò antè, & in alio libro Pymandri, & in aliis locis copioſè dictũ ſit, Deum omnia intelligere; quia tamen res eſt admodum ardua, nobisq; multum obſcura; hac de cauſa, aliqua alia addere, non inutile eſſe reputaui. Philoſophus 12. met. tex. com. 51. ad plenum de hac re diſputauit, patrum ſententiam ſecutus Sententia, inquit, patrum præcedens omnia eſt hæc. Quia, inquit Auer. iſta quæſtio eſt nobiliſſima omnium quæ ſunt de Deo, ſcilicet ſcire, quid intelligit, & eſt deſiderata naturaliter: & quia Chaldæi valde ſunt perſcrutati de ea; vocauit eam ſententiam patrum. Tex. Videtur enim eſſe ex apparentibus, vt ſit valde diuinum. Cõment. hoc eſt, Apparet nobis, quòd ſit nobiliſſimum omnium entium, & quòd nihil ſit nobilius eò. Tex. Quomodo autem eſt tale, valde eſt difficile: quoniam ſi nihil intelligit, quid eſt illud nobile quod eſt ei? Com. Quoniam neceſſe eſt, inquit Auer. ſi eſt intellectus, vt ſemper

12. Met. cõ. 51. Com. Tex. Com. Tex. Com.

ſit ſe-

Scientia Dei quid ſecundū phi.& cō.

ſit ſecundum alterum iſtorum duorum ; aut ſecundum diſpoſitionem, in qua ſciens non vtitur ſua ſcientia ; aut in qua vtitur. ſi primo modo, tunc eſt quaſi dormiens, & non inuenitur in eo diſpoſitio nobilis. Et hoc eſt inconueniens. Et ſi eſt in diſpoſitione, in qua ſciens vtitur ſcientia : quid igitur eſt illud, quod intelligit in illa hora ? oportet quidem, vt ſit valde nobile in fine. Quapropter erit aliquod ens nobilius iſto. Intellectum enim, eſt per-
Tex. *fectio intelligentis, & hoc intendebat cùm dicit: Et ſi intelligit, habet alium dominum. Tex. Non enim eſt ei ſicut dormienti, & ſi intelligit, habet alium dominum, quoniam hoc intel-*
Com. *ligere non eſt ſubſtantia eius, ſed potentia in eo. Com. Cauſa in hoc eſt, quia ſi intelligit aliud, tunc ſubſtantia eius, non eſt actio eius, ſed ſubſtantia erit potentia, qua ſit iſta actio: quapropter perficitur neceſſariò per hanc actionem, ſicut intellectus perficitur in nobis*
Tex. *per illud, quod intelligit. Tex. Non erit igitur ſubſtantia nobiliſſima : quia nobilitas non*
Com. *ineſt ei, niſi quia intelligit. Coment. hoc eſt, Subſtantia eius non erit nobiliſſima ei omnium entium, quia nobilitas non eſt ei, niſi quia perficitur per aliud, quod aliud neceſſe eſt,*
Tex. *vt ſit nobilius eò, quia intellectum eſt perfectio intelligentis. Tex. Et ſi ſubſtantia eius eſt*
Com. *intellecta, eſt igitur ſuiipſius, aut alterius. Com. hoc eſt, Si ſubſtantia eius eſt in hoc quod*
Tex. *intelligat ; neceſſe eſt, aut intelligat ſe, aut aliud extra ſe. Tex. Et ſi alterius, quid eſt il-*
Com. *lud, quod eſt vnum, & non aliud ? Com. id eſt, Etſi ſuum eſſe ſemper eſt in hoc quod intelligat aliud, quid eſt igitur illud, quod ſemper eſt vnum per ſe ſine alio ? hoc enim non eſt, quia eſt per eſſe alterius contrarium illi, quod poſitum eſt de primo principio, ſcilicet quòd*
Tex. *primum principium eſt illud, quod ſemper eſt, ſine hoc, quod indigeat altero. Tex. Aut vtrum non eſt differentia omninò intelligere bonum, aut quodcunque, aut poſſibile eſt, vt*
Com. *ſit intellectus in diuerſis. Com. id eſt, & contingit, vt nulla differentia ſit in ponendo primum principium intelligere quodcunque ſit, ſiue bonum, ſiue malum : aut dicamus, quòd impoſſibile eſt, vt intellectus eius perficiatur per aliud quodcunque ſit. Illud enim quòd intelligit quodcunque, intellectus eius conſequitur illud, quod intelligit, id eſt, quoniam ſem-*
Tex. *per eſt ſub eo in ordine. Tex. Manifeſtum eſt enim, quòd ipſe intelligit intellectum valde*
Com. *diuinum, & valde nobilem, & non tranſmutatur. Com. Manifeſtum eſt nobis, quòd intellectus diuinus neceſſe eſt, vt ſit valde nobilis atque perfectus : vnde quod intelligit aliud tranſmutatur in ſua ſubſtantia in aliud, & omne tranſmutatur in aliud quando tranſmutatur in vilius id eſt, quòd primum intelligat quodlibet, neceſſe eſt, vt tranſmutetur*
Tex. *in vilius. Tex. Tranſmutatio enim eſt ad malum, & quod eſt tale, eſt aliquis motus. com.*
Com. *hoc eſt, cuius intellectus eſt talis, ſcilicet exiſtens de potentia in actum ; ſicut eſt demonſtratio intellectuum : intellectus eius eſt motus, & omnis motus eſt à motore, quapropter*
Tex. *primum patitur, & mouetur ab alio. Tex. Et ſi primum non intelligit, ſed eſt in potentia,*
Com. *neceſſe eſt, vt conſecutio intelligendi inducat ei laſſitudinem. Com: id eſt, Si tranſmutetur in ſuo intellectu, ex aliquo in aliquod .i. quia non intelligit aliquid, & poſt aliud ſicut intelligit intellectus in nobis non ſubito ; neceſſe eſt, vt ſucceſſio intellectorum, faciat ei laſſitudinem, quando vult intelligere eas, & numerare eas ſimul. Et hoc non contingit, niſi cùm poſuerimus ipſum intelligere omnia ſucceſſiuè. Cùm autem poſuerimus ipſum in-*
Tex. *telligere ſubito, non contingit hoc. Tex: Et poſtea manifeſtum eſt, quod valde nobile erit aliud ab intellectu & intellecto. Intelligere enim tunc erit eius, quod habet intelligere vi-*
Com. *lius : & ſi ita ſit, oportet fugere ipſum. Com: principium nobiliſſimum non acquirit nobilitatem, niſi per ſuam actionem ; quemadmodum intellectus in eis, qui intelligunt ; quoniam ſcilicet non acquirunt nobilitatem niſi per actionem intellectus. Si igitur primum intelligit vilia ; contingit, vt ſua nobilitas ſit intelligendo vilia : quapropter ſua actio erit viliſſima actionum. Quòd ſi oportet nobile fugere actionem vilem ; neceſſe eſt apud nos, non videre quædam eſſe melius, quàm videre : & non eſt neceſſe, quod videre nobilius eſt quàm non videre, vt ſit ſimplex ſic : ſed in rebus nobilioribus dixit hoc. Sed ne aliquis dicat, quòd contingit ex hoc, vt primum ignoret plura q. d. reſpondendo, quod ignorare vi-*
Tex. Com. *lia eſt melius, quàm ſcire. Tex. Nobilius enim non intelligit : ergo intelligit ſe. Com: id eſt*

non in-

non intelligit viliorem : hoc eſt, cùm impoſsibile ſit ipſum intelligere vilius, vel nobilius,
cùm non ſit nobilius, quòd intelligat : ergo intelligit ſe. Tex: Et cum ſit fortius, & ipſe in- Tex.
telligat intelligere. Com: Id eſt, cum ſit nobilior ii intellectus omnibus rebus ; quia intelle- Com
ctus noſter non intelligit niſi accidentaliter 3. de anima. com: 8. Et ipſe intelligit ſuam a-
ctionem, quæ eſt intelligere : ſua enim ſubſtantia, eſt ſua actio. Tex: Et ipſe videt ſemper Tex.
quòd alterius eſt ſcientia, & non ſenſus. Et exiſtimatio, & intelligere ſui ipſius, aut acci-
dentaliter, aut etiam ſi intelligere & paſsio ſunt aliud & aliud. Com: ſemper videmus, quòd Com.
alterius ſit ſcientia, & ſenſus. videmus cognoſcere, ſentire, & exiſtimare, & intelligere,
eſſe aliud ab eo cuius ſunt .i. ab intellectu cognito, & ſenſato, & exiſtimato in nobis. hæ
enim actiones ex iſtis virtutibus ſunt, aliorum non ſui ipſorum niſi per accidens ; ſcilicet
quia ſenſus & exiſtimatio, & intellectus, ſunt intellecti, & ſenſati, & exiſtimati nō per ſe,
ſed per accidens ; ſcilicet quia accidit intellecto, quod ſit forma intellectus, ſimiliter acci-
dit exiſtimato, quod ſit exiſtimatio, & ſenſato ſimiliter, quod ſuit ſenſus ſentire. & hoc fu- Nobilitas intellectus vnde
it, quia intellectus non eſt in nobis omnibus modis intellectum, & magis remotū : hoc eſt,
quòd ſenſus ſit ſenſatū. ſi intelligere, & paſsio ſunt &c. hoc eſt, ſi intellectus intelligit ali-
ud, tūc erit patiens, & faciens, & paſsio. Ex quo igitur erit nobilitas in patiente? virū ex
paſsione, aut ex eſſentia patiente, aut ex eo, à quo ſit paſsio: iſta enim tria ſunt conſimilia,
& diſsimilia in omni, quòd intelligit aliud. & ideò ſicut eſſentia intellectus non eſt eadē
cum intelligere ; ita intellectio, & intelligere, non eſt idem omnibus modis. & cauſa in hoc
eſt, quia intellectum in nobis eſt aliud intelligente : in eis autem quæ non ſunt in materia, In abstractis à materia idē est intellect9, intellectio, & intellectio.
contingit, vt intellectum & intellectus, & actio intellectus ſint idem. Tex: Vbi igitur e-
rit bonitas, quoniam eſſentia intelligendi non eſt eadem ; & paſsio ſicut in quibuſdam ſci-
entia eſt ſcitum. Com: hoc eſt, ſicut videmus; quod verè poſſumus dicere, quòd ſcientia eſt
res ſcita : & res ſcita, eſt ſcientia, quæ eſt in materia, ſicut in artificio & artificiali patet. Tex.
Dicimus enim quòd forma artificialis, quæ eſt in materia, & quæ eſt in anima artificis ſit Com.
eadem ; quantò magis debet eſſe in rebus intelligentibus, quibus materia non admiſcetur,
& non ſunt, niſi forma, & eſſentia ſignans eſſe rei? Tex. Quoniam in rebus intellectis, Tex.
ſubſtantia eſt ſine materia, & quòd eſt per eſſentiam. In eſſentialibus autem res eſt ra-
tio, & intellectus : intellectum enim non eſt aliud ab intellectu Com: Id eſt, in rebus ſpe- Com.
culatiuis, diffinitum eſt diffinitio, & intellectum intellectus : Intellectum igitur in rebus
abſtractis à materia, dignius eſt, vt non ſit aliud ab intellectu. Tex: Omne igitur, quod Tex.
non habet materiam, eſt idem : intelligere enim & paſsio eſt etiam idem. Remanet quidē
dubitatio, ſi intellectum eſt compoſitum : tranſmutatur enim in partibus totius. Com: id Com.
eſt, Declaratum eſt igitur, quòd omne carens materia, intellectū, & intellectus in eodem
idem eſt. Et cùm declarauit quòd nihil intelligit extra ſe ; incepit quærere vtrum illud,
quod intelligit ex ſe, ſit vnum ſimplex, aut multa compoſita. Relinquitur, ait, dubitatio, Intelligere multa, eſt intelligere extra ſe.
ſi intellectum eſt compoſitum ; quoniam tunc quando tranſmutatur in partibus totius &c.
ſi enim fuerit compoſitum ex multis intellectis ; neceſſe eſt ipſum eſſe diuerſarum partiū
non conſimilium ; quia tale multa intelligit, & quod intelligit multa, intelligit aliqua ex-
tra ſe, quæ aliqua ſunt cauſæ ipſius, Tex: Aut non diuiditur omne, quod non habet mate- Textus.
riam, vt humanus intellectus. Com: poteſt intelligi, quòd omne intellectum, cuius intel- Comment.
lectus non habet materiam, non diuidatur, ſicut poſsibile eſt, vt diuidatur in intellectu
humano : ſi cauſa diuiſionis in intellectu humano eſt, quod intellectum eſt aliquomodo a-
liud ab intellectu. Quoniam ſi intellectus, & intellectum in eo eſſent vnum omnibus mo-
dis, non contingeret ei, vt in intellectu eius eſſent plura. Cauſa enim multitudinis, eſt alietas Cauſa multitudinis eſt alietas.
inter intellectum, & rem intellectam in nobis. Et poteſt intelligi quòd ſignum eſt quòd o-
mne carens materia non diuidatur in eo intellectum ab intellectu : & eſt intellectus hu-
manus. Videmus enim ipſum liberatum à materia in ſe, quamuis non ſit liberatus ſimplici-
ter, intellectum, & intellectus in eo idem ſunt : & cùm ita ſit, illud, quòd eſt à materia
ſimpliciter, intellectum, & intellectus in eo idem eſt ſimpliciter. Tex: & quòd eſt com- Textus.
poſitus

quid ſecũ. *poſitus ex in, hoc eſt ſecundum hunc modum. Com: id eſt, res compoſitæ non addunt ſibi*
phi. & cõ. *in nobilitate ad inuicem, niſi in paucitate compoſitionis, & propinquitate eorum primo ſimplici in illo genere: & cùm fuerit aliquod genus intelligentiarum, quæ diuerſantur ad inuicem in compoſitione, ſcilicet, in alietate intellecti: nobilius eorum eſt illud, quod*
Textus. *eſt minoris compoſitionis in illo genere: imò illud eſt ſimplex in illo genere. Textus.*
Comment. *Sed nobile in aliqua re eſt omne, & eſt aliud, & ſecundum hanc diſpoſitionem intelligere eſt per ſe in omni ſeculo. Comment. hoc eſt, imò neceſſe eſt, vt nobile in omni genere ſit omne, & ſimplex, indiuiſibile, & ſingulare, & per ſe extra compoſitum, &*
Sũma totius. *quòd ſua ſubſtantia non ſit in compoſitione. Summa totius eſt, Deum intelligere ſeipſum vnico ac ſimplici actu, atq; ita intelligere omnia, vnamq; eſſe diuinam ſcientiam. Si enim ſe non intelligeret, non eſſet primum, & nobiliſſimum ens: propria ſiquidem careret actione. Si aliud extra ſe haberet primum obiectum; abſq; dubio ens eſſet imperfectum atq; mutabile; ab alio namq; proficeretur, atq; moueretur, atq; ita non eſſet primum mouens. Si pluribus actibus ſe, & alia intelligeret, non eſſet omnibus modis ſimplex, atq; vnica illius ſcientia, ſed compoſita potius, & minoris nobilitatis. Atqui intellectus primus*
Intellectus primus eſt ſimplicisſimus. *eſt ſimpliciſſimus, & nobiliſſimus, inquit ibidem Auer: ideoq; eſt vnus ſimpliciter ſine multiplicitate: neq; propter alietatem intellectus, & intellecti, neq; propter multitudinem intellectorum: Multitudo enim intellectorum, inquit Auer: in eodem intellectu, ſicut eſt in nobis, conſequitur alietatem, quæ inuenitur in eo, ſ. alietatem intellectus, & intellecti: quoniam cùm intellectus, & intellectum fuerint adunata perfecta adunatione, contin-*
Quomodo intellectus diuinus ſciat omnia ſecundum Auer. *git, vt illa multa ſint vnum; aliter eſſentia intellectus eſſet aliud ab eis. Itaq; primum ens ſcit omnia, ſecundum quod ſcit ſe tantum ſcientia ineſſe, quod eſt cauſa eorum eſſe. Scit namq; naturam entis in eo, quod eſt ens ſimpliciter, quod eſt ipſum. Et ideo hoc nomen ſcientia æquiuocè dicitur de ſcientia Dei, & noſtra. Sua enim ſcientia eſt entis, ens autem eſt cauſa noſtræ ſcientiæ: ſcientia igitur eius non eſt vniuerſalis, neq; particularis. Illud enim, cuius ſcientia eſt vniuerſalis, ſcit particularia, quæ ſunt in actu, & in potentia ſcita: eius igitur ſcientia neceſſariò eſt ſcientia in potentia: cùm vniuerſale non eſt, niſi ſcientia re-*
Scientia Dei non eſt vniuerſalis neq; particularis. *rum particularium. Et cùm vniuerſale eſt ſcientia in potentia: & nulla potentia eſt in ſcientia Dei: ergo ſcientia Dei non eſt vniuerſalis. Neq; etiam particularis: particularia enim ſunt infinita, & non determinantur à ſcientia: ille autem primus non diſponitur per ſcientiam, quæ eſt in nobis, neq; per ignorantiam, quæ eſt ei oppoſita, ſicut nos per hæc diſponimur. Fol: 110. hoc idem probatum eſt. Item d. d. diſp: 12. in ſolutione dubij 2. Nos,*
Auer. d. d. *inquit Auer: dicimus, quòd omnes iſtæ ambages ſunt, & oriuntur aſſimilando diuinam ſcientiam humanæ ſcientiæ, quod ſecundum veritatem non communicant, niſi æquiuocè: comprehenſio enim humana à ſenſibus eſt: neq; comprehenſio indiuiduorum, & vniuerſalium entium ſumitur ab intellectu: & ideo non eſt dubium, quod comprehenſio imitatur comprehenſorum mutationem. hic ergo eſt ſcientia talis. talem habens comparationem, ſicut eſt comparatio relationum, quæ in ſeipſis non ſunt relationes; ſicut eſt dextra & ſiniſtra inhabentibus eas. hæc Auer: Scientia ſiquidem noſtra, quia cauſatur à rebus ſcibi-*
Differentia inter noſtram & Dei ſcientiam. *libus, per ſe vtiq; ad ſcibile refertur, veluti ad ſui cauſam: At ſcientia Dei, quia eſt ſcibilium cauſa; ideo ad ipſa minimè refertur: ſed ſcibilia potius ad ipſam referuntur. Itaq; ſcientia Dei ſe habet ad ſcibilia, ſicut columna ad animal Etenim, ſicut columna eſt dextra, vel ſiniſtra, quia ſcilicet animal eſt huiuſmodi; ſic ſcientia Dei, & præterita dicitur, & præſens, & futura, quia ſcilicet ſcibile eſt tale. Scientia ergo Dei eſt vna, ſimplex, & æter-*
Scientia Dei non eſt noua. *na, & nullo modo noua: quapropter eſt cauſa rerum: noſtra autem eſt noua; quatenus nos per indiuidua cogitata diſponimur, & intellectus noſter ad illorum vniuerſalia applicatur, vnde noſtra oritur ſcientia. Quomodo ergo ſecundum Philoſophum, & comment: ſcientia Dei ſit vna, & æterna, dixi.*

CAPVT. III.

Diſpu-

Scien. Dei ſecundum Algazelē & Auer.

Scientia Dei ſecundum Algazelem & Auerroem d. d. diſput: 6. dub. 1.

Algazelis rationes. Auicenna.

Diſputans Algazel de diuina ſcientia, ait: Qui dicunt, inquit, Deum eſſe ſcientem; aliquid ergo addunt ſuper diſſinitam ſubſtantiam. Auicenna opinatus eſt, quod Deus benedictus ſciat omnia modo vniuerſali, ſine aliqua temporis differentia, & quòd ipſe ignoret particularia; quia ſequitur ex particularium ſcientia, permutatio in ſcientis ſubſtantia:

Alga.

omnis enim potentia comprehendens ſingularia ſingulariter, & ſignate, eſt virtus in materia, & ideò mutabilis: vnde dicimus, quòd ſcientia Dei in omnibus generibus, & ſpeciebus, quæ finitæ ſunt, aut eadem eſt, quòd ſcire ſeipſum, aut differt: ſi autem differt, ergo pluralitas in Deo: ſi eadem, ergo nulla differentia inter ſcire ſeipſum, & ſcire alia à ſe. Et impoſſibile eſt imaginari, quod ſcire ſeipſum, non differat à ſcientia, qua ſcit alia. Si enim eſſet vnum, & idem, ſequeretur quòd eſſet id, quod affirmaret affirmationem ſui ipſius, & id, quod negaret negationem ſui ipſius: hoc eſt, quod affirmatur, & negatur de eodem. Sed eſt impoſſibile, quòd idem numero ſit, & non ſit. Deus ergo non ſcit alia præter ſeipſum.

Reſpondet Auerroes.

Reſpondet Auer. Dupliciter, inquit, hoc poteſt intelligi, vno modo, quòd ſcire entia præter eum, id eſt, quod ſcire ſeipſum: & hoc manifeſtè eſt verum: & declaratio huius eſt; quia ſcire ſeipſum, non eſt aliud, niſi ipſum ſcire entia. Senſus eſt: Deum ſcire ſe, & alia dupliciter poteſt intelligi: vno quidem modo, & ſecundum ſubiectum, & ſecundum modum; atque ita non intelligit alia extra ſe: alio autem modo, ſecundum modum tantùm; ſicque verum eſt dicere, à Deo alia ſciri entia. Deus enim ſcit ſe, quatenus eſſe ſuum eſt intellectus: ſcit verò alia, quatenus eſt aliorum cauſa. Diſp 3. dub. 18. Vna eſt ergo ſcientia ſubiecto, non autem modo. Vnde, inquit, ſi homo ſimilis fuerit aliis entibus, & ipſe ipſius quidditatem propriam ſciret: ſcire ergo quidditatem, perinde eſſet, ac alias res neceſſariò ſcire: ſi enim diceret, eſſet eius ſubſtantia præter eius ſcientiam, pro inconuenienti habetur.

Deum ſcire ſe, & alia dupliciter poteſt intelligi.

Senſus eſt. Si homo communis, qui eſt ſimilis omnibus indiuiduis, cùm ſit eſſe omnium indiuiduorum, propriam ſuam intelligeret eſſentiam; indiuidua quoque ſub eo contenta, intelligeret omnia. Et hoc, inquit, patet valdè in artifice: quia eius ſubſtantia, qua differt artifex, non eſt aliud, niſi ipſum ſcire res finitas.

Scientia artificis duplex.

Senſus eſt: Si artifex conſideretur abſolutè; ſic certè ſcientia ſuipſius ab aliorum ſcientia differt in ſubiecto: at ſi conſideretur, in quantum eſt artificiatorum cauſa; ſic modo non autem ſubiecto differt à ſcientia, qua artificiata ab eo cognoſcuntur. Sed id, quòd dixit, ſcilicet, quòd ſcire ipſum idem, quod ipſum ſcire alia eſſe; neceſſariò affirmatio ſua, non autem affirmatio ſuipſius, & ſimiliter de negatione. q. d. Deus ſcit ſe, & alia, ergo affirmationem habet, & poteſt habere negationem, quoniam poteſt ſcire ſeipſum, & alia ignorare. Sequitur ergo negationem vnius, affirmationem eſſe, atque negationem. Si intendit, inquit, hoc, quòd ſcire ſeipſum idem eſt, quod ſcire alia; ſequetur, quòd quando ignoraret alia, ignoraret & ſeipſum: & quando ea ſciret, ſeipſum ſciret. Sed hoc eſt verum aliquo modo, & aliquo modo eſt falſum.

Scientia totius, & partis.

Quidditas namque hominis, ſcilicet in communi eſt ſcientia, aliquo nempè modo in ſubiecto, & ſcientia eſt ſcibilis, hoc eſt, ſcientia ſuipſius eſt indiuiduorum ſcientia. Differt verò aliquo modo, quoniam ſcire hominem in communi, perinde eſt, ac ſub vno eſſe omnes homines ſcire: non omnibus tamen modis, quia non indiuidualiter, & ſignatè. Quando ergo ignorat quoddam ſcibile, ignorat eius partem; & ſi fortè omnia ſcibilia ignoraret, ſeipſum totaliter ignoraret; quia ſcilicet natura hominis communis non eſt alia, quàm natura indiuiduorum. Remotio ergo huius ſcientiæ indiuiduorum ab homine, eadem eſt, quod remotio ſcientiæ hominis à ſeipſo: qui quando remouetur ſcibile à ſciente, quatenus ſcibile, & ſcientia ſunt vnum, & idem; remouetur etiam ſcientia hominis à ſeipſo. Remota ergo vna è ſubiecto ſcientia; ambæ remouebuntur: ſunt enim vnum ſubiecto, in modo autem differunt: vnus enim remotio, af-

De ſcien. Dei ſecú. Algaz. & Auer. & Auicen.

fert ablationem alterius. Quòd autem in modo differunt, oſtendit, dicens: Sed & id, quod eſt, inquit, in quantum differt à ſcientia, tunc differt ab homine, & non inſert remotio huius ſcientiæ ab homine, remotionem in ſcientia hominis in ſeipſo. Senſus eſt: remotio ſcientiæ indiuiduorum in modo, non remouet ab homine ſcientiam ſuiipſius, hoc idem eſt in indiuiduis. Non enim ſcire Petrum Guillermum, idem eſt, quod Guillermus. Et ideò Petrus ſcit ſeipſum, ignorans Guillermum: ſcientia tamen Petri non differt ſpecie à ſcientia Guillermi. Itaq; ſcientia Dei eſt vna quidem ſubiecto; duplex autem modo ſciendi: Non

Solutio rationis algazelis.

ergo valet ratio Algazelis: Illæ duæ ſcientiæ differunt; Deus ergo intelligendo ſe, non intelligit alia, aut è contrà.

Obiectio.

Dices, quòd licet Deus, vt prima omnium cauſa, & ſe, & alia intelligat; vt eſt tamen ens abſolutum, & primum; dubium eſt an in illo priori eodẽ modo ſe habeat: nam ſi ſe intelligat, & alia; vna eſt ergo ſui ſcientia, & aliorũ omnibus modis. Si verò ignorat alia, habebit ergo negationem, & affirmationem, id eſt, ſcientiam, &

Solutio.

ignorantiam aliorum, vt dicit Algazel. Dico cum Auerro. 12. met. Com. 51. quod non eſt natum per ſcientiam diſponi, nec etiam per ignorantiam, cuiuſmodi eſt Deus benedictus. Quare in illo ſigno, nec ſcit, nec ignorat alia: ſed bene non ſcit; non enim eſt inconueniens, Deum hoc modo ſcire ſe tantùm, & non ſcire alia: eſſet autem inconueniens ſi ſe ſciret, & ignoraret alia; cuius diſtinctionis fuit ignarus Algazel. Patet ergo, & ſe, & alia Deum

Aliud argumentũ Algazelis.

ſcire. Arguit iterum Algazel dub 2. Fortè, inquit, aliquis dicat, quod Deus ignoret alia prima intentione, cognoſcat verò ſecunda intentione, quia cognoſcit ſe eſſe principium totius. Sed impoſſibile eſt, quòd cognoſcat ſe eſſe principium totius, & non inferat pluralitatem in quidditate ſubſtantiæ: ſed eſt impoſſibile, quòd ſit in ſubſtantia pluralitas. Quando ergo dicunt, Deum ſe ſcire, quatenus eſt quoddam principium, eſt quædam euaſio: imò pertinet, quòd ipſe ſciat eſſe ſuiipſius. Senſus eſt: Deum ſcire ſe, prout eſt principium tantùm, & non abſolutè; eſt quædam euaſio, & non ſolutio vera: imò ad eum ſpectat, quòd ſuiipſius eſſe cognoſcat, idq; prima intentione: quòd autem ſciat ſe eſſe principium, ſine dubio aliquid ſignificat additum ſubſtantiæ diuinæ: etenim principatio eſt quid relatum ad ſubſtantiam, poſtquam ad inuicem differunt ſcientiæ. Poteſt igitur quodlibet iſtorum ſciri ſine alio: ſicut poteſt homo ſcire ſeipſum, ignorans quod cauſatur; quia ipſum eſſe cauſatum, eſt quid relatum. Similiter in Deo ſcientia, relationis differt à ſcientia

Reſponſio Auerro:

ſubſtantiæ: in illo ergo priori ſcit ſe, & alia ignorat. Ad hæc reſpondet Auer. aſſerens id in abſtractis inueniri non poſſe, vt ſcilicet ſcientia differat à ſciente: nam ſi id competit formæ in materia exiſtenti, vt per abſtractionem ſcientia ſit idem cum ſcibili, quantò magis formis competat, neceſſe eſt, quæ ſunt à materia liberæ? Non poteſt eſſe in diuina ſubſtantia pluralitas, intelligibilia enim ſunt veritates: intellectus autem eſt intelligibilis, igitur eſt rerum veritates: erit ergo in nobis intellectus, & intelligibile, quatenus eſt tale, vnum & idem.

Verba Auer:

Nos, inquit, dicimus, quod manifeſtè apparet ex philoſophorum concluſione, quòd ens incorporeum eſt in ſe pura ſcientia tantùm. Arguit poſtea à minori. Ipſi enim opinati ſunt, inquit, quòd formæ ſunt in ſcientes prout conſiſtunt in materia: etſi fortè inueniretur aliquid in materia non ſubſiſtens; manifeſtum eſt, quòd ſit pura ſcientia. Senſus eſt: Deus eſt forma à materia omni libera: igitur idem eſt in eo ſcientia, & eſſentia: non cadit ergo in Deum pluralitas eſſentiæ, ſiue compoſitio eiuſdem.

Tertiũ argu: Algazelis.

Arguit iterum Algazel: Si ſcientia Dei alia comprehendit præter ſeipſum, duo igitur habet ſcibilia ab inuicem differentia; iſtæ enim duæ ſcientiæ nõ ſunt vna, & eadem: ſcientiæ enim, teſte Com. 3. de anima, Com, 38. ſecundum naturas ſcibilium diuiduntur. Cùm autem eſſe Dei, & eſſe rerum ſint ſcibilia diuerſa, & genere, & ratione: erunt ergo ſcientiæ diuerſæ, & omninò incompoſſibiles: non ergo eſt vna, atq; eadem ſcientia Verba Algazelis. Dicitis, quòd ipſe Deus ſciat alia, ſecunda intentione: ſunt verba erronea. ſi enim fuerit eius ſcientia comprehendens alia præter eum, ſicut ſeipſum comprehendit: ergo duo habet ſcibilia ab inuicem differentia: nullatenus namq; dici poteſt, quòd hæ duæ ſcientiæ ſunt vna, & eadem.

Quod ſcientia Dei non ſit vna.

Et hoc non poteſt excuſari dicendo, quòd hoc eſt ſecunda intentione: non eſt in hoc niſi euaſio.

De ſcien. Dei ſecú. Algaz. & Auer. & Auicen.

uaſio. Modus autem ab eo non declaratur. Senſus eſt, apparet euaſio, ſed non eſt: quoniam diuerſorum ſcibilium ſecundum rem, & modum, diuerſæ ſunt ſcientiæ: poteſt autem bene eſſe vna ſcientia numero, & ſcibilia diuerſa, ſicut vna dicitur ſcientia Phyſica: quando verò ſcibilia, & numero, & re ſunt diuerſa: diuerſæ ergo omnibus modis erunt ſcientiæ. Sed eſſe Dei, & eſſe creaturæ, tum ratione, tum etiam re ſunt diuerſa: diuerſas ergo habent ſcientias. Verba Alg: Rurſus mirandum eſt, inquit, de illo, qui opinatur, quòd nulla ignorat, ſed putat ſe excuſare dicendo, quòd ea ſcit vniuerſali modo: & hoc nihil valet: vniuerſalia enim intelligit, & illa differunt ab indiuiduis, quæ infinita ſunt multitudine: ergo ſcientia dependens de tali pluralitate rerum, & ſcientia vniuerſalium ab inuicem differunt: Qualiter ergo dici poteſt vna omnimode? Auicenna ſic reſpondebat: Deus non ſcit indiuidua, non tamen ignorat, ſcit enim illa aliquo modo, nempe in vniuerſali: Tunc ille arguit, quarum cognitionum ſcibilia ſunt diuerſa, & ſcientiæ ſimiliter: ſed vniuerſalia, & ſingularia ſunt diuerſa, ſingularia enim ſucceſſiuè poſſunt eſſe multitudine infinita: diuerſæ ergo ſunt ſcientiæ: quomodo ergo erit vna ſcientia? Non ergo Deus, vna, atque eadem ſcientia vniuerſalia, & ſingularia intelligit.

Quod ſcientia Dei non ſit vniuerſalis cōtra Auic:

Auer: ſolutio.

Ad hæc reſpondet Auer. Deum intelligere ſe, & alia non tanquam diuerſa ſcibilia, alioqui intellectus diuinus aliunde, & ab extrinſeco eſſet perficiendus, quod nefas eſt dicere: ſed velut vnum ſcibile, vt pote ſuum eſſe, quod eſt eſſe aliorum. Non eſt impoſſibile, inquit, in ſcientia Dei vna & eadem exiſtente, quod retineat ſcibilium diuiſionem: neque enim eſt impoſſibile apud philoſophos, quòd ipſe Deus ſciat ſeipſum, & alia propter eum mobilia: Diuiſio tamen illa apud eos eſt impoſſibilis, quòd intellectus diuinus perficiatur ab intelligibili cauſato ab eodem intellectu. Si enim aliud præter eum intelligeret, illo modo, quo nos illud intelligimus, eſſet eius intellectus cauſatus ab intelligibili, cuius totum contrarium demonſtratiuè probatur. Pluralitas ergo ſcientiæ addita à philoſophis negatur; talis verò pluralitatis remotio in Deo benedicto, non eſt ſcibilium pluralitatis remotio. Quando ergo Algazel tranſtulit quæſtionem de pluralitate impoſſibili, ad ſcibilium pluralitatem, Sophiſticus fuit; quia ſecundū veritatem, numeratio ſcibilium, non eſt ſimilis numerationi in ſcientia humana. hæc Auer.

Quomodo eſt vnum ſcibile apud Deum.

Scientia Dei à ſciētia noſtra quantum differt.

Poſſet aliquis obiicere, ſi Deus vna ſcientia intelligit omnia: non ergo intelligit diuerſa. Ad quod dici poteſt, quòd ſi res conſiderentur, vt effectus, ſic abſque dubio ſunt diuerſa; effectus enim non continet cauſam: at ſi referantur ad cauſam, ſic ſunt idem. Quonam modo ergo Deus intelligit plura, & idem eadem ſcientia, patet. Sanè ſcientia humana poteſt eſſe multiplex, tum diuerſorum phantaſmatum ratione, tum etiam ſubiectorum diuerſitate: ſiquidem ſcibilia noſtra, ſi ad ſubiectum comparentur, in quo omnia ſunt vnum, eſt vnum ſcibile, ſi verò ad ſubiecta, per quæ ſunt vera; ſic, ſine dubio ſunt multa. Atqui in Deo ad diuerſa comparari non poſſunt; omnia enim ibi ſunt vnum, ob rationem vnius eſſentiæ, quæ eſt illorum cauſa: multa verò, quatenus illius cauſæ effectus nominantur. Amplius, ſcientia noſtra eſt potentialis, quippe, quæ non ſit per eſſentiam, ſed per rerum extrinſecarum rationem, proinde poteſt deficere: at ſcientia Dei eſt per eſſentiam ſuam: igitur nullum patitur ſui defectum, ſed eſt vna, atq; æterna.

Quomodo Deus intelligit ſingularia.

Arguebat Algazel, ſingularia à Deo minimè ſciri: Singularia, inquit, ſunt infinita, ſed intellectus non poteſt comprehendere infinita: igitur ſingularia à Deo non cognoſcuntur. Soluitur ab Auer. argumentum: Singularia, inquit, à noſtro intellectu comprehendi non poſſunt, quia ſucceſſiuè, & non ſimul illa ab eo intelliguntur. At Deus ſimul illa comprehendit, nempe per ſuam eſſentiam: igitur ſingularia à Dei intellectu cognoſcuntur.

Obiectio.

Dicis, ſi omnia ſcibilia in primi entis ſcientia vniri poſſunt: igitur ſcientia finita æqualis erit infinitæ: eandem enim vim haberent.

Solutio.

Dico, intellectum diuinum ſingularia intelligere, quatenus illorum eſt cauſa: ideóque nec infinitè, nec finitè, ſed modo ſuo peculiari nobis incognito. Cognoſcit ſiquidem ſingularia, quatenus eſt illorum cauſa: eſſe autem aliorum cauſam, eſt Dei eſſentiale: atq; ita, per ſuam eſſentiam cognoſcit omnia. Itaq; ſcientia Dei eſt ſimplex, vna, & in actu. Quando, inquit Auer: ibi, dub: 3. diſp: 6. pluralitas ſcientiæ hoc modo intelligitur:

& quælibet pluralitas à Deo eſt auſerenda; ſequitur, quod ipſius ſcientia ſit vna, & in actu: ſed de hoc clarè informari ab humano intellectu, eſt impoſsibile. Si hoc enim perfectè intelligeret; eſſet ſuus intellectus vnus & idem cum intellectu ipſius Dei benedicti. & quia ſcire particularia apud nos, eſt ſcientia in actu. Patet ergo, quod ſcientia Dei magis ſit propinqua ſcientiæ particulari, quàm vniuerſali: licet nulla ſit iſtarum, vt dictum eſt. hæc Auer: Sed dicet aliquis, ſi ſcientia Dei eſt per ipſius eſſentiã, cui reſpondet ſupremus gradus entis: eſt ergo vniuerſalis: quare ipſius ſcientia vniuerſali potius, quàm particulari erit magis propinqua, atq; ſimillima. Dico, in ſingulari duo contineri, actualitatem ſcilicet, atq; determinationem: eſt enim ſingulare, reſpectu vniuerſalis actualiſsimum, atq; determinatiſsimum, nulloq; modo potentiale, habet quoq; materialitatem. Itaq; Auer: voluit ſcientiam Dei eſſe ſingulari magis propinquam, quàm vniuerſali, quia eſt ſemper in actu ſimpliciſsima, & vna. hæc autem collecta ſunt ex diſputatione ſexta, dub: 1. 2. & 3. poſtea alia ſequemur.

Scientia Dei eſt magis propinqua ſcientiæ particulari

CAP. IIII.

Scientia Dei quid ſit ſecundum Auicennam, Algazelem & Auerroem. diſp. 6. dub. 4. & ſequent.

Admiratio Auicennæ.

PRoponit Algazel Auicennæ opinionem, atq; admirationem: Miratur, inquit, Auicenna qualiter concedimus remotionem pluralitatis à Deo, & poſtea concedimus, quod ipſe Deus ſciat alia entia præter eum: ſciens namq; perficitur ex ſuo ſcibili: vnde ſequeretur, quòd ſcibile Dei nobilius eſſet eò, quod eſt falſum. Senſus eſt, miratur Auicenna, nos affirmare, Deum non eſſe compoſitũ ex ſcientia, & ſcibili, & poſtea aſſerere, ipſum ſcire alia entia præter ipſum. Conceſſum eſt enim, Deum ſeipſum tantum ſcire, alia verò ignorare in propria forma: & illa aliquo modo ſcire, quia ſcit ſuam eſſentiam, quæ eſt illorum cauſa. Sed tunc Deus à ſuo ſcibili eſſet perficiendus: ſciens enim perficitur à ſuo ſcibili: omne autem perficiens, eſt nobilius perfecto, quod eſt erroneum, atq; falſum. Quare conatus fuit dictus Auicenna, inquit Algazel, opinari, quod ſcire Deum ſeipſum, & alia entia, idem eſt, quod eſſe eius, hoc eſt, quod ſcientia ſui, & aliorum ſit eſſe Dei, ideoq; non cadere in Deũ pluralitatem, laudans autem hanc Auicennæ opinionem ait: & de iſta conuerſione Auicennæ ad noſtram philoſophiam, à qua erat alienus, ſtupefacti ſunt philoſophi noſtri temporis. Vnde manifeſtè aſſerere poſſumus, quòd nulla ſecta philoſophorum, clarè de prædicto propoſito inuenire potuit veritatem, excepto Auicenna. Soluit Auer. Auicennæ argumentum: Nos, inquit, dicimus, quod reſponſio eorum verborum clariſsimè apparet in præcedentibus, videlicet, quòd ſi philoſophi opinati ſunt, quòd ipſe Deus ſciat entia modo, quo ſit vilior eis ſcibilibus; ſequitur, vt cauſatum non reducatur in cauſam, & nobilius, ſit vilius. Sed non cauent ſibi hoc modo philoſophi: ſed quod ipſe Deus ſciat entia modo nobiliori illo, quo nos ſcimus ea: noſtra enim ſcientia eſt cauſata à rebus; Dei verò eſt cauſa rerum, ideo non eſt ſimile. Sed qualiter poſsibile fuerit multiplicari ſcibilia in Deo benedicto, quæſtio eſt per ſe: & per hoc philoſophi ſibi non cauent opinando, quòd Deus non ſciat niſi ſeipſum, ſicut attribuit eis Algazel: imò propter id, quod dictum eſt, nempè quod Deus ſciat ſe, & alia, Auicenna inſudauit, vt medium inueniret inter ambas opiniones, ſcilicet quòd Deus ſciat ſe tantùm, & quòd ſciat ſe, & alia modo nobiliori, quo nos ſcimus. Et hoc ſatis patet ex dictis ſuis, videlicet, quòd ſcire Deum benedictum ſeipſum, & omnia alia entia mundi, idem eſt: licet iſtud ipſe non dicat ita clarè: hoc autem intereſt inter opinionem Auicennæ & Auer. licet idem quodammodo ſentire videantur, quòd ſcilicet putet Auerr: vnico actu ſciendi Deum & ſe, & alia ſcire: quatenus illa alia ſunt eadem in eſſe Dei: à parte enim Dei, entia ſunt eadem ipſo. Auicenna autem opinatus eſt, Deum. ſeipſum, & alia, vt

Opinio Auic.

Auerro. ratio contra Auicẽ.

Reprehendit Algazela

Differentiã inter Auerro. & Auicennam.

Scientia Dei eſt vna ſimplex & in actu.

ſunt

 Sciẽt. Dei ſecũd.Alg & Auer.

ſunt diuerſa,ſcire,idem eſſe: ſed à commentatore vocatur error acerrimus. Patet ergo quo-
modo ſe, & alia ſciat Deus benedictus. Dubio 5 proponit rationes,quas oppugnare, atq;
euertere conatur. Ait Algazel reſpondens pro philoſophis: Etſi aliquis diceret,quòd ipſe Argumenta
Deus ſcit ſe in eo, quòd eſt principium modo relationis: & ſcientia relatiuorum eſt vna; philoſop. po-
paternitas enim, & filiatio, ſimul & ſemel cognoſcuntur. Vnde ſicut hîc plures ſcientiæ nũtur ab Al-
vniuntur;eodem modo dici poteſt in Deo benedicto,videlicet,quòd ipſe ſcit ſeipſum prin- gazele.
cipium entium, & eſt vna, & eadem ſcientia: licet pluralitatem aliquo modo retineat.
Arguit Algazel dicens, non eſt vna,inquit, ſcientia relatiuorum: ſed potius tres,videli-
cet duorum relatiuorum,& quæ eſt relationis: ergo ſunt ſcientiæ diſtinctæ. Addit aliam
rationem,quæ talis eſt,quatenus cauſatum poſsibile eſt intelligi,eatenus profectò, & cau- Prima obie-
ſa: ſed cauſautum vnica ſcientia,cum ſua cauſa intelligi poteſt: & cauſa ergo ſimiliter: hoc ctio Algazel.
eſt enim, quod dicit. Rurſus, quomodo hoc intelligitur in vno cauſato relatiuo ſibi, & non
infert pluralitatem: ergo multiplicatio ipſius, ſiue illius, quod eſt in genere ſuo,non infert
pluralitatem. Contra hanc autem ſecundam rationem, iterum arguit: Quomodo, inquit, Secunda.
Deus ſcit ſeipſum,& genera ſingularia: & quod ipſe ſit ipſorũ principiũ? Adde,& quod
poſsibile ſit cauſatum ſeipſum, & cauſam intelligere vnica ſcientia. Infert ergo in cauſato Tertia.
pluralitatem,quia cauſatum ſeipſum intelligit, & cauſam ſcientia diuerſa. Subdit aliam
rationem: Amplius ad id, quod dicunt, videlicet, quòd ſi aliquis ſcit rem, ſcit ſine dubio,
quod ipſe ſcit eadem ſcientia: Dicimus, inquit, quòd non eſt ſic: imò ſunt duæ diſtinctæ.
hæc ille. Aduerſus cuius argumenta arguit Auer. dicens: Huius hominis verba hîc fuerũt Auer. ſoluit.
longa, & vt plurimùm dialecticalia. Ad primum autem argumentum ita reſpondet: Nos
dicimus,inquit,quòd hic error accidit ei aſsimilando ſcientiam humanam ad diuinam. Vn-
de dicimus, quòd quicunq; moueat dubium in diuina ſcientia, & perpendit illud ſoluere Ad primam.
per humanam ſcientiam; eſt manifeſtum,quod ille transfert indiuiduũ præſens,corrupti-
bile videlicet,ad indiuiduum æternum in duobus entibus in maxima diſtantia diſtantibus
videlicet in ſpecie,& in genere. Vnde & ſi de rebus inſenſibilibus, per ſenſibilia noſtra iu-
dicemus: errauit tamen Algazel,quia illa altiſsima,ſicut & noſtra,omninò ſe habere,pu-
tauit. Secunda verò prædictarum rerum fuit,inquit Auer. quòd nos ſcimus rem eſſe, & 2.
quòd ſcimus quod nos ſcimus eam, & non denominatione addita ſuper primam, quia pro-
cederetur ad infinitum. Sed nos dicimus, quod hoc nihil eſt: Quia ſatis patet quòd proce-
deretur ad infinitum, ſi aliquis ſciret rem,& ignoraret quod ipſe ſciret eam,& poſtea ſci-
ret ſe ſcire; & ex hoc innuetur ſecunda ſcientia; ideo non eſt poſsibile procedere ad in-
infinitum,ſicut putabat ipſe. Senſus eſt, homo ſcit rem, & ſcit ſe ſcire illam, & ibi eſt ſta-
tus per illam planè regulam,quæ ſcribitur 8. phyſ. Com. 46. Quando aliquid eſt tale per
aliud, eſt tale per ſe. In his ergo duabus concluſionibus peccauit Algazel. In ſexto au-
tem dubio ſic argumẽtatur Algazel: Quilibet homo,inquit,vel angelus cognoſcit ſeipſum Argumenta
& ſuum principium, & alia entia præter eum: vnde ſi ipſe Deus non ſciret,niſi ſeipſum,eſ- Algaze quod
ſet defectibilis reſpectu creaturarum humanarum, maximè angelorum: imò quod plus Deus ſciat ſe-
eſt: id quod videtur cognoſcere ſeipſum,nouit aliud extra ſe Et non eſt dubium quòd ſci- ipſum tantũ.
entia eſt nobilitas, & perfectio: & ignorantia contrarium modum habeat. Senſus eſt 1.
quàmuis ſcientia vilium, vt dicitur 12. met Com. 51. in re nobiliſsima ponenda non ſit; non
ob id tamen vileſcit eius intellectus,hæc inferiora intelligendo; quia ſcientia eſt perfectio,
& nobilitas, licet obiecta ſint ſenſibilia. Amplius, philoſophi ſunt conſueti dicere, quòd 2.
ipſe Deus eſt diligens, & quod habet mirabilem gloriam ſcilicet in ſubueniendo his, quæ
ab eo diliguntur. Vnde etiam mirandum eſt, qualiter poſſunt ei talia attribuere, poſito,
quòd ipſe ſit ſciens ſimpliciter, ſine quidditate ſcilicet differẽte ab eſſe. Quomodo ergo po-
terit eſſe ignorans omnia alia præter eum,cùm produnt ab eo? Qualis ergo differentia eſt
inter eundem Deum, & vnum hominem mortuum, niſi quod ipſe Deus ſeipſum nouit, &
cognouit,mortuus autem minimè? eſſet ergo vilior homine viuo, quia proximior mortuo,
quam viuo. Amplius dicamus quòd poſſumus eos compellere, vt concedant pluralitatem 3.

 in Deo

ex Algaz. & Auer. *in Deo benedicto. hoc modo videlicet, aut ſcientia Dei eadem eſt, quod ipſe Deus: aut dif-*
ferunt ad inuicem. Si differunt, ſtatim conceſſa eſt pluralitas in Deo: ſi autem ſint vnum,
Si ſcientia Dei eſt eadē, quod ipſe Deus. *& idem; qualis eſt ergo differentia inter hoc, & dictum dicentis, quòd ſcire hoc ipſum,*
idem eſt, quod ipſum? Sed hoc eſt ſumma fatuitas: homo namq; multoties eſſentiam ſui
ipſius ignorat, & ſcit, quod eſt poſtea, & tunc remouetur ab illa ignorantia. Et hæc dif-
ferunt ab inuicem ſine dubio. Et licet diceremus, quòd Deus ſcit ſeipſum, non ex hoc ſequi-
tur, quòd ipſe cum ſua ſcientia ſit compoſitus. Et ſi forte dicerent dicti philoſophi, quòd
ipſe Deus purus eſt intellectus abſq; alia ſubſtantia: Dicimus, quòd hoc eſt impoßibile: ſci-
entia enim intellectus denominatio quædam eſt, quæ ſubiecto ſine dubio indiget, vt in a-
lijs accidentibus reperiatur. Senſus eſt, omnis denominatio, atq; accidens additum intelle-
ctus, affert ſubiecto compoſitionem, ſicut manifeſtum eſt: ſed ſcientia eſt quædam intelle-
ctus denominatio, quæ ſubiecto proculdubio indiget: ergo compoſitionem dicit ſubiecti, in
Auerr. ſoluit argumenta. *quo ineſt. Reſpondet Auer. longo verborum ſermone præmiſſo: Deus benedictus, inquit,*
eſt purus intellectus, & nullatenus potentiam retinet, alioqui non eſſet cauſa prima. Quia
autem quodlibet purum, & nudum à potentia, apud veraces philoſophos, eſt neceſſariò in-
Scientia Dei principium mundi. *tellectus; oportet ergo quod prima cauſa neceſſariò ſit intellectus. Ex his autem percepe-*
runt, quòd ordo ex parte ipſius procedit à ſcientia Dei: illa enim eſt principium mundi, &
dat ſibi eſſe, & eſt ordo intelligibilis: & hoc ſine dubio taliter eſt difficilis comprehen-
ſionis. Verba ergo Alga. quibus reprehendit philoſophos, non ſunt, niſi ambages, ad com-
placendum rudibus hominibus. Ergo quando ipſe dixit, qualis eſt gloria entis ſimplicis, &
Ad primum argumentū. *abſq; ſcientia eius, quod ab eo procedit: Dicimus, quòd ſunt verba erronea, & abſurda: ſi*
enim philoſophi poſuerunt quidditatem nudam à ſubiecto: eſt ergo neceſſariò à denomi-
nationibus denudata. Non enim poteſt eſſe ſubiectum denominationū, niſi compoſita fue-
rit ex natura potentiæ, & ex natura actus. Ergo prima cauſa eſt quidditas abſoluta: &
omnia alia entia à prædicta quidditate, quidditatem habent. Dicta autem prima cauſa, eſt
ens ſciens omnia entia abſolutè: entia namq; eſſe habent, & ſunt intelligibilia, prout ipſe
Entia habent eſſe à ſcientia Dei. *ſeipſum ſcit. Poſtquam igitur vltima cauſa eſt: habent igitur entia eſſe, & ſunt intelligi-*
bilia ab eo, & ab ipſius ſcientia. Negant ergo philoſophi, quòd ſit ſcientia Dei in entibus
ſimilis humanæ ſcientiæ in eſſe. Scientia enim humana cauſatur ab entibus: ergo ſcientia
Dei in entibus opponitur ſcientiæ humanæ: atq; ita ſoluitur prima ratio Algazelis. Ad
2. *2. idem reſpondet: Rurſus, inquit, id, quod dixerat, qualiter poſſunt euadere &c. Dicimus*
quòd in iſtis verbis oſtendit ſuam fatuitatem, aut prauitatem: quædam enim denominatio-
nes ſunt digniores denominari de ſubſtantialitate, quando ſubſtantia per ſe exiſtens eſt in
actu: imò tantùm exiſtentiam in ſeipſis habent. Vnde modus eſſendi huius denominationis
Natura accidentium. *eſt contrarius modo accidentium. Radix namq; accidentium eſt, quòd ab alijs habeant ſu-*
ſtentationem, ideoq; indigent ſubiecto. hæc autem denominatio valde diſtat à natura ac-
cidentium. Non ergo ſcientia Dei, naturæ accidentium eſt comparanda. Ex his ergo, quæ
hac ſexta diſputatione oſtenſa ſunt, ſcientiam Dei eſſe vnam, ſimplicem, & ſemper in actu,
patet ſatis.

CAPVT. V.

Scientia Dei per ſacras oſtenditur ſcripturas.

Scientiæ Dei ſignificata. *QVamuis antiqua philoſophorum diligentia non parum laborauerit in proban-*
da oſtendendaq; Dei ſapientia, atq; ſcientia; non ita tamen clara nobis oſten-
ditur doctrina, vera, atq; ſecura, ac ex diuinis litteris: hanc ob cauſam illa-
rum oracula, mihi adducenda eſſe putaui; vt ſecurior via pateret legentibus.
Ceterùm ſcientia Dei in ſanctis ſcripturis, interdum eſt Dei approbatio, atq; commenda-
Pſalmo. 1. *tio, ſicut eſt illud ad Moyſen. Exo: Noui te ex nomine. & pſal. 1. Nouit dominus viam iu-*
ſtorum;

De ſcien. Dei ex ſacras ſcrip.

ſtorum, id approbat. aliquando verò pro vniuerſali cognitione accipitur, qua cuncta eminentiſſimè, perfectiſſimeq; nouit: de qua Dauid pſal. 138. non ſine admiratione loquitur: Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, ſiue per me, & eſt quando fit comparatio. ad quem ſenſum intelligendus eſt locus ille: Bonum eſt confidere in domino, quàm confidere in homine: quæ locutio eſt hebraica. Dicendum latine fuerat, Potius quam confidere. Similiter ſi dicere vellent, Deus eſt homine potentior, dicerent, Deus eſt potens præ homine. hoc eodem ſenſu dictũ eſt: Mirabilis eſt ſcientia tua præ me: id eſt ſupra me, excelſior me: confortata eſt, & non potero ad eam: hebraicè, exaltata eſt, præualet, antecedit: Et non potero ad eam: id eſt, cum illa nihil poſſum: Non poſſum illam ſubterfugere. Senſus ergo eſt: Tua, inquit, domine ſcientia, omnes humanas aſtutias vincit, omnes omnium notas habet cogitationes, nemo eſt, qui ſe ab ea queat abſcondere. Quò, inquit, ibo à ſpiritu tuo? & quò à facie tua fugiam? hoc eſt, quocunq; me vertam, tuam ſcientiam effugere non valeo. Ad hunc ſenſum intelligendum eſt illud, quod ſcribitur Iob. 36.

Mirabilis ſcientia tua ex me.

Iob. 36.

Ecce Deus magnus, vincens ſcientiam noſtram: Vincens, inquit Hieronymus, ſcientiam noſtram magnitudine ſcientiæ ſuæ, & altitudine iudiciorum ſuorum. Et cap. 5. Qui diſſipat cogitationes malignorum, ne poſſint implere manus eorum quod cœperant: Qui apprehendit ſapientes in aſtutia eorum, & conſilium prauorum diſſipat. Simile eſt in pſal. 32. Dominus diſſipat conſilia gentium, reprobat autē cogitationes populorum, & reprobat conſilia principum: conſilium autem domini in æternum manet. cogitationes cordis eius in generatione, & generationem. De bonorum verò cogitationibus loquens pſal. 9. ait: Præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Ex quo patet, ſcientiam Dei penetrare intima cordis: quemadmodum docet Apoſtolus ad heb: 4. Aſſerens Dei ſermonem penetrabiliorem eſſe omni gladio ancipiti, & pertingentem vſq; ad diuiſionem animæ, & ſpiritus, compagum quoq; atq; medullarum, & diſcretorem cogitationum, & intentionum cordis: & non eſſe vllam creaturam inuiſibilem in conſpectu eius: ſed omnia nuda & aperta eſſe oculis eius. Quamobrem, Iob in vltimo capitulo ſui lib: dixit: Scio domine, quia omnia potes; & nulla te latet cogitatio. Scrutatorem cordis & renum, latere quid poterit? ait Hieronymus. Quis eſt iſte, qui celat conſilium abſq; ſcientia? Id eſt, nemo poteſt abſcondere conſilium à conſcientia tua. Cap. 9. Dei ſcientiam commendans, ait: Sapiens corde eſt, & fortis robore: quis reſtitit ei, & pacem habuit? Qui facit magnalia, & incomprehenſibilia, & mirabilia, quorum non eſt numerus. Si venerit ad me, non videbo eam: ſi abierit, non intelligam. Huius autem ratio dicitur, atq; oſtenditur cap 11. Forſitan, inquit, veſtigia Dei comprehendes, & vſq; ad perfectum omnipotentem reperies? Excelſior cœlo eſt, & quid facies? Profundior inferno, & vnde cognoſces? longior terra menſura eius, & latior mari: ipſe nouit hominum vanitatem: & videns iniquitatem, nonne conſiderat?

5. Pſal. 32. 9. Heb. 4. Iob. 42. 9. 11.

Longior terra, latior mari.

Credimus, inquit, Hieronymus, quòd vbiq; eſt Deus: & intra eum omnia, quæ ab eo creata ſunt, continentur. his de cauſis felix à Salomone appellatur is, qui inuenit huiuſmodi Dei ſapientiam. Beatus vir, inquit, qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentia. Melior eſt acquiſitio eius negociatione auri, & argenti primi & puriſſimi fructus eius. Precioſior eſt cunctis opibus: & omnia, quæ deſiderantur, huic non valent comparari. Et cap. 8. ex perſona huiuſmodi ſcientiæ ſeu ſapientiæ diuinæ loquitur: Ego ſapientia habito in cōſilio, & eruditis interſum cogitationibus: meum eſt conſilium, & æquitas, mea eſt prudentia, mea eſt fortitudo: per me Reges regnant, & conditores legum iuſta decernunt: Per me principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam. Summa totius hæc eſt: ſine Dei ſcientia, omnia hæc vera non ſunt, & prodeſſe non poſſunt. Apoſtolus ad Colos: 2. Dicit omnes theſauros ſapientiæ, & ſcientiæ Dei eſſe in Chriſto abſconditos. Cuius verba ab Aug. 13. De trin: cap. 19. ita interpretantur. Hæc, inquit, omnia, quæ pro nobis verbũ caro factum, temporaliter, & localiter fecit, & pertulit, ad ſciētiam pertinent, non ad ſapientiā. Quòd autem verbum eſt ſine tempore ſine loco, eſt patri, & vbiq; totum, de quo ſi quiſq; poteſt, quantum poteſt veracem proferre ſermonem, ſermo ille erit ſapientiæ; ac per hoc

Prouer. 3. 8. Colos: 2.

Sapientia & ſcientia Dei quid.

verbum

Scien. Dei per ſacras ſcripturas
1. Cor. 12.

verbum caro, Chriſtus Ieſus, & ſapientiæ theſauros habet, & ſcientiæ. Et 1. Cor: 12. Vnicuiq; autem noſtrum datur manifeſtatio ſpiritus ad ſalutem: alij quidem datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, ſecundum eundem ſpiritum: ſi inter ſe diſtant hæc duo; vt ſapientia diuinis, ſcientia humanis attributa ſit rebus; vtrũq; agnoſco in Chri-

Scientia & ſapiencia noſtra Chriſtus.

ſto, & mecum omnes fideles, ait Auguſtinus. Scientia ergo noſtra, Chriſtus eſt: ſapientia quoq; noſtra idem Chriſtus eſt. ipſe nobis fidem de rebus temporalibus inſerit: ipſe de ſempiternis exhibet veritatem: per ipſum pergimus ad ipſum, tendimus per ſcientiam ad ſapientiam: ab vno tamen eodemq; Chriſto non recedimus. Nec iſta duo ita accipiamus, qua-

Scientia aliquando pro filio accipitur

ſi non liceat dicere, vel iſtam ſapientiam, quæ in rebus humanis eſt, vel illam ſcientiam, quæ in diuinis. loquendi enim latiore conſuetudine, vtraq; ſapientia, vtraq; ſcientia dici poteſt. Nullo modo tamen ſcriptum eſſet apud Apoſtolum, alij datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ; niſi & proprijs ſingulis nominibus, hæc ſingula vocarentur. Ex quo appa-

Ars omnipotentis Dei verbum Dei.

ret, quod hoc quoq; ſcientia Dei in ſcripturis haberi poteſt, vt ars quædam ſit omnipotentis Dei: ſicut etiam admonet Aug. lib: 6. de trin Verbũ Dei, inquit, eſt ars quædam omnipotentis, atq; ſapientis Dei, plena omnium rationum viuentium incommutabilium, & omnes vnum in ea, ſicut ipſa vnum de vno, cum quo vnum, vbi nouit omnia Deus, quæ fecit per ipſam. Et ideo cùm decedant, & ſuccedant tempora; non decedit aliquid, vel ſuccedit ſci-

Scientia Dei cauſa rerũ ex Auguſt.

entiæ Dei. Non enim hæc, quæ creata ſunt, & ideo ſciuntur à Deo, quia facta ſunt; ac non potius ideo facta ſunt, vel mutabilia, quia immutabiliter à Deo ſciuntur. Scientia ergo Dei, eſt cauſa rerum, ſecundum Auguſtinum. Ad Ro: 11. Videtur quoq; Apoſtolus ean-

O altitudo diuitiarum.

dem diſtinctionem ponere: O, inquit, altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. Ad priora tempora Apoſtolus reſpiciens, inquit Chryſo: prouidentemq; Dei diſpenſationem contemplatus, quàm prudenter, ac variè cuncta inſtituerit, obſtupuit, & exclamauit; vt certos faceret auditores, omninò quæ dixerat, ita fore. Quòd quidem hac in re profunditas ſit, cognouit, quanta verò ſit, non item. Admirantis quippe eſt hic ſermo, non omnia ſcientis. Admiratus eſt autem, quòd contraria per contraria curauerit: & vt dicit Ambroſius, quòd tam gentes, quàm Iudæos multifaria prouidentia acquiſiuerit ad vitam. Non ſolum enim ſciuit modum acquirendi; verùmetiam ſapientem modum inuenit. Quis nouit mentem Domini? aut quis conſiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Senſus eſt, ait Chryſo: Deus adeò ſapiens eſt, non hoc ab alio quopiam habet, ſed ipſe per ſe fons eſt bonorum: de ſuo copioſè omnia effundit: ſapiens eſt, nullius indigens conſilio. Iſtæ ſunt veræ diuitiæ, in omnibus exuperare, neq; alterius cuiusquam opera indi-

Conſiliũ Dei incõprehenſibile.

gere. Conſilium, inquit Ambro: Dei, à nullo comprehenditur, nec metitur; quia inferiora ſuperioris ſenſum ſcire non poſſunt. Quoniam autem in populi gentilis electione, Iudaici verò reprobatione, non ſolùm Dei prouidens circa res humanas diſpoſitio, verùmetiam æternum eius propoſitum demonſtratur; hac de cauſa, huiusmodi negotium, diuinæ ſapien-

Epheſ. 3.

tiæ ſcientiæq; profundum vocat Apoſtolus. Ad Eph: 3. claram huius rei memoriam reliquit: vt innoteſcat, inquit, principibus & poteſtatibus in cœleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei, ſecundum præfinitionem ſeculorum, quam fecit in Chriſto Ieſu domino noſtro. Angelis, vtpote ſpiritibus diuinioribus, Dei ſapientiam innotuiſſe, aſſeruit;

Scientia ſuper eminens.

nobis verò, quaſi inferioribus, & humanis, ſcientiam Dei eminentem conceſſit: Vt poſſitis, inquit, ſcire ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Chriſti agnoſcere nos vult charitatem, inquit Ambroſius, quia ſupereminẽtis eſt ſcientiæ, & ſubintelligitur humanæ, vt ſuper ſcientiam hominum habeatur dilectio Chriſti. Quis enim colligere poteſt myſterij huius charitatis rationem, vt & Deus hominis cauſa, homo naſceretur, deinde moreretur pro hominibus, pro ſeruis dominus, pro creatura creator, pro impijs pius? Propter quod ita dilexit nos? Aut vt quid noſtrum haberet, qui

2. Cor. 4.

nullius indiget? Nunquid non charitas hæc ſuper ſcientiam hominum eſt? 2. Ad Cor: 4. De hac eadem ſcientia loquitur. Quoniã, inquit, Deus, qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationẽ ſciẽtiæ claritatis Dei, in facie Chriſti Ieſu.

Ieſu. Hæc eſt ſcientia gloriæ Chriſti (ait Auguſtinus de baptiſmo paruulorum) quia ſcimus De ſcien. Dei ex ſa-
ipſum eſſe lumen, quo tenebræ noſtræ illuminantur. Sanè miſericordia Dei factum eſt, vt cris ſcrip.
de tenebris vocaremur ad lumen vitæ. Ad cor: 2. c. 10. Deſtruentes, inquit, omnẽ altitudi- Scientia glo-
nem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei. Euangelij doctrinam, Dei appellat ſcientiam, riæ Chriſti.
aduerſus quam humanarum militat altitudo ſcientiarum. Ad Phil: 3. Verùmtamen omnia Cor. 2. 10.
exiſtimo detrimentum eſſe, propter eminentem ſcientiam Ieſu Christi domini mei: propter Philip: 3.
quẽ omnia arbitror, vt ſtercora, vt Chriſtũ lucrifaciam & inueniar in illo. Omnibus, inquit,
Ambroſius, anteponenda eſt cognitio Chriſti. cuncta quæcunq; ſunt, nullius momenti du-
cenda ſunt, vt ad excellentiam ſapientiæ & ſcientiæ Chriſti peruenire contingat. De hac
ſcientia loquitur Iſaias 11. cap. Non nocebunt, neq; occident in vniuerſo monte ſancto meo, Iſaias. 11.
inquit, quia repleta eſt terra ſcientia domini, ſicut aquæ maris operientes. hæc eſt ſcien- Scientia do-
tia domini, ait Hieronymus, qua venenata prius animalia, mitia fiunt: ſicut aquæ, inquit, mini ſicut a-
maris operientes. Quomodo namq; aquæ maris, operiunt profunda maris; hoc eſt, terram, quæ maris.
quæ operta eſt fluctibus; ſic ſcientia Chriſti omnis terra complebitur. Qui autem eſſent
docendi huiuſmodi ſcientiam, cap. 28. clariſſimè pandit. Quem docebit ſcientiam, inquit, 28.
& quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte: auulſos ab vberibus. Qui, in-
quit Hieronymus, dignus eſt doctrinam domini, quis verbis ſaluatoris docentis: qui habet
aures audiendi audiat, vt quod auribus hauſerit, corde intelligat? Quinam ſunt illi? Ab-
lactati à lacte, auulſi ab vbere; qui nequaquam lacte nutriuntur infantiæ; ſed ſolido ve-
ſcuntur cibo; ij merentur audire ſcientiam Chriſti: quam Iudæi ira, & malitia ebrij au-
dire noluerunt. Oſeas 4. clamat, & dicit: Conticuit populus meus, eò quòd non habuerit Oſee. 4.
ſcientiam: quia tu ſcientiam meam repuliſti, repellam te & ego, ne ſacerdotio fungaris
mihi. Qui igitur non habent Chriſtum & eccleſiam, (ait Hieronymus) ij planè non habent
ſcientiam Domini: ideóque repelluntur à Domino; ne ſacerdotio fungantur ei. Etenim ſe-
cundum Malachiæ teſtimonium, 2. cap. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam: qui ergo Mala. 2.
ſcientiæ Chriſti, quæ eſt finis, & complementum legis, ignari ſunt, proculdubio ſacerdotis Ad Sacerdotẽ
dignitatem accipere non debent. Non dixit proferent (ait Hieronymus) ſed cuſtodient; vt pertinet ſciẽ-
loquantur tempore ſuo, dentq; conſeruis cibaria in tempore. Et legẽ requirent ex ore eius. tia Dei.
Ex [illegible] *aduertere licet, doctrinam legis & Prophetarum, aliud eſſe nihil, quàm ſcientiam*
Chriſti: quia finis legis Chriſtus in ſalutem omni credenti. Quando ergo ſermo incidit pro-
pheticus, ſcientiam Dei commendans, & Apoſtolicus ſimiliter, ad Chriſti vtiq; ſcientiam,
nempe ad ſacra Chriſti myſteria, quæ pro nobis geſſit in humanis conſiſtens, ſine dubio,
eſt referendus. Itaq; illi ſacerdotes, qui myſteriorum Chriſti nequaquam ſunt inſcij, ij, pro-
fectò paſtores veri cenſendi ſunt; quos Dominus ſe nobis daturum per Ieremiam promi-
ſit: Conuertimini, inquit, ad me filij reuertentes (ſiue vagi, & recedentes) dicit Domi-
nus; & dabo vobis paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientia, & doctrina, id eſt,
Apoſtolos, & Apoſtolicos viros (inquit Hieronymus) qui pauerunt plebem Domini ſci-
entia Chriſti, atq; doctrina. Quid ergo ſit ſcientia Dei in diuinis ſcripturis, & quis eius pe-
culiaris vſus, breuiter dixi.

CAPVT. VI.

Scientia, ſeu ſapientia Dei per ſacros Doctores demonſtratur.

Quoniam nobis intentio eſt, ea, quæ ad Dei noſtri laudem maximè faciunt (quo
ad nobis fas eſt) modis omnibus efferre, atq; laudantium ſententiis cumulare;
ideo poſt Philoſophorum ſententias, atq; ſanctarum ſcripturarum teſtimonia, Dionyſ. 6. de
ſacrorum authoritates Doctorum addere, conueniens eſſe iudicaui: vt ſic vn- diuin. nom.
dequaq; Dei ſapientia monſtretur admirabilis. Dionyſius Areopagita, cap: 7. de diuinis

Sciẽt. Dei ex doctoribus.

nominibus, mirabilia, & penè diuina de diuina loquitur ſapientia. Non ſolùm, inquit, eſt ſapientiæ exuberans Deus, & ſapientiæ eius non eſt numerus; ſed & ſupra ſermonem omnem, & mentem, & ſapientiam locatus, eminet. Intellexit mirabiliter hæc profectò diuinus vir communis noſter, noſtriq́ præceptoris Sol, qui ſtultum Dei, ſapientius hominibus dixit.

Paulus Præceptor Dionyſii.

Non modò quia humana mens omnis, firmitati, & ſtabilitati diuinarum, exactiſſimarumq́ intelligentiarum comparata, error quidam eſt; verùm quia etiam ſolenne theologis eſt, paßione reciproca, in Deo quæ ſunt, priuationis aſſerere. Ita & inuiſibilem aiunt ſanctæ literæ clarißimam lucem, eumq́, qui celeberrimus eſt, & qui multis inſignis nominibus eſt, ineffabilem, & ſine nomine appellant: præſentemq́ omnibus, & qui inuenitur ex omnibus, incomprehenſibilem, atq́ inueſtigabilem dicunt. hoc modo quoq́ diuinus Apoſtolus, ſtultitiam Dei laudare perhibetur, quòd in ea irrationabile indignumq́ videtur, ad ineffabilem, rationemq́ omnem præcellentem referens veritatem. Senſus eſt Dei ſapientia non ſolùm eſt exuberans, & amplißima; verùmetiam, id, quod à nonnullis ſtultum reputatur, nempe velle naſci, & mori pro homine, omnem creatam vincit ſapientiam:

Stultitia Dei quid?

hanc igitur irrationabilem, & amentem ſtultamq́ ſapientiam, eminentia ſingulari prædicantes dicamus, omnis ſenſus & rationis, omnisq́ ſapientiæ, & intelligentiæ authorem eſſe: ipſius eſſe omnium conſilium, atq́ ab ipſa omnem ſcientiam, atq́ intelligentiam profluere: ex ea intelligibiles angelicorum ſpirituum, intellectualesq́ virtutes, ſimplices, & beatas intelligentias habent, ſpiritualiter, vniceq́ intelligibilia diuina penetrantes: eſtq́ in eis ſpiritualis virtus, & operatio impermixta, & immaculata irradiata mundicia, contemplatioq́ue diuinorum ſenſuum indiuidua, & ſpiritualis, quæ auguſtiore illo ſingulari, ad diuinum, ac ſapientißimum, & ſenſum, & verbum, pro viribus formatur.

Sapientia Dei author omnis ſapientiæ.

Per diuinam item ſapientiam, & animæ ratiocinandi vim habent diſcurſione, & longo ambitu ad rerum veritatem annitentem, atq́ in eo ſingularibus illis ſpiritibus inferiores; quòd indiuiduis, atq́ omnigenis varietatis vtuntur ſignis. In eo verò, quod plurima in vnum colligant, intelligentiis quoque æqualibus angelis, quantum fas eſt animabus ad id aſpirare, illuſtrari promerentur.

homo quomodò æqualis, & inferior angelis.

Itaq́ diuina mens omnia continet, cunctis ſupereminet ſcientia, ſecundum omnium cauſam, omnium in ſe notionem ante complexa, priuſquàm angeli fierent, ſciens, angelosq́ue producens, & alia omnia in intimis, & ab ipſo (vt ſic loquar) initio noſcens, eaq́ ad ſubſtantiam ducens. Et hoc arbitror id ſignare, quod dicitur: Qui nouit omnia antequam fiant.

Nouit omnia antequã fiant

Non enim ex his, quæ ſunt, ea quidem diſcens diuina mens nouit; ſed in ſe, & ex ſe, ſecundum cauſam, omnium notionem, & ſcientiam, atq́ ſubſtantiam anticipat. Dei itaque ſcientiam, vnam eſſe, omnium creatricem bonorum, atq́ conſeruatricem, æternam, ſimplicem, manifeſtè Dionyſius declarauit.

Baſilius.

Baſilius ſcribens ad Gregorium theologum epiſt. 141. ait: Nihil latet veram Dei ſapientiam, nam per illam omnia ſunt condita. Nemo enim mortalis vſquam eſt, qui opus ſuum, quod fecit, ignoret. Et exponens illum Pſal. verſiculum 32. De cœlo proſpexit Dominus, vidit omnes filios hominum de præparato habitaculo ſuo: Eos, inquit, qui in propria manent animæ dignitate, & naturæ congruentia faciunt, cœleſtius, hoc eſt, supernè aſpicit Deus. Eos verò, qui ad extremum flagitiorum prolapſi ſunt, ſecus inuiſit, nempe deſcendendo. Deſcendam, ait Deus ad Abraham in Geneſi, an ſecundum clamorem, qui ad me venit, perfecerint.

Pſal. 32.

Conſidera è ſublimi deſpectantem, è cœlo res mortalium introſpicientem. Quocunq́ tandem perges, quocunq́ demum efficies opus, ſiue in tenebris, ſiue in diei luce; Dei oculum ſuperintendentem habes.

Dei oculus cuncta intuetur.

Et in principio prouerbiorum hom. 12. diffinit quid ſit ſapientia: Sapientia, inquit, eſt diuinarum, humanarumq́ rerum, & eorum, quæ rerum ſunt cauſa, ſcientia. Soli ergo Deo eſt vera ſapientia attribuenda, cui ineſt horum perfecta ſcientia. Vnde Apoſtolus ad Corint. loquens de hac ſapientia, ait: Sapientiam loquimur inter perfectos: ſapientiam verò non huius ſeculi, neque principum huius ſeculi, qui abolentur; ſed ſapientiam in myſterio abſconditam, quam præuidit Deus ante ſecula.

Sapientia quid ſit.

Cor. 1. 2.

Et qui in mundi conſtitutione, conditorem conſiderat, nouit & ipſe per mundi ſapientiam ipſum Deum. Sunt enim quidam ſapientiæ

Sapientia Dei ex mundo cognoſcitur.

ſermones

Scenitia Dei ex doctoribus.

ſermones ab initio genitæ, dum ipſa rerum creationi infuſa, ac permixta tacens clamat & videtur ſui conditorem Dominum, vt per ipſam, ad veri ac ſolius ſapientis cognitionem, facilè penetres. Per ſapientiã enim Dominus terram fundauit. Dominus, inquit, genuit me in initio viarum ſuarum. Dei itaq; ſapientia, eſt omnium rerum ſcientia, ac perfecta beatitudo.

Ambroſius.

Ambroſius exponens illud Pſal. 118. Propè es Domine, & omnes viæ tuæ veritas: ait: Deus omnibus adeſt, nec refugere eum poſſumus, ſi offendimus, nec fallere, ſi delinquimus, nec amittimus, ſi colamus. Spectat omnia Deus, omnia videt, aſſiſtit ſingulis, dicens: Deus appropinquans ego ſum. Et quomodo poteſt deeſſe alicui Deus, cùm de ſpiritu Dei legeris, Sap. 1. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum? Quia, vbi Domini ſpiritus, ibi Dominus Deus. Cœlum & terrã ego impleo, dicit Dominus, Ierem. 23. Vbi igitur deficit, qui impleat omnia? aut quomodo de plenitudine eius, Ioan. 1. omnes accepimus, niſi omnibus appropinquet? Demq; Dauid ſciens illum vbiq; eſſe, & implere cœlum, & terram, & maria, ait: Pſa. 138. Quò ibo à ſpiritu tuo? & quò à facie tua fugiam?

Deus penetrat omnia.

Quamobrẽ lib. officiorum 2. cap. 2. Deum appellat verum, perfectumque ſapientem. Deus, inquit, eſt iuſtus per omnia, ſapiens ſuper omnia, perfectus in omnibus. hæc tria, iuſtitia, ſapiẽtia, ſiue ſcientia, & perfectio, Deo verè, atq; propriè ſunt attribuẽda. Neq; enim recta eſſe poteſt veraq; iuſtitia ſine ſumma ſapientia, qua omniũ merita, atq; demerita appenduntur: neq; perfecta, atq; conſumata ſapientia, abſq; perfectionis ornamento. Deus ergo eſt ſapiẽs ſuper omnia.

Deus eſt perfectè ſapiens.

Hierony. in Oſeam cap: 4. dicit cum Propheta, non eſſe ſcientiam Dei in terra: Non eſt, inquit, veritas, non eſt miſericordia, non eſt ſcientia Dei in terra. Nec veritas, ait, abſq; miſericordia ſuſtineri poteſt: & miſericordia abſq; veritate efficit negligentes. Vnde alterum miſcetur alteri: quæ qui non habuerit, conſequenter, & Dei ſcientiam non habebit.

Hieronymus.

In principio epiſtolæ ad Titum, hanc Dei ſcientiam, cognitionem, ſiue ſcientiam pietatis appellat. Secundum ſcientiam, ſeu notitiam veritatis, quæ eſt ſecundũ pietatem: Eſt, inquit, veritas, quæ non habet pietatem. Si quis Grammaticam artem nouerit, vel Dialecticam, & habeat in ſua ſcientia veritatem: ſed non eſt ſcientia illa pietatis. Scientia pietatis, eſt noſſe legem: intelligere Prophetas: Euangelio credere: Apoſtolos non ignorare. hæc autem ſcientia in ſpe vitæ æternæ poſita eſt; quia ſtatim ei, qui ſe cognouerit, præmium tribuit immortalitatis. Abſq; hac ſcientia pietatis, delectat notitia veritatis ad præſens, ſed æternitatem non habet præmiorum.

Scientia Dei.

Scientia pietatis.

Et in caput Iſaiæ 55. Venite, emite abſq; argento, & abſq; vlla commutatione vinum, & lac. Increpat, inquit Hieronymus eos, qui ſequuntur ſapientiam ſecularem, & peruerſas Hæreticorum, ſimulataſq; doctrinas, & Phariſæorum traditiones, omnemq; falſi nominis ſcientiam, magnis pretiis, atq; labore continuos, in quibus nulla eſt ſaturitas. Ex quo oſtenditur eam ſectandam eſſe ſapientiam, quæ non eſt in foliis, ac flore verborum, ſed in medullis, ac fructibus ſenſuum, quæ non aurem præteruolat, ſed animum reficit. Quam, vt diſcamus, non tranſimus maria, nec magnis ſumptibus indigemus; ſed prope eſt verbum in ore noſtro, & in corde noſtro.

Quæ ſapiẽtia ſit ſectanda.

Et reuera, vt in cap: 2. Eccleſiaſt: profitetur, noſtra ſcientia, opinio potius, quàm ſcientia eſt appellanda. Tranſiui ad contemplandam ſapientiã, erroreſq; & ſtultitiam, ait Eccleſiaſtes. Quid eſt, inquam, homo vt ſequi poſſit regem factorem ſuum? Non enim puto, inquit Hiero: poſſe hominem tam liquidò, & purè ſcire ſapientiam creatoris, & regis ſui; quàm ſcit ille, qui conditor eſt. Itaq; & illa, quæ nouimus, opinari nos potius, quàm tenere, & æſtimare magis quàm ſcire: quod verum eſt. Nihilominus, & ſi non ita purè eſt in nobis, ſicut in rege noſtro, cuius ſcientia omnia videt; magnam tamen differentiam inter illam, & ſtultitiam eſſe cognoui: quantum poteſt diſtare dies à nocte, lumen à tenebris.

Sciẽtia noſtra eſt opinio.

Nihil autem Dei ſcientiam latere oſtendit in cap: 4. Zachariæ: Septem iſti oculi ſunt Domini, qui diſcurrunt in vniuerſa terra. Deum ſanè nihil latet: nam & præteritorum, & præſentium, & futurorum conſcius eſt: redditq; vnicuiq; ſecundum opera ſua. Et in Eccle: cap: 1. Deus benignus, & clemens, inquit, minimorum quoq;, & omnium recordatur. Et exponens illud Matthæi 10. Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt: Immenſam Dei, inquit, erga homines oſtendit

Nihil latet ſcientiam Dei.

Scientia Dei ex doctoribus. *prouidentiam, & ineffabilem ſignat affectum, quòd nihil noſtrum lateat Deum: etiam
parua, & otioſè dicta, eius ſcientiam non fugiant. Et in cap: Iſa: 29. Perdam ſapientiam
Iſa. 29. ſapientum, & prudentiam prudentium abſcondam: Væ qui profundi eſtis corde, vt à Do-
Gen: 3. 4. mino abſcondatis conſilium. Adam & Eua abſconderunt ſe ſub arbore, in qua erat ſcien-
tia boni & mali, putantes ſic ſe poſſe latère. Cain quoq; ait: Si eijcis me hodie à facie tua,
Amos 9. abſcondar: ſimili ſtultitia Deum arbitratus eſt, hæc omnia ignorare. Sed per Amos de
impiis dicitur: Si abſconderint ſe ab oculis in profundo maris; ibi mandabo Draconi, &
mordebit eos. Niſi ergo Dominus aduuerit ſcientiam noſtram, in vanum laborat, qui ſe
Aug: putat eſſe ſapientem. Auguſtinus lib: 11. de ciuit: Dei cap: 10. In ſcripturis ſanctis, in-
quit, dictus eſt ſpiritus ſanctus, ſapientia multiplex, Sap: 7. eò quòd multa in ſe habeat:
ſed quæ habet, hæc & eſt, & ea omnia vnus eſt. Neq; enim multæ, ſed vna ſapientia eſt,
in qua ſunt immenſi quidam, atq; infiniti theſauri rerum intelligibilium: omnes quoq; inui-
ſibiles, atq; incommutabiles rationes rerum, etiam viſibilium & mutabilium, quæ per i-
pſam factæ ſunt: quoniam Deus non aliquid neſciens, fecit: quod nec de quolibet homine
artifice rectè dici poteſt. Porrò ſi ſciens fecit omnia; ea vtiq; fecit quæ nouerat. Ex quo
occurrit animo quiddam mirum, ſed tamen verum, quod iſte mundus nobis notus eſſe non
Vna ſapiẽtia. poſſet, niſi eſſet: Deo autem niſi notus eſſet; eſſe non poſſet. Vult ergo Auguſtinus, noſtrā
Scientiæ Dei quidem ſcientiam, à rebus ortam eſſe: Dei verò cauſam eſſe rerum. Scientiæ ergo Dei ni-
nihil accedit ex rebus. hil accedit ex rebus genitis: quemadmodū idem docet lib: 2. ad Simplicianum, quæſt: 2.
Si autem, inquit, ſicut in ordine temporalium creaturarum, ita & apud Deum nondum
ſunt, quæ futura ſunt, ſed ea præuenit ſciendo. bis ergo ea ſentit, vno quidem modo ſecun-
dum futurorum præſcientiam, altero vero modo ſecundum præſentium ſcientiam. Ali-
quid ergo temporaliter accedit ſcientiæ Dei, quod abſurdiſſimum, atq; falſiſſimum eſt.
Et lib: 13. de Trin: cap: 13. Sed nunquid Deus Pater, de quo natum eſt verbum, de Deo De-
us, in illa ſapientia, quod eſt ipſe ſibi, alia didicit per ſenſum corporis ſui, quod eſt ei nullū,
alia per ſeipſum? ſiue aliunde ab aliquo, aut nunciis, & teſtibus, vt ea ſciret, indiguit? Non
Scientia Dei vtiq;: ad omnia ſcienda, quæ ſcit, ſufficit ſibi ſua perfectio habet quidem nuncios .i. An-
non indiget nuncijs. gelos, non tamen qui ei, quæ neſcit, annuntient; non enim ſunt vlla, quæ neſciat; ſed bonum
eorum eſt de operibus ſuis, eius conſulere veritatem: & hoc eſt, quod ei dicuntur nonnulla
nunciare, non vt ipſe ab eis diſcat; ſed vt ab illo ipſi, per verbum eius ſine corporali ſono
nuncient quod voluerit, ab eo miſſi, ad quos voluerit. Itaq; Deus vniuerſas creaturas ſuas,
& ſpirituales, & corporales, non quia ſunt, ideo nouit; ſed ideo ſunt, quia nouit. Non enim
neſciuit quæ fuerat creaturus. Quia ergo ſciuit, creauit. Nec aliter ea ſciuit creata, quàm
creanda. Non enim eius ſapientiæ aliquid acceſſit ex eis; ſed illis exiſtentibus ſicut opor-
Scientia Dei tebat, & quando oportebat, illa manſit, vt erat. Ita ſcriptum eſt in libro Eccleſiaſtico,
ſemper eſt e- cap. 23. Antequàm crearentur omnia nota ſunt illi: ſic & poſtquam conſumata ſunt, ſic
adem. ei nota ſunt: longè ergo huic ſcientiæ, ſcientia noſtra eſt diſſimilis. Quæ autem ſcientia Dei
Scientia Dei, eſt, ipſa & ſapientia; & quæ ſapientia, ipſa eſt eſſentia, ſiue ſubſtantia; quia in illius na-
eſt ſubſtantia turæ ſimplicitate mirabili, non eſt aliud ſapere, quàm eſſe: ſed quod eſt ſapere, hoc eſt
Dei. & eſſe. Noſtra verò ſcientia, in rebus plurimis propterea & eſt amiſſibilis, & receptibi-
lis; quia non hoc eſt nobis eſſe, quod ſcire, vel ſapere: quoniam eſſe poſſumus etiam ſi ne-
ſciamus, neq; ſapiamus ea, quæ aliunde didicimus. Hæc Auguſtinus. Ex quibus animad-
uertimus, quas antea recitauimus proborum philoſophorum ſententias, imitatum fuiſſe,
veramq; deniq; ſcripturarum authoritatem: Dei enim ſcientia eſt cauſa rerum, ſimplex,
vna, æterna, omnium ſcientiarum principium, vera, immutabalis.*

QVAESTIONIS SECVNDAE CAP. I.

Scientia ſecundum Theologos oſtenditur.

De ſcien. Dei ex theologis.

IN alio Pymandri libro diſputando oſtendi ſatis, quomodo intellectus diuinus intelligat alia à ſe, & quonam modo in mente diuina ſint æternæ rationes, quibus diſtinctè rerum quidditates cognoſcit. Demq; quòd intellectus diuinus infinita intelligat. Cùm igitur hæc ita ſe habeant; nonnulla mihi adducenda ſunt, quæ huic negotio vtilia, atq; neceſſaria eſſe iudicaui: atq; inprimis in Deo ſcientiam inueniri demonſtrabo.

In Deo eſſe ſcientiam.

Sciens, ſeu cognoſcens in hoc à non cognoſcente, diſtinguitur; quòd non cognoſcens ſuam tantùm formam habeat: cognoſcens autem aptitudinem habet alterius formæ recipiendæ; atq; ex hoc ampliorem, latioremq́ habet naturam: ille verò ſtrictiorem, magiſq́ arctiorem. Suffragatur huic ſententiæ illud philoſophi 3. de anima. Anima, inquit, eſt quodammodo omnia: quippè quæ omnium poteſt ſimilitudinem recipere: formæ autem coarctatio eſt per materiam: proinde, & quò magis fuerint materiales, eò magis ad quandam infinitatem accedunt. Itaq; alicuius rei immaterialitas, ratio eſt illi cognoſcendi, ſiue vt ſit cognoſcitiua, modumq́ immaterialitatis, modus vtiq; inſequitur cognitionis: plantis namq;, ob ipſarum materialitatem, deeſſe modum cognoſcendi in 2. de anima, liberè philoſophus profitetur: ſenſum verò eſſe cognoſcitiuum, quia nimirum ſpecies ſine materia recipere valet. Quam ob cauſam hæc virtus cognoſcendi efficacior, atq; amplior in intellectu inuenitur humano, quia longè magis abeſt à materiæ mixtione.

Ratio cognoſcendi quæ ſit

Adde, quòd cognoſcens eſt ipſum cognitum actu, vel potentia, materia verò nunquam, atq; nullo modo eſt ipſa forma: Inde fit, teſte Comment: 3. de anima, Com. 5. vt cognoſcens, & cognitum ſint magis vnum, quàm materia & forma. Sanè, ex intellectu, & re intellecta, non fit aliquod tertium, ſicuti ex materia, & forma.

Cognoſcens & cognitum ſiunt vnum.

Ad hæc accedunt, quòd vnumquodq; operatur ſecundum quod eſt in actu, vt ſcribitur 3. phyſ. 24. & quòd cognitum ſit principium ſpecificatiuum cognitionis 12. met: ex quibus habetur, quòd cùm cognoſcens, ſufficiens eſſe debeat propriæ operationis principium, quandoquidem id omnibus commune ſit perfectis naturis; oportet, vt illius, cuius eſt cognoſcitiuum. ſit etiam ſpe- [illegible]iuum principium. Demq; 2. cœli tex. Com. 17. ſcribitur, quòd vnumquodq; eſt tale [illegible]pter ſuam operationem: igitur natura cognoſcitiua eſt talis ſecundum ſe, ſuamq́ operationem. Cùm igitur Deus ſit immaterialis omninò: eſt ergo ſumme perfectiſsimè cognoſcens, & conſequenter conſumatiſsimæ ſcientiæ.

Quare Deus cognoſcit.

Ex hoc etiam ſequitur, Deum ſe per ſeipſum intelligere: quæ enim ſunt Dei nemo nouit, niſi ſpiritus Dei. Sanè, quàmuis in operationibus, quæ in effectum tranſeunt exteriorem, operationis obiectum, quod vt terminus ſignificatur, eſt aliquid extra operantem. Secus autem res ſe habet in operationibus, quæ non ſunt extra operantem: in his profectò, obiectum extra operantem non inuenitur: vnde ſecundum quòd eſt in eo, ita certè, & operatio ipſius inuenitur in actu: intelligibile enim in actu, & intellectus ſimiliter in actu. Ex hoc enim aliquid in actu ſentimus, vel intelligimus, quòd noſter intellectus, ſiue ſenſus ſpecie aliqua ſenſibili, ſiue intelligibili informetur in actu. Vnde fit, vt vterq; iſtorum, quia eſt in potentia, à ſenſibili aliud ſit, atq; intelligibili.

Deus intelligit ſe.

Quare, cùm Deus ſit actus puriſsimus, nihil potentialitatis habens: in ipſo ergo Deo, intellectus & res intellecta ſint idē, neceſſe eſt omninò. vnde fit, vt neq; ca[illegible]at ſpecie intelligibili, ſicut accidit intellectui in potentia exiſtenti: neq; ipſa ſpecies intelligibilis ſit aliud à ſubſtantia diuini intellectus ſeipſum intelligentis: Sicuti noſtro accidit intellectui, ſed ſit ipſemet diuinus intellectus. Ex quo, ſeipſum à ſeipſo intelligi, patet ſatis.

Deus eſt actus purus.

Cùm ergo res ita ſe habeat; igitur non ſolùm ſeipſum intelligit, ſed comprehendit etiam: omne enim, teſte Auguſt. lib. 83. quæſt. quod ſe intelligit, ſeipſum quoq; comprehendit. Et reuera, tunc aliquid comprehendi dicitur, cùm ipſius finem cognitionis attigerit: quod plenè tunc fit; quando res ita perfectè noſcitur ac eſt cognitu poſsibilis. Ad hunc modum aliquam propoſitionem demonſtrabilem comprehendi confitemur, quando nimirum per demonſtrationem, non autem per aliquam probabilem cognoſcimus rationem. cùm autem Deus ſeipſum perfectè cognoſcat, quantum eſt perfectè cognoſcibilis, quippè cùm vnumquodq; ſit cognoſcibile ſecundum modum ſui actus: Deus autem, vt dixi, eſt actus puriſsimus:

Deus ſeipſum cōprehendit.

De ſcien. Dei ex theologis.

mus: igitur perfectiſſimè ſe cognouit, ſiue cognoſcit: ac proinde ſeipſum perfectè compre-
hendit. Quod cùm ita ſe habeat, abſq; dubio, intelligere Dei, eſt eius ſubſtantia: Deo enim
hoc eſt eſſe (teſte Auguſt. 7. de Trin.) quod ſapientem eſſe: hoc autem eſt ſapientem eſſe,
quod intelligere. Sed eſſe Dei, eſt eius ſubſtantia: intelligere ergo Dei, eſt eius ſubſtantia:
alioqui aliquod aliud eſſet actus, & diuinæ ſubſtantiæ perfectio: ad quam, ſicut potentia
ad actum, ita ſe haberet diuina ſubſtantia: quòd certè fieri non poteſt. Intelligere profectò,
eſt perfectio, & actus intelligentis. Etenim intelligere, non eſt actio ad aliquod progre-
diens extrinſecum; ſed manet in intelligente, ſicut eiuſdem actio, atq; perfectio; quatenus
ſcilicet eſſe eſt perfectio exiſtentis. Profectò, quemadmodum eſſe conſequitur formam,
ita planè intelligere ſpeciem intelligibilem: Dei autem forma eſt eſſe eiuſdem; & ſua ipſi-
us eſſentia ſpecies intelligibilis: igitur intelligere Dei, eſt eius eſſe, atq; ſubſtantia. Itaq;
in Deo eſt ſcientia, quæ eſt vera ipſius ſubſtantia, ſeipſum quoq; intelligit perfectè, atque
comprehendit, Deniq; ſuum intelligere, eſt ſuum eſſe, & ſubſtantia. Sed arguet aliquis
contra prædicta, dicens, ſcientia eſt habitus, qui Deo tribui non poteſt, eſt enim medius
inter potentiam, & actum: Deus autem eſt purus actus: in Deo ergo non eſt ſcientia.
1. Sanè, ſcientia eſt habitus concluſionum; eſt ergo cognitio, ex principiorum cognitione
producta: Sed in Deo tale aliquid inueniri non poteſt: ergo quod prius. Adde, quòd o-
mnis ſcientia eſt vniuerſalis, vel particularis: quarum neutra Deo eſt tribuenda: in Deo er-
2. go non eſt ſcientia. Amplius, ſi Deus ſciret ſuam eſſentiam, extra ſe egrederetur, atq; mo-
ueretur: omnis enim ſciens, vt dicitur in lib. de cauſis, eſſentiam ad ſuam quoq; redit eſſen-
tiam reditione completa. Sed Deo non conuenit ad ſuam redire eſſentiam, cùm illam nun-
quam egrediatur: igitur Deus ſeipſum non intelligit. Reuera, intelligere eſt quoddam pati,
& moueri 3. de anima: ſcientia quoq; eſt quædam aſſimilatio ad rem ſcitam, & ſcitum eſ-
ſet perfectio ſcientis: Sed nihil, teſte Hilario, mouetur, patitur, aut perficitur à ſeipſo,
neq; eſt ſimilitudo ſibi ipſi: Ergo quod prius. Ad hæc accedit, quòd nos ſumus Deo ſimi-
les ſecundum intellectum, ſed noſter intellectus non intelligit ſe, vt dicitur 3. de anima, niſi
alia intellexerit: Igitur Deus non intelligit ſe, niſi fortè alia intelligendo. ſed dictum eſt,
3. Deum intelligere ſeipſum per ſeipſum: ſeipſum ergo Deus non intelligit. Item, quòd ſei-
pſum comprehendit, teſte Aug. lib: 83. quæſt. eſt ſibi finitum: ſed Deus eſt omnibus mo-
dis infinitus: ſeipſum ergo nequit comprehendere. Quòd ſi dixeris, Deum nobis quidem in-
finitum, ſibi verò finitum eſſe. Contrà, res veriores ſunt apud Deum, quàm apud nos. Qua-
re ſi ſibi eſt finitus, nobis autem infinitus; profectò verius eſt eum finitum, quàm infinitũ
4. eſſe: quod eſt falſum, ſicut ſæpè oſtendi. Amplius, intelligere Dei non eſt eius eſſe: ſi-
quidem intelligere, eſt quædam operatio, quæ procedit ab operante: ſed ſubſtantia Dei nõ
procedit ab aliquo alio, cùm ſit ipſa omnium prima: igitur intelligere Dei, non eſt ſui i-
pſius ſubſtantia. Cùm aliquis præterea intelligit ſe intelligere, hoc non eſt aliquod magnũ
intelligere, aut principale intellectum; ſed quoddam ſecundarium & acceſſorium intelli-
gere. Quare, ſi Deus ſit ipſum intelligere: non erit profectò aliquod magnum intelligere
Deum: ſed potius ſicut cùm intelligimus intelligere: quod eſt falſum. Adde, quòd omne
intelligere, eſt aliquid intelligere. Cùm ergo Deus intelligat ſe, ſi ipſemet non eſt aliud,
quàm ſuum intelligere: non ergo ſe intelligit: at ſi eſt aliud, ſic vtiq; daretur proceſſus in
infinitum: nam ſi intelligere, eſt aliud intelligere, & illud iterum aliud: & ſic in infinitũ,
1. quod eſt falſum. Dei ergo intelligere, non eſt ipſius ſubſtantia. Reſpondeo ad primum,
atq; dico, in Deum non cadere aliquam qualitatem; ideoq; Dei ſcientiam eſſe illius ſubſtã-
tiam, ſicut hactenus probaui. Ad confirmationem dico, quæ in creaturis diuiſim haben-
tur, in Deo ſimpliciter, atq; vnitè inueniri. homo enim ſecundum diuerſa cognita, diuer-
ſas habet cognitiones: intelligentiam ſiquidem, quatenus principia intelligit, ſcientiam ve-
rò ob concluſionum notitiam: ſapientiam autem, quia circa altiſſima verſatur: prudenti-
am quoq; & conſilium, quoniam agibilia percipit. Porrò hæc omnia ſimplici, & vna co-
gnitione à Deo cognoſcuntur: omni illarum imperfectione abiecta. Ad aliam quoq; con-
firmatio-

Marginal notes: Intelligere Dei eſt eius ſubſtantia. — Argumenta contraria. — Soluuntur Argumenta. — Intelligentia. Scientia. Sapientia. Prudentia. Conſilium.

De ſcientia Dei ex theologis

firmationem dico, ſcientiam eſſe ſecundum modum cognoſcentis: ſcitum verò eſſe in ſtiẽte
ſecundum modum ſcientis. Cùm autem diuinæ eſſentiæ modus, ſit altior modo, quo huma-
næ ſubſiſtunt creaturæ: non habet ergo diuina ſcientia creatæ ſcientiæ modum: propterea
ergo nulla illius conditio ei tribui poteſt. Ad 2. dico, Redire ad ſuam eſſentiam, perinde 2.
eſſe, ac rem in ſeipſa ſubſiſtere: forma enim quatenus materiam perficit, dum ei eſſe lar- Quid ſit redire ad ſuam eſſentiam.
gitur, ſupra ipſam quodammodo effunditur: quatenus verò eſſe habet in ſeipſa; in ſeipſam
vtiq; redit. Virtutes igitur cognoſcitiuæ, quæ non ſunt ſubſiſtentes, ſed aliquorum actus
organorum, ſeipſas cognoſcere nequeunt, ſicut licet in ſingulis conſpicere ſenſibus: virtu-
tes autem cognoſcitiuæ per ſe ſubſiſtentes, ſeipſas cognoſcunt. per ſe autem ſubſiſtere pro-
priè Deo competit. Quam ob cauſam ad ſuam ipſius redire dicitur eſſentiam. Ad con- Intellect⁹ poſſibilis eſt vltimus in ordine intelligibilium.
firmationem reſpondeo, quòd moueri, & pati in hoc æquiuocè ſumantur: quatenus ſcili-
cet, ſicut dicitur 3. de anima, intelligere dicitur quoddam moueri, vel pati. Etenim intel-
ligere non eſt motus actus imperfecti, ab alio in aliud procedens; ſed eſt actus perfe-
cti exiſtens in ipſo agente, intellectum verò ab intelligibili eſſe perficiendum, eiq; aſsimi-
landum, intellectui tribui debet in potentia exiſtenti: in quo non ſunt idem intelligens, &
intellectum, atq; ſpecies intelligibilis. cùm autem intellectus Dei ſit ſemper purus actus,
nihil illorum ei eſt tribuendum. Ad confirmationem dico, in ordine intelligibilium non
ſecus habere intellectum noſtrum poſsibilem, ac materiam primam in rerum naturalium
ordine: eſt enim in potentia ad intelligibilia, ſicut prima materia ad naturalia. Ex quo
patet, intellectum noſtrum poſsibilem, intelligibilem, niſi per alicuius ſpeciem intelligi-
bilem habere operationem non poſſe. Intelligit ergo ſeipſum, & alia, intelligibili ſpecie
intellecta. Proinde cognoſcens intelligibile, intelligit ipſum intelligere: & per actum co-
gnoſcit potentiam intellectiuam. Deus autem, quoniam tam in ordine exiſtentium, quàm
intelligibilium, eſt actus puriſsimus; ideò ſeipſum per ſeipſum intelligit. Ad 3. compre- 3.
hendere propriè ſignificat aliquid habens, atq; alterum includens: & ita omne comprehẽ-
ſum, eſt finitum, ſicut etiam omne incluſum. Verùm huiuſmodi modus Deo tribui non po-
teſt: quippè qui ſeipſum comprehendit, non quaſi intellectus ſuus ſit aliud à ſeipſo, ipſumq;
capiat, & includat; ſed huiuſmodi locutiones ſunt potius per negationẽ exponendæ. Ete-
nim quemadmodum Deus dicitur eſſe in ſeipſo; quia nimirum à nulla re extrinſeca conti-
netur; ita planè dicitur à ſeipſo comprehendi, quia nihil eſt ſui, quod ipſum lateat. Ad
confirmationem, Deus dicitur ſibi finitus, per quandam proculdubio proportionis ſimilitu-
dinem; quòd ſcilicet ſicut ſe habet aliquod finitum in non excedendo intellectum finitum;
ita planè ſubſtantia diuina ad intellectum diuinum, in quibus eſt par virtus & intelligen-
tis, & rei intellectæ. Ad 4. Iam patet, intelligere non eſſe operationem extra operantem, 4.
exeuntem, ſed in ipſo potius intellectu manentem. Ad confirmationem negatur ſimilitu-
do: intelligere enim diuinum eſt ſubſiſtens: noſtrum autem leue, & citò tranſiens: pro-
pria cùm illud percipimus, non aliquod magnum intelligimus. Ad aliam confirmationem
ſimiliter eſt reſpondendum: ſiquidem intelligere diuinum in ſeipſo ſubſiſtens, non eſt al-
terius, ſed ſuipſius: ideoq; non oportet in infinitum procedere. Quomodo ergo intellige-
re diuinum ſit ſuum eſſe, & intelligat, atq; comprehendat ſeipſum: dixi.

CAPVT II.

Scit Deus alia à ſe per ſuum, & non aliorum eſſe.

POſtquam oſtendi in Deo ſcientiam eſſe, quæ eſt ſua eſſentia, & quòd ſeipſum
intelligat, & comprehendat quodq; ſit ſuum intelligere; rationi conſentaneũ
eſſe puto, vt quomodo alia intelligat, ad mentẽ Theologorum diſputẽ; præſer-
tim cùm non vna fuerit omniũ ſententia. In primis autem dico, Deum alia à Deum ſcire alia à ſe per ſuum eſſe.
ſe cognoſcere: ſeipſum namq; ſuamq; virtutem perfectè intelligit, & cogno-

ſcit; alio-

De ſcientia Dei ex theologis

ſcit, alioqui perfectum eſſe non haberet: Suum quippe eſſe, eſt ſuum intelligere. Ea ergò intelligit, ad quæ ſua virtus ſeſe extendere valet; aliter ſua virtus perfecta dici non poſſet. Sed virtus diuina ad alia à ſe porrigitur, & extenditur, vtpote prima omnium cauſa: Omnia ergo alia à ſe intelligit. Adde, quòd intelligere ſit eſſe primæ cauſæ: omnes ergo effectus in ipſa prima cauſa exiſtentes, in eius vtiq; ſunt intelligere. Igitur ſunt in ea modo intelligibili: quia vnumquodq; eſt in altero, eius certè modo, in quo eſt. Itaq; patet, quomodo Deus per ſuam eſſentiam, tanquam per obiectum eminenter continens omnia, cognoſcit alia omnia à ſe: Nunc reliquum eſt ſcire modum, quo Deus hæc omnia cognoſcit. Porrò, bifariam aliquid cognoſci dicimus: vno quidem modo in ſeipſo, quando ſcilicet per propriam, ipſi cognoſcibili adæquatam cognoſcitur ſpeciem: Sic oculus videt hominem per ſpeciem hominis. alio verò modo, quando videtur per ſpeciem continentis: quemadmodum pars videtur in toto, per ſpeciem totius: vel homo in ſpeculo per ſpeciem ſpeculi: aut quocunq; alio modo contingat aliquid in alio videri. Cùm igitur Deus ſeipſum videat in ſeipſo, quia ſcilicet per ſuam ſe eſſentiam videt: Alia ergo à ſe videt, non in ipſis quidem, ſed in ſeipſo; in quantum ſua eſſentia, aliorum ab ipſo ſimilitudinem continet. Sanè, ſi per ſpeciem ſibi adæquatam, hoc eſt, per ſuam eſſentiam, & ſe videt, & alia à ſe: igitur alia à ſe, non in ſeipſis, ſed in ſeipſo videt. Putant rudiores in eſſentia diuina omnia cum quadam diſtinctione contineri, ac imagines, quæ in ſpeculo apparent: Sapientiores verò docent indiſtinctè, & eminenter, veluti effectus in cauſis eminentibus in diuina eſſentia contineri omnia; ſic tamen perfectè, ac ſi diſtinctè continerentur: hoc autem ita ſe habere, natura cauſarum oſtendunt. Diuina ergo eſſentia mediante ſeipſa, vt obiecto, alia repræſentat: habet ſe enim ad illa, ſicut ſpecies cauſæ ad effectus, ad quos cauſa huiuſmodi ſeſe extendere valet. Deus ergo per ſuam eſſentiã cognoſcit omnia, idq; propria cognitione: nõ in cõmuni, in quantũ ſunt entia. Sicut enim ignis, ſi cognoſceret ſeipſum, vt eſt principiũ caloris; naturã vtiq; caloris cognoſceret, atq; alia omnia quatenus calida ſunt; ita plane Deus, inquiunt, in quantum ſe cognoſcit, vt principium eſſendi, entis cognoſcit naturam, & alia omnia, in quantum ſunt entia. Sed hoc Dei cognitioni minimè eſt tribuendum: ſiquidem huiuſmodi cognitio in communi tantùm, & non in ſpeciali imperfecta reputatur. Quam ob cauſam dum intellectus noſter de potentia in actum migrat vniuerſalem, confuſamq; de rebus cognitionem prius recipit, deinde ad propriam rerum notitiam peruenit, de imperfecto ad perfectum procedendo, ſicut docet philoſophus lib. primo phyſicorum. Quare, ſi Deus, in communi, & non in ſpeciali cognoſceret entia; proculdubio ipſius intelligere eſſet imperfectum, & conſequenter eius eſſe: idem enim ſunt: ſed hoc eſt falſum, ſicut in multis locis probatum eſt. Omnia ergo propria cognitione cognoſcit: non ſolùm quatenus communicant in ratione entis, verùm etiam, quatenus vnum ab alio diſtinguitur. Nec valent illorum exempla, quibus nonnullos vſos fuiſſe legimus, quòd ſcilicet Deus per vnum multa cognoſcit: exempli gratia, ſi cẽtrum cognoſceret ſeipſum; omnes quoq; ab eo exeuntes cognoſceret lineas; ſiue lux ſi ſeipſam cognoſceret, omnes quoq; colores eſſet cognitura. Hæc ſiquidem exempla, etſi aliquid habeant, quod ſit admittendum, nempè vniuerſalis cauſalitas, quæ Deo eſt tribuenda; multa tamen alia continent falſa, & abſurda. Multitudo namq; & diuerſitas, non ab vno principio producuntur vniuerſali, vt eſt diſtinctionis principium; ſed potius, vt id, in quo illa communicant. Non enim coloris diuerſitas ſolùm ex luce producitur; verùm etiam ex diuerſa diſpoſitione diaphani recipientis. Et ſimiliter diuerſitas linearum ex diuerſo ſitu. Vnde fit, vt in ſuo principio, non propria, ſed communi cognitione hæc diuerſitas, atq; multitudo cognoſcatur. Sed in Deo hæc ita non ſe habent: etenim non ſolùm id, in quo creaturæ communicant; verùm etiam ea, quibus ab inuicem diſtinguuntur, in ipſo eminenter continentur. Cùm igitur omnes in ſe perfectiones Deus ipſe contineat; ſua profectò eſſentia, non ſicut commune ad propria, vtpote vnitas ad numeros, vel centrũ ad lineas, comparatur; ſed potius, ſicut actus perfectus ad imperfectos, veluti homo ad animal, ſenarius, qui eſt numerus perfectus, ad numeros ſub ipſo imperfectos. per actum autem perfectum,

Intelligere eſt eſſe primæ cauſæ.

Modus cognoſcendi duplex

Deus omnia videt in ſeipſo.

Cognoſcit omnia propria cognitione.

Cognitio imperfecta.

Omnia cognoſcit in ſpeciali.

Omnia in deo eminenter contineri.

De ſcientia Dei ex theologis.

ctum, non ſolùm communi, verùm etiam propria cognitione, actus imperfectos cognoſci poſſe patet ſatis. Qui enim hominem cognoſcit; & animal propria cognitione cognoſcit: & qui ſenarium; trinarium. Cum igitur Dei eſſentia omnium rerum perfectiones in ſeipſa eminenter contineat; omnia ergo propria cognitione intelligit. Et reuera in hoc propria cuiuſq; rei natura conſiſtit; vt per aliquem ſcilicet modum, diuinam perfectionem participet. Quare ſeipſum nequaquam perfectè cognoſceret Deus, ſi eum lateret modus, quo aliis ſua communicari perfectio poßit Nec etiam ipſam naturam eſſendi perfectè ſciret, niſi omnes cognoſceret modos eſſendi. Deum ergo propria quidem cognitione, qua diſtinguuntur entia ab inuicem, omnia cognoſcere, perſpicuum eſt omninò. Scit verò omnia non particulatim, velut alternante conceptum, hinc illuc, inde huc; ſed omnia videt ſimul. In nobis enim duplex inuenitur diſcurſus, ſucceßione vnus, quādo ſcilicet ex aliqua re actu intellecta, ad aliud intelligendum pergimus; cauſalitate verò alter, veluti cùm per principia ad concluſionum pertingimus cognitionem: quorum neuter Deo eſt tribuendus: non enim in Deum cadit diſcurſus ſucceßiuus: quippe qui omnia videt in vno, quod eſt ipſe. Simul ergo & non ſucceßiuè omnia videt: veluti ſi diuerſas res videamus in ſpeculo, aut partes intelligamus in toto. Neq; etiam ſecundus, quandoquidem præſupponat primum: procedentes enim à principiis ad concluſiones, non ſimul vtrunque conſiderant. Vnde notum ſit, quòd quando primum cognoſcitur, ſecundum ignoretur, quòdq; ſecundum ex primo cognoſcitur. Terminus vero diſcurſus eſt, effectibus in cauſas reſolutis, ac tunc demum ceſſat diſcurſus: cùm autē Deus ſuos in ſeipſo, ſicuti in cauſa videat effectus; profectò eius cognitio diſcurſiua minimè eſt dicenda. Quæ res cùm ita ſe habeat, liquet omninò, ſcientiā Dei immutabilē eſſe: Apud Deum, inquit Apoſtolus Iacobus 1. non eſt tranſmutatio, neq; viciſsitudinis obumbratio Sanè, ſi ſcientia Dei, eſt eius ſubſtantia: & ſubſtātia Dei eſt omninò immutabilis, vt dictū eſt in alio libro Pymandri: ſcientia ergo Dei eſt modis omnibus immutabilis. Speculatiua quoq; dici poteſt magis quàm practica eſt enim nobilior: quod autem eſt nobilius, Deo eſt attribuendum. Porrò aliqua ſcientia ſpeculatiua triſariam dici poteſt: vno quidem modo ex parte rerum, quæ ſciuntur, quæq; non ſubduntur operationi ſcientis; veluti eſt ſcientia hominis de rebus naturalibus atq; diuinis: alio autem modo ex modi ſciendi, veluti cùm ab aliquo artifice prædicata vniuerſalia ſui artificij conſtructionis, conſiderantur: vtpote ſi ædificator, mente domum diuideret atque diffiniret: conſiderat enim huiuſmodi operabilia ſpeculatiuo quidem modo, non autem quatenus ſunt ſpeculabilia. Operabile namq; eſt aliquid per applicationē formæ ad materiam: non per reſolutionem compoſiti in principia vniuerſalia formalia Tertio autem ex parte finis: intellectus enim practicus fine differt à ſpeculatiuo intellectu: vt dicitur 3. de anima. Intellectus ſiquidem practicus, ad operationis finem ordinatur: intellectus verò ſpeculatiui finis, eſt conſideratio veritatis. Si ergo ædificator conſideret, qualiter domus ſit conſtruenda, non ordinans tamē eam ad operationis finem, ſed ad cognitionis tantùm; perinde profectò erit, ac ſpeculatiua operatio ad finem; de re tamen operabili. Scientia igitur, quæ eſt ſpeculatiua, ob rei vtiq; ſcitæ rationem, eſt tantùm ſpeculatiua: quæ verò ſpeculatiua eſt ſecundum modum, vel finem; ſecundum quid certè, & ſpeculatiua, & practica nominatur: cùm verò ad operationis finem ordinatur; eſt ſimpliciter practica. Ex his ergo ſatis poteſt eſſe perſpicuum, de ſeipſo Deum ſpeculatiuam tantùm ſcientiam habere: operabilis non eſt enim: de aliis verò omnibus, & ſpeculatiuam, & practicam: quoad modū quidem, ſpeculatiuam, quoad verò ad finem operandi, & tandem aliquo tempore perficiendi, practicam. Mala quoq; & ſi ab eo non fiant, ſub illius tamen cognitione practica continentur, quatenus ſcilicet ad aliquem finem ab eo ordinantur: ſic etiam ægritudines ſub practica medici cadunt cognitione, quatenus ſcilicet ab eo curantur. Adde, quòd habitus practici ratio, in conformitate prioritateq; ad praxim, conſiſtat: ſed Dei ſcientia huiuſmodi prioritatis conformitatiſq; reſpectu non indiget: ergo: intellectus enim diuinus, ſi cognitionem eius ad actū voluntatis comparare vellet: non haberet vtiq; notitiam priorē

Propria cognitio quæ.

Scientia Dei eſt diuerſiua.

Scientia Dei eſt immutabilis.

Scientia Dei eſt ſpeculatiua.

Speculatiua tribus modis dicitur.

Intellectus practicus.

Quomodo ſcientia Dei ſit ſpeculatiua.

Quomodo nō ſit practica.

Si Deus cognoſcat alia à ſe.

dictatiuam de praxi elicienda. Nec etiam practicorum principioru͂ notitiam, aut quidditatiuam notitiam terminorum, quæ illa virtualiter includat principia. ſanè omnis notitia diuina, voluntatis actu͂ præcedens, eſt vtiq; ei naturalis, & neceſſaria. Quare ſi intellectus, aliquã haberet de praxi elicienda notitiam actum voluntatis præcedente͂; neceſſariò vtiq; in eſſet illi. Igitur voluntas, hanc cùm perceperit, non poteſt eã non velle; eſt enim recta, & ab intellectu minimè diſſona. Neceſſariò ergo illam praxim eliceret, quod eſt falſum: voluntas enim Dei ad extra nullo modo neceſſariò agit. Quomodo ergo ſciẽtia Dei ſit ſpeculatiua, & quonam modo practica dici poſſit, demq; quod non ſit diſcurſiua, neq; mutabilis, & in ſeipſa cognoſcat omnia, ex prædictis ſatis perſpicuum eſſe puto.

CAP. III.

Argumenta contraria.

Soliti ſunt viri ingenio præclari contra prædicta ita arguere: Deus, teſte
1. Auguſtino, lib 83. queſt. nihil extra ſe intuetur: igitur non cognoſcit alia
à ſe. Tenet conſequentia: ſiquidem quæcunque ſunt alia à Deo, ſunt extra
Deum. Sanè, res intellecta eſt perfectio intelligentis (ſicut ſæpius dictum
eſt) ſed nihil eſt Deo perfectius atq; nobilius, alioqui non eſſet omnium en-
tium primum, & nobiliſſimum: ergo quod prius. Adde, quòd ipſum intelligere ſpeciem
habeat intelligibilem, ſicut & omnis planè actus à ſuo obiecto. Proinde tanto nobilius eſt
ipſum intelligere, quantò, & ipſum, quod intelligit. Sed Deus eſt ſuum intelligere: ſi ergo
2. aliquod aliud à ſe intelligeret, per illud etiam ſpecificaretur: ergo, &c. Amplius, Deus
cognoſcit alia à ſe, quatenus ſunt in ipſo: In ipſo autem ſunt ſicut in cauſa prima, vniuerſa-
li, & communi: in communi ergo, & non in propria cognitione alia à ſe cognoſcit. Ad- — Propria ratione.
de, quòd quantum diſtat eſſentia creaturæ ab eſſentia diuina; tantum vtiq; & diuina eſ-
ſentia ab eſſentia creaturæ: ſed per eſſentiam creaturæ, diuina eſſentia perfectè cognoſci
non poteſt: nec ergo per diuinam eſſentiam, eſſentia creaturæ. Sed Deus nihil cognoſcit,
niſi per ſuam eſſentiam: non ergo cognoſcit creaturam propria cognitione, quia non
ſcit de creatura quid eſt. Ad hæc accedit, quòd propria cognitio, ſine propria eiuſdem rei
ratione haberi non poſſit. Cùm ergo Deus omnia cognoſcat per propriam eſſentiam; non
ergo cognoſcit alia per propriam rationem: idem enim non poteſt eſſe propria ratio mul-
torum, atq; diuerſorum: non ergo habet propriam, ſed communem de rebus cognitionem. — Diſcurſiua.
3. Iterum, ſcientia Dei non eſt in habitu, ſed in actu, in quo vnum tantùm intelligit: igitur
eſt diſcurſiua: tenet conſequentia ex authoritate philoſophi 2 thop. dicentis, ſcire in habi-
tu contingit multa ſimul. Reuera, creatura à Deo per ſeipſum, tanquam per cauſam cogno-
ſcitur: illius ergo ſcientia eſt diſcurſiua: cognoſcere enim effectum per cauſam, eſt ſcire
diſcurſiuum. Profectò in cauſis creatis cognoſcimus earum effectus: atq; à cauſis ad cau-
ſata diſcurrendo pergimus. Scientia ergo Dei ſimiliter ſe habebit, vt pote perfectior, &
4. nobilior. Scientia ergo Dei eſt diſcurſiua. Præterea, ſcientia relatiuè dicitur ad ſcibile:
igitur, ſcientia Dei eſt mutabilis: tenet conſequentia: ea enim, quæ important relationem
huiuſmodi, Deo ex tempore attribuuntur, atque ad modum creaturarum variantur: igi-
tur Dei ſcientia eſt variabilis. Adde, quòd quidquid poteſt facere, poteſt etiam & ſcire:
ſed poteſt plura facere, quàm facit, ſicut ſcripturæ teſtantur: Nónne poſſem habere ad
defendendum me pluſquàm duodecim legiones angelorum? ergo poteſt plura ſcire, quàm
ſcit: atq; ita eſſet mutabilis. Deus præterea ſciuit Chriſtum naſciturum, modò autem non
5. ſcit, quia iam natus eſt: non ergo quidquid ſciuit Deus, modò ſcit. Ergo quod prius. Iteru͂.
Scientia Dei eſt cauſa rerum, ſicut dixi, & ſum dicturus: ſed ſcientia ſpeculatiua non eſt
cauſa rerum, quæ à Deo ſciuntur: igitur illius ſcientia non eſt ſpeculatiua. Scientia præ-
terea ſpeculatiua eſt per abſtractionem à rebus, quod planè Deo tribui non poteſt: ergo
quod

Si Deus cognoſcat alia à ſe.

quod prius. Adde, quod ſecundum Auguſt. 6. de Trinit. Verbum eſt ars omnipotentis
Dei, ars autem eſt habitus practicus. Et in lib. 83. quæſt. ait: quod ideæ ſunt rationes, ſe-
cundum quas formatur omne factibile. Ergo quod prius. Verùm ad hæc ſic breuiter re- Soluuntur argumenta.
ſpondemus, præſertim cùm in alio lib. de hoc negotio latius egerimus: & ad primum qui-
dem dicimus, verbum Auguſtini non eſſe ita intelligendum, quaſi nihil, quod ſit extra ſe, 1.
Deus videat; ſed quia id, quod eſt extra ſeipſum, non niſi intueatur in ſeipſo. Ad confir-
mationem reſpondeo, quòd res intellecta eſt quidem perfectio intelligentis, per ſpeciem
certè ſuam, non autem per ſubſtantiam: lapis ſiquidem non eſt in anima (teſte philoſopho
3. de anima) ſed ſpecies lapidis. Cùm ergo Deus alia à ſe per ſuam eſſentiam, omnium ſpe-
cies continentem intelligat; nihil ergo præter diuinam eſſentiam, poteſt eſſe diuini intelle-
ctus perfectio. Ad aliam confirmationem dico, intelligere, per obiectum ſpecificari,
quatenus ſcilicet forma intelligibilis, eſt intellectualis operationis principium: omnis enim
operatio per formam ſpecificatur, quæ eſt principium operationis, ſicut calefactio per
calorem. Per illam ergo formam intelligibilem, intellectualis ſpecificatur operatio, quæ
planè facit intellectum in actu: & hæc quidem ſpecies eſt principalis intellecti, quæ in
Deo aliud eſt nihil, quàm ſua eſſentia, in qua omnes ſpecies rerum continentur, & ab in-
tellectu diuino comprehenduntur. Non opus eſt igitur ipſum diuinum intelligere, ſiue ip-
ſum Deum per aliud, quam per ſuam eſſentiam ſpecificari. Ad 2. dico, cognoſcere aliquid 2.
in cognoſcente, dupliciter intelligi poſſe: vno quidem modo ex parte rei cognitæ; & ita
non eſt admittendum: non enim ſemper cognoſcens, cognitum ſecundum eſſe, quod habet
in cognoſcente, cognoſcit: oculus namq; non cognoſcit lapidem ſecundum eſſe, quod habet Cognoſci aliquid in cognoſcente dupliciter.
in oculo, ſed per ſpeciem lapidis, quam in ſe habet, lapidem ſecundum eſſe, quod habet ex-
tra oculum, cognoſcit. Vnde & ſi aliquis cognoſcens, cognitum ſecundum eſſe, quod habet
in cognoſcente cognoſcat; cognoſcit nihilominus ipſum ſecundum eſſe, quod habet extra co-
gnoſcentem. ſicut intellectus cognoſcit lapidem ſecundum eſſe intelligibile, quod habet in
intellectu, in quantum cognoſcit ſe intelligere, & cum hoc, cognoſcit etiam lapidem in pro-
pria forma: alio autẽ modo ex parte cognoſcentis, & ſic recipi poteſt. Verũ enim eſt, quod
ſic cognoſcens cognitum cognoſcit ſecundum eſſe, quod habet in cognoſcente; quia nimirum
quanto perfectius eſt cognitum in cognoſcente; tantò perfectior eſt modus cognitionis.
Ex quo patet, quòd, cùm in Deo res perfectiſſimè ſint, atq; eminenter; ſine dubio perfe-
ctiſſimo modo cognitionis ab eo cognoſcuntur: qui planè eſt, vt non ſolùm cognoſcat res
eſſe in ſeipſo, verùmetiam per id, quod in ſeipſo res continet, eas in propria cognoſcat na-
tura: ac tantò perfectius, quantò perfectius vnumquodq; eſt in ſeipſo. Ad confirmatio-
nem dico, creaturæ eſſentiam, ad Dei eſſentiam, vti actum imperfectum ad perfectum
comparari: ideóque creaturæ eſſentiam non perfectè ad diuinæ eſſentiæ cognitionem du-
cere: ſed bene è conuerſo. Ad aliam confirmationem, verum quidem eſt, idem non poſ-
ſe accipi, vt diuerſorum rationem, per adæquationis modum: ſed diuina eſſentia eſt ali-
quid excedens omnes creaturas, proinde accipi poteſt, vt propria vniuſcuiuſq; ratio,
quatenus eam imitantur diuerſimodè, atq; participant creaturæ. Propria ergo cognitione
Deus alia à ſe intelligit. Ad 3. Quamuis ſit vnum tantùm intelligere in ſeipſo: contingit ta- 3.
men multa intelligere in alio, ſicut dixi. Ad confirmationem reſpondeo, quòd Deus non
cognoſcit per cauſam, quaſi prius cognitam, quàm effectus cognoſcantur, ſed eos potius
cognoſcit effectus in cauſa. Vnde fit, vt eius cognitio diſcurſu non indigeat conquirentis.
Ad aliam confirmationem dico, creatarum effectus cauſarum in ipſis quidem cauſis à
Deo longè melius, quàm à nobis videri: non ob id tamen effectuum cognitionem in ipſis,
ſicut in nobis, ex cauſarum cognitione produci: quam ob cauſam eius ſcientia diſcurſiua
dici non poteſt. Ad 4. Dico, Dominum, & creatorem, & huiuſmodi relationes ad crea- 4.
turas, quatenus ſunt in ipſis ſignificare: Dei verò ſcientiam relationem ad creaturã, qua-
tenus ſunt in Deo. Secundum hoc enim vnumquodq; eſt intellectum in actu, ſecundum id
profectò, quod eſt in intelligente: Res autem creatæ ſunt in Deo inuariabiliter: in ſeipſis

ex Algaz. & Auer.

in Deo benedicto. hoc modo videlicet, aut ſcientia Dei eadem eſt, quod ipſe Deus: aut differunt ad inuicem. Si differunt, ſtatim conceſſa eſt pluralitas in Deo: ſi autem ſint vnum,

Si ſcientia Dei eſt eadẽ, quod ipſe Deus.

& idem; qualis eſt ergo differentia inter hoc, & dictum dicentis, quòd ſcire hoc ipſum, idem eſt, quod ipſum? Sed hoc eſt ſumma fatuitas: homo namque multoties eſſentiam ſui ipſius ignorat, & ſcit, quod eſt poſtea, & tunc remouetur ab illa ignorantia. Et hac differunt ab inuicem ſine dubio. Et licet diceremus, quòd Deus ſcit ſeipſum, non ex hoc ſequitur, quòd ipſe cum ſua ſcientia ſit compoſitus. Et ſi forte dicerent dicti philoſophi, quòd ipſe Deus purus eſt intellectus abſque alia ſubſtantia: Dicimus, quòd hoc eſt impoſſibile: ſcientia enim intellectus denominatio quædam eſt, quæ ſubiecto ſine dubio indiget, vt in alijs accidentibus reperiatur. Senſus eſt, omnis denominatio, atque accidens additum intellectui, affert ſubiecto compoſitionem, ſicut manifeſtum eſt: ſed ſcientia eſt quædam intellectus denominatio, quæ ſubiecto proculdubio indiget: ergo compoſitionem dicit ſubiecti, in quo ineſt.

Auerr. ſoluit argumenta.

Reſpondet Auer. longo verborum ſermone præmiſſo: Deus benedictus, inquit, eſt purus intellectus, & nullatenus potentiam retinet, alioqui non eſſet cauſa prima. Quia autem quodlibet purum, & nudum à potentia, apud veraces philoſophos, eſt neceſſariò intellectus; oportet ergo quod prima cauſa neceſſariò ſit intellectus.

Scientia Dei principium mundi.

Ex his autem perceperunt, quòd ordo ex parte ipſius procedit à ſcientia Dei: illa enim eſt principium mundi, & dat ſibi eſſe, & eſt ordo intelligibilis: & hoc ſine dubio taliter eſt difficilis comprehenſionis. Verba ergo Alga. quibus reprehendit philoſophos, non ſunt, niſi ambages, ad complacendum rudibus hominibus.

Ad primum argumentũ.

Ergo quando ipſe dixit, qualis eſt gloria entis ſimplicis, & abſque ſcientia eius, quod ab eo procedit: Dicimus, quòd ſunt verba erronea, & abſurda: ſi enim philoſophi poſuerunt quidditatem nudam à ſubiecto: eſt ergo neceſſariò à denominationibus denudata. Non enim poteſt eſſe ſubiectum denominationũ, niſi compoſita fuerit ex natura potentiæ, & ex natura actus. Ergo prima cauſa eſt quidditas abſoluta: & omnia alia entia à prædicta quidditate, quidditatem habent. Dicta autem prima cauſa, eſt ens ſciens omnia entia abſolutè: entia namque eſſe habent, & ſunt intelligibilia, prout ipſe ſeipſum ſcit.

Entia habent eſſe à ſcientia Dei.

Poſtquam igitur vltima cauſa eſt: habent igitur entia eſſe, & ſunt intelligibilia ab eo, & ab ipſius ſcientia. Negant ergo philoſophi, quòd ſit ſcientia Dei in entibus ſimilis humanæ ſcientiæ in eſſe. Scientia enim humana cauſatur ab entibus: ergo ſcientia Dei in entibus opponitur ſcientiæ humanæ: atque ita ſoluitur prima ratio Algazelis.

2.

Ad 2. idem reſpondet: Rurſus, inquit, id, quod dixerat, qualiter poſſunt euadere &c. Dicimus quòd in iſtis verbis oſtendit ſuam fatuitatem, aut prauitatem: quædam enim denominationes ſunt digniores denominari de ſubſtantialitate, quando ſubſtantia per ſe exiſtens eſt in actu: imò tantùm exiſtentiam in ſeipſis habent. Vnde modus eſſendi huius denominationis eſt contrarius modo accidentium.

Natura accidentium.

Radix namque accidentium eſt, quòd ab alijs habeant ſuſtentationem, ideoque indigent ſubiecto. hæc autem denominatio valde diſtat à natura accidentium. Non ergo ſcientia Dei, naturæ accidentium eſt comparanda. Ex his ergo, quæ hac ſexta diſputatione oſtenſa ſunt, ſcientiam Dei eſſe vnam, ſimplicem, & ſemper in actu, patet ſatis.

CAPVT. V.

Scientia Dei per ſacras oſtenditur ſcripturas.

Scientiæ Dei ſignificata.

QVamuis antiqua philoſophorum diligentia non parum laborauerit in probanda oſtendendaque Dei ſapientia, atque ſcientia; non ita tamen clara nobis oſtenditur doctrina, vera, atque ſecura, ac ex diuinis litteris: hanc ob cauſam illarum oracula, mihi adducenda eſſe putaui; vt ſecurior via pateret legentibus. Caterùm ſcientia Dei in ſanctis ſcripturis, interdum eſt Dei approbatio, atque commendatio,

Pſalmo. 1.

ſicut eſt illud ad Moyſen. Exo: Noui te ex nomine. & pſal. 1. Nouit dominus viam iuſtorum,

De ſcien. Dei ex ſacras ſcrip.

*ſtorum, id approbat. aliquando verò pro vniuerſali cognitione accipitur, qua cuncta e-
minentiſſime, perfectiſſimeq; nouit: de qua Dauid pſal. 138. non ſine admiratione loqui-
tur: Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, ſiue per me, & eſt quando fit comparatio. ad
quem ſenſum intelligendus eſt locus ille: Bonum eſt confidere in domino, quàm confidere
in homine: quæ locutio eſt hebraica. Dicendum latine fuerat, Potius quam confidere. Si-
militer ſi dicere vellent, Deus eſt homine potentior, dicerent, Deus eſt potens præ homi-
ne. hoc eodem ſenſu dictũ eſt: Mirabilis eſt ſcientia tua præ me: id eſt ſupra me, excel- Mirabilis ſcientia tua ex me.
celſior me: confortata eſt, & non potero ad eam: hebraicè, exaltata eſt, præualet, ante-
cedit: Et non potero ad eam: id eſt, cum illa nihil poſſum: Non poſſum illam ſubterfu-
gere. Senſus ergo eſt: Tua, inquit, domine ſcientia, omnes humanas aſtutias vincit, om-
nes omnium notas habet cogitationes, nemo eſt, qui ſe ab ea queat abſcondere. Quò, inquit,
ibo à ſpiritu tuo? & quò à facie tua fugiam? hoc eſt, quocunq; me vertam, tuam ſcienti-
am effugere non valeo. Ad hunc ſenſum intelligendum eſt illud, quod ſcribitur Iob. 36. Iob. 36.
Ecce Deus magnus, vincens ſcientiam noſtram: Vincens, inquit Hieronymus, ſcientiam
noſtram magnitudine ſcientiæ ſuæ, & altitudine iudiciorum ſuorum. Et cap. 5. Qui diſſi- 5.
pat cogitationes malignorum, ne poſſint implere manus eorum quod cœperant: Qui ap-
prehendit ſapientes in aſtutia eorum, & conſilium prauorum diſſipat. Simile eſt in pſal. Pſal. 32.
32. Dominus diſſipat conſilia gentium, reprobat autẽ cogitationes populorum, & reprobat
conſilia principum: conſilium autem domini in æternum manet. cogitationes cordis eius in
generatione, & generationem. De bonorum verò cogitationibus loquens pſal. 9. ait: Præpa- 9.
rationem cordis eorum audiuit auris tua. Ex quo patet, ſcientiam Dei penetrare intima
cordis: quemadmodum docet Apoſtolus ad heb: 4. Aſſerens Dei ſermonem penetrabili- Heb. 4.
orem eſſe omni gladio ancipiti, & pertingentem vſq; ad diuiſionem animæ, & ſpiritus,
compagum quoq; atq; medullarum, & diſcretorem cogitationum, & intentionum cordis:
& non eſſe vllam creaturam inuiſibilem in conſpectu eius: ſed omnia nuda & aperta eſſe
oculis eius. Quamobrem, Iob in vltimo capitulo ſui lib: dixit: Scio domine, quia omnia po- Iob. 42.
tes; & nulla te latet cogitatio. Scrutatorem cordis & renum, latere quid poterit? ait Hie-
ronymus. Quis eſt iſte, qui celat conſilium abſq; ſcientia? Id eſt, nemo poteſt abſcondere
conſilium à conſcientia tua. Cap. 9. Dei ſcientiam commendans, ait: Sapiens corde eſt, & 9.
fortis robore: quis reſtitit ei, & pacem habuit? Qui facit magnalia, & incomprehenſi-
bilia, & mirabilia, quorum non eſt numerus. Si venerit ad me, non videbo eam: ſi abie-
rit, non intelligam. Huius autem ratio dicitur, atq; oſtenditur cap 11. Forſitan, inquit, ve- 11.
ſtigia Dei comprehendes, & vſq; ad perfectum omnipotentem reperies? Excelſior cœlo
eſt, & quid facies? Profundior inferno, & vnde cognoſces? longior terra menſura eius, Longior terra, latior mari.
& latior mari: ipſe nouit hominum vanitatem: & videns iniquitatem, nonne conſiderat?
Credimus, inquit, Hieronymus, quòd vbiq; eſt Deus: & intra eum omnia, quæ ab eo cre-
ata ſunt, continentur. his de cauſis felix à Salomone appellatur is, qui inuenit huiuſmodi Prouer. 3.
Dei ſapientiam. Beatus vir, inquit, qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentia. Me-
lior eſt acquiſitio eius negociatione auri, & argenti primi & puriſſimi fructus eius. Pre-
cioſior eſt cunctis opibus: & omnia, quæ deſiderantur, huic non valent comparari. Et cap.
8. ex perſona huiuſmodi ſcientiæ ſeu ſapientiæ diuinæ loquitur: Ego ſapientia habito in cõ- 8.
ſilio, & eruditis interſum cogitationibus: meum eſt conſilium, & æquitas, mea eſt pru-
dentia, mea eſt fortitudo: per me Reges regnant, & conditores legum iuſta decernunt:
Per me principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam. Summa totius hæc eſt: ſine
Dei ſcientia, omnia hæc vera non ſunt, & prodeſſe non poſſunt. Apoſtolus ad Colos: 2. Di- Colos: 2.
cit omnes theſauros ſapientiæ, & ſcientiæ Dei eſſe in Chriſto abſconditos. Cuius verba ab
Aug. 13. De trin: cap. 19. ita interpretantur. Hæc, inquit, omnia, quæ pro nobis verbũ caro Sapientia & ſcientia Dei quid.
factum, temporaliter, & localiter fecit, & pertulit, ad ſciẽtiam pertinent, non ad ſapientiã.
Quòd autem verbum eſt ſine tempore ſine loco, eſt patri, & vbiq; totum, de quo ſi quiſq;
poteſt, quantum poteſt veracem proferre ſermonem, ſermo ille erit ſapientiæ; ac per hoc*

verbum

per ſacras ſcripturas

1. Cor.12.

verbum caro, Chriſtus Ieſus, & ſapientiæ theſauros habet, & ſcientiæ. Et 1. Cor: 12. Vnicuiq; autem noſtrum datur manifeſtatio ſpiritus ad ſalutem: alij quidem datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, ſecundum eundem ſpiritum: ſi inter ſe diſtant hæc duo; vt ſapientia diuinis, ſcientia humanis attributa ſit rebus; vtrũq; agnoſco in Chriſto, & mecum omnes fideles, ait Auguſtinus. Scientia ergo noſtra, Chriſtus eſt: ſapientia quoq; noſtra idem Chriſtus eſt. ipſe nobis fidem de rebus temporalibus inſerit: ipſe de ſempiternis exhibet veritatem: per ipſum pergimus ad ipſum, tendimus per ſcientiam ad ſapientiam: ab vno tamen eodemq; Chriſto non recedimus. Nec iſta duo ita accipiamus, quaſi non liceat dicere, vel iſtam ſapientiam, quæ in rebus humanis eſt, vel illam ſcientiam, quæ in diuinis. loquendi enim latiore conſuetudine, vtraq; ſapientia, vtraq; ſcientia dici poteſt. Nullo modo tamen ſcriptum eſſet apud Apoſtolum, alij datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ; niſi & proprijs ſingulis nominibus, hæc ſingula vocarentur. Ex quo apparet, quod hoc quoq; ſcientia Dei in ſcripturis haberi poteſt, vt ars quædam ſit omnipotentis Dei: ſicut etiam admonet Aug. lib: 6. de trin. Verbũ Dei, inquit, eſt ars quædam omnipotentis, atq; ſapientis Dei, plena omnium rationum viuentium incommutabilium, & omnes vnum in ea, ſicut ipſa vnum de vno, cum quo vnum, vbi nouit omnia Deus, quæ fecit per ipſam. Et ideo cùm decedant, & ſuccedant tempora; non decedit aliquid, vel ſuccedit ſcientiæ Dei. Non enim hæc, quæ creata ſunt, & ideo ſciuntur à Deo, quia facta ſunt; ac non potius ideo facta ſunt, vel mutabilia, quia immutabiliter à Deo ſciuntur. Scientia ergo Dei, eſt cauſa rerum, ſecundum Auguſtinum. Ad Ro: 11. Videtur quoq; Apoſtolus eandem diſtinctionem ponere: O, inquit, altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. Ad priora tempora Apoſtolus reſpiciens, inquit Chryſo: prouidentemq; Dei diſpenſationem contemplatus, quàm prudenter, ac variè cuncta inſtituerit, obſtupuit, & exclamauit; vt certos faceret auditores, omninò quæ dixerat, ita fore. Quòd quidem hac in re profunditas ſit, cognouit, quanta verò ſit, non item. Admirantis quippe eſt hic ſermo, non omnia ſcientis. Admiratus eſt autem, quòd contraria per contraria curauerit: & vt dicit Ambroſius, quòd tam gentes, quàm Iudæos multifaria prouidentia acquiſiuerit ad vitam. Non ſolum enim ſciuit modum acquirendi; verùmetiam ſapientem modum inuenit. Quis nouit mentem Domini? aut quis conſiliarius eius ſuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Senſus eſt, ait Chryſo: Deus adeò ſapiens eſt, non hoc ab alio quopiam habet, ſed ipſe per ſe fons eſt bonorum: de ſuo copiosè omnia effundit: ſapiens eſt, nullius indigens conſilio. Iſtæ ſunt veræ diuitiæ, in omnibus exuperare, neq; alterius cuiusquam opera indigere. Conſilium, inquit Ambro: Dei, à nullo comprehenditur, nec metitur; quia inferiora ſuperioris ſenſum ſcire non poſſunt. Quoniam autem in populi gentilis electione, Iudaici verò reprobatione, non ſolùm Dei prouidens circa res humanas diſpoſitio, verùmetiam æternum eius propoſitum demonſtratur; hac de cauſa, huiusmodi negotium, diuinæ ſapientiæ ſcientiæq; profundum vocat Apoſtolus. Ad Eph: 3. claram huius rei memoriam reliquit: vt innoteſcat, inquit, principibus & poteſtatibus in cœleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei, ſecundum præfinitionem ſeculorum, quam fecit in Chriſto Ieſu domino noſtro. Angelis, vtpote ſpiritibus diuinioribus, Dei ſapientiam innotuiſſe, aſſeruit; nobis verò, quaſi inferioribus, & humanis, ſcientiam Dei eminentem conceſſit: Vt poſſitis, inquit, ſcire ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Chriſti agnoſcere nos vult charitatem, inquit Ambroſius, quia ſupereminẽtis eſt ſcientiæ, & ſubintelligitur humanæ, vt ſuper ſcientiam hominum habeatur dilectio Chriſti. Quis enim colligere poteſt myſterij huius charitatis rationem, vt & Deus hominis cauſa, homo naſceretur, deinde moreretur pro hominibus, pro ſeruis dominus, pro creatura creator, pro impijs pius? Propter quod ita dilexit nos? Aut vt quid noſtrum haberet, qui nullius indiget? Nunquid non charitas hæc ſuper ſcientiam hominum eſt? 2. Ad Cor: 4. De hac eadem ſcientia loquitur. Quoniã, inquit, Deus, qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationẽ ſciẽtiæ claritatis Dei, in facie Chriſti Ieſu.

Scientia & ſapientia noſtra Chriſtus.

Scientia aliquando pro ſilio accipitur

Ars omnipotentis Dei verbum Dei.

Scientia Dei cauſa rerũ ex Auguſt.

O altitudo diuitiarum.

Conſiliũ Dei incõprehenſibile.

Epheſ.3.

Scientia ſupereminens.

2. Cor.4.

Ieſu. Hæc eſt ſcientia gloriæ Chriſti (ait Auguſtinus de baptiſmo paruulorum) quia ſcimus ipſum eſſe lumen, quo tenebræ noſtræ illuminantur. Sanè miſericordia Dei factum eſt, vt de tenebris vocaremur ad lumen vitæ. Ad cor: 2. c. 10. Deſtruentes, inquit, omnẽ altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei. Euangelij doctrinam, Dei appellat ſcientiam, aduerſus quam humanarum militat altitudo ſcientiarum. Ad Phil: 3. Verùmtamen omnia exiſtimo detrimentum eſſe, propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti domini mei: propter quẽ omnia arbitror, vt ſtercora, vt Chriſtũ lucrifaciam & inueniar in illo. Omnibus, inquit Ambroſius, anteponenda eſt cognitio Chriſti. cuncta quęcunq; ſunt, nullius momenti ducenda ſunt, vt ad excellentiam ſapientiæ & ſcientiæ Chriſti peruenire contingat. De hac ſcientia loquitur Iſaias 11. cap. Non nocebunt, neq; occident in vniuerſo monte ſancto meo, inquit, quia repleta eſt terra ſcientia domini, ſicut aquæ maris operientes. hæc eſt ſcientia domini, ait Hieronymus, qua venenata prius animalia, mitia fiunt: ſicut aquæ, inquit, maris operientes. Quomodo namq; aquæ maris, operiunt profunda maris; hoc eſt, terram, quæ operta eſt fluctibus; ſic ſcientia Chriſti omnis terra complebitur. Qui autem eſſent docendi huiuſmodi ſcientiam, cap. 28. clariſſimè pandit. Quem docebit ſcientiam, inquit, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte: auulſos ab vberibus. Qui, inquit Hieronymus, dignus eſt doctrinam domini, quis verbis ſaluatoris docentis: qui habet aures audiendi audiat, vt quod auribus hauſerit, corde intelligat? Quinam ſunt illi? Ablactati à lacte, auulſi ab vbere; qui nequaquam lacte nutriuntur infantiæ, ſed ſolido veſcuntur cibo; ij merentur audire ſcientiam Chriſti: quam Iudæi ira, & malitia ebrij audire noluerunt. Oſeas 4. clamat, & dicit: Conticuit populus meus, eò quòd non habuerit ſcientiam: quia tu ſcientiam meam repuliſti, repellam te & ego, ne ſacerdotio fungaris mihi. Qui igitur non habent Chriſtum & eccleſiam, (ait Hieronymus) ij planè non habent ſcientiam Domini: ideóque repelluntur à Domino; ne ſacerdotio fungantur ei. Etenim ſecundum Malachiæ teſtimonium, 2. cap. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam: qui ergo ſcientiæ Chriſti, quæ eſt finis, & complementum legis, ignari ſunt, proculdubio ſacerdotis dignitatem accipere non debent. Non dixit proferent (ait Hieronymus) ſed cuſtodient; vt loquantur tempore ſuo, dentq; conſeruis cibaria in tempore. Et legẽ requirent ex ore eius. Ex quo aduertere licet, doctrinam legis & Prophetarum, aliud eſſe nihil, quàm ſcientiam Chriſti: quia finis legis Chriſtus in ſalutem omni credenti. Quando ergo ſermo incidit propheticus, ſcientiam Dei commendans, & Apoſtolicus ſimiliter, ad Chriſti vtiq; ſcientiam, nempe ad ſacra Chriſti myſteria, quæ pro nobis geſſit in humanis conſiſtens, ſine dubio, eſt referendus. Itaq; illi ſacerdotes, qui myſteriorum Chriſti nequaquam ſunt inſcij, ij, profectò paſtores veri cenſendi ſunt; quos Dominus ſe nobis daturum per Ieremiam promiſit: Conuertimini, inquit, ad me filij reuertentes (ſiue vagi, & recedentes) dicit Dominus; & dabo vobis paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientia, & doctrina, id eſt, Apoſtolos, & Apoſtolicos viros (inquit Hieronymus) qui pauerunt plebem Domini ſcientia Chriſti, atq; doctrina. Quid ergo ſit ſcientia Dei in diuinis ſcripturis, & quis eius peculiaris vſus, breuiter dixi.

Scientia gloriæ Chriſti. Cor. 2. 10. Philip: 3. Iſaias. 11. Scientia domini ſicut aquæ maris. 28. Oſee. 4. Mala. 2. Ad Sacerdotes pertinet ſcientia Dei.

CAPVT. VI.

Scientia, ſeu ſapientia Dei per ſacros Doctores demonſtratur.

Quoniam nobis intentio eſt, ea, quæ ad Dei noſtri laudem maximè faciunt (quo ad nobis fas eſt) modis omnibus efferre, atq; laudantium ſententiis cumulare; ideo poſt Philoſophorum ſententias, atq; ſanctarum ſcripturarum teſtimonia, ſacrorum authoritates Doctorum addere, conueniens eſſe iudicaui: vt ſic vndequaq; Dei ſapientia monſtretur admirabilis. Dionyſius Areopagita, cap: 7. de diuinis

Dionyſ. 6. de diuin. nom.

Sciét. Dei ex doctoribus.

nominibus, mirabilia, & penè diuina de diuina loquitur ſapientia. Non ſolùm, inquit, eſt ſapientiæ exuberans Deus, & ſapientiæ eius non eſt numerus; ſed & ſupra ſermonem omnem, & mentem, & ſapientiam locatus, eminet. Intellexit mirabiliter hæc profectò diuinus vir communis noſter, noſtriq́; præceptoris Sol, qui ſtultum Dei, ſapientius hominibus dixit. Non modò quia humana mens omnis, firmitati, & ſtabilitati diuinarum, exactiſſimarumq́; intelligentiarum comparata, error quidam eſt; verùm quia etiam ſolenne theologis eſt, paſſione reciproca, in Deo quæ ſunt, priuationis aſſerere. Ita & inuiſibilem aiunt ſanctæ litteræ clariſſimam lucem, eumq́;, qui celeberrimus eſt, & qui multis inſignis nominibus eſt, ineffabilem, & ſine nomine appellant: præſentemq́; omnibus, & qui inuenitur ex omnibus, incomprehenſibilem, atq; inueſtigabilem dicunt. hoc modo quoq; diuinus Apoſtolus, ſtultitiam Dei laudare perhibetur, quòd in ea irrationabile indignumq́; videtur, ad ineffabilem, rationemq́; omnem præcellentem referens veritatem. Senſus eſt Dei ſapientia non ſolùm eſt exuberans, & ampliſſima; verùmetiam, id, quod à nonnullis ſtultum

Paulus Præceptor Dionyſii.

Stultitia Dei quid?

reputatur, nempe velle naſci, & mori pro homine, omnem creatam vincit ſapientiam: hanc igitur irrationabilem, & amentem ſtultamq́; ſapientiam, eminentia ſingulari prædicantes dicamus, omnis ſenſus & rationis, omnisq́; ſapientiæ, & intelligentiæ authorem eſſe: ipſius eſſe omnium conſilium, atq; ab ipſa omnem ſcientiam, atq; intelligentiam profluere: ex ea intelligibiles angelicorum ſpirituum, intellectualesq́; virtutes, ſimplices, & beatas intelligentias habent, ſpiritualiter, vniceq; intelligibilia diuina penetrantes: eſtq́; in eis ſpiritualis virtus, & operatio impermixta, & immaculata irradiata mundicia, contemplatioq́ue diuinorum ſenſuum indiuidua, & ſpiritualis, quæ auguſtiore illo ſingulari, ad diuinum, ac ſapientiſſimum, & ſenſum, & verbum, pro viribus formatur. Per diuinam item ſapientiam, & animæ ratiocinandi vim habent diſcurſione, & longo ambitu ad rerum veritatem annitentem, atq; in eo ſingularibus illis ſpiritibus inferiores; quòd indiuiduis, atq; omnigenis varietatis vtuntur ſignis. In eo verò, quod plurima in vnum colligant, intelligentiis quoque æqualibus angelis, quantum fas eſt animabus ad id aſpirare, illuſtrari promerentur. Itaq; diuina mens omnia continet, cunctis ſupereminet ſcientia, ſecundum omnium cauſam, omnium in ſe notionem ante complexa, priuſquàm angeli fierent, ſciens, angeloſq́ue producens, & alia omnia in intimis, & ab ipſo (vt ſic loquar) initio noſcens, [illegible] ad ſubſtantiam ducens. Et hoc arbitror id ſignare, quod dicitur: Qui nouit omnia antequam fiant. Non enim ex his, quæ ſunt, ea quidem diſcens diuina mens nouit; ſed in ſe, & ex ſe; ſecundum cauſam, omnium notionem, & ſcientiam, atq; ſubſtantiam anticipat. Dei itaque ſcientiam, vnam eſſe, omnium creatricem bonorum, atq; conſeruatricem, æternam, ſimplicem, manifeſtè Dionyſius declarauit.

Sapientia Dei author omnis ſapientiæ.

homo quomodò æqualis, & inferior angelis.

Nouit omnia antequã fiant

Baſilius.

Baſilius ſcribens ad Gregorium theologum epiſt. 141. ait: Nihil latet veram Dei ſapientiam, nam per illam omnia ſunt condita. Nemo enim mortalis vſquam eſt, qui opus ſuum, quod fecit, ignoret. Et exponens illum Pſal. verſiculum 32. De cœlo proſpexit Dominus, vidit omnes filios hominum de præparato habitaculo ſuo: Eos, inquit, qui in propria manent animæ dignitate, & naturæ congruentia faciunt, cœleſtius, hoc eſt, supernè aſpicit Deus. Eos verò, qui ad extremum flagitiorum prolapſi ſunt, ſecus inuiſit, nempe deſcendendo. Deſcendam, ait Deus ad Abraham in Geneſi, an ſecundum clamorem, qui ad me venit, perfecerint. Conſidera è ſublimi deſpectantem, è cœlo res mortalium introſpicientem. Quocunq; tandem perges, quocunq; demum efficies opus, ſiue in tenebris, ſiue in diei luce; Dei oculum ſuperintendentem habes. Et in principio prouerbiorum hom. 12. diffinit quid ſit ſapientia: Sapientia, inquit, eſt diuinarum, humanarumq́; rerum, & eorum, quæ rerum ſunt cauſa, ſcientia. Soli ergo Deo eſt vera ſapientia attribuenda, cui ineſt horum perfecta ſcientia. Vnde Apoſtolus ad Corint. loquens de hac ſapientia, ait: Sapientiam loquimur inter perfectos: ſapientiam verò non huius ſeculi, neque principum huius ſeculi, qui abolentur; ſed ſapientiam in myſterio abſconditam, quam præuidit Deus ante ſecula. Et qui in mundi conſtitutione, conditorem conſiderat, nouit & ipſe per mundi ſapientiam ipſum Deum. Sunt enim quidam ſapientiæ

Pſal. 32.

Dei oculus cuncta intuetur.

Sapientia quid ſit.
Cor. 1. 2.

Sapientia Dei ex mundo cognoſcitur.

ſermones

Scenitia Dei ex doctoribus.

ſermones ab initio genita, dum ipſa rerum creationi infuſa, ac permixta tacens clamat, & videtur ſui conditorem Dominum, vt per ipſam, ad veri ac ſolius ſapientis cognitionem, facilè penetres. Per ſapientiã enim Dominus terram fundauit. Dominus, inquit, genuit me in initio viarum ſuarum. Dei itaq; ſapientia, eſt omnium rerum ſcientia, ac perfecta beatitudo. Ambroſius exponens illud Pſal. 118. Propè es Domine, & omnes viæ tuæ veritas: ait: Deus omnibus adeſt, nec refugere eum poſſumus, ſi offendimus, nec fallere, ſi delinquimus, nec amittimus, ſi colamus. Spectat omnia Deus, omnia videt, aſſiſtit ſingulis, dicens: Deus appropinquans ego ſum. Et quomodo poteſt deeſſe alicui Deus, cùm de ſpiritu Dei legeris, Sap. 1. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum? Quia, vbi Domini ſpiritus, ibi Dominus Deus. Cœlum & terrã ego impleo, dicit Dominus, Ierem. 23. Vbi igitur deficit, qui impleat omnia? aut quomodo de plenitudine eius, Ioan. 1. omnes accepimus, niſi omnibus appropinquet? Deniq; Dauid ſciens illum vbiq; eſſe, & implere cœlum, & terram, & maria, ait: Pſa. 138. Quò ibo à ſpiritu tuo? & quò à facie tua fugiam? Quamobrẽ lib. officiorum 2. cap. 2. Deum appellat verum, perfectumque ſapientem. Deus, inquit, eſt iuſtus per omnia, ſapiens ſuper omnia, perfectus in omnibus. hæc tria, iuſtitia, ſapiẽtia, ſiue ſcientia, & perfectio, Deo verè, atq; propriè ſunt attribuẽda. Neq; enim recta eſſe poteſt veraq; iuſtitia ſine ſumma ſapientia, qua omniũ merita, atq; demerita appenduntur: neq; perfecta, atq; conſumata ſapientia, abſq; perfectionis ornamento. Deus ergo eſt ſapiẽs ſuper omnia. Hierony. in Oſeam cap: 4. dicit cum Propheta, non eſſe ſcientiam Dei in terra: Non eſt, inquit, veritas, non eſt miſericordia, non eſt ſcientia Dei in terra. Nec veritas, ait, abſq; miſericordia ſuſtineri poteſt: & miſericordia abſq; veritate efficit negligentes. Vnde alterum miſcetur alteri: quæ qui non habuerit, conſequenter, & Dei ſcientiam non habebit. In principio epiſtolæ ad Titum, hanc Dei ſcientiam, cognitionem, ſiue ſcientiam pietatis appellat. Secundum ſcientiam, ſeu notitiam veritatis, quæ eſt ſecundũ pietatem: Eſt, inquit, veritas, quæ non habet pietatem. Si quis Grammaticam artem nouerit, vel Dialecticam, & habeat in ſua ſcientia veritatem: ſed non eſt ſcientia illa pietatis. Scientia pietatis, eſt noſſe legem: intelligere Prophetas: Euangelio credere: Apoſtolos non ignorare. hæc autem ſcientia in ſpe vitæ æternæ poſita eſt; quia ſtatim ei, qui ſe cognouerit, præmium tribuit immortalitatis. Abſq; hæc ſcientia pietatis, delectat notitia veritatis ad præſens, ſed æternitatem non habet præmiorum. Et in caput Iſaiæ 55. Venite, emite abſq; argento, & abſq; vlla commutatione vinum, & lac. Increpat, inquit Hieronymus eos, qui ſequuntur ſapientiam ſecularem, & peruerſas Hæreticorum, ſimulataſq; doctrinas, & Phariſæorum traditiones, omnemq; falſi nominis ſcientiam, magnis prætiis, atq; labore continuos, in quibus nulla eſt ſaturitas. Ex quo oſtenditur eam ſectandam eſſe ſapientiam, quæ non eſt in foliis, ac flore verborum, ſed in medullis, ac fructibus ſenſuum, quæ non aurem prætervolat, ſed animum reficit. Quam, vt diſcamus, non tranſimus maria, nec magnis ſumptibus indigemus; ſed prope eſt verbum in ore noſtro, & in corde noſtro. Et reuera, vt in cap: 2. Eccleſiaſt: profitetur, noſtra ſcientia, opinio potius, quàm ſcientia eſt appellanda. Tranſiui ad contemplandam ſapientiã, erroreſq; & ſtultitiam, ait Eccleſiaſtes. Quid eſt, inquam, homo vt ſequi poſſit regem factorem ſuum? Non enim puto, inquit Hiero: poſſe hominem tam liquidò, & purè ſcire ſapientiam creatoris, & regis ſui; quàm ſcit ille, qui conditor eſt. Itaq; & illa, quæ nouimus, opinari nos potius, quàm tenere, & æſtimare magis quàm ſcire: quod verum eſt. Nihilominus, & ſi non ita purè eſt in nobis, ſicut in rege noſtro, cuius ſcientia omnia videt; magnam tamen differentiam inter illam, & ſtultitiam eſſe cognoui: quantum poteſt diſtare dies à nocte, lumen à tenebris. Nihil autem Dei ſcientiam latere oſtendit in cap: 4. Zachariæ: Septem iſti oculi ſunt Domini, qui diſcurrunt in vniuerſa terra. Deum ſanè nihil latet: nam & præteritorum, & præſentium, & futurorum conſcius eſt: redditq; vnicuiq; ſecundum opera ſua. Et in Eccle: cap: 1. Deus benignus, & clemens, inquit, minimorum quoq;, & omnium recordatur. Et exponens illud Matthæi 10. Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt: Immenſam Dei, inquit, erga homines oſtendit

Ambroſius.

Deus penetrat omnia.

Deus eſt perfectè ſapiens.

Hieronymus.

Scientia Dei.

Scientia pietatis.

Quæ ſapiẽtia ſit ſectanda.

Sciẽtia noſtra eſt opinio.

Nihil latet ſcientiam Dei.

 prouiden-

Scientia Dei ex doctoribus.

prouidentiam, & ineffabilem ſignat affectum, quòd nihil noſtrum lateat Deum: etiam parua, & otioſè dicta, eius ſcientiam non fugiant. Et in cap: Iſa: 29. Perdam ſapientiam

Iſa. 29.

ſapientum, & prudentiam prudentium abſcondam: Væ qui profundi eſtis corde, vt à Do-

Gen: 3. 4.

mino abſcondatis conſilium. Adam & Eua abſconderunt ſe ſub arbore, in qua erat ſcientia boni & mali, putantes ſic ſe poſſe latère. Cain quoq; ait: Si eijcis me hodie à facie tua,

Amos 9.

abſcondar: ſimili ſtultitia Deum arbitratus eſt, hæc omnia ignorare. Sed per Amos de impiis dicitur: Si abſconderint ſe ab oculis in profundo maris; ibi mandabo Draconi, & mordebit eos. Niſi ergo Dominus adiuuerit ſcientiam noſtram, in vanum laborat, qui ſe

Aug:

putat eſſe ſapientem. Auguſtinus lib: 11. de ciuit: Dei cap: 10. In ſcripturis ſanctis, inquit, dictus eſt ſpiritus ſanctus, ſapientia multiplex, Sap: 7. eò quòd multa in ſe habeat: ſed quæ habet, hæc & eſt, & ea omnia vnus eſt. Neq; enim multæ, ſed vna ſapientia eſt, in qua ſunt immenſi quidam, atq; infiniti theſauri rerum intelligibilium: omnes quoq; inuiſibiles, atq; incommutabiles rationes rerum, etiam viſibilium & mutabilium, quæ per ipſam factæ ſunt: quoniam Deus non aliquid neſciens, fecit: quod nec de quolibet homine artifice rectè dici poteſt. Porrò ſi ſciens fecit omnia; ea vtiq; fecit quæ nouerat. Ex quo occurrit animo quiddam mirum, ſed tamen verum, quod iſte mundus nobis notus eſſe non

Vna ſapiētia. Scientiæ Dei nihil accedit ex rebus.

poſſet, niſi eſſet: Deo autem niſi notus eſſet; eſſe non poſſet. Vult ergo Auguſtinus, noſtrā quidem ſcientiam, à rebus ortam eſſe: Dei verò cauſam eſſe rerum. Scientiæ ergo Dei nihil accedit ex rebus genitis: quemadmodū idem docet lib: 2. ad Simplicianum, quæſt: 2. Si autem, inquit, ſicut in ordine temporalium creaturarum, ita & apud Deum nondum ſunt, quæ futura ſunt, ſed ea præuenit ſciendo. bis ergo ea ſcitit, vno quidem modo ſecundum futurorum præſcientiam, altero vero modo ſecundum præſentium ſcientiam. Aliquid ergo temporaliter accedit ſcientiæ Dei, quod abſurdiſſimum, atq; falſiſſimum eſt. Et lib: 13. de Trin: cap: 13. Sed nunquid Deus Pater, de quo natum eſt verbum, de Deo Deus, in illa ſapientia, quod eſt ipſe ſibi, alia didicit per ſenſum corporis ſui, quod eſt ei nullū, alia per ſeipſum? ſiue aliunde ab aliquo, aut nunciis, & teſtibus, vt ea ſciret, indiguit? Non

Scientia Dei non indiget nuncijs.

vtiq; ad omnia ſcienda, quæ ſcit, ſufficit ſibi ſua perfectio habet quidem nuncios .i. Angelos, non tamen qui ei, quæ neſcit, annuntient; non enim ſunt vlla, quæ neſciat; ſed bonum eorum eſt de operibus ſuis, eius conſulere veritatem: & hoc eſt, quod ei dicuntur nonnulla nunciare, non vt ipſe ab eis diſcat; ſed vt ab illo ipſi, per verbum eius ſine corporali ſono nuncient quod voluerit, ab eo miſſi, ad quos voluerit. Itaq; Deus vniuerſas creaturas ſuas, & ſpirituales, & corporales, non quia ſunt, ideo nouit; ſed ideo ſunt, quia nouit. Non enim neſciuit quæ fuerat creaturus. Quia ergo ſciuit, creauit. Nec aliter ea ſciuit creata, quàm creanda. Non enim eius ſapientiæ aliquid acceſſit ex eis; ſed illis exiſtentibus ſicut oportebat, & quando oportebat, illa manſit, vt erat. Ita ſcriptum eſt in libro Eccleſiaſtico,

Scientia Dei ſemper eſt eadem.

cap. 23. Antequàm crearentur omnia nota ſunt illi: ſic & poſtquam conſumata ſunt, ſic ei nota ſunt: longè ergo huic ſcientiæ, ſcientia noſtra eſt diſſimilis. Quæ autem ſcientia Dei

Scientia Dei, eſt ſubſtantia Dei.

eſt, ipſa & ſapientia; & quæ ſapientia, ipſa eſt eſſentia, ſiue ſubſtantia; quia in illius naturæ ſimplicitate mirabili, non eſt aliud ſapere, quàm eſſe: ſed quod eſt ſapere, hoc eſt & eſſe. Noſtra verò ſcientia, in rebus plurimis propterea & eſt amiſſibilis, & receptibilis; quia non hoc eſt nobis eſſe, quod ſcire, vel ſapere: quoniam eſſe poſſumus etiam ſi neſciamus, neq; ſapiamus ea, quæ aliunde didicimus. Hæc Auguſtinus. Ex quibus animaduertimus, quas antea recitauimus proborum philoſophorum ſententias, imitatum fuiſſe, veramq; deniq; ſcripturarum authoritatem: Dei enim ſcientia eſt cauſa rerum, ſimplex, vna, æterna, omnium ſcientiarum principium, vera, immutabilis.

QVAESTIONIS SECVNDAE CAP. I.

Scientia ſecundum Theologos oſtenditur.

In alio

De ſcien. Dei ex theologis.

IN alio Pymandri libro diſputando oſtendi ſatis, quomodo intellectus diuinus intelligat alia à ſe, & quonam modo in mente diuina ſint æternæ rationes, quibus diſtinctè rerum quidditates cognoſcit. Deniq; quòd intellectus diuinus infinita intelligat. Cùm igitur hæc ita ſe habeant; nonnulla mihi adducenda ſunt, quæ huic negotio vtilia, atq; neceſſaria eſſe iudicaui: atq; inprimis in Deo ſcientiam inueniri demonſtrabo.

In Deo eſſe ſcientiam.

Sciens, ſeu cognoſcens in hoc à non cognoſcenter, diſtinguitur; quòd non cognoſcens ſuam tantùm formam habeat: cognoſcens autem aptitudinem habet alterius formæ recipiendæ; atq; ex hoc ampliorem, latioremq́; habet naturam: ille verò ſtrictiorem, magiſq́; arctiorem. Suffragatur huic ſententiæ illud philoſophi 3. de anima. Anima, inquit, eſt quodammodo omnia: quippè quæ omnium poteſt ſimilitudinem recipere: formæ autem coarctatio eſt per materiam: proinde, & quò magis fuerint materiales, eò magis ad quandam infinitatem accedunt.

Ratio cognoſcendi quæ ſit

Itaq; alicuius rei immaterialitas, ratio eſt illi cognoſcendi, ſiue vt ſit cognoſcitiua, modumq́; immaterialitatis, modus vtiq; inſequitur cognitionis: plantis namq;, ob ipſarum materialitatem, deeſſe modum cognoſcendi in 2. de anima, liberè philoſophus profitetur: ſenſum verò eſſe cognoſcitiuum, quia nimirum ſpecies ſine materia recipere valet. Quam ob cauſam hæc virtus cognoſcendi efficacior, atq; amplior in intellectu inuenitur humano, quia longè magis abeſt à materiæ mixtione. Adde, quòd cognoſcens eſt ipſum cognitum actu, vel potentia, materia verò nunquam, atq; nullo modo eſt ipſa forma: Inde ſit, teſte Comment: 3. de anima, Com. 5 vt cognoſcens, & cognitum ſint magis vnum, quàm materia & forma.

Cognoſcens & cognitum fiunt vnum.

Sanè, ex intellectu, & re intellecta, non ſit aliquod tertium, ſicuti ex materia, & forma. Ad hæc accedunt, quòd vnumquodq; operatur ſecundum quod eſt in actu, vt ſcribitur 3. phyſ. 24. & quòd cognitum ſit principium ſpecificatiuum cognitionis 12. met: ex quibus habetur, quòd cùm cognoſcens, ſufficiens eſſe debeat propriæ operationis principium, quandoquidem id omnibus commune ſit perfectis naturis; oportet, vt illius, cuius eſt cognoſcitiuum ſit etiam ſpecificatiuum principium. Deniq; 2. cœli tex. Com. 17. ſcribitur, quòd vnumquodq; eſt tale propter ſuam operationem: igitur natura cognoſcitiua eſt talis ſecundum ſe, ſuamq́; operationem.

Quare Deus cognoſcit.

Cùm igitur Deus ſit immaterialis omninò: eſt ergo ſumme perfectiſſimè cognoſcens, & conſequenter conſumatiſſimæ ſcientiæ. Ex hoc etiam ſequitur, Deum ſe per ſeipſum intelligere: quæ enim ſunt Dei nemo nouit, niſi ſpiritus Dei. Sanè, quàmuis in operationibus, quæ in effectum tranſeunt exteriorem, operationis obiectum, quod vt terminus ſignificatur, eſt aliquid extra operantem. Secus autem res ſe habet in operationibus, quæ non ſunt extra operantem: in his profectò, obiectum extra operantem non inuenitur: vnde ſecundum quòd eſt in eo, ita certè, & operatio ipſius inuenitur in actu: intelligibile enim in actu, & intellectus ſimiliter in actu.

Deus intelligit ſe.

Ex hoc enim aliquid in actu ſentimus, vel intelligimus, quòd noſter intellectus, ſiue ſenſus ſpecie aliqua ſenſibili, ſiue intelligibili informetur in actu. Vnde ſit, vt vterq; iſtorum, quia eſt in potentia, à ſenſibili aliud ſit, atq; intelligibili.

Deus eſt actus purus.

Quare, cùm Deus ſit actus puriſſimus, nihil potentialitatis habens: in ipſo ergo Deo, intellectus & res intellecta ſint idē, neceſſe eſt omninò vnde ſit, vt neq; careat ſpecie intelligibili, ſicut accidit intellectui in potentia exiſtenti: neq; ipſa ſpecies intelligibilis ſit aliud à ſubſtantia diuini intellectus ſeipſum intelligentis: Sicuti noſtro accidit intellectui, ſed ſit ipſemet diuinus intellectus. Ex quo, ſeipſum à ſeipſo intelligi, patet ſatis.

Deus ſeipſum cōprehendit.

Cùm ergo res ita ſe habeat; igitur non ſolùm ſeipſum intelligit, ſed comprehendit etiam: omne enim, teſte Auguſt. lib. 83. quæſt. quod ſe intelligit, ſeipſum quoq; comprehendit. Et reuera, tunc aliquid comprehendi dicitur, cùm ipſius finem cognitionis attigerit: quod plenè tunc ſit; quando res ita perfectè noſcitur ac eſt cognitu poſſibilis. Ad hunc modum aliquam propoſitionem demonſtrabilem comprehendi confitemur, quando nimirum per demonſtrationem, non autem per aliquam probabilem cognoſcimus rationem. cùm autem Deus ſeipſum perfectè cognoſcat, quantum eſt perfectè cognoſcibilis, quippè cùm vnumquodq; ſit cognoſcibile ſecundum modum ſui actus: Deus autem, vt dixi, eſt actus puriſſimus:

Dei ex theologis. *mus: igitur perfectiſſimè ſe cognouit, ſiue cognoſcit: ac proinde ſeipſum perfectè compre-*
hendit. Quod cùm ita ſe habeat, abſq; dubio, intelligere Dei, eſt eius ſubſtantia: Deo enim
hoc eſt eſſe (teſte Auguſt. 7. de Trin.) quod ſapientem eſſe: hoc autem eſt ſapientem eſſe,
Intelligere Dei eſt eius ſubſtantia. *quod intelligere. Sed eſſe Dei, eſt eius ſubſtantia: intelligere ergo Dei, eſt eius ſubſtantia:*
alioqui aliquod aliud eſſet actus, & diuinæ ſubſtantiæ perfectio: ad quam, ſicut potentia
ad actum, ita ſe haberet diuina ſubſtantia: quòd certè fieri non poteſt. Intelligere profectò,
eſt perfectio, & actus intelligentis. Etenim intelligere, non eſt actio ad aliquod progre-
diens extrinſecum; ſed manet in intelligente, ſicut eiuſdem actio, atq; perfectio; quatenus
ſcilicet eſſe eſt perfectio exiſtentis. Profectò, quemadmodum eſſe conſequitur formam,
ita planè intelligere ſpeciem intelligibilem: Dei autem forma eſt eſſe eiuſdem; & ſua ipſi-
us eſſentia ſpecies intelligibilis: igitur intelligere Dei, eſt eius eſſe, atq; ſubſtantia. Itaq;
in Deo eſt ſcientia, quæ eſt vera ipſius ſubſtantia, ſeipſum quoq; intelligit perfectè, atque
Argumenta contraria. *comprehendit, Deniq; ſuum intelligere, eſt ſuum eſſe, & ſubſtantia. Sed arguet aliquis*
contra prædicta, dicens, ſcientia eſt habitus, qui Deo tribui non poteſt, eſt enim medius
inter potentiam, & actum: Deus autem eſt purus actus: in Deo ergo non eſt ſcientia.
1. *Sanè, ſcientia eſt habitus concluſionum; eſt ergo cognitio, ex principiorum cognitione*
producta: Sed in Deo tale aliquid inueniri non poteſt: ergo quod prius. Adde, quòd o-
mnis ſcientia eſt vniuerſalis, vel particularis: quarum neutra Deo eſt tribuenda: in Deo er-
2. *go non eſt ſcientia. Amplius, ſi Deus ſciret ſuam eſſentiam, extra ſe egrederetur, atq; mo-*
ueretur: omnis enim ſciens, vt dicitur in lib. de cauſis, eſſentiam ad ſuam quoq; redit eſſen-
tiam reditione completa. Sed Deo non conuenit ad ſuam redire eſſentiam, cùm illam nun-
quam egrediatur: igitur Deus ſeipſum non intelligit. Reuera, intelligere eſt quoddam pati,
& moueri 3. de anima: ſcientia quoq; eſt quædam aſſimilatio ad rem ſcitam, & ſcitum eſ-
ſet perfectio ſcientis: Sed nihil, teſte Hilario, mouetur, patitur, aut perficitur à ſeipſo,
neq; eſt ſimilitudo ſibi ipſi: Ergo quod prius. Ad hæc accedit, quòd nos ſumus Deo ſimi-
les ſecundum intellectum, ſed noſter intellectus non intelligit ſe, vt dicitur 3. de anima, niſi
alia intellexerit: Igitur Deus non intelligit ſe, niſi fortè alia intelligendo. ſed dictum eſt,
3. *Deum intelligere ſeipſum per ſeipſum: ſeipſum ergo Deus non intelligit. Item, quòd ſei-*
pſum comprehendit, teſte Aug. lib: 83. quæſt. eſt ſibi finitum: ſed Deus eſt omnibus mo-
dis infinitus: ſeipſum ergo nequit comprehendere. Quòd ſi dixeris, Deum nobis quidem in-
finitum, ſibi verò finitum eſſe. Contrà, res veriores ſunt apud Deum, quàm apud nos. Qua-
re ſi ſibi eſt finitus, nobis autem infinitus; profectò verius eſt eum finitum, quàm infinitū
4. *eſſe: quod eſt falſum, ſicut ſæpè oſtendi. Amplius, intelligere Dei non eſt eius eſſe: ſi-*
quidem intelligere, eſt quædam operatio, quæ procedit ab operante: ſed ſubſtantia Dei nō
procedit ab aliquo alio, cùm ſit ipſa omnium prima: igitur intelligere Dei, non eſt ſui i-
pſius ſubſtantia. Cùm aliquis præterea intelligit ſe intelligere, hoc non eſt aliquod magnū
intelligere, aut principale intellectum; ſed quoddam ſecundarium & acceſſorium intelli-
gere. Quare, ſi Deus ſit ipſum intelligere: non erit profectò aliquod magnum intelligere
Deum: ſed potius ſicut cùm intelligimus intelligere: quod eſt falſum. Adde, quòd omne
Soluuntur Argumenta. *intelligere, eſt aliquid intelligere. Cùm ergo Deus intelligat ſe, ſi ipſemet non eſt aliud,*
quàm ſuum intelligere: non ergo ſe intelligit: at ſi eſt aliud, ſic vtiq; daretur proceſſus in
infinitum: nam ſi intelligere, eſt aliud intelligere, & illud iterum aliud: & ſic in infinitū,
1. *quod eſt falſum. Dei ergo intelligere, non eſt ipſius ſubſtantia. Reſpondeo ad primum,*
atq; dico, in Deum non cadere aliquam qualitatem; ideoq; Dei ſcientiam eſſe illius ſubſtā-
tiam, ſicut hactenus probaui. Ad confirmationem dico, quæ in creaturis diuiſim haben-
Intelligentia. *tur, in Deo ſimpliciter, atq; vnitè inueniri. homo enim ſecundum diuerſa cognita, diuer-*
Scientia. *ſas habet cognitiones: intelligentiam ſiquidem, quatenus principia intelligit, ſcientiam ve-*
Sapientia. *rò ob concluſionum notitiam: ſapientiam autem, quia circa altiſſima verſatur: prudenti-*
Prudentia. *am quoq; & conſilium, quoniam agibilia percipit. Porrò hæc omnia ſimplici, & vna co-*
Conſilium. *gnitione à Deo cognoſcuntur: omni illarum imperfectione abiecta. Ad aliam quoq; con-*
firmatio-

firmationem dico, ſcientiam eſſe ſecundum modum cognoſcentis: ſcitum verò eſſe in ſcientē ſecundum modum ſcientis. Cùm autem diuinæ eſſentiæ modus, ſit altior modo, quo humanæ ſubſiſtunt creaturæ: non habet ergo diuina ſcientia creatæ ſcientiæ modum: propterea ergo nulla illius conditio ei tribui poteſt. 2. *Ad 2. dico, Redire ad ſuam eſſentiam, perinde eſſe, ac rem in ſeipſa ſubſiſtere: forma enim quatenus materiam perficit, dum ei eſſe largitur, ſupra ipſam quodammodo effunditur: quatenus verò eſſe habet in ſeipſa; in ſeipſam vtiq; redit. Virtutes igitur cognoſcitiuæ, quæ non ſunt ſubſiſtentes, ſed aliquorum actus organorum, ſeipſas cognoſcere nequeunt, ſicut licet in ſingulis conſpicere ſenſibus: virtutes autem cognoſcitiuæ per ſe ſubſiſtentes, ſeipſas cognoſcunt. per ſe autem ſubſiſtere propriè Deo competit. Quam ob cauſam ad ſuam ipſius redire dicitur eſſentiam.*

Quid ſit redire ad ſuam eſſentiam.

Ad confirmationem reſpondeo, quòd moueri, & pati in hoc æquiuocè ſumantur: quatenus ſcilicet, ſicut dicitur 3. de anima, intelligere dicitur quoddam moueri, vel pati. Etenim intelligere non eſt motus actus imperfecti, ab alio in aliud procedens; ſed eſt actus perfecti exiſtens in ipſo agente, intellectum verò ab intelligibili eſſe perficiendum, eiq́; aſsimilandum, intellectui tribui debet in potentia exiſtenti: in quo non ſunt idem intelligens, & intellectum, atq; ſpecies intelligibilis. cùm autem intellectus Dei ſit ſemper purus actus, nihil illorum ei eſt tribuendum. Ad confirmationem dico, in ordine intelligibilium non ſecus habere intellectum noſtrum poſsibilem, ac materiam primam in rerum naturalium ordine: eſt enim in potentia ad intelligibilia, ſicut prima materia ad naturalia. Ex quo patet, intellectum noſtrum poſsibilem, intelligibilem, niſi per alicuius ſpeciem intelligibilem habere operationem non poſſe. Intelligit ergo ſeipſum, & alia, intelligibili ſpecie intellecta. Proinde cognoſcens intelligibile, intelligit ipſum intelligere: & per actum cognoſcit potentiam intellectiuam. Deus autem, quoniam tam in ordine exiſtentium, quàm intelligibilium, eſt actus puriſsimus; ideò ſeipſum per ſeipſum intelligit.

Intellect⁹ poſſibilis eſt vltimus in ordine intelligibilium.

3. *Ad 3. comprehendere propriè ſignificat aliquid habens, atq; alterum includens: & ita omne comprehēſum, eſt finitum, ſicut etiam omne incluſum. Verùm huiuſmodi modus Deo tribui non poteſt: quippè qui ſeipſum comprehendit, non quaſi intellectus ſuus ſit aliud à ſeipſo, ipſumq́; capiat, & includat; ſed huiuſmodi locutiones ſunt potius per negationē exponendæ. Etenim quemadmodum Deus dicitur eſſe in ſeipſo; quia nimirum à nulla re extrinſeca continetur; ita planè dicitur à ſeipſo comprehendi, quia nihil eſt ſui, quod ipſum lateat. Ad confirmationem, Deus dicitur ſibi finitus, per quandam proculdubio proportionis ſimilitudinem; quòd ſcilicet ſicut ſe habet aliquod finitum in non excedendo intellectum finitum; ita planè ſubſtantia diuina ad intellectum diuinum, in quibus eſt par virtus & intelligentis, & rei intellectæ.* 4. *Ad 4. Iam patet, intelligere non eſſe operationem extra operantem, exeuntem, ſed in ipſo potius intellectu manentem. Ad confirmationem negatur ſimilitudo: intelligere enim diuinum eſt ſubſiſtens: noſtrum autem leue, & citò tranſiens: propria cùm illud percipimus, non aliquod magnum intelligimus. Ad aliam confirmationem ſimiliter eſt reſpondendum: ſiquidem intelligere diuinum in ſeipſo ſubſiſtens, non eſt alterius, ſed ſuiipſius: ideoq́; non oportet in infinitum procedere. Quomodo ergo intelligere diuinum ſit ſuum eſſe, & intelligat, atq; comprehendat ſeipſum: dixi.*

CAPVT II.

Scit Deus alia à ſe per ſuum, & non aliorum eſſe.

POſtquam oſtendi in Deo ſcientiam eſſe, quæ eſt ſua eſſentia, & quòd ſeipſum intelligat, & comprehendat quodq́; ſit ſuum intelligere; rationi conſentaneū eſſe puto, vt quomodo alia intelligat, ad mentē Theologorum diſputē; præſertim cùm non vna fuerit omniū ſententia. In primis autem dico, Deum alia à ſe cognoſcere: ſeipſum namq; ſuamq́; virtutem perfectè intelligit, & cognoſcit; alio-

Deum ſcire alia à ſe per ſuum eſſe.

De ſcientia Dei ex theologis

ſcit; alioqui perfectum eſſe non haberet: Suum quippe eſſe, eſt ſuum intelligere. Ea ergo
intelligit, ad quæ ſua virtus ſeſe extendere valet; aliter ſua virtus perfecta dici non poſ-
ſet. Sed virtus diuina ad alia à ſe porrigitur, & extenditur, vtpote prima omnium cauſa:

Intelligere eſt eſſe primæ cauſæ.

Omnia ergo alia à ſe intelligit. Adde, quòd intelligere ſit eſſe primæ cauſæ: omnes ergo ef-
fectus in ipſa prima cauſa exiſtentes, in eius vtiq; ſunt intelligere. Igitur ſunt in ea modo
intelligibili: quia vnumquodq; eſt in altero, eius certè modo, in quo eſt. Itaq; patet, quomo-
do Deus per ſuam eſſentiam, tanquam per obiectum eminenter continens omnia, cognoſcit

Modus cognoſcendi duplex

alia omnia à ſe: Nunc reliquum eſt ſcire modum, quo Deus hæc omnia cognoſcit. Porrò, bi-
fariam aliquid cognoſci dicimus: vno quidem modo in ſeipſo, quando ſcilicet per propri-
am, ipſi cognoſcibili adæquatam cognoſcitur ſpeciem: Sic oculus videt hominem per ſpe-
ciem hominis. alio verò modo, quando videtur per ſpeciem continentis: quemadmodum
pars videtur in toto, per ſpeciem totius: vel homo in ſpeculo per ſpeciem ſpeculi: aut quo-
cunq; alio modo contingat aliquid in alio videri. Cùm igitur Deus ſeipſum videat in ſeipſo,

Deus omnia videt in ſeipſo.

quia ſcilicet per ſuam ſe eſſentiam videt: Alia ergo à ſe videt, non in ipſis quidem, ſed in
ſeipſo; in quantum ſua eſſentia, aliorum ab ipſo ſimilitudinem continet. Sanè, ſi per ſpeci-
em ſibi adæquatam, hoc eſt, per ſuam eſſentiam, & ſe videt, & alia à ſe: igitur alia à ſe, non
in ſeipſis, ſed in ſeipſo videt. Putant rudiores in eſſentia diuina omnia cum quadam diſtin-
ctione contineri, ac imagines, quæ in ſpeculo apparent: Sapientiores verò docent indiſtin-
ctè, & eminenter, veluti effectus in cauſis eminentibus in diuina eſſentia contineri omnia;
ſic tamen perfectè, ac ſi diſtinctè continerentur: hoc autem ita ſe habere, naturæ cauſa-
rum oſtendunt. Diuina ergo eſſentia mediante ſeipſa, vt obiecto, alia repræſentat: habet ſe
enim ad illa, ſicut ſpecies cauſæ ad effectus, ad quos cauſa huiuſmodi ſeſe extendere valet.
Deus ergo per ſuam eſſentiã cognoſcit omnia, idq; propria cognitione: nõ in cõmuni, in quan
tũ ſunt entia. Sicut enim ignis, ſi cognoſceret ſeipſum, vt eſt principiũ caloris; naturã vtiq;

Cognoſcit omnia propria cognitione.

caloris cognoſceret, atq; alia omnia quatenus calida ſunt; ita planè Deus, inquiunt, in quan-
tum ſe cognoſcit, vt principium eſſendi, entis cognoſcit naturam, & alia omnia, in quantum
ſunt entia. Sed hoc Dei cognitioni minimè eſt tribuendum: ſiquidem huiuſmodi cognitio in
communi tantùm, & non in ſpeciali imperfecta reputatur. Quam ob cauſam dum intelle-
ctus noſter de potentia in actum migrat vniuerſalem, confuſamq; de rebus cogni[illegible]nem
prius recipit, deinde ad propriam rerum notitiam peruenit, de imperfecto ad perfectum
procedendo, ſicut docet philoſophus lib. primo phyſicorum. Quare, ſi Deus, in communi, &
non in ſpeciali cognoſceret entia; proculdubio ipſius intelligere eſſet imperfectum, &

Cognitio imperfecta.

conſequenter eius eſſe: idem enim ſunt: ſed hoc eſt falſum, ſicut in multis locis probatum
eſt. Omnia ergo propria cognitione cognoſcit: non ſolùm quatenus communicant in ratione
entis, verùm etiam, quatenus vnum ab alio diſtinguitur. Nec valent illorum exempla, qui-
bus nonnullos vſos fuiſſe legimus, quòd ſcilicet Deus per vnum multa cognoſcit: exempli

Omnia cognoſcit in ſpeciali.

gratia, ſi cẽtrum cognoſceret ſeipſum; omnes quoq; ab eo exeuntes cognoſceret lineas; ſiue
lux ſi ſeipſam cognoſceret, omnes quoq; colores eſſet cognitura. Hæc ſiquidem exempla,
etſi aliquid habeant, quod ſit admittendum, nempè vniuerſalis cauſalitas, quæ Deo eſt tri-
buenda; multa tamen alia continent falſa, & abſurda. Multitudo namq; & diuerſitas, non
ab vno principio producuntur vniuerſali, vt eſt diſtinctionis principium; ſed potius, vt id,
in quo illa communicant. Non enim coloris diuerſitas ſolùm ex luce producitur; verùm e-
tiam ex diuerſa diſpoſitione diaphani recipientis. Et ſimiliter diuerſitas linearum ex di-
uerſo ſitu. Vnde fit, vt in ſuo principio, non propria, ſed communi cognitione hæc diuerſitas,

Omnia in deo eminenter contineri.

atq; multitudo cognoſcatur. Sed in Deo hæc ita non ſe habent: etenim non ſolùm id, in quo
creaturæ communicant; verùm etiam ea, quibus ab inuicem diſtinguuntur, in ipſo eminen-
ter continentur. Cùm igitur omnes in ſe perfectiones Deus ipſe contineat; ſua profectò eſ-
ſentia, non ſicut commune ad propria, vtpote vnitas ad numeros, vel centrũ ad lineas, com-
paratur; ſed potius, ſicut actus perfectus ad imperfectos, veluti homo ad animal, ſenari-
us, qui eſt numerus perfectus, ad numeros ſub ipſo imperfectos. per actum autem perfe-
ctum,

De ſcientia Dei ex theologis.

ctum, non ſolum communi, verùm etiam propria cognitione, actus imperfectos cognoſci poſſe patet ſatis. Qui enim hominem cognoſcit; & animal propria cognitione cognoſcit: & qui ſenarium; trinarium. Cum igitur Dei eſſentia omnium rerum perfectiones in ſeipſa eminenter contineat; omnia ergo propria cognitione intelligit. Et reuera in hoc propria cuiuſq; rei natura conſiſtit; vt per aliquem ſcilicet modum, diuinam perfectionem participet. Quare ſeipſum nequaquam perfectè cognoſceret Deus, ſi eum lateret modus, quo alijs ſua communicari perfectio poſsit. Nec etiam ipſam naturam eſſendi perfectè ſciret, niſi omnes cognoſceret modos eſſendi. Deum ergo propria quidem cognitione, qua diſtinguuntur entia ab inuicem, omnia cognoſcere, perſpicuum eſt omninò. Scit verò omnia non particulatim, velut alternante conceptum, hinc illuc, inde huc; ſed omnia videt ſimul.

Propria cognitio quæ.

In nobis enim duplex inuenitur diſcurſus, ſucceſsione vnus, quãdo ſcilicet ex aliqua re actu intellecta, ad aliud intelligendum pergimus; cauſalitate verò alter, veluti cùm per principia ad concluſionum pertingimus cognitionem: quorum neuter Deo eſt tribuendus: non enim in Deum cadit diſcurſus ſucceſsiuus: quippe qui omnia videt in vno, quod eſt ipſe. Simul ergo & non ſucceſsiuè omnia videt: veluti ſi diuerſas res videamus in ſpeculo, aut partes intelligamus in toto. Neq; etiam ſecundus, quandoquidem præſupponat primum: procedentes enim à principijs ad concluſiones, non ſimul vtrunque conſiderant. Vnde notum ſit, quòd quando primum cognoſcitur, ſecundum ignoretur, quòdq; ſecundum ex primo cognoſcitur. Terminus verò diſcurſus eſt, effectibus in cauſas reſolutis, ac tunc demum ceſſat diſcurſus: cùm autẽ Deus ſuos in ſeipſo, ſicuti in cauſa videat effectus; profectò eius cognitio diſcurſiua minimè eſt dicenda.

Scientia Dei eſt diuerſiua.

Quæ res cùm ita ſe habeat, liquet omninò, ſcientiã Dei immutabilẽ eſſe: Apud Deum, inquit Apoſtolus Iacobus 1. non eſt transmutatio, neq; viciſsitudinis obumbratio. Sanè, ſi ſcientia Dei, eſt eius ſubſtantia: & ſubſtãtia Dei eſt omninò immutabilis, vt dictũ eſt in alio libro Pymandri: ſcientia ergo Dei eſt modis omnibus immutabilis.

Scientia Dei eſt immutabilis.

Speculatiua quoq; dici poteſt magis quàm practica eſt enim nobilior: quod autem eſt nobilius, Deo eſt attribuendum.

Scientia Dei eſt ſpeculatiua.

Porrò aliqua ſcientia ſpeculatiua trifariam dici poteſt: vno quidem modo ex parte rerum, quæ ſciuntur, quæq; non ſubduntur operationi ſcientis; veluti eſt ſcientia hominis de rebus naturalibus atq; diuinis: alio autem modo ex modi ſciendi, veluti cùm ab aliquo artifice prædicata vniuerſalia ſui artificij conſtruendi, conſiderantur: vtpote ſi ædificator, mente domum diuideret atque diffiniret: conſiderat enim huiuſmodi operabilia ſpeculatiuo quidem modo, non autem quatenus ſunt ſpeculabilia. Operabile namq; eſt aliquid per applicationẽ formæ ad materiam: non per reſolutionem compoſiti in principia vniuerſalia formalia. Tertio autem ex parte finis: intellectus enim practicus fine differt à ſpeculatiuo intellectu: vt dicitur 3. de anima.

Speculatiua tribus modis dicitur.

Intellectus ſiquidem practicus, ad operationis finem ordinatur: intellectus verò ſpeculatiui finis, eſt conſideratio veritatis. Si ergo ædificator conſideret, qualiter domus ſit conſtruenda, non ordinans tamẽ eam ad operationis finem, ſed ad cognitionis tantùm; perinde profectò erit, ac ſpeculatiua operatio ad finem; de re tamen operabili. Scientia igitur, quæ eſt ſpeculatiua, ob rei vtiq; ſcitæ rationem, eſt tantùm ſpeculatiua: quæ verò ſpeculatiua eſt ſecundum modum, vel finem; ſecundum quid certè, & ſpeculatiua, & practica nominatur: cùm verò ad operationis finem ordinatur; eſt ſimpliciter practica.

Intellectus practicus.

Ex his ergo ſatis poteſt eſſe perſpicuum, de ſeipſo Deum ſpeculatiuam tantùm ſcientiam habere: operabilis non eſt enim: de alijs verò omnibus, & ſpeculatiuam, & practicam: quoad modũ quidem, ſpeculatiuam, quoad verò ad finem operandi, & tandem aliquo tempore perficiendi, practicam. Mala quoq; & ſi ab eo non fiant, ſub illius tamen cognitione practica continentur, quatenus ſcilicet ad aliquem finem ab eo ordinantur: ſic etiam ægritudines ſub practica medici cadunt cognitione, quatenus ſcilicet ab eo curantur.

Quomodo ſcientia Dei ſit ſpeculatiua.

Adde, quòd habitus practici ratio, in conformitate prioritateq; ad praxim, conſiſtat: ſed Dei ſcientia huiuſmodi prioritatis conformitatiſq; reſpectu non indiget: ergo: intellectus enim diuinus, ſi cognitionem eius ad actũ voluntatis comparare vellet: non haberet vtiq; notitiam priorẽ

Quomodo nõ ſit practica.

cognoſcat alia à ſe.

dictatiuam de praxi elicienda. Nec etiam practicorum principiorũ notitiam, aut quiddi-
tatiuam notitiam terminorum, quæ illa virtualiter includat principia. ſanè omnis notitia
diuina, voluntatis actũ præcedens, eſt vtiq; ei naturalis, & neceſſaria. Quare ſi intellectus,
aliquã haberet de praxi elicienda notitiam actum voluntatis præcedentẽ; neceſſariò vtiq;
in eſſet illi. Igitur voluntas, hanc cùm perceperit, non poteſt eã non velle; eſt enim recta,
& ab intellectu minimè diſſona. Neceſſariò ergo illam praxim eliceret, quod eſt ſalſum:
voluntas enim Dei ad extra nullo modo neceſſariò agit. Quomodo ergo ſciẽtia Dei ſit ſpe-
culatiua, & quonam modo practica dici poſſit, denuq; quod non ſit diſcurſiua, neq; muta-
bilis, & in ſeipſa cognoſcat omnia, ex prædictis ſatis perſpicuum eſſe puto.

CAP. III.

Argumenta contraria.

1. SOliti ſunt viri ingenio præclari contra prædicta ita arguere: Deus, teſte
Auguſtino, lib 83. quæſt nihil extra ſe intuetur: igitur non cognoſcit alia
à ſe. Tenet conſequentia: ſiquidem quæcunque ſunt alia à Deo, ſunt extra
Deum. Sanè, res intellecta eſt perfectio intelligentis (ſicut ſæpius dictum
eſt) ſed nihil eſt Deo perfectius atq; nobilius, alioqui non eſſet omnium en-
tium primum, & nobiliſſimum: ergo quod prius. Adde, quòd ipſum intelligere ſpeciem
habeat intelligibilem, ſicut & omnis planè actus à ſuo obiecto. Proinde tantò nobilius eſt
ipſum intelligere, quantò, & ipſum, quod intelligit. Sed Deus eſt ſuum intelligere: ſi ergo
2. aliquod aliud à ſe intelligeret, per illud etiam ſpecificaretur: ergo, &c. Amplius, Deus
cognoſcit alia à ſe, quatenus ſunt in ipſo: In ipſo autem ſunt ſicut in cauſa prima, vniuerſa-
Propria ratione. li, & communi: in communi ergo, & non in propria cognitione alia à ſe cognoſcit. Ad-
de, quòd quantum diſtat eſſentia creaturæ ab eſſentia diuina; tantum vtiq; & diuina eſ-
ſentia ab eſſentia creaturæ: ſed per eſſentiam creaturæ, diuina eſſentia perfectè cognoſci
non poteſt: nec ergo per diuinam eſſentiam, eſſentia creaturæ. Sed Deus nihil cognoſcit
niſi per ſuam eſſentiam: non ergo cognoſcit creaturam propria cognitione, quia non
ſcit de creatura quid eſt. Ad hæc accedit, quòd propria cognitio, ſine propria eiuſdem
ratione haberi non poſſit. Cùm ergo Deus omnia cognoſcat per propriam eſſentiam; non
ergo cognoſcit alia per propriam rationem: idem enim non poteſt eſſe propria ratio mul-
Diſcurſiua. torum, atq; diuerſorum: non ergo habet propriam, ſed communem de rebus cognitionem.
3. Iterum, ſcientia Dei non eſt in habitu, ſed in actu, in quo vnum tantùm intelligit: igitur
eſt diſcurſiua: tenet conſequentia ex authoritate philoſophi 2 thop. dicentis, ſcire in habi-
tu contingit multa ſimul. Reuera, creatura à Deo per ſeipſum, tanquam per cauſam cogno-
ſcitur: illius ergo ſcientia eſt diſcurſiua: cognoſcere enim effectum per cauſam, eſt ſcire
diſcurſiuum. Profectò in cauſis creatis cognoſcimus earum effectus: atq; à cauſis ad cau-
ſata diſcurrendo pergimus. Scientia ergo Dei ſimiliter ſe habebit, vt pote perfectior, &
4. nobilior. Scientia ergo Dei eſt diſcurſiua. Præterea, ſcientia relatiuè dicitur ad ſcibile:
igitur, ſcientia Dei eſt mutabilis: tenet conſequentia: ea enim, quæ important relationem
huiuſmodi, Deo ex tempore attribuuntur, atque ad modum creaturarum variantur: igi-
tur Dei ſcientia eſt variabilis. Adde, quòd quidquid poteſt facere, poteſt etiam & ſcire:
ſed poteſt plura facere, quàm facit, ſicut ſcripturæ teſtantur: Nónne poſſem habere ad
defendendum me pluſquàm duodecim legiones angelorum? ergo poteſt plura ſcire, quàm
ſcit: atq; ita eſſet mutabilis. Deus præterea ſciuit Chriſtum naſciturum, modò autem non
5. ſcit, quia iam natus eſt: non ergo quidquid ſciuit Deus, modò ſcit. Ergo quod prius. Iterũ.
Scientia Dei eſt cauſa rerum, ſicut dixi, & ſum dicturus: ſed ſcientia ſpeculatiua non eſt
cauſa rerum, quæ à Deo ſciuntur: igitur illius ſcientia non eſt ſpeculatiua. Scientia præ-
terea ſpeculatiua eſt per abſtractionem à rebus, quod planè Deo tribui non poteſt: ergo
quod

Si Deus cognoſcat alia à ſe.

Soluuntur argumenta.

*quod prius. Adde, quod ſecundum Auguſt. 6. de Trinit. Verbum eſt ars omnipotentis
Dei, ars autem eſt habitus practicus. Et in lib. 83. quæſt. ait: quod ideæ ſunt rationes, ſe-
cundum quas formatur omne factibile. Ergo quod prius. Verùm ad hæc ſic breuiter re-
ſpondemus, præſertim cùm in alio lib. de hoc negotio latius egerimus: & ad primum qui-
dem dicimus, verbum Auguſtini non eſſe ita intelligendum, quaſi nihil, quod ſit extra ſe,* 1.
*Deus videat; ſed quia id, quod eſt extra ſeipſum, non niſi intueatur in ſeipſo. Ad confir-
mationem reſpondeo, quòd res intellecta eſt quidem perfectio intelligentis, per ſpeciem
certè ſuam, non autem per ſubſtantiam: lapis ſiquidem non eſt in anima (teſte philoſopho
3. de anima) ſed ſpecies lapidis. Cùm ergo Deus alia à ſe per ſuam eſſentiam, omnium ſpe-
cies continentem intelligat; nihil ergo præter diuinam eſſentiam, poteſt eſſe diuini intelle-
ctus perfectio. Ad aliam confirmationem dico, intelligere, per obiectum ſpecificari,
quatenus ſcilicet forma intelligibilis, eſt intellectualis operationis principium: omnis enim
operatio per formam ſpecificatur, quæ eſt principium operationis, ſicut calefactio per
calorem. Per illam ergo formam intelligibilem, intellectualis ſpecificatur operatio, quæ
planè facit intellectum in actu: & hæc quidem ſpecies eſt principalis intellecti, quæ in
Deo aliud eſt nihil, quàm ſua eſſentia, in qua omnes ſpecies rerum continentur, & ab in-
tellectu diuino comprehenduntur. Non opus eſt igitur ipſum diuinum intelligere, ſiue ip-
ſum Deum per aliud, quam per ſuam eſſentiam ſpecificari. Ad 2. dico, cognoſcere aliquid* 2.
*in cognoſcente, dupliciter intelligi poſſe: vno quidem modo ex parte rei cognitæ; & ita
non eſt admittendum: non enim ſemper cognoſcens, cognitum ſecundum eſſe, quod habet
in cognoſcente, cognoſcit: oculus namq; non cognoſcit lapidem ſecundum eſſe, quod habet*

Cognoſci aliquid incognoſcente dupliciter.

*in oculo, ſed per ſpeciem lapidis, quam in ſe habet, lapidem ſecundum eſſe, quod habet ex-
tra oculum, cognoſcit. Vnde & ſi aliquis cognoſcens, cognitum ſecundum eſſe, quod habet
in cognoſcente cognoſcat; cognoſcit nihilominus ipſum ſecundum eſſe, quod habet extra co-
gnoſcentem. ſicut intellectus cognoſcit lapidem ſecundum eſſe intelligibile, quod habet in
intellectu, in quantum cognoſcit ſe intelligere, & cum hoc, cognoſcit etiam lapidem in pro-
pria forma: alio autē modo ex parte cognoſcentis, & ſic recipi poteſt. Verū enim eſt, quod
ſic cognoſcens cognitum cognoſcit ſecundum eſſe, quod habet in cognoſcente; quia nimirum
quanto perfectius eſt cognitum in cognoſcente; tantò perfectior eſt modus cognitionis.
Ex quo patet, quòd, cùm in Deo res perfectiſſimè ſint, atq; eminenter; ſine dubio perfe-
ctiſſimo modo cognitionis ab eo cognoſcuntur: quia planè eſt, vt non ſolùm cognoſcat res
eſſe in ſeipſo, verumetiam per id, quod in ſeipſo res continet, eas in propria cognoſcat na-
tura: ac tantò perfectius, quantò perfectius vnumquodq; eſt in ſeipſo. Ad confirmatio-
nem dico, creaturæ eſſentiam, ad Dei eſſentiam, vti actum imperfectum ad perfectum
comparari: ideóque creaturæ eſſentiam non perfectè ad diuinæ eſſentiæ cognitionem du-
cere: ſed bene è conuerſo. Ad aliam confirmationem, verum quidem eſt, idem non poſ-
ſe accipi, vt diuerſorum rationem, per adæquationis modum: ſed diuina eſſentia eſt ali-
quid excedens omnes creaturas, proinde accipi poteſt, vt propria vniuſcuiuſq; ratio,
quatenus eam imitantur diuerſimodè, atq; participant creaturæ. Propria ergo cognitione
Deus alia à ſe intelligit. Ad 3. Quamuis ſit vnum tantùm intelligere in ſeipſo: contingit ta-* 3.
*men multa intelligere in alio, ſicut dixi. Ad confirmationem reſpondeo, quòd Deus non
cognoſcit per cauſam, quaſi prius cognitam, quàm effectus cognoſcantur, ſed eos potius
cognoſcit effectus in cauſa. Vnde fit, vt eius cognitio diſcurſu non indigeat conquirentis.
Ad aliam confirmationem dico, creatarum effectus cauſarum in ipſis quidem cauſis à
Deo longè melius, quàm à nobis videri: non ob id tamen effectuum cognitionem in ipſis,
ſicut in nobis, ex cauſarum cognitione produci: quam ob cauſam eius ſcientia diſcurſiua
dici non poteſt. Ad 4. Dico, Dominum, & creatorem, & huiuſmodi relationes ad crea-* 4.
*turas, quatenus ſunt in ipſis ſignificare: Dei verò ſcientiam relationem ad creaturā, qua-
tenus ſunt in Deo. Secundum hoc enim vnumquodq; eſt intellectum in actu, ſecundum id
profectò, quod eſt in intelligente: Res autem creatæ ſunt in Deo inuariabiliter: in ſeipſis*

 variabiles.

Deus co-gnoſcit alia à ſe.

Relationes in variabiles.

variabiles. Ex quo patet aliter ſentiendum eſſe de relationibus conſequentibus actus, qui
ad ipſas creaturas, quatenus ſunt in ipſis, terminantur; veluti eſt Dominus, creator, &
ſimilia: nam ad variationem creaturarum, variè de Deo dicuntur: Aliter verò de ſcien-
tia, & amore, aliiſq; relationibus conſequentibus actus, qui in Deo eſſe intelliguntur: qui-
que de Deo inuariabiliter prædicantur. Ad confirmationem, verum quidem eſt, Deum
poſſe plura facere, quàm facit, non autem plura ſcire, niſi fortaſſis hoc referatur ad ſci-
entiam viſionis, qua dicitur ea ſcire, quæ ſecundum aliquod tempus ſunt in actu. ex hoc
autem, quia ſcit aliqua eſſe poſſe, quæ modò non ſunt, vel etiam non eſſe, quæ ſunt, non ſe-
quitur ſcientiam Dei eſſe variabilem: ſed potius ab ea rerum varietatem cognoſci: bene ta-
men id ſequeretur, quando aliquod iam exiſtens, neſciſſet, & poſtea tandem didiciſſet:
quod certè Dei ſcientiæ non eſt attribuendum: quippe quæ, quidquid eſt, vel poteſt eſſe
ſecundum aliquod tempus, Deus in ſuo æterno ſciuit. Quamobrem quidquid eſt, aut aliquo
modo erit, Dei non effugit ſcientiam, ideóq; Deus non poteſt plura ſcire, quàm ſemper ſci-
uit: implicat enim, quòd antea neſciuerit, & poſtea ſciat. Ad confirmationem vltimam
reſpondeo, quòd, quamuis non ſit verum dicere, quidquid Deus ſciuit, modò ſcit, ſi ad e-
nunciabile referatur: ex hoc tamen non ſequitur, ſcientiam Dei varietati eſſe ſubiectam.
Sicut enim abſq; ipſius varietate ſcit vnam eandemque rem quandoq; eſſe, quandoq; verò
non eſſe; ita planè abſq; ſui mutabilitate, ſcit aliquod enunciabile, quandoq; eſſe verum,
quandoq; autem falſum. Profectò abſq; dubio variabilis eſſet, ſi enunciabilia, per modum
enunciabilium, componendo ſcilicet, & diuidendo, cognoſceret, ſicuti in noſtro inuenitur
intellectu: cuius cognitio varietati ſubdita eſt, propter rerum varietatem: vtpote ſi putet
rem ita ſe habere, poſtea contrarium ſentiat, quæ omnia in Deum cadere non poſſunt: ideo-
5. que eius ſcientia eſt immutabilis. Ad 5. dico, ſcientiam Dei, non quidem ſuiipſius, ſed alio-
rum cauſam eſſe: & horum quidem actu, eorum videlicet, quæ pro aliquo tempore actum
conſequuntur: illorum verò virtute, quæ profectò poſſunt ab eo fieri, nunquam tamen fi-
ent. Ad confirmationem reſpondeo, quòd ſcientiam eſſe acceptam à rebus ſcitis non per
ſe, ſed per accidens, ſcientiæ conuenit ſpeculatiuæ, in quantum ſcilicet humana dicitur. Ad
confirmationem dicendum, de operabilibus perfectam ſcientiam non haberi, niſi quatenus
operabilia ſunt, à nobis cognoſcantur. Quoniam autem ſcientia Dei omnibus modis eſt per-
fecta: idcirco operabilia ab eo ſciuntur in quantum huiuſmodi ſunt, & non ſolùm ſecun-
dum quòd ſunt ſpeculatiua: ob id tamen à nobilitate ſua ſpeculatiuæ non recedit, quippe,
qui omnia in ſeipſo intueatur. Seipſum verò ſpeculatiuè cognoſcit; atq; in ſuiipſius ſpecu-
latiua ſcientia, cognitionem quidem omnium tum practicam, tum etiam ſpeculatiuam ha-
Ars Dei quæ ſit. bet. Ad aliam confirmationem dico, artem biſariam intelligi poſſe, vno quidem modo pro
habitu apprehenſiuo rectitudinis agendorum, tametſi non ſit potentiæ operantis, ſiue agen-
tis directiuus: hoc autem modo reſpectu factibilium, Deo ars tribui poteſt, quia nimirum
poſt voluntatis determinationem, agendorum ordinem intellectus videt. Alio autem mo-
do pro habitu tum apprehenſiuo, ſeu cognitiuo rectitudinis agendorum, tum etiam poten-
tiæ practicantis directiuo: atq; ita, ars eſt habitus practicus, qui planè Deo non conuenit,
maximè ſi executiua non eſſe alia ponatur à voluntate. Ideæ præterea ſunt rationes facti-
bilia repræſentantes: de agendo autem, vel non agendo, practicam, ſiue dictatiuam no-
titiam nequaquam virtualiter continentes: notitia autem operabilium nõ eſt præciſè pra-
ctica, niſi principia includat, aut concluſionum practicam.

CAP. IIII.

Scientiæ cauſam non eſſe immaterialitatem.

Argumenta.

PAulò antè oſtenſum eſt, in Deo eſſe ſcientiam, quia eſt ſine omni materia,
quæ non eſt ex ſe intelligibilis: quo magis enim aliquid ad materiam acce-
dit, eò planè minus habet virtutem intelligendi. Sed Deus eſt actus puriſſi-
1. mus: igitur eſt ſummè intelligens. In ſeparatis præterea à materia idem
eſt

Immaterialitas cauſa intelligendi.

eſt intelligens, & intellectum: plantæ præterea ob nimiam ſuam materialitatem non poſſunt intelligere: & ſimilia multa. Aduerſus hæc igitur ita arguunt non vulgaris doctrinæ viri. Si, inquiunt, ita res ſe haberet, vt quò aliquid materialius extiterit, eò minus intelligat: compoſitum igitur minus intelligeret, quam forma: minus enim forma materialitatis haberet, quod eſt falſum: Siquidem compoſitum ex anima, & corpore ſubſiſtens, vt pote homo, plus habet perfectionis, quàm anima tantùm: ergo perfectius intelligit: ſicut enim res ſe habet ad perfectionem naturæ; ita planè ad virtutem intelligendi. Demų totus homo minus eſſet beatificabilis, ſiue capax beatitudinis, quàm anima ſola, quia ſcilicet minus intelligeret: beatitudo autem tantò maior, quantò quis eam magis diligit, & intelligit: ſed hoc deſtrueret corporum reſurrectionem. Non ergo immaterialitas eſt præciſa cauſa intelligendi. Ad rationes verò ſuperius poſitas, ſic reſpondendum eſſe Soluũtur argumenta primæ opinionis
affirmant: quòd ſcilicet illa maior bifariam poßit intelligi: vno quidem modo, vt materiam, tanquam ſui partem complectetur: & ſic certè eſt abijcienda: homo enim totus, materiam includit tanquam partem ſui; anima autem, minimè. Alio autem modo, vt ſignificet gradum naturæ, & perfectionis naturalis, atq; tunc demum vera eſt, nec inde ſequitur, vt materia non ſit intelligibilis, ſed quod inter ſubſtantias ſit minimæ entitatis, & conſequenter minus intelligibilis, ſicut dixi in alio lib: Pymandri. 1.
2. *Ad 2. dicunt, in ſeparatis à materia per abſtractionem intellectus agentis, ſecundum Philoſophum 3. de anima, intelligentem, & intellectum, ſiue rem intellectam eſſe idem, non ob id tamen, quod obiectũ intellectum, ſit intellectiuum, ſiue intelligens; ſed potius, quod obiectum, quò ad ſuam ſpeciem, ſiue actum intelligendi, informet intellectum: hoc etiam modo ſenſibile, & ſenſus ſunt idem ſecundum actum: quare non licet inferre: omne igitur ſeparatum à materia, eſt intelligens; ſicut patet in omnibus planè accidentibus, quorum nullum eſt intellectiuum.*
3. *Ad 3. de plantis, aiunt, plantas non habere formam ſenſitiuam, neq; materia diſpoſitam ad talem formam recipiendam, ideoq; non ſentire. Adde, quod omnes illæ rationes, quibus nituntur oſtendere Deum intelligere hæc inferiora, non ſunt demonſtratiuè: ſiquidem Deus ſeipſo beatus eſt; proinde non indiget, vt creaturas intelligat, quò ſuam beatitudinem, vitamq; felicem aſſequatur. Alioqui ſi necesſariò illas intelligeret, neceſſariò crearet. tenet Conſequentia: ſcientia enim eius, eſt cauſa rerum. ſed hoc eſt falſum, quia nihil neceßariò agit ad extra.*
Solutio. *Ad hæc dici poteſt, quòd quamuis beatitudo Dei non pendeat ex rerum cognitione, nec necesſariò quippiam agat ad extra; ea tamen, quæ ipſe fecit, ab eo intelligi, & gubernari, omninò eſt propoſitio demonſtratiua; alioqui eſſet artifex ſine intellectu, & iuſtitia; quorum neutrum, Deo tribui poteſt, niſi velis Dei diuinitatem negare. Deum ergo intelligere omnia, eſt veriſsimum.*
Quod in Deo ſit ſcientia. *Sanè, ſi Deus eſt, quo maius aliquid excogitari non poteſt: eſt ergo in eo omnis perfectio ſimpliciter ex natura rei, atq; formaliter: ſed intellectus, & ſcientia, & huiuſmodi dicunt perfectionem ſimpliciter: illud enim dicit perfectionem ſimpliciter, quòd melius eſt, quàm non ipſum: in Deo ergo eſt ſcientia formaliter.*
1. *Amplius, efficiens eſt intelligens, quia cognoſcens, & non per ſenſum. omne enim agens, quod agit propter finem, & non cognoſcit finem, dirigitur ab intelligentia, à qua finis intelligitur: ob quam cauſam dictum eſt à philoſopho 2. phyſ. naturam ad intelligentiam, & opus naturæ in opus intelligentis reduci. Sed primum agens non poteſt dirigi ab alio cognoſcente; aliter non eſſet primum: Igitur intelligit omnia.*
2. *Adde, quòd, cuius eſt ordinare in finem, ad ipſum quoq; ſpectat ſapientiam habere: quia ſapientis eſt ordinare: ſed Deus eſt huiuſmodi: ergo in Deo eſt ſcientia, per quam dicitur formaliter ſciens: tametſi non ſit in Deo ſcientia inhærens; aut faciens vnum per compoſitionem: imperfectionem quippe ſonant in forma creata.*
Scientia Dei formalis. *Sed ſcientia eſt in Deo, qua Deus eſt formaliter talis. Eſt enim attributum, & manet formaliter in Deo ſecundum propriam rationem quidditatiuam: vnde licet tranſeat in eſſentiam per veram identitatem realem; ipſa tamen Deus, dicitur formaliter ſciens, vel ſapiens: ſicut diuinitate dicitur formaliter Deus, & de talibus ſimile eſt iudicium. Scientia præterea in creaturis, menſura-*

Obiectū ſcientiæ diuinæ.

ti, atq; cauſati rationem habet, à potentia vel ab obiecto, ſiue ab vtroq; quæ profectò imperfectionē denotant: ipſa enim menſuratur, atq; cauſatur actus. hæc autem in Deum cadere nequeunt: eſt enim ſcientia formaliter ſciens, non quidem vt habitus, quo promptè & alacriter aliquid operamur: quòd enim non promptè interdum intelligimus, aut expeditè operamur; in cauſa eſt, potentiæ, & actus, vel potentiæ, & obiecti diſtantia, aut aliquarum rerum, quæ neceſſariæ ſunt ad intellectionem habendam, indiſpoſitio: quæ planè Deo conuenire non poſſunt. Eſt enim ſibi idem poſſe intelligere, & intelligere. Adeſt præterea omnibus, & nulla in eum cadit indiſpoſitio, nullaq́; ſui intellectus, & primi obiecti diſtantia.

Scientia in Deo non eſt habitus.

Solutio primi argumenti.

Cæterùm pro ſolutione primi argumenti dici poſſet, immaterialitatē eſſe cauſam intelligendi, nam & ipſum intelligere eſt quoq; immateriale, & intellectus, & ſpecies intelligibilis. Quando autem dicitur, totum hominem perfectius intelligere, dico hoc ei accidere ob perfectionem naturæ; à qua ita eſt inſtitutus, vt non niſi ambas partes habuerit, perfectus eſſe non poſſit. Id autem Deo non competit, qui eſt forma ſimpliciſſima: propterea non eſt ſimile. Quomodo ergo in Deo ſcientia ſit, & quæ ſint iſtorum rationes, patet

CAPVT. V.

Obiectum Diuinæ ſcientiæ.

Poſthac de obiecto diuinæ ſcientiæ, ſiue intellectus nobis erit loquendū, an ſcilicet ſit vnum tantum, nempe diuina eſſentia, an etiam creatura, vt ſecundarium obiectum. Dico autem eſſentiam diuinam obiectum ſui intellectus eſſe primum primitate originis, perfectionis ſimul, & primitate adæquationis, non propriè quidem loquendo de originis ſeu perfectionis ordine: nam inter eſſentiam, & tributum, non eſt ordo perfectionis propriæ: quodlibet enim illorum eſt æquè perfectum, & actu formaliter infinitum: ac ideò inter ipſam non cadit, ſicut inter imperfectum, & perfectum ordo perfectionis. Nec etiam inter eſſentiam, & relationem, quæ licet non ſit perfectio formaliter, neq; infinita; per veram tamen identitatem in eſſentiam tranſit. Itaq; ordo perfectionis in diuinis hac de cauſa ponitur, quia ſcilicet eſſentia eſt perfectio, quæ eſt prima in ordine diuinorum, primoq́; occurrit, alia verò ſecundū ſuum ordinem.

Ordo perfectionis in diuinis.

Ordo originis

Ordo præterea originis inter eſſentiam, tributum, atq; relationem, proprius nequaquam eſt, ſed potius ſecundum noſtrum modum intelligendi: ſicut videmus in creaturis illa ſcilicet priora eſſe origine, ſiue generatione, quæ prius occurrunt; vt ſicut fundamentum prius eſt proprietate in ipſo fundata. hæc autem ſic in diuinis inueniri, ſic facilè probari poteſt. Quòd eſt perfectionis in cognoſcente, id planè primo enti, ſiue cognoſcenti eſt attribuendum: ſed cognoſcere ſeipſum, dicit perfectionem cognoſcentis, intellectui enim conuenit, qui cæteris eſt potentiis perfectior, quæ ſeipſas non cognoſcunt. ergo

Oſtenditur obiectum.

Cognitio præterea perfecta intellectiua cuiuslibet perfecti obiecti, eſt perfectio ſimpliciter, alioqui nulla eſſet perfectio ſimpliciter: ſed hæc à ſummo ente non eſt remouenda; ergo quod prius. Amplius, potentia cognitiua non organica in cognoſcendo ſuper ſeipſam reflectitur: ſenſus autem minimè; quia ſcilicet eſt potentia organica. Sed intellectus diuinus eſt puriſſimus actus ab omni organorum miniſterio liber: ſeipſum ergo intelligit, & cætera alia in ſeipſo. Adde, quòd potentia non impedita, exiſtens autē proportionata, obiectum quoq; proportionatum præſens, ſequitur ſine dubio intellectio. Sed intellectus diuinus eſt potentia non impedita, nec indiſpoſita, obiectum autem, hoc eſt, eſſentia diuina, eſt ſibi ſummè proportionata, & intimè præſens, illam ergo ſine dubio intelligit. Patet ergo quomodo eſſentia diuina ſit obiectum originis, atq; perfectionis intellectus diuini.

Obiectum adæquationis.

Iam nobis erit dicendum quomodo ſit etiam adæquationis obiectum. In primisq́; ſic arguo, aut obiectum adæquationis diuini intellectus eſt eſſentia diuina, aut aliquod attributum; aut aliquod commune eſſentiæ & attributo; aut aliquod commune eſſentialibus, & notialibus,

vel

Obiectũ ſcientiæ diuinæ.

vel Deo & creaturis. Non eſt autem attributum, quia non eſt primò intellectum; eſſentiæ enim conuenit diuinæ. Nec aliquod commune eſſentiæ & attributis, alioqui primò occurreret moueretq́ potentiam ad actum, atq́ ita creatura primò poſſet mouere actum diuini intellectus, quod eſt falſum; aliter eius intellectio à creatura dependeret. De aliis verò ſimile poteſt eſſe iudicium. Item illud eſt obiectum adæquatum diuini intellectus, à quo primò continentur intelligibiliter alia omnia obiecta: ſed eſſentia diuina ita ſe habet; cõtinet enim eminenter quodlibet aliud obiectum, quòd certè minime congruit alicui attributo: alioqui qua ratione vni conueniret, & alteri etiam, atq́ ita in continentibus daretur circulus: quod eſt abſurdum. Neq́ etiam relationi, quippè quæ non eſt infinita, præſupponitq́ue fundamentum: Ergo quod prius. Illud præterea obiectum, eſt adæquatum: quo

Eſſentia diuina cõtinet alia obiecta.

Argumenta contraria.

poſito, & omni alio circumſcripto, ſuum habet actum primò terminatum, eſt vtiq́ primum obiectum adæquatum diuini intellectus: ſed eſſentia eſt huiuſmodi: igitur eſt obiectum adæquatum diuini intellectus. ſed dicet aliquis, obiectum primum perfectione, ad quod omnia reducuntur, omni alio obiecto eiuſdem potentiæ circumſcripto eſt ſine dubio perfectius, præſertim quando non eſt aliquid commune: ſed eſſentia diuina, ſecundum rationem eſſentiæ, non eſt perfectior attributo, vtrumq́ enim eſt infinitum: Igitur non eſt 1.
primum obiectum perfectione Nec etiam obiectum adæquatum: ſiquidem obiectum adæquatum potentiæ, eſt ratio ſibi alia cognoſcendi: quidquid enim videt viſus, ſub ratione vtiq́ coloris, & ſui obiecti videt: ſed eſſentia diuina non eſt ratio attributi cognoſcendi, quippè cùm vnum infinitum non ſit ratio, vnde aliud infinitum cognoſcatur: non eſt ergo eſſentia adæquatum obiectum diuini intellectus. Sanè non adæquatur aliquid ſub ratione obiecti, intellectiuæ potentiæ, niſi ens tantùm, non autem aliquod ens ſimile. ergo quod
prius. Amplius, quòd adæquatur vnico actui potentiæ: non eſt obiectum adæquatum po- 2.
tentiæ, ſicut in noſtro intellectu videre licet: ſed eſſentia diuina adæquatur vni actui in-
tellectus, quia vnico quidem actu comprehenditur: ergo. Præterea, quæcunq́ potentia 3.
reſpicit plura obiecta, & quodlibet illorum propria ratione; nullum profectò ex illis habet pro obiecto ſibi adæquato, ſed potius aliquod ipſis commune; ſicut patet in viſu, à quo quilibet conſpicitur color, ſecundum propriam illius coloris rationem. Quam ob cauſam primum obiectum adæquatum, color dicitur: eodem quoq́ modo ens reſpectu noſtri intellectus. Sed intellectus diuinus cognoſcit omnia, ſecundum proprias eorum rationes: ens ergo eſt ipſius primum obiectum, atq́ adæquatum. Reſpondeo ad primum argumentum, non opus eſſe vniuerſaliter primum obiectum intellectus diuini, eſſe alio per-

Soluuntur argumenta.

fectius, ſed ſufficere primam eſſe perfectionem. Ad confirmationem dico eſſentiam di- 1.
uinam eſſe ratione alia cognoſcendi, quia aliquomodo eſt ſicut obiectum continens alia: ipſa enim cognita, tanquam prima, alia quoq́ cognoſcuntur Ad aliam confirmationem, antecedens eſt verum de intellectu creato, cui adæquatũ eſt ens ſub ratione obiecti: quodlibet enim ens eſt motiuum eius per propriam rationem, non autem de intellectu diuino. Quando autem dicis, ad aliud ſe extendit, deſtruit ergo adæquationem obiecti Minimè, Saltem quatenus eſt ratio alia cognoſcendi: nec etiam vt obiectum cognitum ſaltem aliquomodo: nam & ſi diuina eſſentia non ſit formaliter omne à Deo cognitum; æquipollen-
ter tamen eſt omne obiectum, virtute ſcilicet continendi. Ad 2 dico, quòd ſi vnus ſit a- 2.
ctus potentiæ adæquatus, obiectum adæquatum vni actui, erit quoq́ ſimiliter potentiæ adæquatum. ſic eſt in propoſito. Etenim ens vnico actu à nobis intelligitur, nihilominus intellectus dicitur eſſe obiectum adæquatum, ſicut in alio libro Pymandri ſatis diſputaui.
Ad 3. licet Deus propriam cuiuslibet entis rationem cognoſcat, ſola tamen ſua eſſentia eſt 3.
ratio mouendi, ſiue motiua ſunt ergo multæ rationes cognitæ à Deo, vna tamen eſt ratio cognoſcendi: proinde illa exempla de ente, & de colore non ſunt ſimilia. Dicis obiectum intellectus eſt veritas, non ergo eſt eſſentia. Dico, quòd veritas reſpectum tantummodo dicat rationis in obiecto ad intellectum, nempè reſpectum declaratiui, qui fit per actum intellectus negotiantis, ſeu difformitatis negationem. Atqui prima intellectus diuini ra-

Eſſentia eſt primũ obiectũ, & ratio cognoſcendi.

tio bo-

Obiectũ diuinæ ſcientiæ.

tio obiectiua, eſt viſio, & intellectio intuitiua: non ergo veritas, ſed diuina eſſentia eſt
diuini intellectus primum obiectum, & ratio cognoſcendi omne aliud poſitiuum ſiue in-
trinſecum, ſiue extrinſecum: poſitiua autem extrinſeca in ſeipſis in eſſe obiectiuo, ſeu co-
gnito poſitis per actum intelligendi diuini intellectus. Sanè intellectus diuinus actuatus
quodãmodo eſſentia ſua, vt ſpecie intelligibili eſt in actu primo ſufficienti ad producendũ
in eſſe intelligibili quodcunq; intelligibile. Intellecto ergo ſe, intellectio lapidem producit

An Deus cognoſcat alia in ſeipſis.

in eſſe cognito: intelligit ergo lapidem in ſeipſo. Dicunt ergo iſti, Deum non ſolùm cogno-
ſcere entia in ſua eſſentia, verùmetiam in ſeipſis: putant enim eſſe cognitum repræſenta-
tum, & quidquid aliud æquiualet, habere quoddam eſſe diſtinctum contra eſſe in rerum
natura, non quidem relatiuum, ſed abſolutum ſecundum quid tamen: ac in tali eſſe, dicũt
omnia alia à Deo per actum diuini intellectus produci, & in ſeipſis intelligi. Ad hæc ita
à quibusdam reſpondetur: admittentes quòd Deus per eſſentiam ſuam, vt ſpeciem quo-
dammodo ſit in actu primo ſufficienti ad producendum quodcunq; in eſſe cognito. Et cùm
1. infertur, ergo lapidẽ: Admittitur. Sed cùm vlterius infertur: ergo talia producta habẽt
eſſe in ſeipſis: Negatur. quoniam nihil aliud tali productione fit, niſi denominatio extrin-
2. ſeca, quòd ſcilicet dicitur cognitum à Deo. Reuera cognoſci ſic, eſt denominatio extrinſe-
ca, non per aliquod eſſe cognitum, quòd formaliter habeat. Eſſe præterea repræſentatum,

Argumenta contraria.

non eſt aliquid in repræſentato, niſi extrinſeca denominatio: alioqui imago alicuius chi-
3. meræ vim haberet chimeræ in tali eſſe productiuam: quod eſt falſum. Amplius, lapis
huiuſmodi prius haberet tale eſſe, quàm intelligeretur à Deo: prius enim ponitur in eſſe re-
præſentato per diuinam eſſentiam, vt ſpeciem intelligibilem; quàm in eſſe cognito per a-
ctum intellectionis: quia nimirum prior eſſet repræſentatio, quàm cognitio; ſicut cau-
ſa eſt prior effectu: ſed hoc non cadit in Deum; aliter ipſius intellectus non eſſet infi-
nitus. ergo quod prius. Deus præterea liberè, & non neceſſitate naturali, entia ad extra
producit in eſſe abſoluto: philoſophia quoq; tota profitetur, non ſolùm formaliter, ſed nec
etiam obiectiuè extra ſe Deum intelligere nihil: ſed omnia intelligere per eſſentiam pro-
priam, vt per formam intelligibilem: atq; ita in eſſentia propria, vt in proprio obiecto, &

Solutio.

non in alio ſuum figere intuitum. Solutio autem iſtorum poteſt eſſe talis: Aliquid aliud à
Deo, poteſt eſſe diuini intellectus obiectum: obiectum autem duplicem habet ad
tiam habitudinem, vnam quidem motiuam, alteram verò terminatiuam. Porrò, creatura
non poteſt eſſe diuini intellectus obiectum motiuum: alioqui tale obiectum eſſet Deo an-
tiquius, atq; perfectius, quod eſt falſum: ſed terminatiuum: nec quidem primò, ſed ſe-
cundò: atq; ita non eſt neceſſe, intellectum à creatura dependere in intelligendo; licet hoc

Obiectum motiuum.

modo dici poſſit diuini intellectus obiectum. Illa ergo argumenta procedunt ſecundum
obiectum primum, & motiuum, non autem ſecundum obiectum terminatiuum, non autẽ
primò, ſed ſecundo modo. Similiter ſoluenda ſunt philoſophorum argumenta; qui aiunt,
Deum extra ſe nihil intelligere. Quid ergo ſit obiectum diuinæ ſcientiæ, ſiue intellectus,
his paucis dixiſſe me puto.

Qvaestionis tertiae cap. I.

Creaturam non habere prius eſſe intelligibile, quàm intellectum.

Creatura non prius habet eſſe intelligibile, quam intellectum.

POſtquam audiuimus, quodnam ſit diuini intellectus obiectum, & quomodo intelligat alia à ſe; operæpretium erit, imò huic propoſito valde video eſſe neceſſarium, non ignorare, an ipſa creatura prius eſſe habeat intelligibile, quàm intellectum. Ad quod breuiter dici poteſt, quòd formaliter loquendo, quatenus aliquid dicitur formaliter intelligibile, creatura non prius habeat

eſſe intelligibile, quàm intellectum: nec intellectioni præſupponitur, ſed è contra præſup- Creatura quale eſſe intelligibile habeat.
ponit intellectionem, atq; per ipſam primum eſſe obtinet, expreſſum, & intellectum: ex eo
enim quia habet eſſe intellectum, & repræſentatum habet eſſe, & expreſſum. Quòd ſi de
eſſe virtuali loquamur, proculdubio in eſſentia, vt in obiecto primo, virtualiter ſupponi- Formaliter,
tur intelligibile, & expreſſibile: quod planè nihil eſt aliud, quàm eſſentia ipſa. Sanè non virtualiter re-
parum intereſt formaliter aliquid repræſentare, ſicuti ſpecies, vel imago, aut exemplar præſentare.
repræſentans obiectum: Et virtualiter, ſicut creans ſpeciem, & virtualiter continens re-
præſentat obiectum. Primo quidem modo, in diuina intellectione creaturæ præſentantur,
ſecundo autem modo in eſſentia: nullum ergo eſſe repræſentatum formaliter, vel expreſ- Prima ratio.
ſum, niſi per intellectum habuit vnquam creatura. Reuera, in quocunq; eſſe ponitur crea-
tura, per alicuius actum potentiæ productiuæ ponatur neceſſe eſt: quòd ſi illud eſſe ſit
reale, & potentia quoq; productiua ſimiliter ſe habebit. Si rationis verò, eodem modo. Sed
eſſe actu, & formaliter intelligibile, eſt primum eſſe, in quo creatura poni poteſt: in illo
ergo per actum primæ potentiæ ponitur, intellectus vtiq; diuini. Profectò, ſi creatura ha- 2.
beret prius eſſe repræſentatum, & intelligibile per eſſentiam, quia prior eſt in intellectio-
ne; ad patris ergo memoriam neceſſariò attineret; atq; ita prior eſſet in memoria quàm
intelligentia: quod planè aduerſatur D. Aug. 15 de trinit: dicenti, Verbum diuinū de tota
patris memoria naſci. Naſceretur ergo de memoria creata, ac conſequenter eſſet imago, &
ſimilitudo creaturæ, ex vi ſuæ productionis: quod eſt omninò falſum: creatura enim, quæ
non eſt neceſſaria, eſſet ratio producendi, vt memoria, vel per modum memoriæ verbum
diuinum: quod eſt ſimpliciter neceſſarium. Adde, quòd tunc eſſet in actu realiter ab æter-
no, ſicut ratio producendi ens reale: quod eſt impium aſſerere. Amplius, ſi intellectus 3.
noſter, non dat obiecto ſuo ſecundario, intentioni ſcilicet ſecundæ poſt eſſe, intelligere, quia
nullum eſſe habet, niſi per intellectionem: nec ergo intellectus diuinus eam præſupponit in
eſſe intelligibili: non enim eſt minoris potentiæ, vt hoc poſſit ſuo ſecundario exhibere ob-
iecto. Ex his ergo, atq; ſimilibus patet rationibus, quomodo creatura non prius habeat eſ-
ſe intelligibile quàm intellectum. Sed dicet aliquis: Intellectio neceſſariò præſupponit po- Argumenta
tentiam, atque obiectum in aliquo eſſe: igitur intellectio diuina ſecundum aliquam ratio- contraria.
[illegible] modumque intelligendi præſupponit creaturam, quæ in aliquo eſſe eſt illius obie- 1.
ctum, per diuinam eſſentiam repræſentatum, atq; expreſſum. Prius ergo creaturæ habent
eſſe intelligibile quàm eſſe intellectum. Amplius, qualis inter eſſentiam diuinam, 2.
quatenus eſt exemplar, & ſimilitudo, & ipſam intellectionem, ordo inuenitur; talis pro-
fectò eſt inter obiectum præſentatum, & obiectum intellectum. Sed eſſentia diuina hoc
modo, eſt prior intellectione, ex virtute namq; ſua plura continet, quàm ipſa intellectio:
ergo quod prius. Iterum, Eſſentia diuina eſt æquè potens in repræſentando, ſicut & intel- 3.
lectus diuinus in intelligendo: eſt enim primum obiectum diuini intellectus, omnia conti-
nens perfectiſſimè: igitur creatura prius habet eſſe intelligibile, quàm intellectum: ex
hoc enim habet eſſe actu intelligibile, quia in diuina eſſentia intelligibiliter continetur. Soluuntur ar-
Reſpondeo ad primum argumentum. Intellectio non præſupponit neceſſariò obiectum ſe- gumenta.
cundarium in aliquo eſſe formaliter, aliter ab illo vtiq; dependeret: falſa eſt ergo conſe- 1.
quentia. Ad 2. Sic expono minorem: Eſſentia diuina, quatenus ſecundum ipſius ratio-
nem, eſt prior perfectione; creaturæ exemplar actuale, atq; formale nequaquam dici po- 2.
teſt, ſed virtuale tantùm. Cùm ergo dicis, ſicut continet, &c. Reſpondeo, verum eſſe vir-
tualiter, non autem formaliter in actu, atq; diſtinctè. Ad 3. Dico, ita potentem eſſe eſ- 3.
ſentiam in præſentando, ſicut intellectum in intelligendo; ſed ſecundum modum ſibi con-
uenientem: qui planè non eſt obiectum cognitum repræſentandi formaliter, ſed modus
repræſentandi virtualiter. hoc etiam modo intelligenda eſt Auguſtini ſententia in Gene-
ſim 15. vbi dicere videtur, per eſſentiam diuinam, non autem per intellectum, eſſe intelli- Creatura non
gibile creaturas habere. Cùm igitur creatura non prius habeat eſſe intelligibile, quàm in- habet eſſentiā
tellectum; non ignorare oportet, an ipſa quatenus fundamentum eſt relationis æternæ ad æternam.

Eſſentia creaturæ non eſt æterna.

Deum cognoſcentem, verum eſſe eſſentiæ habeat, ita, vt eſſentia rei creabilis ſit æterna: Ad quod quidem dicimus, ſolum Deum eſſe æternum, ac proinde eſsentiam rei creabilis æternam non eſse. Sanè, eſſe eſsentiæ, aliud eſt nihil, quam ipſa rei quidditas: eſt enim illud eſse, de quo dicitur, quòd diffinitio indicat eſse rei. Ex hoc autem patet, quòd illud, quod in neceſsariis propoſitionibus ponitur, ſit eſse eſsentiæ: quia nimirum in talibus, vnus terminus eſt alteri eſsentialis: aut quia eſt de eſsentia, aut quia conſequitur eſsentiam per ſe in

Eſſe eſſentiæ, & exiſtentiæ.

2. modo, vel aliquid ad iſta reducibile. Eſse verò, quod in contingentibus propoſitionibus ponitur, eſse exiſtentiæ; ſiquidem tales, niſi extremis actualiter exiſtentibus, veræ eſse non poſsunt. Porrò lib: alio dixi, atq; vtrumlibet diſputaui, quomodo inter ſe hæc diſtinguantur: eſsentia enim, & exiſtentia non diſtinguuntur realiter: remota enim alicuius exiſtentia, eſsentia quoq; realis pariter remouebitur: quod certè diſtinctis realiter minimè

Nõ diſtinguũtur formaliter

congruit: vno namq; remoto, aliud ſubſiſtere valet. Vnde perſpicuum eſt, quòd licet eſse eſsentiæ, & eſse exiſtentiæ non ſint idem formaliter, non tamen propriè formaliter diſtinguuntur. Etenim ad rationem formalem, aut cuiuſcunq; diffinitionem naturæ, exiſtentia non ſpectat: eadem enim eſt ratio formalis, & tota alicuius in potentia, & eius exiſtentis in actu diffinitio. Exiſtentia præterea nullam dicit formalitatem: illa autem formaliter diſtinguuntur, quorum eſt alia, atq; alia formalitas. Diſtinguitur ergo exiſtentia ab eſsentia modaliter, hoc eſt, ſicut modus intrinſecus à ratione formali. Sanè, quod non pertinet ad formalem alicuius rationem; neq; ipſam variat ſibi aduenientem, quia nimirum ad

Modus intrinſecus.

aliud genus non egreditur, eſt modus eius intrinſecus: ſed exiſtentia eſt huiuſmodi, reſpectu eſsentiæ: igitur. Quare ſatis poteſt eſse manifeſtum illa diſtingui ex natura rei. Reuera, quod ſe habet per indifferentiam ad aliqua duo oppoſita, non poteſt vtiq; ex natura

Quomodo eſsentia præcedat exiſtentiã.

rei eſse indiſtinctum ab ipſis; cùm vnumquodq; ſit ad ſeipſum ex natura rei determinatum. Sed eſsentia rei creabilis indifferenter ſe habet ad eſse, & non eſse loquendo de eſse exiſtentiæ, poteſt enim exiſtere, & non exiſtere. ergo. ſed de his latius in loco, quem ci-

Ordine naturæ.

taui. Ex his ergo patet, naturæ ordine, exiſtentiam eſsentiam præcedere: omnis ſiquidem creatio paſsiua in re creata fundatur, ſimiliter omnis paſsiua productio in re producta: atq; ea videtur poſterior eſse. Sed exiſtentia rei, non poteſt eſse prior productione: per productionem enim res primò exiſtit: hoc ergo modo eſsentia eſt prior exiſtentia. [...]

Ordine perfectionis.

dit quoq; ordine perfectionis: omnis enim natura, quæ directè eſt in ordine ſubſtantiæ, quãcunq; ſecundam perfectionem ſibi aduenientem præcedit, quæ ad illius generis quidditatem non ſpectat. Sed ita ſe habet exiſtentia ad eſsentiam. ergo. Quòd ſi dixeris in eſsentialiter ordinatis, vltimum ſemper eſse perfectius: Reſpondeo, inter quidditates verum eſſe, non autem, quando vltimum, non eſt quidditatiua perfectio: ſed modus tantum intrin-

Non ordine durationis.

ſecus. Non autem præcedit ordine durationis, qui planè non inuenitur, niſi in extremis, quorum vnum ſine alio perdurat; quod certè eſsentiæ, & exiſtentiæ, ſicut dixi, non conuenit:

Non ordine originis.

Neq; ordine originis, quia exiſtentia non trahit originem, ſiue (vt ita dicam) originatur ab eſsentia: ens namq; in actu non poteſt originari ab ente in potentia, ſed ab ente tãtummodo in actu: originans profectò non eſt imperfectius originato; ſed eſsentia ante exiſtentiam, eſt ens in potentia: non ergo eſt prior origine. Neq; imaginandum nobis eſt, exiſtentiam ab eſſentia manare, ac actum ſecundum à primo: ſed potius primam rei actualitatem eſſe. His ita elucidatis, videndum nobis eſt, quomodo eſſentia creabilis æterna non ſit, neq; etiam neceſsaria. Sanè, nullum æternum contingenter producitur: ſed eſsen-

Eſſentia rei creabilis non eſt æterna.

tia rei creabilis contingenter producitur, per productionem enim accipit eſse, exiſtentia namq; eſt ipſum eſse reale: igitur creatura non habet exiſtentiam æternam. Amplius, Eſsentia ante exiſtentiam realis eſse non poteſt, realitas quippe, & exiſtentia ſunt ſimul naturæ, quia modi intrinſeci inuicem adæquati. Adde, quòd ante mundi creationem, in qua data eſt creaturis exiſtentia, præter Deum, nihil reale fuerit omninò. Æternitas ergo, & neceſsitas, creaturæ conuenire non poſsunt, ſed illi repugnant: tempus verò, & realitas, & ſimilia, ſibi contingenter conueniunt. Itaq; creatura, quatenus eſt fundamentum

relationis

Eſſentia creaturæ non eſt æterna.

relationis æternæ ad Deum cognoſcendum, eſſentiæ verum eſſe non habet: quandoquidem
non minus conueniat exiſtentiæ talis relationis fundamentum eſſe: vtrumq; enim ab æter-
no æqualiter eſt à Deo cognitum: ob id tamen diceret nemo, eſſe exiſtentiæ creaturarum
ab æternò fuiſſe: neq; ergo eſſe eſſentiæ. Adde, quòd ſi ita res ſe haberet; nihil planè pro-
duceretur de nihilo: eſſet certè ſemper eſſentia rerum, & conſequenter exiſtentia: atq;
ita nulla in rebus inueniretur creatio: quod eſt falſum. Sed arguet aliquis contra præ- Argumenta contraria.
dicta hoc modo: Intellectus diuinus creaturæ intelligit quidditatem: ipſa ergo quiddi-
tas ab æterno eſt intellecta, & diuinæ eſt intellectionis terminus. ſed veræ intellecti- 1.
onis eſt verus terminus: igitur creatura ab æterno habuit veram exiſtentiam. Sanè
proportio eſt paſſio entis: ſed rei cognitæ eſt aliqua proportio ad Deum cognoſcen-
tem: ipſa ergo res, vt ſic cognita, habet eſſe verum. Amplius, ſicut ens ad non ens; 2.
ſic vtiq; poſſibile ad impoſſibile. Ergo permutatim ſicut omne ens eſt poſſibile; ita certè
omne non ens eſt impoſſibile. Sed creatura ab æterno eſt poſſibilis, ergo ab æterno eſt ens.
Ad hæc accedit, quòd chimæra ab æterno eſt impoſſibilis, homo verò ab æterno eſt poſ-
ſibilis: ab æterno ergo chimæra & homo non ſunt æqualiter nihil. Iterum, Ab æterno ho- 3.
mo eſt animal: hæc eſt regula æterna ſecundum Aug. id autem verùm eſſe non poteſt ni-
ſi ſecundum eſſe eſſentiæ: homo ergo ab æterno habet eſſe eſſentiæ. Sanè, homo ab æterno
realiter eſt animal; illa enim eſt propoſitio neceſſaria: habet ergo aliquam realitatem ab
æterno. Præterea creatura ab æterno eſt realiter producibilis: ergo habet producibilita- 4.
tem realem, & ſic aliquam realitatem. Ad hoc quoq; facit diuinæ ſcientiæ veritas: omnis
ſiquidem ſcientia eſt de neceſſariis, & æternis præſcindendo ab exiſtentia: eſt autem ſci-
entia de quidditatibus in eſſe eſſentiæ, prout præſcindunt ab exiſtentia: eſſe ergo eſſentiæ
creaturarum, eſt neceſſarium & æternum. Adde, quòd omnis ſcientia realis eſt de ente
reali: ergo ipſæ quidditates de quibus ſunt ſcientiæ reales, antequam exiſtant, aliquod ha-
bent eſſe reale. Ad hæc autem ſic reſpondere valemus: & ad primum quidem ſic: conce- Soluuntur argumenta.
dimus ab æterno creaturam ab intellectu diuino cognoſci, atq; ſecundarium eſſe diuinæ in-
tellectionis terminũ. Et cùm vlterius dicitur, quòd veræ intellectionis ſit verus terminus, ſi 1.
id intelligatur de reali veritate quò ad eſſe ipſius rei intellectæ; falſum quidem: ſi verò de
[illegible]citate in eſſe cognito; verum eſſe fatemur. Neq; ex hoc ſequi neceſſe eſt, rem intelle-
ctam eſſe ſimpliciter poſſidere, ſed potius fallaciam committi ſecundũ quid ad ſimpli-
citer. Ad confirmationem, minor quidem veritatem habet de proportione, quæ eſt relati
entis rationem diminuens, ideoq; illius cuius eſt, non requirit entitatem ſimpliciter. Ad 2. 2.
negatur conſequentia, ille enim modus arguendi, in quantitatibus, aut in terminis conuerti-
bilibus tantùm valet; in illis autem, quæ ſe habent ſicut inferius & ſuperius, non debet in-
ferri quartum de ſecundo, quandoquidem ſit ibi fallacia conſequentis: ſed potius ſecundum
de quarto. Sequitur ergo in propoſito: omne ens eſt poſſibile: ergo omne impoſſibile eſt
non ens. Ad confirmationem negatur conſequentia; quia vtraq; negatio, totam affirmatio-
nem remouet, tametſi in vna ſint plures cauſæ quàm in alia. Ideo enim ab æterno homo
non eſt ens, quia ab æterno nõ erat cauſa ponens ipſum in eſſe. Chimæra verò ab æterno fuit
non ens, tum quia non erat cauſa ponens ipſam in eſſe; tum etiam quia ſibi repugnat eſſe.
Verumq; tamen ab æterno nihil eſt ſimpliciter. Ad 3. Illa propoſitio, homo eſt animal ab 3.
æterno, eſt quidem regula æterna in mente diuina; non autem in propria realitate. Siqui-
dem in proprijs terminis, à tempore abſtrahit, & ab æternitate: quippe quæ poſſit vtro-
biq; verificari. Ad confirmationem, licet iſta ſit neceſſaria, homo eſt animal: iſta tamen
eſt contingens, homo realiter eſt animal: realitas namq; ei conuenit per extremorum exi-
ſtentiam, vnde etiam illa eſt contingens; homo exiſtit animal. Ad 4. ab æterno creatu- 4.
ra non eſt realiter producibilis propter realitatem inexiſtentem ipſi producibilitatĩ: Cùm
illa producibilitas nominet ſolùm non repugnantiam ſiue potentiam logicam: Dicitur au-
tem ſolùm realiter producibilis; quia producibilitas illa eſt ad eſſe reale: quemadmodum
etiamſi angelus fuiſſet productus ante locum, tunc certè fuiſſet localiter mobilis. Ad cõ-

Sciẽt. Dei eſt cauſa rerum.

firmationem, neceſſarium accipitur pro non poſſibili aliter ſe habere: æternum verò pro non habente durationis principium, cùm tamen propriè neceſſarium, & æternum exiſtentibus conueniant: illa vero alia etiam non exiſtentibus. Ad aliam, ſcientia realis, eſt de ente reali, non realitate actuali, ſed non de eo, cui non repugnat habere eſſe reale. Patet ergo quomodo creatura, quatenus eſt fundamentum relationis æternæ, non habeat eſſentiam realem æternam.

CAPVT II.

Scientia Dei eſt cauſa rerum.

Scientia Dei eſt cauſa rerũ.

EX multis cùm philoſophorum ſententiis, tum etiam ſacrorum virorum authoritatibus hactenus me dixiſſe puto, Dei ſcientiam eſſe rerum cauſam: hoc idem modò clariùs lucidiùsq; facere decreui, aliaq; addere, quæ ad Dei noſtri ſcientiam extollendam facere iudicaui: atq; inprimis ex artificum ſcientia quodammodo argumentabor hoc modo. Scientia Dei ita ſe habet ad res creatas, ſicut ſcientia artificis ad artificiata: Eſſe enim Dei (ſicut dixi) eſt ſuum intelligere: eſt ergo cauſa rerum per intellectum, quia habet voluntatem adiunctam. Sed ſcientia artificis eſt cauſa artificiatorum, eò quòd artifex operatur per ſuum intellectum: quare neceſſe eſt, vt forma intellectus ſit principium operationis, ſicut calor calefactionis: ſed ſcientia eſt ipſa forma intellectus: igitur eſt cauſa operationis. Porrò ſcientia eſt cauſa, ſed cùm voluntatis adiunctione: ſcientia enim non ſignificat cauſæ rationem ex eo, quia eſt in ſciente; ſed ex inclinatione ad effectum: Ergo, non niſi ex adiuncta voluntate. Ex ſe autem patet conſequentia: ſiquidem ſcientia ſe habet ad oppoſita, ſicut docet nonus meth. liber. Determinatur autem ad alteram partem, ex appetitu adiuncto. Inclinatio autem ad opus, dat formæ rationem actiui: nec multum refert quoad propoſitum, an talis determinatio ſit ex ipſa natura formæ, ſicut patet in calore: an ab extrinſeco, vt contingit in ſcientia. Antecedens autem patet ex ſimili in forma naturali, puta calore: qui planè non eget alicuius inclinationis additione, vt queat eſſe actionis principium, ſa[...] quatenus eſt in ſubiecto; ſine illa enim inclinatione non videtur habere rationẽ actiui: ſimiliter ergo forma intelligibilis, non dicit principium actionis, quatenus eſt tantùm in intelligente, niſi ei adiungatur inclinatio ad effectum, quæ eſt vtiq; per voluntatem, ſicut dictũ eſt. Reuera, cùm forma intelligibilis ad oppoſita ſe habeat (cùm ſit eadem ſcientia oppoſitorum) determinatum nequaquam produceret effectum, niſi per appetitum ad vnum determinaretur. Cùm autem Deus per ſuum intellectum, quia ſuum eſſe, eſt ſuum intelligere, res cauſet, atq; producat; ſua vtiq; ſcientia erit rerum cauſa, quatenus coniunctam habet voluntatem.

Scientia non eſt cauſa, ſine voluntate.

Scientia Dei eſt etiam non entium.

Sua quoq; ſcientia, non ſolùm eſt cauſa rerum, verùmetiam & entia, & non entia comprehendit: Vocat, inquit Apoſt. ad Rom. 4. ea quæ non ſunt, tanquam ea, quæ ſunt. Scit enim omnia quæ ſunt, quocunque modo ſe habeant, aut habitura ſunt: igitur, & quæ actu conſiſtunt, & quæ in potentia, ſuam ſcientiam effugere nequeunt. Sanè, quæ non ſunt in actu, ſed in potentia: aut vtiq; ſunt in potentia ipſius Dei; & ſic ab eo non ſunt abſcondita: aut in potentia creaturæ; & ita ſimiliter ſe habebunt: alioqui aliquid Dei poſſet effugere, atq; præterire ſcientiam: quod eſt nefarium dicere. Cæterùm, licet quædam modò non ſint in actu, fuerunt tamen, vel erunt; quæ omnia Deus ſcire dicitur ſcientia viſionis. Cùm enim intelligere Dei, quod eſt eius eſſe, æternitate menſuretur, quæ ſine ſucceſſione exiſtens, totum complectitur tempus; præſens vtiq; Dei intuitus, in totum tempus, atq; in omnia, quæ in quocunque ſunt, vel erunt tempore, tanquam in ſubiecta ſibi præſentia pleniſſimè fertur, atq; porrigitur. Quædam verò ſunt in potentia Dei, vel creaturæ, quæ nihilominus, nec modò ſunt, nec fuerunt aliquando, nec vnquam futura ſunt. Et hæc à Deo ſciri dicimus ſcientia quidem ſimplicis intelligentiæ: quòd ideò dicitur, quia

Scientia viſionis.

Simplicis intelligentiæ.

Sciẽt. Dei eſt cauſa rerum.

tur, quia ea, quæ apud nos videntur, habent extra videntem eſſe diſtinctum. Patet ergo quomodo Deus ſcit & entia, & non entia: Adde, quòd nec mala quidem ignoret. Sane, quicunque aliquid perfectè cognoſcit; omnia planè, quæ illi accidere poſſunt, eum cognoſcere oportet. Sunt autem quædam bona, quæ per mala corrumpi poſſunt, atque ita ſui facere iacturam, quæ à Deo cognoſci, neceſſe eſt; aliter ab eo bona perfectè nequaquam ſcirentur. Cùm autem malum nihil aliud ſit, quàm priuatio boni; hoc ipſo, quòd bona cognoſcit, mala quoque non ignorat: ſic namque eſt vnumquodque cognoſcibile, ſecundum quod eſt: Itaque Deus per ſemetipſum (teſte Diony. 7. de diui. no) accipit tenebrarum viſionem, non aliunde videns tenebras quàm à lumine: ſic & per bonum, malum cognoſcit. Scit etiam omnia enunciabilia: ſcit enim cogitationes hominum, quæ ſub enunciabilibus continentur. Cùm enim formare enunciabilia in noſtri ſit intellectus poteſtate: Deus autem ſciat quidquid in ſua, aut in noſtra ſitum eſt poteſtate: ſcit ergo enunciabilia omnia: non per modum quidem enunciabilium, componendo ſcilicet, & diuidendo; ſed per ſimplicem potius intelligentiam. Nam ſicut materialia immaterialiter cognoſcit, & compoſita ſimpliciter; ita planè & enunciabilia, & denique vnumquodque per ſimplicem cognoſcit intelligentiam. hoc autem fit, dum vniuſcuiuſque eſſentiam intelligit, perinde, ac ſi nos intellecto quid ſit homo, & quæ de homine prædicantur, intelligeremus omnia: quod certè in noſtro nequaquã intellectu contingit: quippe qui de vno in aliud diſcurrẽdo proficiſcitur, idque propter ſpeciem intelligibilem, à qua omnia ſimul repræſentari non poſſunt. Quam ob cauſam intelligendo quid ſit homo, alia, quæ ei inſunt, intelligere non valemus: ſed diuiſim, atque ſucceſſiuè, illorum notitiam acquirimus. vnde nobis opus eſt, vt ſeorſum intellectum, componendo, & diuidendo, atque enunciationem formando, in vnum reuocemus. hoc autem in Deum minimè cadit: quia ſpecies diuini intellectus, hoc eſt, ipſius eſſentia ſufficit ad omnia pleniſſimè demonſtranda: hac de cauſa illam intelligendo, omnia quæ ſunt, fuerunt, aut eſſe, & cogitari poſſunt pleniſſimè intelligit. Ex quo patet, omnium ſingularium Deum ſcientiam habere: ſicut dicitur Prouerb. 16. Omnes viæ hominum patent oculis Dei. Reuera (ſicut ſuprà dictum) omnes perfectiones, quæ in creaturis inueniuntur, in Deo altiori modo conſiſtunt: ſed cognoſcere ſingularia, ſpectat ad perfectionem creaturarũ: De[illegible]r ſingularia cognoſcit. Altiori, inquam, modo, quia per diuerſas quidem potentias nos cognoſcimus ſingularia, atque vniuerſalia: Deus verò ſimplici intuitu intelligit omnia: ſunt enim hæc ſimpliciter in Deo. Suffragatur nobis philoſophus 1. de anima, & 3. meth. Vbi diſputans contra Empedoclem, abſurdum eſſe affirmat, cognita à nobis, à Deo ignorari. Cognoſcit autem ſingularia non per cauſas vniuerſales (vt quidam putauerunt) alioqui ab eo perfectè ſingularia nequaquam ſcirentur. Etenim quaſdam formas, atque virtutes ex cauſis vniuerſalibus, ſingularia ſortiuntur: quæ quantumcunque ad inuicem coniunguntur, non niſi per materiam indiuidualem, propriam atque indiuiduam obtinent cognitionem. Vnde, ſi quiſpiam Mercurium cognoſceret, quia eſt albus, aut ſimilis; quatenus eſt hic homo, profectò nequaquam ſciret. Singularia ergo à Deo in propria cognoſcuntur natura. Neque ſunt audiendi, qui aiunt, per vniuerſalium cauſarum ad particulares effectus applicationem, à Deo ſingularia cognoſci: nemo enim aliquid ad aliud applicare poteſt, niſi id præcognouerit. Quare huiuſmodi applicatio, particularium præſupponit cognitionem; non autem eſt ratio particularia cognoſcendi. Itaque Deus, cùm ſit rerum cauſa per ſuam ſcientiam; in tantùm vtique ſua ſe extendit ſcientia, in quantum ſua cauſalitas porrigitur. virtus autem Dei actiua, non ſolùm ad formas, quibus ratio vniuerſalis accipitur, verùmetiam ad materiam vſque extenditur. Quare ſcientia Dei ſingularia cognoſcit, quæ per materiam indiuiduantur. Cùm enim ſciat alia à ſe per ſuam eſſentiam, veluti per rerum ſimilitudinem, aut principium earum actiuum: eam vtique neceſſe eſt, eſſe ſufficiens omnium cognoſcendorum principium, quæ per ipſum fiunt, non ſolùm quidem in vniuerſali, verùmetiam in particulari. Cognoſcit ergo particularia; & conſequenter etiam infinita: de quo negotio in alio libro Pymandri diſputaui. Sanè, quamuis infinitorũ

Scientia Dei mala etiam ſcit.

Malum quid.

Scit enunciabilia.

Quomodo ſcit enunciabilia.

Scit omnia ſingularia.

Quomodo cognoſcit ſingularia.

Non cognoſcit per applicationem.

Cognoſcit infinita.

eſt cauſa rerum.

numerorum nullus ſit numerus; non tamen incomprehenſibilis ei, ait Auguſt. 12. de ciuit. Cuius ſcientiæ non eſt numerus. Profectò, cùm Deus ſciat non ſolùm ea, quæ ſunt actu, verùmetiam ea, quæ ſunt in potentia, aut ſua, aut creaturarum, ſicut dictum eſt, hæc autem conſtat eſſe infinita: Deus ergo ſcit infinita. Et licet ſcientia viſionis (vt quidam dicunt) quæ eorum eſt tantùm, quæ ſunt, erunt, vel fuerunt, non ſit infinitorum, quandoquidem non dicamus, mundum fuiſſe ab æterno: tamen ſi res attentius conſideretur, eam quoque eſſe infinitam, dicere oportebit: ſcit enim cogitationes, & affectiones cordium, quæ in infinitum in creatura rationali abſq; fine permanente, multiplicabuntur. Id autem ideò fieri dicimus, quia cuiuſlibet intellectio cognoſcentis, ſecundum modum formæ ſe extendit, quæ eſt cognitionis principium. Species namq; ſenſibilis, quæ eſt in ſenſu, eſt vnius ſolùm indiuidui ſimilitudo, per quam indiuiduum tantummodo cognoſcitur: ſpecies verò noſtri intellectus intelligibilis, quoad naturam ſpeciei, quæ eſt à particularibus infinitis participabilis, eſt rei ſimilitudo. Quam ob cauſam per ſpeciem hominis intelligibilẽ, infinitos quodammodo homines cognoſcimus: non certè quò ad diſtinctionem ab inuicem; ſed potius quò ad communicationem ſpeciei. Siquidem intellectus noſtri ſpecies intelligibilis, non eſt hominum, quò ad principia indiuidualia, ſed potius quò ad principia ſpeciei, ſimilitudo. Eſſentia autem, per quam intelligit diuinus intellectus, eſt ſufficiens omnium ſimilitudo, quæ ſunt, vel eſſe poſſunt: idq; non ſolùm quò ad principia communia, verùmetiam, quò ad propria vniuſcuiuſq; principia: ſicut ſæpè oſtendi. Vnde fit, vt ſcientia Dei ad infinita ſe extendat, etiam quatenus ſunt ab inuicem diſtincta. Patet ergo, quomodo ſcientia Dei ſit cauſa rerum, & ſingularia intelligat, & infinita.

Scientia viſionis eſt infinitorum.

Eſſentia diuina omnium eſt ſimilitudo.

CAP. III.

Argumenta contraria.

1\. Soliti ſunt quidam contra prædicta ſic arguere. Si ſcientia Dei eſt cauſa rerũ: igitur creatura eſt ab æterno: tenet conſequentia, quia poſita cauſa, ponitur effectus. Sed ſcientia Dei eſt æterna: igitur creatura eſt æterna: qu... falſum eſſe in alio libro oſtendi, vbi de mundi creatione, atq; principio diſputaui. Adde, quòd ſcibile, vt dicitur 10. met. eſt prius ſcientia, & menſura eius: ſed id quod eſt, & menſuratum, cauſa eſſe non poteſt: Igitur ſcientia Dei non eſt cauſa rerum.

2\. Amplius, ſcientia Dei non eſt, niſi verorum: Sed verum, & ens conuertuntur: Scientia ergo Dei minimè eſt non entium. Reuera, ſcientia indicat ſimilitudinem inter ſcientem, & ſcitum. Sed ea quæ non ſunt aliqua ad Deum, qui eſt ipſum eſſe, ſimilitudinem habere non poſſunt: ea ergo, quæ non ſunt, ſub Dei ſcientiam non cadunt. Ad hæc accedit, quòd ſcientia Dei ſit cauſa ſcitorum ab ipſo: ſed non eſt cauſa non entium,

3\. quia non ens cauſam non habet. De non entibus ergo Deus ſcientiam non habet. Præterea, ſi intellectus diuinus cognoſceret mala: eſſet abſq; dubio in potentia. Conſequens eſt falſum, ergo & antecedens. Conſequentia autem tenet ex philoſophi authoritate 3. de anima dicentis, intellectum, qui non eſt in potentia, non cognoſcere priuationem: ſed malum eſt priuatio boni. Si ergo cognoſceret malum, & priuationem cognoſceret, atq; ita eſſet in potentia. ſed intellectus Dei ſemper eſt in actu: ergo mala ab eo nequaquam cognoſcuntur. Sanè, omnis ſcientia, vel eſt cauſa ſciti, vel ab eo cauſatur: ſed ſcientia Dei non eſt cauſa mali, nec cauſatur à malo: non ſcit ergo mala. Adde, quòd omne, quod cognoſcitur, per ſuam certè ſimilitudinem, aut ſuum oppoſitum cognoſcitur: ſed Deus per ſuam eſſentiam, quæ non eſt mali ſimilitudo, neq; habet ſibi malum oppoſitum, quia diuinæ eſſentiæ nihil contrariatur, omnia cognoſcit: igitur Deus non cognoſcit mala. Deniq; quod per aliud, & non per ſeipſum cognoſcitur, imperfectè cognoſcitur: Sed malum à Deo per ſeipſum non cognoſcitur; alioqui malum eſſe in Deo; cognitum enim eſt in cognoſcente: per aliud ergo, hoc

Quod nõ ſciat mala.

go,hoc

Scientia Dei cauſa rerum.

*go, hoc eſt, per bonum cognoſcitur: imperfectè ergo cognoſcitur. Atqui omnis Dei cogni-
tio eſt perfecta: Ergo quod prius. Item, enunciabilium cognitio, noſtro conuenit intelle-
ctui, cuius eſt diuidere, & componere: ſed in intellectu diuino nulla eſt diuiſio, & com-* 4.
*poſitio: igitur non cognoſcit enunciabilia. Profectò, omnis cognitio per quandam fit ſi-
militudinem: ſed in Deo nulla eſt omnino enunciabilium ſimilitudo, cùm ſit ſimpliciſſi-
mus: Deus ergo enunciabilia non cognoſcit. Adhuc, intellectus diuinus eſt humano intel-* 5.
*lectu immaterialior: igitur non intelligit ſingularia. Antecedens eſt manifeſtum, conſe-
quentia patet: Nam ideò intellectus humanus ſingularia non cognoſcit, teſte philoſopho 1.* Quod nõ cognoſcit ſingularia.
*de anima, quia ratio eſt vniuerſalium, ſenſus verò particularium. Reuera, illæ virtutes in
nobis ſolæ ſunt ſingularium cognoſcitiuæ, quæ à materialibus conditionibus ſpecies abſtra-
ctas minimè recipiunt: ſed res in Deo ab omni materialitate ſunt quàmmaximè abſtra-
ctæ: Ergo quod prius. Adde, quòd omnis cognitio, ſicut ſæpè dictum, per aliquam fit ſi-
militudinem: ſed ſimilitudo ſingularium non eſt in Deo: quia principium ſingularitatis,
eſt materia, quæ in Deo eſſe poteſt, quia ſcilicet eſt ens in actu, & non in potentia, velut
eſt materia: ſingularia ergo à Deo minimè ſunt cognita. Amplius, ſi ſcientia Dei cognoſcit* 6.
*infinita: infinitum vtiq; eſſet finitum: tenet conſequentia, ex authoritate Auguſtini 12. de
ciuit. Dei dicentis: Quidquid ſcientia comprehenditur, comprehenſione huiuſmodi finiri.
Philoſophus quoque aſſirmat 3. phyſ. infinitum eſſe incognitum: Infinitum, inquit, eſt, cu-
ius quantitatem accipientibus, ſemper eſt aliquid extra aſſumere: Sed implicat, infini-
tum eſſe finitum: ergo. Dicis, quæ in ſe ſunt infinita, Dei ſcientiæ eſſe finita. Contrà: ratio* Replica.
*finiti eſt, quòd ſit impertranſibile 3. phyſ. Sed infinitum, nec à finito, nec ab infinito 6.
phyſ. poteſt pertranſiri: Igitur infinitum, nec finito, nec infinito poteſt eſſe finitum: atque
ita, quæ ſunt infinita, ſcientiæ Dei nequeunt eſſe finita. Profectò, ſcientia Dei eſt menſura
earum rerum, quæ ab ipſo ſciuntur. Sed repugnat naturæ infiniti, eſſe menſuratum: Deus
ergo non cognoſcit infinita. Alia videre poteris in alio libro.*

CAP. IIII.

Soluuntur Argumenta.

AD primum negatur conſequentia: ſcientia enim Dei eſt cauſa rerũ: quatenus 1.
*res ſunt in ipſa, in qua quidẽ ab æterno non fuerunt in eſſe proprio actuali, ſed
in eſſe cognito: vnde nõ ſequitur, ſcientia Dei eſt æterna: ergo res ſunt æternæ
in propria forma; ſed in eſſe cognito tantùm. Ad confirmationẽ dico, inter
Dei, & noſtram ſcientiam, res naturales medium habere: ſiquidem ab illis
ſcientiam accipimus, è contrà, à ſcientia Dei illæ cauſantur. Quamobrem, ſcientia Dei eſt
menſura naturalium, ſicuti ſcientia artificis domus conſtruendæ: è diuerſo noſtra ſcientia
à naturalibus menſuratur: atq; ab illis, veluti ex conſtructa iam domo ſcientiam recipi-
mus. Dicis Origenem in epiſto: ad Rom: dixiſſe: non propterea aliquid fore, quia Deus ſci-* Origenes.
*uit: ſed potius id futurum, quia ſcitum eſt à Deo, antequam fiat. Reſpondeo, Origenem
reſpexiſſe ſcientiæ rationem, cui, ſine adiuncta voluntate, non competit cauſalitatis ratio.
Cùm autem dicitur, ideò aliqua à Deo præſciri, quia ſunt futura; id certè intelligendum
eſt, ſecundum conſequentiæ, & non eſſendi cauſam, ſequitur enim, ſi aliqua ſunt, à Deo
præſciri; non ob id tamen futura in cauſa eſſe, vnde Deus ſciat. Ad ſecundum dico, entia* 2.
*eſſe vera in eſſe Dei cognito: atq; ita cognoſci etiam illa, quæ non ſunt. Simili modo ſolui-
tur confirmatio: nam & ſi non entia non habeant eſſe in actu, habent tamen in potentia,
aut in eſſe cognito: Etenim cùm Deus ſit ipſum eſſe; in tantum, ſine dubio vnumquodq;
participat eſſe, in quantum Dei gerit ſimilitudinem: ſicuti vnumquodq; in tantum eſt ca-
lidum, in quantum participat calorem. Ad aliam confirmationem dico, Dei ſcientiam eſ-
ſe cauſam rerum, ſed voluntate coniunctá. Quare, non opus eſt, vt quæcunq; Deus ſcit, ſint,
vel fuerint,*

Scientia Dei cauſa rerum.

vel fuerint, aut futura ſint; ſed ſolùm ea, quæ vult, aut permittit eſſe. Neq́ enim ſcientia
Dei eſt, quòd illa ſint, ſed quòd eſſe poßint. Ad 3. Deus non cognoſcit malum per priua
3 *tionem in ſe exiſtentem, ſed per bonum oppoſitum: philoſophi autem verbum eſt ita in-*
telligendum, quòd intellectus, qui non eſt in potentia, priuationem in ipſo exiſtentem, per
priuationem non cognoſcit: idq́ ſuæ congruit ſententiæ, quam ſuprà in eodem loco citaue-
rat: nempè punctum, & omne indiuiſibile per diuiſionis priuationem cognoſci. Quod ideò
certè contingit, quòd formæ ſimplices, & indiuiſibiles in noſtro quidem intellectu, non
ſint in actu, ſed in potentia tantùm: alioqui per priuationem minimè cognoſcerentur. Ad

Quomodo cognoſcit mala.

confirmationem: ſcientia Dei non eſt cauſa mali, ſed boni, vnde cognoſcitur malum. Ad
aliam, licet malum diuinæ non aduerſetur eſſentiæ, quæ corruptioni non ſubiacet; effe-
ctibus tamen aduerſatur diuinis, quos per ſuam cognoſcit eſſentiam; atq́ ita illos cogno-
ſcens, mala quoq́ cognoſcit. Ad aliam dico, cognoſci aliquid per aliud tantũ, eſſe imper-
fectæ cognitionis, ſi illud per ſe ſit cognoſcibile. ſed malum non eſt per ſe cognoſcibile: nõ
poteſt ergo ſciri, aut diffiniri niſi per bonum. Per ſuum ergo bonum, hoc eſt ſuam ſubſtã-
4. *tiam, Deus ſcit, ſiue intelligit mala. Ad 4. Ratio illa valeret, ſi per modum enunciabili-*
um à Deo cognoſcerentur enunciabilia. Ad confirmationem. Propoſitio enunciabilis ſigni-
ficat aliquod eſſe rei: Deus autem per ſuum eſſe, quod eſt eius eſſentia, eſt omnium eorum,
5. *quæ per enunciabilia ſignificantur, ſimilitudo. Ad 5. Dico diuinam eſſentiam, quæ eſt*
diuini intellectus quodammodo ſpecies intelligibilis, per abſtractionem immaterialem nõ
eſſe, ſed per ſeipſam; ideoq́ omnium principium, quæ compoſitionem ingrediũtur, principiũ
exiſtere, ſiue illa fuerint ſpeciei, ſiue indiuidui principia. vnde fit, vt per ſuam eſſentiam,

Quare intellectus noſter non intelligit ſingularia.

cùm vniuerſalia, tum etiam particularia cognoſcat. Id autem in noſtrum non cadit intelle-
ctum, à quo ſpecies intelligibilis, ab indiuidualibus abſtrahitur principijs. Quam ob cau-
ſam ſingularia intelligere nequit. ſiquidem illa ſpecies intelligibilis indiuidualium princi-
piorum ſimilitudo eſſe non poteſt. Ad confirmationem: quamuis ſpecies intellectus diui-
ni ſecundum ſuum eſſe, conditiones materiales non habeat, ſicut ſunt ſpecies in imaginati-
one, & ſenſu receptæ: ſua tamen virtute ad materialia, atq́ immaterialia ſe extendit. Ad
aliam. licet materia, ſecundum ſuam potentialitatem à Dei ſimilitudine recedat: quate-
nus tamen ſic habet eſſe; aliquod retinet diuini eſſe veſtigium: ſicut dixi, in ali[illegible]andri
6. *dri libro, vbi Mercurius materiã Deo attribuit. Ad 6. Infiniti ratio congruit quantitati*
(Authore philoſ. 1. phyſ.) De ratione enim quantitatis, eſt ordo partium. Porrò, cognoſce-
re infinitum, ſecundum modum infiniti; eſt cognoſcere partem poſt partẽ: atq́ ita nullo mo-
do infinitum cognoſci contingit. Nam quantalibet quantitate accepta: adhuc tamen ſem-
per aliquid remanet extra accipientem. A Deo autem non ſic infinita intelliguntur, ſed o-
mnia ſimul: proinde nihil prohibet ab eo infinita cognoſci. Ex hoc etiam ſoluitur confir-

Quomodo cognoſcat infinitum.

matio: ſiquidem tranſitio, quandam in partibus importat ſucceßionem: & inde eſt, quòd
nec à finito, nec ab infinito infinitum poßit tranſiri. Ad rationem verò comprehenſionis
ſufficit adæquatio: id namq́ comprehendi dicitur; cuius eſt nihil extra comprehenden-
tem. vnde non deſtruit rationem infiniti, quòd ab infinito comprehendatur: atq́ ita quòd
eſt in ſe infinitum, Dei ſcientiæ dicitur finitum, tanquam ab ea comprehenſum: non tamẽ

Scientia Dei eſt menſura rerum.

tanquam pertranſibile. Ad vltimam confirmationem reſpondeo, quòd Dei ſcientia non ſit
rerum menſura quantitatiua, quæ infinitæ tribui non poteſt; ſed per ſuam eſſentiam, &
rei veritatem: vnumquodq́ enim in tantum de veritate habet ſuæ naturæ; inquantum Dei
imitatur ſcientiam: ſicut artificiata quatenus artem imitantur. Sanè, ſi per impoßibile eſ-
ſent aliqua infinita in actu; vtpote homines infiniti, vel aêr infinitus (ſicut quidam olim
putauerunt) adhuc tamen neceſſe eſſet ea determinatum eſſe, atq́ finitum habere: ad a-
liquã enim naturas eorum eſſet limitatum: atq́ ita menſurabilia ſecundum Dei ſcienti-
am. Patet ergo quomodo Dei ſcientia intelligat omnia infinita.

CAP. V.

Scientia

Deus cognoſcit contingētia futura.

Scientia Dei ſcit futura contingentia.

DEum ſcire futura contingentia, ita à nonnullis declaratum, atq; oſtenſum eſſe legimus. Si Deus, inquiunt, ſcit omnia, tum quæ in actu, tum etiam quæ in potentia ſua, vel creaturæ: & horum quædam ſunt contingentia nobis futura: igitur cognoſcit contingentia futura. Porrò contingens aliquod biſariam poteſt intelligi. vno quidem modo in ſeipſo, quatenus iam eſt in actu: atq; ita non vt futurum, ſed vt præſens conſideratur. neq; vt ad vtrumlibet contingens; ſed potius vt determinatum ad vnum. huiuſmodi autem certæ determinatæq; cognitioni ſubiacet: vt pote ſenſui viſus: puta, ſi videremus Mercurium ſedere. Alio autem modo, quatenus in ſua cauſa conſiſtit: atq; ita eſt futurū contingens habens ſe ad oppoſita. Quam ob cauſam certæ non ſubiacet cognitioni: quippe quia contingentē in ſua cauſa cognoſcit ſolummodo effectum: coniecturalē profectò tantum cognitionem habet. Deus autem, cùm omnia contingentia cognoſcat, nō ſolùm quatenus ſuis in cauſis eſſe habent; ſed quatenus vnūquodq; actu eſt in ſeipſo: igitur perfectam habet ſcientiam contingentium. Nam & ſi à nobis contingētia ſucceſſiue cognoſcantur, à Deo tamen ſimul cognoſcuntur: ſua enim cognitio, ſicut & ſuū eſſe, æternitate menſuratur. Æternitas autem tota ſimul exiſtens, totum ambit, atq; complectitur tempus. Ex quo fit, vt omnia quæ ſunt in tēpore, ſint Deo ab æterno præſentia: non ſolùm ea ratione, qua habet rationes rerum apud ſe præſentes, vt quidam dicunt, verùmetiā quia eius intuitus ab æterno ſupra omnia fertur, pro vt in ſua ſunt præſentialitate. vnde manifeſtum eſt, contingentia, quatenus diuino conſpectui ſecundum ſuam præſentialitatem ſubdita ſunt: à Deo infallibiliter ſciri: ſuis verò cauſis comparata, contingentia eſſe ad vtrumlibet oppoſita. hæc quidem illi.

Rationes. 1. — Contingentia duplex. — Omnia Deo præſentia.

Aliæ rationes. 2. *Adde, quòd nunc æternitatis coexiſtit vni nunc temporis, ſibiq; non adæquatur, ſed ſupervincitur: quòd planè contingit, quia altera pars temporis, aut futurum, vel præteritum nunc ſibi cóexiſtit ergo quod prius. Sanè, ſi totū* 3. *tempus eſſet ſimul nunc æternitatis, profectò ſibi eſſet præſens toti, ac cuilibet eius parti: ob ſuæ vtiq; illimitationis infinitatiſq; rationem Sed nihil deperit æternitati, quia tempus non eſt illi ſimul Ergo.* 4. *Item, ſicut diuina immenſitas ſe habet ad omnem locum: Ita certe diuina æternitas ad omne tempus. ſed illa omni loco adeſt, omniſq; locus eſt ſibi præſens: pari ergo ratione omne tempus diuinæ præſens erit æternitati.*

Auguſtini. *Ad hæc accedit Auguſtini authoritas lib: 83. q. quæſt 37. vel 18. dicentis apud Deum nihil eſſe præteritum, nec ſimili ratione futurum: omnia ergo ſunt illi præſentia Et 15. de trin: cap. 7. Iſta, inquit, quæ dicuntur præterita, ibi non prætereunt, nec illa, quæ dicuntur futura, quòd deſint, vt veniant expectantur, ſed omnia præſentia cogitantur.* Anſelmus. *Anſelmus de concordia præſcientiæ, & lib: arbitrij, cap. 2. ſicut præſens noſtrum, ait, claudit omnem locum; ſic æterno præſenti clauditur omne tempus. Igitur, ſicut omnia loca ſunt realiter præſentia noſtro præſenti; ita omnia tempora æternitati. Et de caſu diaboli 18. Præſcientia Dei, inquit, non proprie dicitur præſcientia: cui enim omnia ſunt præſentia; non habet futurorum præſcientiam, ſed præſentium ſcientiam.* Boetius. *hoc idem dicit Boëtius 5 de conſ: proſ. vltima.* Iſidorus. *Iſidorus de ſummo bono cap. 6. nihil in Deo præteritum, ait, neq; futurum; ſed omnia præſentia in Deo dicuntur; quia æternitate ſua cuncta complectitur: alioqui mutabilis eſſet Deus. Itaq; Deus certam, atq; expreſſam habet contingentium ſcientiam: licet nobis contingentia ſint.*

Soluuntur rationes. *Verùm has rationes ſic ſolui poſſe, aiunt quidam: Et ad primam quidem dicunt: creaturam eſſe ab æterno Deo præſentem, non certè realiter in ſeipſa, ſed in eſſe cognito, & volito. Nam & ſi diſpoſita ſit creari in tempore per Dei voluntatem, non tamen eſt ab æterno creata.* 1. *Dices, potentiam, & actum realem, habere obiectum realem, reſpondeo, quòd obiectum ſecundarium voluntatis diuinæ reale, non ſit neceſſe ab æterno eſſe, ſed pro tempore, in quo ſtatuit illud fore. Non ergo ſi volitio Dei realis eſt æterna, oportet, & obiectum ſecundarium ſimiliter ſe habere.* 2. *Ad 2. Nunc, vel præſens æternitatis excedit quidem præſens noſtrum; quia nimirum ſibi non repugnat, futuro quando e-*

rit, non quando non eſt, coëxiſtere. Excedit etiam perfectione: quia Deus eſt actu in-
finitum intenſiuè: non tamen coëxiſtit realiter, quòd nondum eſt in eſſe reali: ſed ſufficit
poſſe coëxiſtere omni poſſibili eſſe, quando iam eſt. Dicis, nullam durationem, à durati-
one infinita, cuiusmodi eſt æternitas, diſtare. Reſpondeo: quòd quamuis futurum non exi-
ſtat æternitati: non tamen ab ea diſtat; quia non eſt ens. Nulla ergo duratio exiſtens di-
3. *ſtat ab æternitate. Ad 3. Nihil deperit æternitati, quòd tẽporis partes non ſunt ſimul: nec*
etiã ſi omnes eſſent ſimul, quod tamen fieri non poteſt, ad ipſius perfectionem aliquid ad-
4. *deretur. Ad 4. dico Deũ non adeſſe ob ſuam immenſitatem alicui loco non exiſtenti: nec*
etiam propter ſuam æternitatẽ tempori futuro: niſi ſicut iã dictum eſt. Authoritates quoq;
illæ, eodem modo ſunt intelligendæ, nempè de eſſe cognito non autẽ de eſſe reali. ſentiunt
Rationes. *enim illi non omnia eſſe in Deo præſentia realiter in ſeipſis; ſed ſicut obiecta cognita, vel*
1. *virtualiter: ſicut, inquã, in cauſa, quæ poteſt illa reddere realia, cùm ſibi placuerit. Ad-*
dunt præterea nonnulla argumenta, quibus primæ ſententiæ rationes euertere conantur.
Quòd non eſt, inquiunt, nulli poteſt coëxiſtere: coëxiſtere enim dicit, relationem realem.
2. *Sed futura non ſunt: ergo non coëxiſtunt æternæ Dei ſcientiæ realiter in ſeipſis. Amplius,*
ſi omnia coëxiſtunt æternitati: igitur omnia ſunt ſimpliciter in actu; quodlibet certè ha-
bet eſſe in actu in ſeipſo reſpectu cauſæ primæ: eſt ergo ſimpliciter in actu: Nam quod
eſt tale reſpectu cauſæ primæ, eſt tale ſimpliciter. Non ergo amplius in actu ponenda,
3. *quod eſt falſum: alioqui non daretur aliquod futurum in rebus. Item, quia ſi ita res ſe*
haberet, ſeſſio ergo mea craſtina, bis ſine dubio, à Deo produceretur. probatur conſequẽ-
tia, quia iam eſt præſens in ſeipſa æternitati: ergo producta: & adhuc non eſt, ergo pro-
4. *ducenda &c. Iterum coëxiſtentia fluentium circa ſtans, vtriusq; extremi, pro eadem du-*
rationis menſura, exigit exiſtentiam: ſed temporis inſtantia, in eadem temporis menſura
exiſtere, fieri non poteſt: quòd ergo alteri extremo, nempè æternitati coëxiſtant ſimul,
pari quoq; ratione erit impoſſibile. Maior autem patet. Nam ſi in centro, & in circum-
ferentiæ punctis, illa puncta ſtare imaginemur; nobis certè videbuntur potius fluere quàm
ſtare: Certum eſt enim quòd ſingula quando eſſent, coëxiſterent centro, ſed nunquam
ſimul. non quidem ex defectu centri; ſed ipſorum, quia ſcilicet ſimul non ſunt: ita quo-
5. *que de æternitate, & tempore eſt etiam ſentiendum. Amplius, ſeſſio mea futura, fu-*
tura eſt, aut certè ſcitur à Deo, aut non: ſi ſic, non ergo neceſſe ipſam in actu ponere, vt
ſciatur: ſi non, aliter ergo Deus nouit facta, quàm facienda: quia cùm facta fuerit dicta
ſeſſio, ſcietur à Deo. Scientia præterea Dei ab alio obiecto, quàm à propria eſſentia certi-
tudinem non accipit: alioqui intellectus diuinus vileſceret: non ergo eſt certa, quòd ſeſſio
Conciliatio. *ſit in actu, ſed aliunde. Deniq; æuum angeli, vt ipſi dicunt, toti tempori coëxiſtit: omnia*
ergo futura contingentia ab angelo ſciri poſſent. Poſſet autem aliquis vtramq; ſic concili-
are ſententiam: quòd ſcilicet prima, nunc æternitatis reſpexerit, cui ſunt omnia præſentia:
ſiquidem cuiuslibet rei coëxiſtentia ad æternitatem ſaluatur in quolibet nunc æternitatis.
Prima opinio exponitur. *Cùm enim æternitas non habeat niſi vnum nunc, quòd ipſi æquatur æternitati, atq; omne*
tempus ſuperat: omne igitur noſtri temporis inſtans, & quidquid in illo eſt, aut fit, in nũc
æternitatis ſaluetur, neceſſe eſt: à quo quidem menſuratur, non vt à menſura adæquata,
ſed excedente potius. Cùm ergo dicitur, quæ fiunt in tempore, ſunt præſentia Deo &c. o-
pus eſt diſtinctione vti: aut enim ſignificatur nunc temporis, aut æternitatis, & primo
quidem modo eſt falſum, ſecundo autem verum. Sanè, primum inſtans iſtius horæ eſt in
Nunc æternitatis. *nunc æternitatis: ſimiliter & vltimum inſtans eiusdem horæ in eodem nunc. vnde fit, vt*
duo contradictoria ſecundum nunc temporis, in eodem nunc æternitatis eſſe valeant. Re-
uera, Nunc, diuiſionem non patitur temporis, vtpote ſemper præſens: oſtenſo igitur in a-
ctu ſignato nunc æternitatis, verum eſt quidem dicere, Omnia æternitati eſſe præſentia.
Ex quo ſequitur, vt illi viſioni, quæ æternitate menſuratur, omnia ſint nuda, & aperta ſi-
mul: ac proinde viſio illa, quia ad res præſentes terminatur, certa ſit & infallibilis: id e-
nim viſioni neceſſarium eſt, vt viſibile ſit, & adſit pro menſura durationis, qua menſura-
tur & ipſa

Deus ſcit contingẽtia futura.

Secunda opinio expenditur.

tur & ipſa viſio. Vt ergo aliquid præſens ſit diuino conſpectui, opus illi eſt, vt adſit ſecundum durationis menſuram, qua menſuratur & ipſa viſio diuina, quæ eſt æternitas. Sat ergo eſt, quòd ſint ſecundum æternitatem ſumpta vbi omnia ſunt præſentia. Ex his ergo patet, quid ſit ad propoſita argumenta reſpondendum. At ſi quis velit intelligere, vt fautores ſecundæ ſententiæ intellexiſſe videntur, quòd ſcilicet in quolibet nunc temporis res temporales ſint præſentes æternitati; ita vt cuiuslibet rei coexiſtentia, ad æternitatem quodlibet inſtanti menſuretur temporis; ſic profectò ſtare non poſſet: manifeſtè enim implicat contradictionem: Etenim rei coexiſtentia ad æternitatem in duratione menſuræ æquatur eiusdem exiſtentiæ: cùm profectò non coexiſtat, niſi ſecundum ſuam actualem exiſtentiam. Sed exiſtentia inſtantis: in quo cras Sol oritur, non menſuratur inſtante aliquo præcedente, aut ſequente: ergo nec quodlibet. Amplius ſi inſtans ſemper, idem, pro quolibet inſtanti temporis coexiſteret æternitati: ergo pari ratione & aliis coexiſteret inſtantibus: atque ita omnia inſtantia eſſent vnum inſtans. ſicque præteritum, & futurum eſſent præſens, quæ omnia tanquam abſurda habentur Si ita intellexeris: nulla eſt controuerſia Cùm ergo dicitur, Seſsio mea futura &c. Dico futuram ſeſsionem in ſuis cauſis tantùm ſuum eſſe habere: quæ ſi vt indeterminatæ cogitentur, ad craſtinã ſeſsionem producendam, vel eius negationem; ſic certè non ſunt ſcibilia. quia non ſunt magis entia quàm eius oppoſita tum in actu, tum etiam in potentia. Quòd ſi vt determinatæ intelligantur: ſic abſque dubio, ſcientiæ patent diuinæ. Et cùm dicitur, Deus ergo aliter nouit facta, quàm facienda; negatur ſimpliciter conſequentia: illud enim aliter iuxta Auguſtini ſententiã, dicit modum cognoſcendi ex parte cognoſcentis, qui in Deo mutatur minimè; quia nimirũ nulla Deo aliunde, quàm à ſeipſo accedit cognitio. Quamobrem, non eſt idem dicere: aliter res ſe habent vt factæ, quàm vt facienda ad Dei cognitionem & quòd Deus aliter nouit facta, quàm facienda: Illud eium enim eſt verum in materia contingenti: hoc autem falſum. ſignificat certè rem, aliam diſpoſitionem habere: ſiquidem, vt facta quandam induit neceſsitatem: vt facienda verò nequaquam. Quare ſecundum primum modum, eſt certè ſcibilis, iuxta verò ſecundum non ita; Dei tamen ſcientia inuariabilis ſemper manẽte. Simili modo reſponderi poteſt ad alia, quæ præpoſita ſunt argumenta. Aliud namque [illegible] ſcientiã ex ſeſsione ſortis certitudinem accipere: & aliud ſeſsionem ſortis non poſſe eſſe terminum certæ Dei notitiæ, niſi fuerit in ſe certa: primum profectò eſt falſum, ſecundum verò eſt neceſſarium. Ad aliam dico angeli cognitionem non menſurari æuo, quia de nouo aduenit repræſentatio ſingularium per principium angelicæ ſpeciei intelligibilis: non ergo ſciunt futura contingentia naturaliter. Cui hæc non arrident, abundet in ſenſu ſuo, ſalua ſemper fide Catholica.

Futura contingentia quo modo ſciũtur à Deo.

Scientia Dei quomodo inuariabilis.

CAPVT. VI.

Argumenta contraria, quòd ſcientia Dei, non ſciat contingentia.

Poſſet autem aliquis contra prædicta ſic obijcere: A cauſa neceſſaria procedit effectus neceſſarius: effectus enim geſtat ſecum cauſæ ſimilitudinem. ſed contingentia non ſunt effectus neceſſarij; alioqui contingentia dici non poſſent: igitur contingentia non continentur ſub ſcientia Dei, quæ eſt cauſa ſcitorum, & quidem neceſſaria. 1.
Item, omnis conditionalis veræ, cuius antecedens eſt neceſſarium abſolutè; conſequens etiam ſimiliter ſe habet. 2. *Sic enim ſe habet antecedens ad conſequens; ſicut principia ad concluſionem: ex principiis autem neceſſariis, ſequitur concluſio neceſſaria primo poſteriorũ. Sed hæc eſt quædam conditionalis vera; ſi Deus ſciuit hoc futurum eſſe, hoc erit; ſcientia namque Dei verorum eſt tantùm. huius autem conditionalis antecedens eſt neceſſarium abſolutè; tum quia eſt æternum, tum quia*

 ſignificatur,

Deus ſcit contingẽtia futura.

ſignificatur, vt præteritum: ergo & conſequens erit ſimiliter neceſſarium Igitur quidquid
ſcitur à Deo eſt neceſſarium: atq; ita ſcientia Dei non erit circa contingentia: aut contin-
3. *gentia erunt neceſſaria; quod eſt falſum. Amplius, omne ſcitum à Deo, neceſſe eſt eſſe,*
quia etiam omne ſcitum à nobis, neceſſe eſt eſſe: cùm tamen noſtra ſcientia ſit multò incer-
tior. Sed nullum contingens futurum neceſſe eſt eſſe: ergo nullum huiuſmodi ſcitur à Deo.
Et reuera de futuris contingentibus nulla eſt determinata veritas. primò Perihermenias:
ſed ſcientia Dei habet determinatam de rebus veritatem: non ergo complectitur contin-
4. *gentia. Præterea ſi ſcientia futura contingentia ſcit; aut eſt finita, aut incerta, & indeter-*
minata, quorum neutrum Deo eſt tribuendum. Conſequentia patet: Nam ſi ad alteram
tantùm eſt determinata contradictionis partem: erit ergo determinata, & finita. Si verò
ad neutram: eſſet dubia, & incerta. Adde, quòd ſi in futuris contingentibus eſſet deter-
minata veritas, fruſtra fierent hominum conſilia, & quæ ſunt generis eiuſdem. Adhuc,
5. *ſi ſcientia Dei, futura contingentia infallibiliter complectitur, alterum duorum neceſſa-*
riò ſequeretur: nempe, aut omnia ex neceſſitate accidere: aut ſcientiam Dei decipi poſſe.
Nam ſi ſcit cras me lecturum; poſſum certè non legere: quia contingens eſt hoc, & non
neceſſarium. Quòd ſi neceſſariò ſum lecturus; non voluntate ergo libera, ſed neceſſitate
operor; atq; ita homo non eſſem, ſublata à me libera voluntate: Ergo quod prius. Ex poſſi-
bili namq; poſito in eſſe: nullum ſequitur impoſſibile: poſito namq; in eſſe, me craſtina die
6. *non ſeſſurum, non eſt impoſſibile Dei ſcientiam falli. Item, ſi Deus ſcit contingentia futu-*
ra immutabiliter: igitur fieret tranſitus de contradictorio in contradictorium ſine aliqua
mutatione, quod eſt impoſſibile. Conſequentia valet: ſciens enim aliquid contingens; poſ-
ſet illud non ſcire; atq; ita abſq; ſui mutatione tranſiret de vno in alterum contradictori-
um. Denique non ſciens vnum contingens, poteſt ſcire: poteſt ergo aliquid nouì ſcire, &
ſic mutari: atqui Deus eſt omninò immutabilis: Ego ſum Deus, ait, qui non mutor. Ex his

Soluuntur argumenta.

ergo, & ſimilibus, Dei ſcientiam non cognoſcere infallibiliter futura contingentia, ſatis
1. *perſpicuum eſſe puto. Reliquum eſt, vt ea omnia ſoluantur. Ad primum ita reſpondeo:*
Quamuis prima cauſa ſit neceſſaria: effectus tamen poteſt eſſe contingens, propter pro-
ximam cauſam contingentem. vocatur autem diuina ſcientia cauſa neceſſaria, hoc eſt im-
2. *mutabilis in ſua cognitione. Ad 2. Quamuis antecedens ſit neceſſarium abſolutè; conſe-*
quens tamen nequaquam erit ſimile; quia antecedens eſt cauſa remota conſequentis, quod
propter cauſam proximam, contingens eſt. Sic quidam reſpondent. Sed minimè placet:
eſſet enim conditionalis falſa, cuius antecedens eſſet cauſa remota neceſſaria, & conſequens
effectus contingens. Perinde, ac ſi dicerem, ſi Sol mouetur; herba germinabit. Quam ob
cauſam alio modo eſt reſpondendum, quòd quando in antecedente aliquid ponitur, quod
ſpectat ad actum animæ, conſequens accipiendum ſit ſecundum eſſe, quod habet, non qui-
dem in ſe, ſed in anima. Differunt namq; hæc ab inuicem. cùm enim dico, quod ab anima
intelligitur; illud immateriale eſſe, in intellectu vtique, non in ſeipſo intelligi oportet. Itaq;
quando dicimus, ſi Deus ſcit aliquid: illud erit ergo: conſequens vtiq; verum, quatenus di-
uinæ ſubeſt ſcientiæ: atq; ita eſt neceſſarium, ſicut & antecedens. omne enim quod eſt, vt
3. *dicitur 1. Periherm. quando eſt, neceſſe eſt eſſe. Ad 3. Quæ à Deo ſciuntur, ſunt quidem*
neceſſaria, ſecundum modum, quo diuinæ ſcientiæ ſubdita ſunt, non autem abſolutè ſi in
propriis cauſis conſiderentur. Ea ſanè, quæ temporaliter in actum à nobis reducuntur; ſuc-
ceſſiuè cognoſcuntur in tempore: quæ verò à Deo, in æternitate, quæ eſt ſupra omne tem-
pus; proinde futura nobis certa non ſunt; Deo autem certiſſima, quia eius intelligere eſt

De non ente habetur ſcientia.

æternum, & immenſum. Ad confirmationem: illa ſententia veritatem habet, quatenus
contingentia ſuis ſubiacent cauſis, non autem quatenus ſubdita ſunt, Dei ſcientiæ, in qua
determinatam habent veritatem. Dicis de non ente, non habetur ſcientia. ſed contingentia
futura ſunt non entia: Ergo. Dico de non ente, quod eſt contingens, non haberi ſcientiam
propriè dictam, tanquam de primo obiecto; ſed bene de ipſo, tanquam de obiecto ſecun-
4. *dario: præſertim cùm ipſi non repugnet eſſe, quamuis in actu non ſint. Ad 4. reſpondeo,*

quod

quod tunc eſſet verum, quando ita ſciret vnam partem, quòd aliam ignoraret: quod cer- Deus ſcit contingẽtia futura.
tè in Deum non cadit, cuius ſcientia eſt æterna, atq; infinita. Ad confirmationem. Sufficit
ad conſiliandum indeterminatio de poſsibili. Ad 5. Conſequentia non valet, niſi eſſet poſ- 5.
ſibile, te non ſedere: Deo tamen ſciente, te ſedere: quod planè fieri non poteſt. habet ergo
Deus ſcientiam infallibilem; quia ſtante diuina ſcientia, impoſsibile eſt aliter in re eſſe:
ſed neceſſe eſt ſic eſſe neceſsitate vtiq; conditionata. Semper namq; eſt concomitantia ſci-
entiæ, & rei ſcitæ: ideóq; ſi res poteſt non eſſe; hoc etiam Deus ſciuit: vnde fit, vt ipſius
ſcientia nullatenus falli poſsit. Ad confirmationem, ex poſsibili poſito in eſſe, præcisè ſum-
pto, nullum ſequitur impoſsibile: ſed ex illo cum alio ſibi incompoſsibili, ſequitur impoſ-
ſibile: ſicut eſt in propoſito. Ad 6. Negatur quidem conſequentia, quandoquidem non 6.
ſit tranſitus, niſi per ſucceſsionem oppoſiti ad oppoſitum, quæ non eſt poſsibilis in propo-
ſito. Nam etſi Dei ſcientia ex ſe naturaliter tendens ad obiectum, pro eodem inſtanti ſit
quidem indifferens ad vtrumq; oppoſitum; non coniunctim profectò, ſed diuiſim; non
tamen vt iam, alterum reſpicit oppoſitum. Ad confirm. negatur conſequentia: non enim
poteſt eſſe inceptio, nec mutatio, niſi per oppoſiti ad oppoſitum ſucceſsionem: quæ in Deo
locum non habet. Scit ergo Deus omnia immutabiliter, atque infallibili certaque ſcientia. Quomodo ſcit omnia immutabiliter.
Vtuntur theologi pro ſcientiæ diuinæ immutabilitate ſtatuenda, quadam certa ſcientiæ di-
uiſione: Duplex, inquiunt, eſt ſcientia diuina: altera ſimplicis intelligentiæ, altera verò
viſionis: & prima quidem dicitur reſpectu omnium contingentium, ſecundum eſſe poſsi- 1.
bile, non autem, vt futura ſunt: ſcientia autem viſionis reſpicit omnia, quæ ſunt, fuerunt,
vel erunt, ſiue ſint ſub æternitate, ſiue ſub æuo, ſiue ſub tempore, vel inſtanti temporis.
Quæcunq; autem Deus nouit, immutabiliter nouit, tum ſimplicis intelligentiæ ſciẽtia, tum
etiam viſionis; eſt enim ipſe immutabilis omninò, quia nihil poteſt amittere, nec aliquid
noui acquirere. Sanè, ſciens, cuius intellectus eſt immutabilis ſimpliciter, ex parte qui- 2.
dem ſui actus ſciendi, ſcit omnia immutabiliter: alioqui non eſset omninò immutabilis,
quod de Deo nefas eſt dicere. Deus enim (vt dixi ſæpius) eſt ſimpliciter immutabilis. Ad
hæc accedit, quòd intellectus, qui eſt idem cum ſcientia ſcientis, ex parte quidem ſui ſcit o-
mnia immutabiliter. Sed intellectus diuinus, eſt idem cum Dei ſcientia. Ergo quod prius. 3.
Ante, intellectus, qui ab actu, ad priuationem, ſiue è diuersò migrandi non habet ap-
titudinem, cuiusq; actus eſt neceſſarius; ex parte quidem ſui actus, ſcit omnia immuta-
biliter; aliter, non vnum, ſed plures actus haberet: quod planè Deo tribui non poteſt,
cuius actus eſt vnus, æternus, vitalis, immobilis, nunquam interceptus, idem cum eſſen-
tia, & ab ea nunquam ſeparatus: cùm ſit primum obiectum intrinſecum, & immobile,
obiectum autem extrinſecum (ſicut dixi) ſubſiſtit in eſſe intellectionis diuinæ, quæ certè
immutabiliter ſe habet ad illud, quatenus eſt obiectum cognitum. Immutabiliter ergo ſe Obiectum cognitum.
habet intellectus diuinus, non ſolùm circa obiectum intrinſecum; verùmetiam circa ob-
iectum cognitum, & extrinſecum. Reuera, ex parte illius, nulla eſt accipienda mutatio, 4.
quod ad idem ſemper vniformiter ſe habet. Sed creatura in eſſe Dei cognito, eundem ſem-
per obtinet modum: igitur ſcientia diuina in creatura cognoſcenda, nullũ patitur ſuæ poſ-
ſeſsionis diſpendiũ. Non temerè ergo dictum eſt: 15. de Trinit. Deum non aliter noſſe fa- Aug.
cta, quàm facienda, ſiue futura: quippe, cùm in diuino intellectu, non ſit, niſi præſens
formaliter in actu. Quomodo ergo ſcientia Dei ſit omnibus modis immutabilis, dixi. Ex
his autem oritur aliud dubium, quomodo ſcilicet neceſſariò nouit, quæcunq; nouit: Nam Quomodo Deus neceſſariò ſciat.
ſi immutabiliter ſcit omnia: ergo etiam neceſſariò. Et ſcientia quidem viſionis, arbitran-
tur nonnulli, contingentia ad diuinum relata intellectum, neceſſariò ſciri; ad ſeipſa verò,
minimè. Verùm, ſi ſcientia viſionis, diuinæ determinationem voluntatis de contingentibus,
præſupponit, & ſequitur; illa autem circa huiuſmodi eſt contingens; quia voluntas con-
tingenter determinat, & vult, quidquid efficaciter vult ad extra: ipſa ergo ſcientia vi-
ſionis eſt contingens; cùm ergo ſcientiæ viſionis obiecta ad Deum, velut ad cauſam contin-
gentem comparentur; nihil ergo horum à Deo neceſſariò ſcitur. Profectò huiuſmodi ob-

 iectorum

Deus ſcit contingẽtia futura.

ſectorum ad primam cauſam comparatio, ex conditione, vel ex concomitantia indicat ne-
ceßitatem, ſicut dici ſolet; omne quod eſt, quando eſt, neceſſe eſt eſſe: id autem ſcientiæ
contingentiam minimè aufert: Ergo quod prius. Itaq; notitia ſimplicis intelligentiæ, Deus

Quæ ſcit ſimplici intelligẽtia neceſſariò.

ſcit ſimplices terminos, atq; complexiones ipſorum neceſſarias: de obiectis autem intrin-
ſecis, patet ſatis; quandoquidem non poßint non eſſe ſibi principia in ratione intelligibilia,
1. ſintq; idem, quod ipſe. Sed ipſe neceßitate immutabili ſe intelligit: ergo pari ratione illa
2. alia intelligit. Amplius: De extrinſecis obiectis ſimilis quoque poteſt eſſe ſententia: illa
ſiquidem per ideam, ſiue ideas cognoſcit: quæ profectò ſimpliciter, naturaliter, atq; ne-
ceßariò, hoc eſt, immutabiliter repræſentant. Et hæc quidem de ſcientia ſimplicis intelligẽ-

Scientia viſionis ſcit contingenter.

tiæ. De ſcientia autẽ viſionis (ſicut dixi) contingenter ſe habet ad hæc extrinſeca: Et enim
quotieſcunq; aliqua duo ſunt ineſſe conuertibilia, ſi alterum illorum eſt contingens: & alte-
rum etiam. Sed futura contingentia euenire, & Deum illa ſcire, ſunt conuertibilia: er-
1. go ſi vnum eſt contingens: & alterum ſimiliter. Sanè, quidquid præſupponit contingens,
& ipſum eſt contingens: non enim eſt neceſſarium; alioqui impoßibile præſupponeret
2. poßibile: quod eſt falſum. Sed ſcientia Dei præſupponit de futuris contingentibus voliti-
one Dei contingentem: Ergo quod prius. Reuera, ſi ſcientia Dei de futuris eſt neceſſaria:
3. igitur neceſſariò erunt futura: aut poteſt non velle, tali ſtante ſcientia, quæ eſt neceſſaria:
atq; ita non vniformiter ſe haberet in ſua ſcientia: quod planè nefarium eſt aſſerere. Itaq;
obiecta extrinſeca ſciuntur à Deo ſcientia viſionis neceſſariò; non quidem neceßitate ab-
ſoluta, ſed conditionata, ex præſuppoſitione vtiq; determinationis diuinæ, quæ diuinum
nequaquam præterit intellectum: & cùm hoc tamen ſtat huiuſmodi ſcientiæ contingentia
ſimpliciter. quomodo ergo Deus ſcit neceſſario: dixi. Sed dicet aliquis: In Deo nulla eſt

Argumenta.

mutabilitas, ſicut ſæpè dictum eſt: Ergo omnia immutabiliter cognoſcit. Sed in Deo eſt
1. neceßitas immutabilitatis: Ergo immutabiliter ſcit omnia. Amplius, quidquid poteſt eſ-
ſe in Deo, poteſt eſſe idem Deo, & ipſe Deus: ſed quidquid poteſt eſſe in Deo, neceßariò
2. eſt in Deo: ergo quidquid poteſt eſſe in Deo, neceſſariò eſt Deus. Sed ſcire aliquod contin-
gens, poteſt eſſe in Deo: ergo neceßariò eſt Deus: & ſic Deus illud neceßariò ſcit. Sanè
omnis perfectio ſimpliciter, neceßariò eſt in Deo: ſed ſcire (vt dixi) eſt perfectio ſimpli-

Solutio.

citer: non enim eſſet Deus perfectus ſimpliciter, ſi illa neſciret: igitur neceſſariò ſcit o-
1. mnia. Reſpondeo, atq; nego ſecundam conſequentiam, quia immutabilitas negat tantum
ſucceßionem oppoſiti ad oppoſitum: neceßitas verò ſimpliciter, atque abſolutè remouet
poßibilitatem oppoſiti. In Deo namq; ad intrà ponitur neceßitas, & immutabilitas, non
2. autem ad extrà reſpectu contingentium, neq; vt ſciens, neq; vt volens. Ad 2. Maior eſt
vera de eo, quòd eſt in Deo formaliter, ſed non de eo, quòd eſt in Deo, tanquam aliquid
relationis, aut ſicut quodlibet logicaliter prædicatum dicitur ineſſe ſubiecto: ſecundum
quem modum appellatio relatiua ineſt Deo: puta eſſe Dominum, quòd ei conuenit ex tem-
pore: & in Deo poteſt eſſe idem Deo; quia nimirum nihil idem Deo, eſt temporaliter.
Itaq; ſcire aliquod contingens, inquantum ſcire, eſt formaliter in Deo, & idem Deo: ſed
inquantum eſt talis terminus, non conuenit Deo niſi ſecundo modo; inquantum, videlicet

Scire quomodo ſit perfectio in Deo.

illud obiectum, vt cognitum reſpectum habet ad Deum. Simili quoq; modo confirmatio
ſolui poteſt: ſiquidem ſcire aliquod contingens, inquantum ſcire, non autem inquantum
eſt huius termini, eſt perfectio ſimpliciter: niſi quatenus obiectum illud, vt cognitum,
diuinam ſcientiam neceſſariò reſpicit: ſcientia tamen diuina, ex ſua ratione, quia eſt di-
uina eſſentia, eſt perfectio ſimpliciter, ſibiq; hoc modo conuenit neceßitas immutabilita-
tis: non autem quatenus tranſit in obiectum contingens: alioqui illud eſſet neceſſarium,
ſicut primum obiectum, quod eſt falſum. Et cùm iterum ille diceret, omne, quod eſt ſcitũ
à Deo fore, neceſſariò erit: contingens eſt ſcitum à Deo: ergo neceſſariò erit. Negatur
conſequentia: minor enim non eſt de ineſſe ſimpliciter, vt in tali requiritur modo arguẽ-
di: Nam etſi ſit ſemper vera, non tamen eſt neceſſaria. Ex his ergo patet, quomodo ſcien-
tia diuina ſit ipſe Deus, & quæ ad extra ſint, ſciat (ſicut iam ſæpè dixi.) Sed tempus eſt,
vt huic negotio finis imponatur: & ad præſcientiæ negotium tranſeamus.

QVAESTIONIS QVARTAE CAP. I.

De prædeſtinatione.

Poſt diuinæ ſcientiæ negotium, de diuina prædeſtinatione nobis erit loquendũ: hæc enim ad diuinam prouidentiam, atq; ſcientiam ſequitur: in quo planè inquiſitionis genere, non erit nobis cum Philoſophis diſputandum, ſed cum diuinis, ſanctisq; ſcripturis, atque earundem interpretibus agendum. Cæterùm inter ſcientiam, prædeſtinationem, & præſcientiam, prouidentiam, hoc intereſt, quòd ſcientia eſt nomẽ cõmune, quod cõplectitur omnia; nam Deus dicitur, & ſeipſum ſcire, & cætera omnia; non autem propriè ſeipſum præſcire, aut prædeſtinare: Sibi enim non conuenit ad aliud ordinari: nam cùm ſit omnium finis, ad alium ordinari finem, nequit omninò. Itaq; præſcientia contrahit atq; ſpecificat, amplum, atq; fuſum ſcientiæ nomen. Scientia certè ad omnia tempora ſeſe planè extendit: præſcientia autem ad futura tantùm: ideoq; propriè Deo conuenit. Prouidentia verò, aliquid adhuc addidit, nempe ſui finis conſequutionem. Prædeſtinatio autem ad finem ſupernaturalem ſpectat: Eſt enim præparatio gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro: pro[illegible]ſitum vtiq; Dei largiendi vitam æternam. omnia enim diuinæ ſubſunt prouidentiæ, vt paulò antè dixi: prouidentiæ autem conuenit, res ad finem ordinare. Finis autem creaturarum eſt duplex: alter quidem naturalis, quem virtute naturæ res attingere poſſunt: alter verò ſupernaturalis; ad quem nõ niſi creatura diuino freta auxilio, pertingere poteſt: Itaque ordo huiuſmodi auxilij, quo creatura ad finem ſupernaturalem ducitur, in mente reſidens primi opificis; prædeſtinatio rectè nominatur: Deſtinare namq; eſt mittere: proinde prædeſtinatio quantum ad obiecta, eſt quædam pars prouidentiæ. Prouidentia autem non eſt in rebus prouiſis: ſed ratio quædam in intellectu primi prouiſoris. Prædeſtinatio ergo eſt quædam ratio ordinis in mente diuina exiſtens, pro aliquorum ſalute ad vitam æternam habendam. Executio verò huiuſmodi ordinis, paſsiuè quidem eſt in prædeſtinatis: actiuè verò in primo omnium artifice. Hæc autem prædeſtinatio in ſe complectitur, propoſitum ſcilicet Dei æternum, ſiue [illegible]ectionem diuinam ante mundi conſtitutionem: temporalem in hac vita effectum, vtpote vocationem, ſegregationem, iuſtificationem, poſtremò glorificationem, ſeu conſequutionem vitæ ſempiternæ. Quos prædeſtinauit (ait Apoſtolus 8. Rom.) hos & vocauit, iuſtificauit, deniq; magnificauit. Propoſitum autem cùm Dei ſit eſſentia immutabilis, cauſam non habet, neq; meritum. Effectus verò in hac vita, cauſam habet Deum, non hominis meritum, tanquam totalem in hac vita prædeſtinationis effectum. Vltimum verò, vtpote glorificatio, pro cauſa efficiente, Deum habet; in adultis verò, meritum. Nam etſi voluntas Dei ſit æterna, nullius indiga, aut ſubdita operibus; in rebus tamen conditis, vult iuſtitiæ ordinem ſeruari, nempè vnum eſſe alterius cauſam: & bonis operibus vitam æternam cõparandam, & prauis perpetuam infelicitatem reddendam. Præſupponit autem prædeſtinatio electionem, electio verò dilectionem. Etenim, quoniam prædeſtinatio pars eſt prouidentiæ, cuius intereſt, res ad finem debitum deducere; quòd certè fit in aliquorum ſalutem: in mente ergo opificis ratio manet, quia huiuſmodi bonum velit ſempiternum, in quo dilectio perſpicuè cernitur, & electio. Eſt autem dilectio Dei, æterna ipſius voluntas, qua aliquibus vult bonum æternum: diligere enim eſt velle alicui bonum: quæ quidem in Deo ex ſua bonitate, non ex aliquo creaturæ merito cauſatur: ideoq; electioni præponitur, electio autem prædeſtinationi præponitur, ſecundum ordinem diuinæ conuenientem maieſtati. Quia ergo Deus ab æterno ſuos dilexit; elegit ergo, prædeſtinauit, vocauit, iuſtificauit, glorificauit. Itaq; prædeſtinati, ſunt dilecti, & electi Dei vocati, iuſtificati, glorificati. Electio autem, eſt voluntas Dei æterna, qua aliquibus in partem ſuam aſcriptis atq; ex maſſa perditionis ſegregatis, largiri voluit vitam æternam: Elegit, inquit Paulus ad Epheſ. 1. ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti, & immaculati: Ex quo patet,

Scientia.
Prædeſtinatio
Præſcientia.
Duplex finis creaturæ.
Prædeſtinatio quid?
Tria complectitur.
Electio.
Dilectio.
Quid electio?
Epheſ. 1.

ſegregationem

De præde ſtinatione quid ſit.

ſegregationem paſſiuam, eſſe temporalem effectum electionis æternæ, nullum habere meritum: nam teſte Apoſt. Rom. 9 Deus, cuius vult miſeretur, & quem vult, indurat: miſeretur, inquam, eligendo, indurat autem iuſtè in maſſa perditionis relinquendo. Ex his ergo quæ dicta ſunt, liquet, non eſſe recipiendam illorum ſententiam, qui dixerunt, prædeſtinationem eſſe ſempiternam Dei voluntatem, qua alicui propter opera futura, quæ præuidit illum eſſe facturum quod ſtatuerit, ſtatuit vitam æternam ei eſſe præſtandam.

Rom. 9.

Contra Pelagianos.

Præſciuit Deus, inquiunt Pelagiani, quoſdam in ſe credituros, atq; per liberum voluntatis arbitrium, bene acturos, ideo illos elegit: quod planè falſum eſt. Non, inquit, vos me elegiſtis, ſed ego vos elegi. Et Paulus Epheſ. 1. Elegit nos, non quia eramus ſancti, ſed vt eſſemus ſancti. Itaq; prædeſtinationis nomine, non ſolùm effectus temporales, & finis eorundem, verùmetiam æternum Dei deſignatur propoſitum, à quo alia omnia manarunt.

Alia deffinitio

Quam ob cauſam prædeſtinationem dicunt eſſe diuinam ſcientiam de futuris bonis prædeſtinato conferendis in ordine ad finem vltimum conſequendum. vnde fit, vt quemadmodum cunctis prouidet Deus, ita ſuos prædeſtinauerit, hoc eſt, ab æterno elegerit propter ſuam bonitatem, media etiam illis præparauerit, quibus ad ſalutem pertingerent, ab æterno illis præparatam. Venite, ait Matth 24. benedicti patris mei, poſſidete regnum paratum vobis ab origine mundi. & 20. Non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo. Proinde ad illum propriè pertinet prædeſtinatio, cuius eſt conferre gratiam, & gloriam: his enim conſtat prædeſtinatio: ſed Dei eſt ſolius illa exhibere; quia gratiam & gloriam dabit dominus: igitur illius quoq; ſolius eſt prædeſtinare. Porrò in Deo non dicit eſſe abſolutum, ſed reſpectiuum; eſt enim alicuius prædeſtinatio: omne autem tale eſt reſpectiuum. Adde, quòd omnis productio dicit reſpectum: ſed prædeſtinatio eſt productio prædeſtinati in eſſe volito: Ergo quod prius. Non eſt autem reſpectus fundamentalis, ſed formalis: omnis ſiquidem huiuſmodi per ſe ineſt neceſſariò: at prædeſtinatio non ineſt Deo neceſſariò; quia ſine creaturis eſt ſeipſo beatus: ergo non eſt in Deo quid abſolutum. Eſt autem reſpectus actualis, non fundamentalis, ſed rationis, & non realis: Deus namq; ad creaturas non realiter refertur; ſed prædeſtinatione, ad creaturam prædeſtinatam refertur: ergo non eſt realis reſpectus, Sanè, omne quod eſt in Deo realiter, eſt neceſſarium abſolutum: ſed prædeſtinatio eſt contingens: Ergo quod prius. Adde, quod prædeſtinatio ad voluntatem potius, quàm ad intellectum Dei ſpectat: profectò omnis præordinatio conuenit voluntati: ſed prædeſtinare, eſt præordinare aliquem ad vitam æternã: eſt ergo actio voluntatis. Sed dicet aliquis, ſi prædeſtinatio, eſt alicuius ad vitam præordinatio; illud autem eſt velle diuinum, quo vult alicui dare vitam æternam; velle autem diuinum eſt ens abſolutum: prædeſtinatio ergo eſt ens abſolutum. Dico, velle diuinum dupliciter intelligi poſſe: vno quidem modo fundamentaliter, atq; ita eſt velle diuinum abſolutum, idem quod ipſe Deus. Alio autem modo formaliter, & vltimatè, & ſic reſpectũ indicat: quia nimirum præordinationem alicuius dicit, ad vitam æternam capeſcendam. Patet igitur, quòd ſi velle diuinum ſimpliciter intelligatur, quatenus eſt velle; ſic ſine dubio eſt omnibus modis abſolutum: ſin verò quatenus eſt huius velle; ſic certè dicit reſpectum ad creaturas. Sed dicet iterum, quòd formaliter eſt in Deo: contingens dici non poteſt, quia imperfectionem ſonat: ſed prædeſtinatio eſt formaliter in Deo: ergo non eſt contingens. Reſpondeo, quòd omne reale, quod eſt in Deo, proculdubio eſt omninò neceſſarium: ſed reſpectus rationis, cuiuſmodi eſt prædeſtinatio, quæ formaliter ponitur in Deo, non poteſt eſſe neceſſarium, cùm ſit ad extra; omne autem ad extra, eſt contingens reſpectu diuinæ eſſentiæ: igitur, eſt contingens, & nequaquam neceſſaria. Sed dices, prædeſtinationem non eſſe ens rationis; quia ente rationis non fit aliqua realis denominatio: ſed Deus prædeſtinare dicitur ſuos realiter; quia ipſa ſcilicet prædeſtinatione: non ergo eſt ens rationis. Adde, quòd ſi ens rationis eſt in intellectu, & prædeſtinatio in voluntate: prædeſtinatio ergo non eſt ens rationis. Reſpondeo, quòd quando dicitur Deum realiter prædeſtinare: tunc planè prædeſtinatio eſt realis, quia pro fundamento accipitur; nihilq; aliud ſigni-

Dicit eſſe reſpectiuum.

Argumenta contraria.

Velle diuinũ dupliciter intelligit.

Quomodo prædeſtinatio ſit ens rationis.

De prædeſtinatione quid ſit.

ud ſignificat, quam velle diuinum abſolutum: aliter eſt ens rationis, & quodammodo reale propter denominationem extrinſecam termini realis. Ad confirmationem dico, ens rationis ſtricto modo eſſe tantum in intellectu, largo autem etiam in voluntate: accipitur enim pro omni reſpectu, qui ante intellectus operationem in re minimè inuenitur. hoc ergo modo eſt in voluntate, & in potentia ordinatiua alicuius ad aliud. Cùm igitur hæc ita ſe habeant, prædeſtinationem non eſſe neceſſariam, neceſsitate quidem abſoluta, ſed conditionata tantùm, ſatis puto eſſe perſpicuum: atq; eodem quoq; modo æternam. Patet etiam, quonam modo ex tali ſuppoſitione voluntatis diuinæ ſit etiam certa atq; infallibilis: non quòd rebus prædeſtinatis neceſsitatem imponat: Etenim, quemadmodum, omnia, diuina reguntur prouidentia; nec tamen omnia neceſſariò, ſed quædam contingenter eueniunt, propter proximarum cauſarum conditionem, ad quas diuina prouidentia huiuſmodi effectus ordinauit: neq; ob id Dei prouidentia falli poteſt: ita plane, & ordo prædeſtinationis eſt, & arbitrij libertas non tollitur, ex qua contingenter prouenit prædeſtinationis effectus. Itaq; prædeſtinatio non imponit rebus prædeſtinatis neceſsitatem abſolutam: quia illa notitia, quæ eſt circa ſcita contingentia, non imponit rebus à ſe ſcitis, ſeu prædeſtinatis neceſsitatem, niſi ſecundum modum illarum naturæ congruentem. Sed res prædeſtinatæ, ſunt rationales, quæ propria arbitrij libertate mouentur: nulla ergo huiuſmodi neceſsitatis violentia coguntur. Bene tamen imponit neceſsitatem conditionatam, ſiue ex ſuppoſitione, ſeu ex genere; quæ arbitrij facultatem non adimit prædeſtinatis. Nam quemadmodum nec neceſsitas conſequentiæ, aufert contingentiam conſequentis, cùm inter contingentia poſsit eſſe conſequentia neceſſaria, & contingens poteſt eſſe neceſſarium ſecundum quid, neceſsitate conſequentiæ; vt ſi Leo volat, Leo habet alas; ita certe ſtat neceſsitas huiuſmodi cum noſtri arbitrij libertate: alioqui ſi nulla planè eſſet neceſsitas in obiecto, nihil intereſſet, inter Dei ſcientiam, atq; opinionem, & coniecturam, quæ ad vtrumlibet ſe habet, quod eſt falſum: quandoquidem Dei prædeſtinatio ſit certa, atq; vera. hoc autem nobis intellectu eſt difficile; ſed res quidem eſt veriſsima; & ſacris ſcripturis atq; rationi conformis. Etenim ſi vi quispiam traheretur ad vitam; non parua diuinæ fieret iniuria iuſtitiæ: ſin autem neceſsitate ad tartara mitteretur; non parum diuinæ miſericordiæ derogaretur. Itaq; certa eſt diuina prædeſtinatio. Cogit tamen neminem: videt omnes vias filiorum hominum, quia omnes vias meas præuidiſti, & qui ſunt vſq; ad finem manſuri; quia nouit Dominus qui ſunt eius: & nihilominus vnuſquiſq; poteſt ſe emundare cum ipſius gratia; vt ſit vas in honorem ſanctificatum. Ex his etiam poteſt eſſe manifeſtum, prædeſtinatorũ numerum eſſe certum Deo, & quot, & qui ſint ſaluandi: non ſolùm cognitionis, verùmetiam electionis, atq; cuiuſdam diffinitionis ratione: præordinauit ſiquidem ab æterno: in quo menſura deberet eſſe totum vniuerſum, quiq; numerus partibus eſſentialibus exhibendus: indiuidua verò non per ſe primo, ſed potius ſecundo modo ad bonũ vniuerſi ordinantur: quatenus ſcilicet in illis bonum ſaluatur ſpeciei. Inter cæteras autem creaturas; rationales, quæ beatitudinis participes eſſe poſſunt ad diuinam vitam ordinauit. Ad hæc accedit, quomodo ſanctorum precibus prædeſtinatio iuuari poſsit: In prædeſtinatione namq; duo ſunt conſideranda, ipſa vtiq; præordinatio diuina, & effectus eiuſdem: & primum quidem non cadit ſub precibus, cùm ſit abſolutum ſecundum æternum Dei propoſitum: ſecundum verò iuuari poteſt: Nam prouidentia (cuius pars eſt prædeſtinatio) non remouet ſecundarum actiones cauſarum; ſed ſic prouidet, vt cauſarum ordinem non turbet, atq; impediat. Sic ergo alicuius ſalus à Deo prædeſtinatur; vt & etiam media ad ſalutem habendam, vtpote orationes, & ſimilia, ſub ordine cadant prædeſtinationis. Satagite, inquit Petrus 2. 1. vt per bona opera certam veſtram vocationẽ faciatis. Quid ergo ſit prædeſtinatio ſecundum huiuſmodi probos, ac ſanctos theologos, dixi: latius poſtea dicturus.

Quomodo ſit neceſſaria, & æterna.

Prædeſtinatio non imponit neceſsitatem.

Aliquo modo imponit neceſsitatem.

Prædeſtinatorum numerus certus.

Poteſt iuuare precibus.

CAP. II.

De prædeſtinatione ſi eſt certa & in prædeſtinato.

Argumenta contraria.

1. *Contra id, quod dictum eſt, prædeſtinationem eſſe in prædeſtinante, & non in prædeſtinatis, ita arguo Omnis actio ex ſe, paſsionem infert: ſi ergo prædeſtinatio eſt actio in Deo: aliqua ergo paſsio eſt in prædeſtinatis. Quid enim eſt prædeſtinatio (ait Aug. in lib. de prædeſt. ſanctorum) niſi deſtinatio alicuius exiſtentis? ponit ergo aliquid in prædeſtinato. Adde, quòd præparatio eſt aliquid in præparato: ſed prædeſtinatio eſt beneficiorum Dei præparatio, teſte Auguſt. in eodem lib. Igitur eſt aliquid in prædeſtinatis. Temporale præterea non ponitur in diffinitione æterni; ſed gratia, quæ eſt aliquid temporale, quia in tempore creatur, & datur hominibus, in prædeſtinationis diffinitione ponitur: Nam prædeſtinatio dicitur eſſe preparatio gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro. Ergo prædeſtinatio non eſt aliquod æternũ, & conſequenter non eſt in Deo; quia omne, quod eſt in Deo, eſt æternum: in prædeſtinatis eſt ergo.*
2. *Amplius, Prædeſtinati non eliguntur, ergo non præcedit electio, & dilectio: Antecedens patet ex Dionyſii authoritate 4. cap. de diui: nom. Sicut, inquit, Sol corporeus non eligendo, omnibus corporibus lumen immittit; ita Deus ſuam bonitatem. Igitur prædeſtinatio eſt ſine electione Tenet conſequentia: quia præcipui diuinæ bonitatis effectus, gratia & gloria ſunt, in quibus tota conſiſtit prædeſtinationis materia. Ergo: Reuera, Electio eſt eorum, quæ ſunt; ſed prædeſtinatio eſt ab æterno, etiam eorum, quæ non ſunt: Prædeſtinantur ergo nonnulli abſq; electione. Adhæc accedit, quòd electio quãdam importat diſcretionem, ſed Deus vult omnes homines ſaluos fieri 1 Timoth. 2. Ergo*
3. *prædeſtinatio, quæ præordinat homines in ſalutem, eſt abſq; electione. Item quòd prædeſtinatio non ſit certa, ſi prædeſtinatio eſſet; nemo profectò ſuæ prædeſtinationis coronam amittere poſſet; alioqui certa dicenda non eſſet. Sed id fieri poſſe Apoc 3. cap. docet: Tene inquit, quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. quòd ſic ab Auguſtino exponitur. Alius, ait, nõ eſt accepturus, niſi iſte perdiderit. Igitur corona, quæ eſt prædeſtinationis effectus; & amitti poteſt, & acquiri. Poſito præterea poſsibili, nullum ſequitur impoſsibile, ſed poſsibile eſt aliquem prædeſtinatum, vtpote Antonium peccare, & ſic mori, & damnari: hoc autem poſito, prædeſtinationis effectus, inanis reddetur, & vacuus h[illegible]tur non erit impoſsibile: atq; ita prædeſtinatio nequaquam poteſt eſſe certa. Ad hæc accedit, quòd quidquid Deus potuit, poteſt etiam adhuc; quia vnicus eſt actus ſuæ æternitatis, ſemperq; idem manens. Sed potuit nõ prædeſtinare: quia prædeſtinatio dicit eſſe reſpectiuum ad extra: Ergo nunc poteſt non prædeſtinare. atq; ita conſtat, prædeſtinationem certam atq; firmam non eſſe. Profectò ſi prædeſtinatio eſt omnibus modis certa, conſilia vtiq; & admonitiones fruſtra proponerẽtur prædeſtinatis, quod eſt falſum: ergo quod*
4. *prius. Item, numerus, cui poteſt aliquid addi, non eſt certus, & deffinitus ſed numero prædeſtinatorũ, aliquid addi poteſt: Deut 1. Deus noſter, ait Moyſes, addat ad hunc numerum multa millia: Numerus ergo prædeſtinatorum non eſt certus. Adde quòd nihil à Deo fit ſine ratione, ſed huius certi numeri, nulla nobis videtur eſſe ratio, imò maior deberet eſſe ſaluandorum quàm damnandorum numerus; quia in operibus naturæ bonum eſt, vt in pluribus, malum autem, vt in paucioribus: cuius contrarium docetur Matth. 7. Lata eſt via, quæ ducit ad perditionem, & multi intrant per eam. Non ergo eſt certus damnandorum*
5. *numerus. Præterea nullum æternum ab aliquo temporali impediri poteſt, nec conſequenter iuuari ad hoc, vt ſit æternum; alioqui temporale potentius eſſet æterno. quòd eſt falſum: ſed prædeſtinatio eſt æterna; preces verò fiunt in tempore: igitur prædeſtinatio noſtris precibus iuuari nõ poteſt. Profectò ſi poſſet iuuari, & impediri etiam eiuſdem enim eſt adiuuari, & impediri. Sed prædeſtinatio non poteſt impediri, nec ergo diuuari. Sanè, cui non eſt opus conſilio, ob cognitionis defectum, nec etiam auxilio propter virtutis inopiam, ſed neutrum horum Deo competit prædeſtinanti. Quis, inquit, Iſa. 40 adiuuit ſpiritum domini, aut quis conſiliarius eius fuit. Prædeſtinatio ergo non indiget ſanctorum precibus.*

Quod prædeſtinatio non ſit certa.

Soluuntur argumenta.

Reſpondeo ad primũ, atq; dico, Maiorem intelligendam eſſe e actione tranſeunte in

De prædeſtinatione ſi eſt certa & in prædeſtinato.

*eunte in exteriorem materiam, cuiuſmodi eſt calefactio, & ſecatio, & ſimilia, quæ paſſio-
nem ex ſe affert; non autem de actione immanente, veluti eſt intelligere, & velle: in qua-
rum numero prædeſtinatio quoque haberi poteſt: Ideoque eſt in prædeſtinante, & non in præ-
deſtinato, niſi executionis reſpectu: illa ſiquidem in prædeſtinatum tranſit propter exte-
riores actiones. Eodem modo ſoluenda eſt prima confirmatio, quòd ſcilicet reſpectu exe-
cutionis ſit in prædeſtinato. Ad 2. confir. præparatio gratiæ eſt in mente Dei præparan-
tis: executio verò in homine, cui gratia præparatur. Nam hoc intereſt inter prædeſtina-
tionem, & gratiam, quòd prædeſtinatio ſit gratiæ præparatio: gratia verò prædeſtinatio-
nis executio. ex hoc etiam patet ſolutio ad 3. confirma: gratia ſiquidem non ideo ponitur
in prædeſtinationis diffinitione, quaſi aliquid præexiſtens de eius eſſentia: ſed potius, qua-
tenus prædeſtinatio reſpectum ad gratiam importat, vt cauſæ ad effectum, & actus ad
obiectum Patet ergo quomodo prædeſtinatio non ſit aliquod temporale. Ad 2. dico, Dei* 2.
*electionem, gratiam, & gloriam intueri, quæ omnibus minimè conferuntur, quæque ſine ele-
ctione non dantur: illa autem Dionyſii authoritas de bonitate Dei communi, cuius nihil eſt
expers, intelligenda eſt: & hæc profectò, quia ſine delectu omnibus impenditur, electione
opus non habere dicitur. Ad confir: ratio illa valet in eligente, cuius voluntas ex electi
virtute, quod profectò in Deum non cadit, qui ad ſuorum electionem, ex ſua mouetur boni-
tate: Eliguntur, inquit Auguſtinus, à Deo qui non ſunt; nec tamen errat, qui eligit. Ad a-
liam confir: Deus vult omnes homines ſaluos fieri, antecedenter, non autem conſequenter,
hoc eſt, voluntate quidem ſecundum quid, non autem ſimpliciter. Ad 3. dico, coronam al-* 3.
*terius biſariam intelligi poſſe: vno quidem modo, quatenus ex diuina prædeſtinatione de-
pendet; & ſic abſque dubio, nequaquam amitti poteſt. Alio autem modo quatenus illa ex
præſentis gratiæ merito conſideratur; ſecundum quem profectò modum interdum ſui pa-
titur iacturam, ſicut etiam & ipſa gratia; tunc certè vnius amiſſam coronam, alius reci-
pit: non enim permittit Deus aliquot ruere, quin alios ſubleuet. Conteret, inquit Iob, mul-
tos, & innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis. Recipiens autem coronam cadentis, non
ſolùm de ſuis, verùm etiam de bonis, quæ ille alius geſſit, gaudebit in vita æterna: in qua
etiam bonorum operum fructum, & ſuorum percipiet, & aliorum. Particeps, inquit Da-
uid, pſalm. 118. ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua. Ad con-
firm: Quamuis prædeſtinatus, quatenus eſt hic, vel ille, poſſit labi in peccatum, & ſic mori;
non autem quatenus eſt prædeſtinatus: vnde fit, vt prædeſtinatio falli non poſſit. Ad ali-
am confir: licet abſolutè loquendo, Deus poſſit prædeſtinare, & non prædeſtinare; ex hoc
tamen non tollitur prædeſtinationis certitudo. Siquidem Deum poſſe non prædeſtinare,
quem prædeſtinauit in ſenſu compoſito, fieri minimè poteſt. Ad 4. verbum Moyſis intelli-* 4.
*gi debet, de his, qui reſpectu præſentis iuſtitiæ ad vitam prænotati reputantur: horũ autem
numerus, non autem prædeſtinatorum, & augmentum recipere poteſt, & decrementum.
Ad confirmationem dico, à Deo ſine ratione fieri nihil, licet occultum ſit, & planè ignotũ:
Nam etſi bonum communi naturæ ordini proportionatum ſit, vt in pluribus; quòd verò
communem ſtatum excedit naturæ; vt in paucioribus inuenitur. Cùm igitur beatitudo vl-
tima, communem naturæ ordinem ſuperet, præſertim quia labefactata eſt humana natura
propter primæ originis labem; propterea non mirum eſt, ſi pauci ſaluentur: imò non par-
ua eſt Dei miſericordia, quòd tot ad vitam euocet beatam. Ad 5. Ratio illa oſtendit, præ-* 5.
*deſtinationem, quò ad ipſam præordinationem, ſanctorum precibus minimè iuuari; cùm
ſit æterna, ex diuini conſilij propoſito dependens: proſunt autem, quò ad executionem illius
prædeſtinationis, ſiue præordinationis peragendam, atque complendam. Ad confirm: Deus
nullius indigus eſt, vt ab alio iuuari poſſit: verùm quia vtitur cauſis ſecundis, vt ornamenti
pulchritudo ſeruetur in rebus; hac de cauſa, quaſi noſtris precibus adiuuari dicitur, dum
ſcilicet ſuam per nos exequitur voluntatem: Dei enim adiutores ſumus, ait Apoſtolus ad
Corint. 1. 4. Ex hoc etiam patet reſponſio ad confir: cauſæ ſiquidem ſecundæ ordinem pri-
mæ cauſæ violare non poſſunt: ſed illi, inuiolabili lege obediunt. Quamobrem diuina præ-*

Differentia inter prædeſt. & gratiam.

ſtinatione *deſtigatio quò ad media, ſeu executionem ordinis inuari, ſicut dixi, quidem poteſt: impediri verò ſeu turbari, minimè.*

CAP. III.

Prædeſtinatio eſt æterna.

QVamuis paulò antè dixerim, prædeſtinationem eſſe æternam, id tamen non
plenè enodaui: hac de cauſa in hoc capitulo copioſius dicere conſtitui. Porrò,
cùm ex ſacris Doctoribus, tum etiam ex ſanctarũ didicimus oraculis ſcriptu-
rarum, Dei prædeſtinationem æternam eſſe: Elegit nos in Chriſto ante mundi
Paul. epiſt. *conſtitutionem, ait Apoſto. Ephe.1. & ad Titum 1. quam promiſit, qui non mentitur Deus,*
Eph. 1. *ante tempora ſecularia: Mat.25. Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis re-*
Titũ. 1. *gnum à conſtitutione mundi. Cùm autem ſcripturæ dicant prædeſtinationem eſſe æternã;*
Matt. 25. *operæpretium erit, non ignorare, quonampacto æterna dicatur. Planè vno modo ſic intel-*
ligi poteſt, ab æterno, & non modò prædeſtinaſſe, & in eodem prædeſtinationis modo ſem-
Vnus modus *per manere: & hic quidem modus, vt quidam dicunt, non omnibus probatur, idq́ non abſq́*
non probatur *ratione. Etenim ſi eſſet aliquod inſtans, vtpote primum, (ſicut nonnulli dicere videntur)*
1. *in quo Deus prædeſtinaſſet, nunc autem minimè; profectò prædeſtinatio æterna dicenda*
non eſſet: nam quotieſcunq́ ſignum indiuiſibile eſt in aliqua periodo; duratio ſequens ex
2. *parte ante finita ſit, neceſſe eſt. Non ergo æterna. Amplius, nullum continuum ab aliquo*
quidem termino principium habens, poteſt eſſe infinitum: ſed continuum ſucceſſiuum eſt
tale: ergo. Si ergo datur tale inſtans, in quo prædeſtinauit, & modo non prædeſtinat: Du-
ratio ergo actus prædeſtinandi termino clauderetur, atq́ conſequenter non eſſet æterna.
3. *Præterea, quando aliqua ita ſe habent, vt vnum præcedat, & alterum ſequatur, ſi quod ſe-*
quitur eſt ab æterno, quòd certè præcedit ab æterno nequaquam erit; ſed potius ante æ-
ternum. ſed prædeſtinare, & in eodem propoſito manere ita ſe habent; quia ſcilicet poſte-
rius ſequitur prius. Quare ſi manere in eodem propoſito, eſt ab æterno; ante er[illegible] æterno
4. *ſi fas eſt ita loqui, prædeſtinauit: quod eſt falſum; quia non eſt prius æterno. [illegible],*
quando aliqua in durationis ordine ſeſe non compatiuntur: ſi vnum eſt æternum, aliud fer-
mè non erit. ſed prædeſtinare, & in eodem propoſito manere, ita ſe habent: igitur, ſi præ-
deſtinare eſt æternum, manere in propoſito eodem, æternum erit minimè. hoc ergo modo
Modus probabilior. *prædeſtinationem æternam dici non debere, illi palam profitentur. Quamobrem hoc mo-*
do intelligendam putant, nempè vnum eſſe prædeſtinationis actum æternum, ſtabilem,
ſemperq́ præſentem: proinde non ita ab æterno prædeſtinaſſe, vt modò prædeſtinare ne-
queat, & cùm hoc etiam ſtare certitudinem prædeſtinationis, & id quidem eſt nobis dif-
Rationes contrariæ. *ficilè intellectu; propterea contra hunc modum intelligendi arguunt nonnulli. In primo,*
inquiunt, inſtanti æternitatis, ſiue ſigno, in quo Deus ſuos prædeſtinauit electos, ab illa,
1. *vt ita dicam, indeterminatione, ſeu indifferentia, in alteram partem tranſiuit: ab æterno*
2. *ergo prædeſtinauit, non ergo modò prædeſtinauit. Amplius, quòd ſemel accipit eſſe, fru-*
ſtra amplius producitur: ſed eſſe prædeſtinatum, accipit eſſe volitum: fruſtra ergo demo
Solutio. *acciperet eſſe. Reſpondeo, quòd idem tranſitus ſit nunc, qui fuit ab æterno: non enim no-*
bis eſt imaginandũ, huiuſmodi tranſitum apud Deum eſſe per modũ fluxus, & ſucceſſionis,
1. *apud quẽ non eſt mutatio, aut viciſſitudinis obumbratio. Non eſt ergo alius tranſitus, niſi*
quod in primo ſigno naturæ intellectus diuinus offerat volũtati, & ab æterno offerebat: In
ſecundo verò inſtanti naturæ nunc determinat et ab æterno determinauit, ita, vt ſemper ſit
2. *idem actus manens. Ad 2. dico ſemper eandem eſſe prædeſtinationem permanentẽ, ſicut*
etiam eandem numerò creationem, qua Deus dicitur quamlibet creaturã condere. Quòd ſi
hæc ita ſe habeant, non temerè aliquis dubitabit, an Deus poſſit prædeſtinatum non præ-
deſtinare, aut prædeſtinatum damnare; ſeu an prædeſtinati neceſſariò ſaluabuntur. Ad
hæc qui-

De prædeſtinatione

hæc quidem ſic reſpondere valemus: & in primis quidem dicimus, prædeſtinatũ ab æterno,
non poſſe non prædeſtinatũ eſſe in ſenſu compoſito: in ſua namq; formali ratione, actũ præ-
deſtinationis in ſenſu compoſito prædeſtinatus includit: atq; ita non poteſt nõ eſſe futurũ, &
conſequenter talẽ non prædeſtinari, eſt impoſſibile. omne enim quòd eſt, quando eſt, neceſſe
eſt eſſe in ſenſu compoſito: Ita futurum, in quantum futurum, eſt neceſſarium in ſenſu cõpo- Prædeſtinatus
to; & non poteſt non eſſe futurũ: ſed prædeſtinatus, inquantum prædeſtinatur, vel præde- non poteſt
ſtinatio eſt talis, reſpicit futurum: ergo quod prius. Quòd ſi prædeſtinatus non in ſenſu damnari.
compoſito, ſed diuiſo cogitetur: ſic planè poteſt non prædeſtinari: ſicut albũ poteſt eſſe ni-
grũ. Etenim ſicut ab æterno ſe contingenter determinauit; ita etiam & modo: ergo. Sanè,
in primo ſigno, in puris naturalibus Petrum intellectus diuinus intellexit. In 2. verò, in ra-
tione neutra, vtpote potens habere, & non habere beatitudinem, voluntati oſtendit. In 3.
autem voluntas ipſum determinat. In 4. ſuper voluntatem ſeipſum conuertens illam intu-
etur. Porrò, non eſt iſte tranſitus ſucceſſiuus, ſed in toto illo tempore, & ſub eodem or-
dine illa ſigna permanent: Quapropter ſicut ab æterno voluntas pro 3. ſigno, Petrum ſibi
oblatum, & prædeſtinare, & non prædeſtinare poteſt; ita etiam & modò. Cùm huiuſmo-
di non inſtar rerum fluentium currant, ſed ſemper permaneant eadem. Porrò, in quarto Quatuor ſi-
ſigno eſt ſenſus compoſitus: in 3. autem diuiſus. Sed dicet aliquis, ſi Deus prædeſtinauit gna.
non ſaluandum: & prius quidem erat prædeſtinatus, voluntas ergo diuina non impletur. Argumenta
fuit enim prædeſtinatio, & modò non eſt: ergo &c. Sanè, tunc Deus decipi poteſt, quòd 1.
planè nefas eſt de Deo ſentire. Conſequentia patet: dum enim prædeſtinauit, eum ſaluare 2.
cogitauit: cuius tamen oppoſitum eueniet. Præterea, abſq; mutatione alterius extremi 3.
ex contradictorio in contradictorium tranſitus fieri non poteſt: ſed in huiuſmodi talis
tranſitus inuenitur: aliquis enim, qui nondum eſt, prædeſtinatus eſt. Si ergo debeat non
prædeſtinari; mutatio intercedat neceſſe eſt: quæ planè in re prædeſtinata, quia nondum
eſt, eſſe non poteſt: erit ergo in diuina voluntate prædeſtinante: quod eſt falſum: ergo etc.
Adde communem eſſe propemodum ſententiam, qua ſoliti ſumus dicere, Deum omnia ab 4.
æterno voluiſſe pro tali inſtanti; non ergo noua indiget voluntate; ſed antiqua ſufficit: po- Soluuntur
ſito ergo illo inſtanti, in quo voluit Petro ſalutem impendere, Petrus ſine dubio ſalutem argumenta.
conſequetur. Reſpondeo, quod quando ab æterno ſe diuina determinauit voluntas, quò ad 1.
eſſe volitum, non autem reale completa fuerit productio: quod quidem eſſe volitum, eſſet
pro tali tempore, & inſtanti. Cùm ergo diuinũ cognoſcere, ſiue cognitio ad extra ſit tantùm
conditionalis: etiã ſuppoſito, quòd illius voluntas, in illa determinatione maneat, manet vtiq;
contingenter: Poteſt ergo fieri, vt Deus velit hunc ſaluare pro nunc; & tamen poſſet non
velle, nulla tamen in Deo, ſed in volito mutatione facta. Ad 2. Stante diuina voluntate in 2.
illa quidẽ determinatione, illud ab intellectu diuino certitudinaliter cognoſcuntur; nõ ſtan-
te verò, nequaquam cognoſcitur; ex hoc tamen non ſequitur, illũ deceptum iri, quippe quia
illa cognitio eſt conditionalis. Ad 3. Dico totam illam mutationem eſſe ex parte obiecti, 3.
in eſſe volito, in quo prius non erat, de nouo poſiti. Ex quo enim pro alio atq; alio ſigno con-
tingenter, poteſt velle Deus, quæ non voluit quia nimirum nihil eſt productum; in obie-
cto vtiq; in eſſe volito, mutatio illa ſit, neceſſe eſt: ideoq; obiectiua poteſt vocari muta-
tio. Tranſitus ergo ex contradictorio in contradictorium in eſſe volito ſaluatur. Sicut e-
nim mundum ab æterno Deus non creauit, deinde condidit, idq; totum per productionem
creaturæ in eſſe reali ſaluatur; ſic planè intelligi poteſt in eſſe volito fieri. Ad 4. ſen- 4.
ſus illius ſententiæ eſt, quòd poſtquã determinatio facta eſt, eadem voluntate manente an- Quod prædeſtinatus neceſ
tiqua, rem vtiq; venturam: quòd ſi propoſitum mutetur, ſecundũ modum iam dictum, non ſariò ſaluabi-
eandem, ſed aliam venturam. Sed quiſpiam ſic poſſet argumentari: Prædeſtinatus neceſſa- tur.
riò ſaluabitur: igitur non poteſt nunc prædeſtinari, aut non prædeſtinari. Omne enim præ-
teritum, eſt ſimpliciter neceſſarium: hoc ſiquidem ſolo, inquit philoſophus 5. eth. priua-
tur Deus, ingenita videlicet facere, quæ facta ſunt: ſed prædeſtinatio alicuius, eſt præ-
terita, cùm ſit ab æterno: eſt ergo ſimpliciter neceſſaria, atq; conſequenter, qui prædeſti-

De prædeſtinationis cauſa. *natus eſt, non poteſt non prædeſtinatus eſſe. Igitur, neceſſariò ſaluabitur. Amplius, prædeſtinatus damnari non poteſt, niſi per actum propriæ voluntatis ſed actus huiuſmodi diuinam ordinationē impedire non poteſt: igitur prædeſtinatus neceſſariò ſaluabitur. Adde, quòd cauſa, quæ fruſtrari non poteſt, ſuo certè imponit effectui neceſſitatem, alioqui fruſtrari poſſet. ſed voluntas diuina prædeſtinans eſt huiuſmodi: ergo quod prius. Præterea, id omninò neceſſarium reputatur, cuius oppoſitum eſt æquè impoſſibile, ac illius oppoſitum eſt etiam impoſſibile: ſed oppoſitum huius, quòd eſt prædeſtinatum ſaluare, nēpè prædeſtinatum non ſaluare; eſt ita impoſſibile, ſicut Deum eſſe, & Deum non eſſe. Nam certè æquè impoſſibile eſt, Deum non eſſe, & illius voluntatem fruſtrari. Igitur, prædeſtinatum ſaluari, perinde eſt neceſſarium, ac ipſum Deum eſſe. Reſpondeo ad primum, atq; nego minorem: In Deo enim idem eſt prædeſtinaſſe, & prædeſtinatum eſſe: actus ſiquidem prædeſtinandi non tranſit in præteritum, cùm ſit in nunc æternitatis, quod eſt omninò ſimpliciſſimum. Quam ob cauſam ita poteſt Deus in nunc æternitatis aliquid velle, aut aliquem prædeſtinare, perinde, ac ſi ad nihil voluntas eius fuerit determinata. Ad 2. Negatur conſequentia: non enim poteſt ſtare determinatio voluntatis cum eius oppoſito, quòd determinaut. Etenim quemadmodum prædeſtinatus poteſt peccare, & ſic mori, & damnari; ita planè Deus poteſt eum non prædeſtinare: hæc enim ſe inuicem neceſſariò comitantur. hæc autem, ſicut dixi, intelligenda ſunt in ſenſu diuiſo, non autem in ſenſu compoſito, quod includit oppoſitum in ſua ratione formali. Ad confirmationem dico, non imponere neceſſitatem abſolutam, ſed conſequentiæ, ſicut dixi. Ad 3. reſpondeo, quòd non æquè ſit impoſſibile prædeſtinatum non ſaluari, ſicut Deum non eſſe: nam hoc eſt ſimpliciter neceſſarium, illud autem ex ſuppoſitione, & ſecundum quid: igitur non ſimile. itaq; prædeſtinati ſaluabuntur, non quidem ex neceſſitate abſoluta, ſed conditionata; alioqui eſſent entia omnibus modis neceſſaria: quod eſt falſum. Talis autem neceſſitas ſtat cum poſſibilitate ad oppoſitum, non profectò coniunctim, ſed diuiſim. Porrò ſenſus ille diuiſus bifariam poteſt intelligi, vno quidem modo pro diuerſis inſtantibus, vt ſit ſen-*

Reſolutio. *ſus, in hoc inſtanti Petrus eſt prædeſtinatus, & in alio poteſt non prædeſtinari: ſed hic planè ſenſus falſus reputatur: eſſet enim in Deo, ſicut & in noſtra voluntate ſucceſſio [illegible] mutatio. Alio autem modo pro vno, eodemq; inſtanti accipit, & ſic veritatem hab[illegible] quidem voluntas diuina, vt prior ſuo actu, quatenus cadit ſuper aliquod obiectum extrinſecum pro eodem inſtanti diuiſim, & reprobare, & prædeſtinare poteſt: proinde dicitur prædeſtinatum poſſe non prædeſtinari, & reprobatum poſſe ſaluari. Cùm autem hoc inſtans ſit vnum, æternum, ſemper idem manens apud Deum: igitur ſemper idem poteſt efficere, quò ad ſuæ potentiæ virtutem, cum hoc tamen ſtat prædeſtinationis certitudo: & id quidem difficile eſt nobis intellectu, nec quenquam capere poſſe arbitror; niſi diuinitus fuerit edoctus. Res nihilominus veriſſima eſt, atq; iuſtiſſima. Ex quo patet, quàm temere quidam conqueruntur de Dei prædeſtinatione, atq; reprobatione, quandoquidem omne malum à nobis ſit, à Deo autem bono, omne bonum. Planè ſanabiles ipſe creauit omnes nationes terræ, quia vult quò ad ſe ſpectat, omnes homines ſaluos fieri; Nam mortem*

De eſſe volito *non fecit, neq; lætatur in perditione impiorum. Cæterùm de eſſe volito, ſicut dictum eſt in*

Rationes contrariæ. *reſponſione 3. ſic arguunt nonnulli: Volitio, inquiunt, & eſſe volitum, aut ſunt idem, aut ſe inſeparabiliter comitantur; ita vt eadem ſit vtriuſq; menſura: ſicut etiam intellectio, & eſſe intellectum, repræſentatiuum formaliter, & eſſe repræſentatum. Sola enim vo-*

1. *litione aliquid dicitur formaliter volitum. Quare ſi volitio eſt æterna: & volitum ſimili-*

2. *ter, & è conuerſo. Amplius, volitione diuina ab æterno, omne volitum, & in eſſe volito determinatè ponitur; alioqui non eſſent omnia à Deo determinatè cognita: quod eſt falſum. Qui negat, inquit Auguſtinus. 5. de ciuit. cap. 9. Deum non determinatè ſcire, vel præſci-*

3. *re futura, dicit Deum non eſſe Deum. Adde, quòd ſcientiæ diuinæ poſſet ſubeſſe falſum: Etenim ſi poſtquam prædeſtinauit Petrum, & finaliter noluit illius ſalutem; prima ergo illius ſcientia eſſet falſa: ſed hoc fieri non poteſt; igitur nulla eſt mutatio in eſſe volito.*

Amplius,

Amplius, tunc eſset verè, ac realiter mutabilis; quippè cùm à contradictorio in contra- De præde
*dictorium non fiat tranſitus ſine mutatione reali. Quare ſi de non volito, fieret volitum, & * ſtinatio-
è contrario: aliqua vtiq; interueniret mutatio, & quidem realis, quæ profectò obiecto nis cauſa.
volito non eſt tribuenda; nam volitum abſolutè nullum habet eſſe reale: in voluntate er- 4.
go diuina mutatio huiuſmodi inueniri deberet, quod eſt falſum: igitur in eſſe volitum nõ
cadit mutatio.

CAP. IIII.

Præſcientia meritorum non eſt prædeſtinationis cauſa.

QVID ſit prædeſtinatio, & quomodo Deo tribuatur, audiuimus. Iam certè li-
bet audire, quænam ſit illius prædeſtinationis cauſa: nam cùm Deus non ſit Cauſa prædeſtinationis.
perſonarum acceptator, velitq; omnium hominum ſalutem; prædeſtinationis
ergo cauſa, ex ſua potiſſimum dependet bonitate. Non, inquit, Apoſt. 3. ad
Titum, ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam, ſaluos
nos fecit. Itaq; ſicut ſua miſericordia ſaluos nos fecit: ita etiam prædeſtinauit ſaluos fie-
ri Reuera, quemadmodum diuinæ voluntatis ratio quærenda non eſt; ita nec prædeſtina-
tionis: ſiquidem & ipſa, diuinam in ſe includit voluntatem. Quomodo ergo non licet aſſi-
gnare cauſam diuinæ voluntatis, ex parte actus volendi, ſed potius ex parte volitorum;
quatenus Deus vnum vult propter aliud; ſic planè nemo ita deſipuit, vt meritũ diceret
eſſe diuinæ prædeſtinationis cauſam; ſed bonitatem potius prædeſtinantis. Quò ad verò ad Bonitas prædeſtinantis.
effectus, an aliquam habeat in prædeſtinato cauſam diuina prædeſtinatio; biſariam in-
telligi poteſt: vno quidem modo, vt particularem reſpiciat effectum; & ita ſine dubio,
nihil prohibet, aliquem effectum eſſe prædeſtinationis cauſam, atq; alterius rationem: Et
poſteriorem quidem prioris ſecundum finalis cauſæ rationem: priorem verò poſterioris ſe-
cundùm cauſæ rationem meritoriæ. Hoc ergo modo dicimus, Deum præordinaſſe, ſe alicui Duplex effectus.
pro ſuis meritis gloriam daturum, & gratiam, vt gloriam mereretur. Alio autem modo,
vt effectus communes intuetur: & ſic fieri non poteſt, vt totus prædeſtinationis effectus, Primus eſt cauſa.
ex parte prædeſtinatorum in communi aliquam cauſam habere queat. Etenim quidquid
eſt in homine, ad beatitudinem ipſum diſponens; totum planè ſub prædeſtinationis effectu
continetur: etiam ipſamet præparatio ad gratiam: quippe quæ per Dei auxilium nobis
præſtatur. Itaque, hoc modo prædeſtinatio ex parte effectus, pro ratione, diuinam habet Secundus.
voluntatem: ad quam planè, veluti in finem, & in principium primum, à quo mouetur, Minimè.
totus ordinatur, atq; dirigitur prædeſtinationis effectus. Non ſunt ergo audiendi Pelagia- Pelagiani reprehendũtur.
ni, qui dixerunt, initium benefaciendi à nobis eſſe, conſumationem autem à Deo: vnde fi-
eri arbitrati ſunt, vni, & non alteri, prædeſtinationis effectum impendi; quia ſcilicet, v-
nus initium præſtitit ſeſe præparando, alter verò, minimè: hoc enim apertè pugnat con-
tra Apoſtolicam doctrinam. Non, inquit Apoſtolus 2. Cor. 3. ſumus ſufficientes cogitare 2. Corint. 3.
aliquid à nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Sed nullum eſt prius
principium cogitatione: non ergo aliquod in nobis initium eſt, quod eſſe valeat effectus
prædeſtinationis ratio, atq; cauſa. Iſta igitur hæreſis iampridem exploſa eſt, quæ gratiam
dixit eſſe beneficium Dei conditoris: qui dedit liberi arbitrii poteſtatem, qua poſſemus
bene agere, & non agere, ante gratiam rectè velle, ac bona opera incipere, & hæc quidem
Deum ab æterno præuidiſſe. Origenes 2. lib. 2. periarchon, ex meritis præcedentis vitæ pu- Origenis error.
tauit Iacob fuiſſe dilectum, Eſau verò odio habitum. Sed id planè deſtruit Apoſtolus 9.
ad Rom. Cùm nondum nati fuiſſent, ait, aut egiſſent aliquid boni, vel mali: non ex operi-
bus, ſed ex vocante dictum eſt; quia maior ſeruiet minori. Alij putauerunt propter fidem Tertia hæreſis.
præuiſam, Deum ſuos electos prædeſtinaſſe: In quorum numero Auguſtinus ante epi-
ſcopatum

De prædeſtinationis cauſa.

ſcopatum fuit. Non elegit, inquit, Deus, in epiſt. ad Rom. opera cuiuſcunq; in præſcientia; quia opera bona ipſe daturus eſt; ſed fidem elegit in præſcientia; vt quem ſibi crediturũ eſſe præſciuit, ipſum elegerit, cui prædeſtinationis beneficia daret, vt ex fide operando, vitam æternam conſequatur. Sed hunc ſuum errorem, correxit in lib. retra: & in lib. 1. de prædeſt. ſanctorum, cap. 23. Non putabam, inquit, fidem per Dei gratiam præueniri, niſi quia credere non poſſumus, ſi non eſſet nobis euangelium prædicatum. Vt autem euangelio prædicato aſſentiremus, arbitrabar noſtrum eſſe proprium, & nobis eſſe ex nobis; opera autem bona eſſe Dei, qui credentibus ſpiritum ſanctum largitur. hunc meum errorem, inquit, nonnulla opuſcula indicant ante epiſcopatum ſcripta. vnde primo retractationum, dicit ſe non intellexiſſe vtrunq;, nempe tum fidem, tum etiam opera bona, per ſpiritũ ſanctum nobis dari. Et ita vtrunq; eſſe noſtrum, quia non fit, niſi volentibus nobis; vtrunq; autem eſſe donum Dei miſericorditer, fidem inſpirantis, qua credimus, & credentes recte operamur.

Auguſtini error à ſe correctus.

Quarta hæreſis.

Nonnulli arbitrati ſunt propter bonum vſum liberi arbitrij futurum, Deum ſuos prædeſtinaſſe. Sicut, inquiunt, Rex det alicui militi equum, quem ſcit eo benè vſurum. Sed iſti quoq; inter id, quod eſt ex gratia, & id, quod eſt ex libero arbitrio, quaſi non poſſit idem eſſe, ex vtroq; diſtinguunt. Reuera id, quod eſt gratiæ, ſine dubio, eſt prædeſtinationis effectus. Non poteſt ergo eſſe prædeſtinationis ratio, cùm ſub prædeſtinatione claudatur. Si igitur aliquid aliud ex parte noſtra ſit prædeſtinationis ratio; hoc certè erit præter prædeſtinationis effectum: igitur prædeſtinationis effectus bifariam conſiderari poſſunt, ſicut iam dixi: & inde nulla conſurget controuerſia. Porrò, huic errori ſcriptura manifeſtè aduerſatur Lucæ 10. Si, inquit, in Tyro, & Sidone factæ fuiſſent virtutes, & c. Si, inquit Auguſt. lib. 2. cap. 9. de prædeſtinatione ſanctorum, quæratur à nobis, cur apud eos tanta miracula facta ſint, qui videntes ea, non fuerant credituri, & apud eos facta non ſint, qui crederent, ſi viderent: quid reſpondebimus? ad latentes, ſed iuſtas tamen pertinere diuinæ præſcientiæ cauſas. Ex hoc etiam patet falſam eſſe illorum ſententiam, qui dicebant mortuos iudicari per ea opera, quæ facturi eſſent, ſi ad viuentes euangelium peruenirent; & infantes ſine baptiſmate morientes, hoc in eis eo merito fieri, quia præſciuit eos Deus, ſi viuerent, prædicatumq; illis fuiſſet euangelium, infideliter audituros. & lib. 1. cap. 12. Omnes ſtabimus, ait Paulus ad Rom. 14. vt referat vnuſquiſq; quæ geſſit, non quæ eſſet geſturus in corpore. Adducit præterea duorum paruulorũ exemplum, quorum alter ad baptiſmum perducitur, & ſaluatur: alter verò moritur ante baptiſmum. Certè non poteſt hæc diſcretionis ratio aſſignari præſcientia diuerſi liberi arbitrij: Cum neuter ad ætatem liberi arbitrij peruenerit; niſi quis ita deſipere velit, ait, Deum proſpexiſſe ad vſum liberi arbitrij, quem habiturus erat. Deinde in adultis hoc non valet, quandoquidem bonus vſus liberi arbitrij, effectus ſit diuinæ prædeſtinationis. Duo ſunt ſtupenda, inquit lib. 2. cap. 9. de prædeſt. ſanctor. in diuina reprobatione: alterum quòd ex duobus paruulis pariter peccatoribus alter relinquatur, alter verò aſſumatur: aliud, quòd ex duobus piis, vni detur perſeuerantia, ne excidat à pietate; alteri non detur ſed permittitur cadere, & ſic perire: atq; hoc ſecundum priori eſt multò inſcrutabilius. Horum igitur duorum effectuum reprobationis diuinæ, alterum, qui eſt permittere aliquem cadere in culpam, per quam perueniat ad damnationem, ſatis manifeſtum eſt, non habere cauſam in homine: nam in culpam primam, nemo permittitur à Deo cadere propter antecedens peccatum. Quare patet eſſe aliquem reprobationis diuinæ effectũ circa reprobatos, qui non habet in homine vllam rationem, ſed ſolùm referri debet ad inſcrutabilem, ſed iuſtam Dei voluntatem. Primus verò, cùm habeat peccatum originale, ſi ad paruulum referatur, redditur ei ſecundum demerita, vt dicit Auguſtinus ad Sixtum: ſi verò ad Dei voluntatem, tunc non habet cauſam in reprobato, ſed in diuina voluntate, ſecundum quam vult notam facere ſuæ iuſtitiæ ſeueritatem circa hunc. Quemadmodum ſi conſtituas duos capitis reos; iuſtum eſt, ſi iudex ab vtroq; capitis ſupplicium exigat: verùm ſi iudex volens celebrare ſuam clementiam, & ſimul ſeueritatem iuſtitiæ, alteri

Opus bonum eſt prædeſt. effectus.

Quare non prædicauit Tyro, & Sidoni.

Bonus vſus liberi arbit. nõ eſt cauſa prædeſtinat.

exemplũ duorum paruulorum, & piorum.

Iuſtitia, & miſericordia.

decernat

De prædeſtinationis cauſa.

decernat condonare commeritum ſupplicium: ab altero verò exigere. Eſt quidem cauſa exacti ſupplicij in homine ſonte: ſed voluntas, qua vult hunc plectere, & alterum liberare, non eſt cauſa in reo: eadem eſt de duobus paruulis ratio, atq; ſententia. Et lib. 1. ad Simplicianum, quæſt. 2. Non ex operibus, ſed ex vocante &c. Non electione meritorum,

Non ex operibus, ſed ex vocante.

inquit, quæ poſt iuſtificationem gratiæ proueniunt, ſed liberalitate donorum Dei voluit intelligi, ne quis de operibus extollatur. An fortè, quia præſciebat Deus futura Eſau opera mala; propterea eum prædeſtinauit, vt ſeruiret minori; & Iacob, vt ei maior ſeruiret, quia futura eius opera bona præſciebat, falſum eſt iam quod ait: Non ex operibus. Si autem verùm eſt: igitur vſus liberi arbitrij bonus non eſt cauſa omnimodæ diuinæ prædeſtinationis. Itaq; prædeſtinatio, quatenus diuinam reſpicit abſolutè voluntatem, ſanctumq;, atq; æternum illius propoſitum, eſt efficax volitio diuina, qua ſuis decreuit vitam æternã conferendam eſſe: idq; pro ſua bonitate. Agens enim per intellectum, & voluntatem, volens alicui bonum; primum quidem vult vltimum finem, deinde alia, quæ ordinantur ad finem: ſed beatitudo eſt vltimus omnium operum finis: igitur Deus in prædeſtinationis ordine, prius vult ſuis dilectis gloriam, quàm merita, ſiue gratiam: non ergo merita præuiſa eſſe poſſunt diuinæ prædeſtinationis cauſa.

Opera præuiſa, non ſunt cauſa prędeſt.

Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ad Titum 2. Et Auguſt. de prædeſtin. ſanctor. circa finem: Elegit nos, inquit, ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti, & immaculati. Non ergo quia futuri eramus ſancti, nos elegit: ſed vt eſſemus ſancti. Ideò quippe tales futuri eramus, quia elegit nos ipſe prædeſtinans, vt tales per gratiam eius eſſemus. Quò ad igitur ad primam prædeſtinationis cauſam ſpectat; non alia certè quærenda eſt, quàm bonitas prædeſtinantis:

Bonitas Dei prędeſt. cauſa.

quò ad verò ad media; quibus finem conſequimur prædeſtinationis, ſunt (ſicut dixi) opera etiã noſtra incluſa, atq; præuiſa, vt iuſtitiæ ordo ſeruetur in rebus. Fauet huic ſententiæ Apoſtolus ad Ephe. 1. Qui prædeſtinauit, inquit, nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ in laudem gloriæ gratiæ ſuæ, & non iuſtitiæ noſtræ.

Ephe. 1.

Cauſa igitur efficiens prædeſtinationis, eſt Dei propoſitum; meritoria verò, Ieſus Chriſtus; finalis autem laus gloriæ gratiæ ſuæ. Et 2. Tim. 1. Qui vocauit nos vocatione ſua ſancta, non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuum, & gratiam, quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante tempora ſecularia.

2. Tim. 1.

Non ergo vocauit nos propter futura opera, ſed ſecundum propoſitũ, & gratiam ſuam. Ad Rom. 9. Vtitur figuli exemplo: Nonnè, inquit, habet figulus luti ex eadem maſſa, aliud quidem vas facere in honorem, aliud verò in contumeliam? David profitetur: Saluum me fecit, quoniam voluit me. Ad Ephe. 2. Gratia enim ſaluati eſtis per fidem; & hoc non ex vobis, Dei enim donum eſt; non ex operibus, vt ne quis glorietur.

Roman. 9.

Pſal. 18.

Ephe. 2.

Quòd ſi prædeſtinati ſumus propter futura opera; poſſemus vtiq; libere de operibus noſtris gloriari. Ad Rom. 9. Non volentis, neq; currentis, ſed miſerentis eſt Dei: quandoquidem ait Auguſtinus circa finem 1. lib. ad Simplicianum, nec velle, nec currere, niſi eo mouente, atq; excitante, poterimus.

Roman. 9.

Aug. ad Simplicianun.

Non habeo quòd intuear in eligendis hominibus ad gratiam ſalutarem, ſi ad examen huius electionis aliqua cogitatione permittor, niſi vel maius ingenium, vel minora peccata, vel vtrumq;: Addamus etiam ſi placet, honeſtas, vtilesq; doctrinas. Quiſquis ergo fuerit, quàm minimis peccatis irretitus, atq; maculatus, & acer ingenio, & liberalibus artibus expolitus, eligendus videtur ad gratiam. Sed cùm hoc ſtatuero, ita me ridebit ille, qui infirma mundi eligit, vt confundat fortia; & ſtulta mundi, vt confundat ſapientes; vt eum intuens, & pudore correctus, ego irrideam multos. Nonnè videmus quoſdam homines, vtriuſq; ſexus in coniugali caſtitate viuentes ſine querela; & tamen vel hæreticos, vel paganos, vel etiam in vera fide, & vera eccleſia ſic tepidos; vt eos miremur meretricũ, & hiſtrionum ſubitò conuerſorum, non ſolùm patientia, & temperantia, ſed etiam fide, ſpe, charitate ſuperari.

Voluntas non mouetur ad bonum ſine Deo.

Reſtat ergo vt voluntates eligantur: ſed voluntas ipſa niſi aliquid occurrerit quod delectet, atq; inuitet animum, moueri nullo modo poteſt. hoc autem, vt occurrat, non eſt in hominis poteſtate. Et tamen quid dicemus? Nunquid iniquitas eſt apud Deum? Exigentem à

ſtinatio- *quo placet, donantem, cui placet, qui nequaquam exigit indebitum, neq; donat alienum.*
nis cauſa. *Quare ergo huic ita, & huic non ita? homo tu qui es; Debitum ſi non reddis, habes quod gratuleris: ſi reddis, non habes quod quæraris. Dicamus ergo, credamus tantùm, ſi capere non valemus: quoniam qui vniuerſam creaturam, & ſpiritualem, & corporalem fecit, & condidit, omnia in numero, pondere, & menſura diſpoſuit, ſed inſcrutabilia ſunt iudi-*
Prædeſt. non *cia eius, & inueſtigabiles viæ eius. hæc Auguſt. Ex quibus ſatis poteſt eſſe manifeſtum,*
ex operibus. *neminem eſſe prædeſtinatum propter futura opera abſolutè, atque ſimpliciter; tametſi, ſub prædeſtinationis ordine opera noſtra contineantur: nec quemquam Deus voluerit, ſine bonis operibus, finem prædeſtinationis, hoc eſt, vitam æternam, eſſe adepturum.*

CAPVT. V.

Argumenta contraria.

1. *Contra prædicta ita argumentati ſunt quidam: Propter futurorum operum præſcientiam prædeſtinati ſunt quidam: igitur à voluntate Dei prædeſtinatio abſolutè non dependet. Antecedens patet ex Ambroſii authoritate exponentis illud Roman. 9. Miſerebor, cui miſerebor. Miſericordiam, inquit, illi dabo, quem præſcio toto corde reuerſurum ad me. Præſcientia ergo meritorum eſt prædeſtinationis cauſa. Profectò prædeſtinatio, diuinam complectitur voluntatem, quia eſt propoſitum Dei miſerendi. ſed hæc diuina voluntas agit omnia cum ratione, quia irrationabilis eſſe non poteſt: nulla autem maior ratio illius eſſe poteſt, quàm præſcientia meritorum: Ergo quod prius. Nam ſi æqualibus inæqualia dentur, non careret iniuſtitiæ vitio; atque ita Deus eſſet iniquus: ſed non eſt iniquitas apud Deum, in-*
Roman. 9. *quit Apoſtolus, omnes autem homines ſunt æquales, tum natura, tum peccato originis; ſecundum ergo propriorum actuum merita, atque demerita, inæqualitas in eis eſt conſideranda. Propter ergo differentium meritorum præſcientiam, prædeſtinando, atque reprobando hominibus inæqualia à Deo præparantur. Præterea, prædeſtinatio videtur eſſe*
2. *quædam præſcientia, iuxta illud Roman. 8. quos præſciuit, & prædeſtinauit: propter ergo præſcientiam futurorum operum aliqui prædeſtinantur, aliqui verò reprobantur. Sanè, nulla eſt in Deo acceptio perſonarum; igitur non magis prædeſtinat vnum, quàm alterum, niſi ob inæqualitatem prædeſtinatorum. Etenim cùm ſit ſummè liberalis, ſummèq; potens, omnibus profectò & gratiam, & gloriam vellet impendere; niſi aliquorum de-*
3. *merita repugnarent, atque obſiſterent. Amplius, voluntas Dei non poteſt eſſe iniuſta; quia iuſtus Deus, & iuſtitias dilexit: ſed aliquem prædeſtinare, alium verò reprobare, natura, & vitio pares, ac ad beatitudinem habendam æquè conditos, non eſt opus iuſtæ voluntatis: igitur prædeſtinatio ex meritis dependet, nobis quidem occultiſſimis. ſic enim docet Auguſtinus lib. 83. queſt. quæſt. 68. pertractans illud ad Rom. 9. Cui vult Deus miſeretur, & quem vult, indurat: Voluntati eius, quis reſiſtit? Sed hæc voluntas Dei, in-*
venit ex oc- *quit, iniuſta eſſe non poteſt; venit enim de occultiſſimis meritis: quia & ipſi peccatores.*
cultis meritis. *cùm propter generale peccatum vnam maſſam fecerint, non tamen nulla eſt inter illos diuerſitas. Præcedit ergo aliquid in peccatoribus, quo quamuis nondum ſint iuſtificati, digni tamen efficiantur iuſtificatione: & item in aliis peccatoribus, quo digni ſint obtu-*
4. *ſione. Ergo quod prius. Iterum, ſi aliqua duo ſunt conuertibilia, quod eſt cauſa vnius, eſt etiam alterius. Sed eſſe prædeſtinatum, & eſſe ſaluandum ſunt conuertibilia: igitur, ſicut meritum in cauſa eſt, vt iſte ſalutem conſequatur; ita planè, vt prædeſtinetur. His accedit authoritas Anſelmi lib. cur Deus, & homo, cap. 12. Voluntas, inquit, vult per ſe ſemper aliquid: Ergo ſi voluntas Dei vult iſtum prædeſtinare, vel reprobare, ob aliquid certè, quod in huiuſmodi inuenitur, contingat, neceſſe eſt: cauſa ergo prædeſtinationis,*
5. *eſt præſcientia meritorum. Ad huc, in paribus, atque omninò æqualibus, recta electio*

haberi

De prædeſtinationis cauſa. doct. reci.

*haberi non poteſt; vnum enim alteri non eſt præferendum: aliquid ergo erit in prædeſti-
nato, vnde eligitur, ille verò reprobatur. Siquidem in omni opere Dei miſericordia, &
veritas. At ſi iſte prædeſtinetur, abſque aliquo in eo præuiſo merito; erit profectò mi-
ſericordia ſine iuſtitia: ſi verò ille reprobetur, carebit vtraque; quod omnibus modis, di-
uinis aduerſatur ſcripturis. Item, ſi tota prædeſtinationis ratio, ex ſola Dei dependet bo-
nitate; non eſſet ergo occulta, ſed omnibus potius manifeſta. Sed Auguſt. in caput Ioan.* 6.
*6. quare hunc trahat, inquit, illum autem minimè: Noli iudicare, ſi non vis errare. Pro-
pter aliquid ergo in prædeſtinato futurum præuiſum, eſt ipſa prædeſtinatio. Fauet huic
propoſito authoritas Apoſtoli Rom. 11. O altitudo diuitiarum &c. quàm incomprehenſibi-* Roman. 11.
*lia ſunt iudicia eius! Sed omne iudicium habet aliquam certè cauſam ex parte iudicati:
Ergo quod prius. Amplius, ex ſcripturis didicimus omnia à Deo diligi, velleque omnibus* 7.
*bonum. Vult, inquit Apoſtolus 1. Timot. 2. omnes homines ſaluos fieri (ſi ipſi velint) in-
quit Ambroſius. Illuminat omnes homines, quantum in ſe eſt, ait Chryſoſtomus. Et Au-
guſtinus in illud Pſal. 55. Deus in medio eius non commouebitur, æqualiter omnibus con-
ſulit, inquit, perſonas non excipit, æqualiter fauet omnibus. Talenta diſpenſantur ſecun-
dum propriam vniuſcuiuſque virtutem: Matthæi 25. Vnde Anſelmus: Homo non habet
gratiam, non quia Deus non dat, ſed quia Deo volente dare, homo non accipit. Ex his er-
go ſcripturis, atque ſacrorum expoſitionibus facile eſt intelligere, præſcientiam meritorum
eſſe prædeſtinationis cauſam: Præterea ſacri hoc palàm profitentur doctores: Ergo quod* 8.
prius. Ambroſius ſiquidem interpretans illud Pauli, Iacob dilexi &c. Sciendo enim, ait, Ambroſ.
*qualis vnuſquiſque futurus erat, prædixit. Nec aliter poteſt euenire, quàm nouit Deus
futurum. hoc ergo dixit, quaſi præſcius futurorum, non quaſi perſonarum acceptor: nam
neminem damnat antequam peccet, nullumque coronat, antequam vincat. Et iterum, mi-
ſerebor eius, cui præſcius eram, quòd miſericordiam daturus eſſem. Simili quoque modo
reliquæ Apoſtoli ſententiæ interpretantur. Chryſoſt. hom. 13. in Matt. Boni malíue ſcien-* Chryſoſt.
*tiam omnibus in creatione fuiſſe impenſam, manifeſtè profitetur, quaſi benè vſi fuiſſent
homines, gratuitam vtique cognoſcendi myſterij regni Dei obtinuiſſent ſcientiam; ſiqui-
hæc ſpecialis ſcientia pro bonæ datur remuneratione voluntatis. Quòd ergo non om-
nes homines ſint participes ſcientiæ, non eſt culpa dantis, ſed recipientis; Ergo quod prius.
Auguſtinus præterea in hoc quidem negotio non videtur ſibi ipſi conſtans; nam palàm* 9.
ad Simplicianum, & de prædeſtinatione ſanctorum faſſus eſt, ex præuiſis operibus præ- Auguſtini varia ſententia.
*deſtinari neminem ſuæque in teſtimonium ſententiæ, Tyrios Sidonioſque adduxit; quibus non
fuit prædicatum euangelium vitæ, ad illius planè vocem pœnitentiam acturis. At contra
Porphyrium diſputans, contrarium ſentire videtur. Dicebat autem Porphyrius, Chriſtum
non prædicaſſe tunc, quando erant homines in eum credituri. Salus, inquit, huius religionis,* Salus religionis vnquam defuit.
*per quam ſolam veram, ſalus vera veraciter promittitur, nulli vnquam defuit, qui dignus
fuit, & cui defuit, dignus nõ fuit. his enim temporibus, & his locis, quibus euangelium eius
non eſt prædicatũ, præſciebat omnes in eius prædicatione tales futuros eſſe, quales multi in
eius corporali præſentia fuerunt. Quid ergo mirum, ſi Chriſtus prioribus ſeculis apparere,
vel prædicare noluerit ei, quos nec verbis, nec miraculis ſuis credituros eſſe præſciuit? Por-
rò, hæc verba, ſuperioribus de hac eadem ſcriptura diſputantibus aduerſantur. Et reuera
ſapientia loquitur, Sap. 11. Diligis omnia Domine, & nihil odiſti eorũ, quæ feciſti. Aſſerit* Diligit Deus omnia.
*præterea Eſau iudicio æquiſſimo, ſed nobis occultiſſimo à Deo fuiſſe reprobatum: vocat
enim occultiſſima merita animarum lib. 83. quæſt. quæſtio. 68. Præcedit, ait, aliquid
in peccatore, quo quamuis non dignus iuſtificari; dignus tamen iuſtificatione efficitur.
Tunc ſic, ſi aliquid præcedit in peccatore, vnde iuſtificetur; igitur illud eſt ſuæ prædeſti-
nationis ratio. Tenet conſequentia: nam iuſtificatio eſt prædeſtinationis effectus, ſed illud,* Præcedit aliquid in peccatore.
*iuſtificationem præcedit: aut igitur eſt prædeſtinatio, aut eius cauſa. Non prædeſtinatio
quidem, quia illud eſt in peccatore, & nõ in prædeſtinante, prædeſtinatio autem eſt in præ-
deſtinante, quia propoſitũ miſerendi. eſt ergo cauſa prædeſtinationis. Meritum ergo præ-*

 uiſum

De prædeſtinatiõis cauſa doctores recitantur.

uiſum eſt cauſa prædeſtinationis. Exponens quoq; parabolam de inuitatis ad cœnam, ait, noluiſſe venire, cùm libertatem habuiſſent veniendi. Ex præuiſa ergo obedientia futuræ voluntatis aliquorum procedit prædeſtinatio. In Epiſt. ad Sixtum, & de baptiſmo paruulorum, aliiſq; in locis oppoſitam omninò ſententiam oſtendit: Quemadmodum, inquit, in paruulis, qui originali peccato nullum aliud addiderunt, non eſt vlla in accipienda gratia voluntas, cuius meritum præceſſerit, vt baptizentur: alioqui gratia iam non eſſet gratia. Ita in peccatoribus adultis, qui originali peccato alia peccata addiderunt, nulla eſt in accipienda gratia voluntas præuia, cuius meritum præceſſerit, vt digni ſint iuſtificari. hæc planè ſententia, illi obuiat omninò, quæ dicit aliquid in peccatore præcedere, quo dignus ſit iuſtificari. Iterum Auguſt. Sunt quidem multa iuſtorum merita, ſed vt iuſti fierent, nulla ſunt merita: neq; ob id eſt perſonarum acceptor Deus, quòd ex vna eademq; maſſa, damnationi videlicet obnoxia, liberat iſtum, deſerit illum, cùm iuſtum ſit vtrumq; deſeri.

Oppoſitũ ſententis.

Non eſt meriti prærogatiua pro prædeſtinatione.

Agat igitur gratias ſaluatori quiſquis liberatur, quia non meriti prærogatiua, non fati neceſsitate, aut temeritate fortunæ, ſed altitudine diuitiarum incomprehenſibilis ſapientiæ & ſcientiæ Dei, iſte ſaluandus liberatur, ille relinquitur damnandus; habentibus vtriſq; ſimilem damnationis cauſam: quod in paruulis lucet manifeſtius. Ex quo patet expreſſè ſecundum Auguſtinum, ex præſcientia meritorum neminem prædeſtinatũ eſſe. Iterum exponens illud Apoſtoli 9 Rom. Non ex operibus, ſed ex vocante: Si futura, inquit, opera, vel bona huius, vel mala illius, Apoſtolus vellet intelligi, nequaquam diceret: Non ex operibus, ſed ex futuris operibus; eſſetq; hoc modo ſoluta quæſtio; neq; ad eam ſoluendam ad hoc veniret, vt diceret, quod ſequitur: O homo tu qui es, qui reſpondeas Deo? An non poteſt Figulus luti ex eadem maſſa, facere aliud vas in honorem, aliud verò in contumeliam? Nec tamen eſt iniquitas apud Deum, licet faciat vni miſericordiam, largiendo ei gratiam indebitam: Alteri verò, & ſi non magis indigno, eam negando, aut deſerendo, illiq; pœnã commeritam reddendo. vbi enim concurrit miſericordia & iuſtitia; ibi nulli ſit iniuria. Ex his ergo, & ſimilibus Auguſtini ſententiis, videtur contra ſeipſum apertè pugnare.

Non ex operibus.

CAP. VI.

Soluuntur Argumenta.

Ambroſii ſententia expenditur.

AD 1. vſus gratiæ præſcitus, non eſt ratio collationis gratiæ, niſi reſpectu cauſæ finalis: proinde Ambroſii ſententia intelligenda de electione Iacob ad æternæ vitæ coronam, quæ datur vincentibus, non autem de electione ad primam gratiam, clarè docemur ipſius verbis ſic voluiſſe intelligi. Non eſt, inquit, acceptio perſonarum in præſcientia Dei; nam & ipſa præſcientia deffinitum habet, qualis vniuſcuiusq; voluntas futura erit, in qua & manſurus eſt, per quam aut damnetur, aut coronetur. Saul & Iudas antè fuerunt boni, & 72. diſcipuli electi ſunt à Chriſto; ſed inter iſtos, qui ſibi cauſa perditionis fuerunt, ſecundum præſcientiam Dei in numero erant malorum, & ſecundum iuſtitiam iudicis deleti de libro vitæ, qui ſecundum præſcientiam nunquam fuerunt prædeſtinati, & ita nunquam ſcripti in lib. vitæ. Quamobrem exponens illud Pauli Rom 8. Quos præſciuit, & prædeſtinauit: Quos præſciuit, ait, futuros ſibi deuotos, ipſos elegit ad promiſſa ſibi præmia capeſſenda. Non dixit, quos præſciuit ſibi futuros deuotos, hos elegit ad fidem, & ad primam gratiam iuſtificantem capeſſendam. Quòd ſi diceret, bene quidem diceret: non eo tamen modo (vt ſentiunt Pelagiani) quaſi opera præuiſa ſint meritoria primæ gratiæ; ſed cauſæ finalis potius: equus namq; datur militi propter futurum bonum equitationis vſum, tanquam propter huiuſmodi finem habendum, non autem propter meritum. Similiter intelligi debet, quod in argumento aſſumitur, Miſerebor &c. Exod. 33. & Rom 9. Miſericordiam dabo ei, quem præſciui conuerſurum, & permanſurum apud me corde recto: hoc eſt: dare cui eſt dandum, &

Mali non ſunt ſcripti in lib. vitæ.

non

non dare, cui non eſt dandum. Vult ergo Ambroſius obedientiam præuiſam eſſe prædeſtinationis, atq; vocationis finem; perinde ac vſum gratiæ, finem eſſe gratiæ. Quoniam autem decet ei præſtare gratiam, quem nouit bene vſurum; hac de cauſa, dare illi eſt dare, cui eſt dandũ, non quidem cui eſt debitũ dari, ſed cui decens potius, magisq; rationabile dari. Ex quo apparet compunctionem cordis, conuerſionemq́; , ſeu deuotionem, ad quam profectò & vocatio ipſa tendit, & gratia; eſſe quidem meritum ad promiſſa præmia capeſſenda, non autem gratiæ prædeſtinantis, atq; iuſtificantis; illius ſunt effectus enim. Itaq; vſquam inuenies Ambroſium dixiſſe, hominem ſibi facere meritum, quo ex impio fiat iuſtus, aut propter liberi arbitrij opera in Iacob præuiſa, tanquam illius gratiæ merita, ad fidei initium, iuſtificationisq́; gratiam à Deo electum fuiſſe: imò in cap. Rom. 9. contrarium ſentit omninò: Nam exponens illud: An non habet poteſtatem Figulus, id eſt, Quemadmodum, inquit, figulus vaſa eiuſdem maſſæ, eiuſdemq́; ſubſtantiæ facit differentia, vt alia ſint in honorem, alia in contumeliam, quæ differunt ſola voluntate artificis; in poteſtate enim cõditoris eſt, qualem velit condere creaturam; ita & Deus, cùm omnes ex vna, eadémque maſſa ſimus, & cuncti peccatores, alteri miſeretur, alterum deſpicit: ſed hoc non ſine iuſtitia. In figulo enim ſola voluntas eſt, in Deo autem, voluntas cum iuſtitia: ſcit namq; cui debeat miſereri, ſicut ſupra memoraui. Segregatio ergo ex maſſa perditionis ex ſola pendet, ſecundum Ambroſium, voluntate prædeſtinantis: finis verò prædeſtinationis, quæ eſt vitæ æternæ adeptio, ex gratia potiſſimum, & operibus præuiſis. Hæc eſt Ambroſii ſana de prædeſtinatione doctrina, quæ ab Auguſtini ſententia non diſſentit. Scribuntur quoq; de hac materia non his diſſona, atq; difformia à Hieronymo ad Hebdibiam quæſt. decima: Dicunt quidam, inquit, Dei volentes ſeruare iuſtitiam, ex præcedentibus cauſis, electum in vtero Rebeccæ Iacob, & abiectum Eſau: Sic & Ieremias, & Baptiſta Ioannes eliguntur in vtero, & ipſe Apoſtolus prædeſtinatur in Euangelium antequam naſcatur. Nobis autem nihil placet, niſi quod eccleſiaſticum eſt, & publicè in eccleſia dicere non timemus, ne iuxta Pythagoram, & Platonem & diſcipulos eorum, qui ſub nomine Chriſtiano introducunt dogmata gentilium, dicamus animas lapſas de cœlo eſſe; & pro diuerſitate meritorũ, [illegible] vel in illis corporibus, pœnas antiquorum luere peccatorum. Multoq; melius eſt ſimpliciter imperitiam confiteri, & inter cætera quæ neſcimus, etiam huius loci obſcuritatem refugere; quàm dum volumus Dei probare iuſtitiam, Baſilidis, & Manichæi hæreſim defendere, & Hyberas nænias Ægyptiaq; portenta ſectari. Chryſoſtomus in parabola de inuitatis ſimiliter ſentit. Alij mane, alij hora tertia, alij vndecima vocati ſunt, quia tunc erant obedituri, inquit, idq; ſine dubio tum ex gratia prædeſtinantis, atq; tempore opportuno vocantis, tum etiam ex ſuorum operum virtute. Quando ergo dicit, prius vocati non veniſſent; non illam certè vocationem intelligit, quæ eſt ſecundum propoſitum Dei æternũ, ſic vocantis, atq; adiuuantis, vt vocati veniant atq; obediant quibus Apoſtolus ait Rom.8. Omnia cooperari in bonum, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti; ſed illam potius, qua multi ſunt vocati, pauci verò electi. Cur autem noluerit ſic prius vocare illos, vocatione illa alta, quæ eſt ſecundum propoſitum eius, mihi curioſè ſcrutari non licet, qui debeo iuſtum iudicium Dei in omnibus venerari, & colere. Quando præterea dicit, generalem illam mandatorum ſcientiam, quam quiſque cùm crearetur, accepit, gratiam eſſe, qua ſi bene vteretur, ſpecialem mereretur ſcientiam, vnde myſteriũ regni Dei cognoſceret, ſicut dictum eſt ad Apoſtolos Matth 13. Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei: non vtiq; intelligit eſſe gratiam redimentis Dei, ſed naturam creantis, atq; inſtituentis. Cornelius bene vtens hac generali gratia, nempè naturæ donis, non ſine certè gratia Dei miſerentis, & quædam fidei initia infundentis, ad cognitionem myſterij regni Dei, venire promeruit. Homil: 44. ſuper Ioan. tractans illud: Beatus es Simon Bariona: hæc, inquit, ſignificant non paruam rem eſſe fidem, ſed ſuperno indigere auxilio; opus eſt tamen voluntate noſtra, exponens illud, Nemo venit ad me, niſi datum fuerit ei à patre meo: docere, & credere voluntatis opus eſt. Hæc Chryſoſtomus. Auguſtinus lib.1. de prædeſt. cap.3. & lib.1. retract: cap.23.

De prædeſtin. cauſa doct. reci.

Obedientia præuiſa finis prædeſt.

Gratia prima non cadit ſub merito.

Conciliatio Ambroſ. & Auguſt.

Hieronymi ſententia de prædeſt.

Animas non prædeſtinari ex meritis præcedentibus.

Chryſoſtomi doctrina de prædeſt.

Duplex vocatio.

Cornelij fides

Auguſtini doctrinà examinatur.

De prædeſtin. cauſa doct. reci.

cap. 23. Quòd dixi, inquit, tunc Chriſtum apparere voluiſſe hominibus, & apud eos prædicari, quando, & vbi ſciebat ſore homines, qui in eum fuerant credituri, veriſſimè quidem dixi: ſed non ita eſt accipiendum, quòd Deus tantummodo præſcierit, quòd ipſi ex ſeipſis eſſent credituri, & à ſeipſis fidem habituri: ſed intelligere oportet, quòd & Deus præparauerit eos, quibus ipſe fidem donaret. Veriſſimum quidem eſt, quòd ſalus religionis huius nulli vnquam defuit, qui dignus fuit: ſed non ita oportet accipere, quaſi ſua ſponte ſe dignum quis reddat, vt ſaluti ſibi oblatæ credere valeat. Itaq; prædeſtinatio, non ſolùm præſcientiam, verùmetiam cauſam complectitur futurorum. Quando ergo Auguſtinus dicit prædeſtinationem non eſſe ex operibus præuiſis, æternum Dei propoſitum intelligi voluit: at quando opera commendare videtur, finem vtiq; reſpexit gratiæ prædeſtinantis. Ad primam confirmationem iſtius primi argumenti dico, prædeſtinationem rationem habere ex parte effectus in communi, ipſam vtiq; diuinam bonitatem: in particulari verò vnum effectum eſſe rationem alterius. Itaq; voluntas Dei prædeſtinantis rationabilis quidem dicitur, non quòd aliquod extrinſecum ſit Deo cauſa ratioq; volendi, ſed quòd ipſe velit vnum eſſe cauſam alterius. Eſt ergo voluntas Dei in prædeſtinationis, atq; reprobationis negotio rationabilis, quippe quæ cum quibuſdam iuſtitiam exercet, cũ nonnullis verò miſericordiam: ſunt enim vaſa iræ, vt docet Apoſt. 9. ad Rom. & vaſa etiam miſericordiæ. Ex hoc tamen non ſequitur hanc prædeſtinationis rationem, eſſe hominis meritum, quia vbi ſola eſt miſericordia, ibi certè nulla poſſunt eſſe merita. Quod autem dictum eſt ab Auguſtino lib. 83. quæſt. 68. quòd voluntas Dei non poteſt eſſe iniuſta, venit enim ex occultiſſimis meritis; non ad totam effectuum congeriem, ſed ad aliquem potius particularem effectum eſt referendum: vt prædeſtinare, ſit alicui velle vitam æternam, reprobare verò nolle: hæc autem vita æterna, ſine bonis meritis haberi non poteſt. quæ cùm nobis minimè pateant; non ſine cauſa, prædeſtinatio, hoc eſt, finis prædeſtinationis ex occultiſſimis meritis venire dicitur. Magiſter primo Sent. diſt. 41. dicit ab Auguſtino id fuiſſe retractatum. Ad 2. confirmationem, Prædeſtinationis ratio, atq; reprobationis, eſt bonitas Dei: Sicut enim Deus dicitur omnia propter ſuam bonitatem in rebus feciſſe; ita planè & omnia præordinaſſe. bonitas autem, quoniam ſimpliciſſima eſt, vnico certè modo à creatura repræſentari nequiuit: hac de cauſa ad complementum vniuerſi, varij diuerſiq; inſtituti ſunt gradus, atq; ordines rerum; quarum quædam ſupremum in vniuerſo, aliæ verò infimum locum obtineant. Vt ergo hæc graduum varietas in vniuerſo conſeruetur; multa à Deo permittuntur mala, ne multa impediantur bona. Itaq; parcendo nonnullis, notam fecit bonitatem ſuam, per miſericordiam in ſuos electos impenſam; per iuſtitiam verò, quam exercet in reprobos, eandem quoq; bonitatem teſtificatam reliquit. Volens, inquit Apoſtolus Rom. 9. Deus oſtendere iram, hoc eſt, vindictam iuſtitiæ ſuæ, & notam facere potentiam, ſuſtinuit, id eſt, permiſit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ. Et 2. Timoth. 2. In magna domo non ſolùm ſunt vaſa aurea, & argentea; ſed etiam lignea, & fictilia: Et quædam quidem in honorem, quædam in contumeliam. Sed quare hos elegit in gloriam, & illos reprobauit, non habet rationem, niſi diuinam voluntatem. Vnde Auguſtinus ſuper Ioannem: Quare hunc trahat, & illum non trahat: noli velle iudicare, ſi non vis errare. Similis quoq; ratio apparet in rebus naturalibus: Nam etſi materia prima tota in ſe ſit vniformis; vna tamen pars ipſius eſt ſub forma ignis, alia verò ſub forma terræ, & ſimiliter in aliis; vt ita in rebus naturalibus diuerſitas eſſet ſpecierum. verùm quare hæc pars materiæ, eſt ſub iſta forma, & illa ſub alia, ex ſimplici dependet voluntate artificis. Neque ob id eſt iniquitas apud Deum; ſi non æqualia non inæqualibus præparet. Id planè contrarium iuſtitiæ tunc eſſet reputandum, quando prædeſtinationis effectus, non ex gratia, ſed ex debito redderetur: in his autem quæ ex gratia præſtantur, nullum fit iuſtitiæ præiudicium, ſi vni plus, alij verò minus impenditur gratiæ. Tolle quòd tuum eſt, inquit, Mat. 20. & vade, an non licet mihi quòd volo facere? Ad 2. argumentum, operæpretium eſt ſcire, præſcientiam dupliciter intelligi poſſe;

Voluntas Dei eſt rationabil.

Quid intelligit Auguſtin. per occulta merita.

Ratio prædе. eſt bonitas Dei.

Miſericordia, & iuſtitia manifeſtant bonitatem.

Noli iudicare, ſi non vis errare.

Reſponſ. ad 2. argument.

De prædeſtinationis cauſa.

gi poſſe: vno quidem modo pro diuina cognitione de quibuſcunq; futuris contingentibus; atq; ita prædeſtinati quoq; præſciti nominantur ab Apoſtolo, quos præſciuit, & prædeſtinauit: Alio verò modo, vt reprobos ſecernat à iuſtis; ſicq; reprobi præſciti tantummodo appellantur. Prædeſtinatio præterea vno modo pro cognitione accipitur, quam de electorum ſalute Deus habere dicitur: & hoc modo eſt actus intellectus diuini. Alio autem modo pro præordinatione, determinationeque huiuſcemodi ſalutis: & ita eſt actus voluntatis propriéq; prædeſtinatio; ſiquidem ſententiam nominat diffinitiuam: diffinire autem in contingentibus ad actum ſpectat voluntatis. Prædeſtinatio ergo hoc modo formaliter accepta diſtinguitur à præſcientia: nam præſcientia quidem intellectus, prædeſtinatio verò actus eſt voluntatis.

Præſcientia duplex.

Ad confirmationem, negatur conſequentia: non enim dici poteſt perſonarum acceptio, vbi nullum eſt iuſtitiæ debitum, ſicut res ſe habet in Deo, qui nulli eſt debitor: quare ſi vni præſtet gratiam, deneget verò alteri: nemini profectò facit iniuriam. Etenim aliqui ab eo eliguntur, non quia boni ſunt, ſed vt boni ſint: vnde fit, vt nō in electis, ſed in eligentis ſit voluntate ratio eligendi. Amice non facio tibi iniuriam Mat. 20. nonne ex denario conueniſti mecum? volo autem, & huic nouiſſimo dare, ſicut & tibi. Quoniam ergo prædeſtinatio, ex Dei miſerentis procedit voluntate, reprobatio verò ex iuſtitia iuſte iudicantis; nulli profectò fit iniuria, vbi nullum eſt iuſtitiæ diſtributiuæ debitum.

Perſonarum acceptio quid ſit.

Sed dices, quomodo omnia à Deo æqualiter diligi aſſerit Aug. in Pſal. 45. Deus in medio eius non commouebitur: Æqualiter, inquit, omnibus conſulit. Reſpondeo, de bonorum, quæ diſpenſantur, æqualitate non fuiſſe locutum; ſed de ea potius, quæ acceptioni perſonarum obuiat, atq; aduerſatur æqualitati. hoc enim modo, cùm in præſenti, tum etiā in futuro, omnia à Deo æqualiter diliguntur: quoniam nimirum nullius in iudicio accipit perſonam; quia ſecundum teſtimonium ſapientis, Sapientiæ 6. æqualis eſt illi cura de omnibus. Voluit ergo Auguſtinus intelligi, Deum eſſe æquum in ſuis muneribus diſtribuendis.

Quomodo Deus diligit omni æqualiter.

Ad aliam confirmationem, negatur conſequentia, ſiquidem non ex neceſſitate, ſed liberaliter, ſua Deus in nos Dona diffundit: propterea non opus eſt illi, vt omnibus ſuam gratiam imparti[illegible] & gloriam. Sed dicis, Deus vult omnes homines ſaluos fieri, authore Apoſtolo 1. Tim. 2. Dico, velle id, voluntate præcepti, non autem beneplaciti, de qua loquitur Pſal. 113. Omnia quæcunq; voluit Dominus fecit: Iubet enim vnicuiq;, vt ſeruet mādata, ſi ad vitam cupit pertingere. Aug. vult &c. quia nemo ſaluabitur, niſi quem ipſe voluerit: vel omnes homines, id eſt, omne genus hominum. Ambr. Coincidit cum Auguſtino: vult omnes ſaluos fieri, modò ipſi velint; quia neminem ſaluat, niſi volentem. vult omnes ſaluos .i. quatenus naturam inſtituit; quia ipſe mortem non fecit, vult tamen iuſtitiam fieri. Antecedenter ergo. & non conſequenter vult omnes homines ſaluos fieri.

Deus vult omnes homines ſaluos fieri.

Ad 3. patet reſponſio ex iam dictis. 3.

Ad 4. Negatur maior, vnum enim conuertibilium poteſt eſſe alterius cauſa: quemadmodum ſubiectum eſt cauſa paſſionis, materialis ſaltem, vel ſubiectiua; & nihilominus illo modo, non eſt ſuipſius cauſa. Non eſt ergo neceſſe, vt id, quod eſt conuertibilium cauſa, ſit etiam cauſa alterius. Præterea meritum non eſt cauſa prima ſalutis habitæ: nam prius aliquid determinatur ad ſalutem habendam, quàm promerendam. 4.

Ad 5. Maior veritatem habet, quando ex electi, & non ex eligentis bonitate pendet electio, cuius oppoſitum iam oſtenſum eſſe arbitror. Ad confirmationem, ſi iuſtitia intelligatur pro ipſius parte commutatiua, atq; diſtributiua; ſic proculdubio videri, minime neceſſe eſt. Secus autem res ſe habet, ſi pro diuinæ condecentia bonitatis ratio procedat argumenti; tunc profectò in omnibus Dei relucet operibus; quia nimirum, niſi, quòd ſuam decet bonitatem, Deus facit nihil. Nec valet ratio, quòd ſicut ſe habet in prædeſtinatis ad prædeſtinationē ipſum demeritum; ita in reprobatis, demeritum ad reprobationem: nam reprobatio, quò ad ſuum effectum, ex ſe tantùm demeritum habet; prædeſtinatio verò ex Deo præcipue, deinde ex ſuorum operum virtute. 5.

Ad 6. Quamuis ex parte prædeſtinatis reluceat in prædeſtinatione ipſius bonitas; nos tamen latent prædeſtinatorum cauſæ: hanc ob cauſam dictum eſt ab Aug. prædeſtinationem eſſe nobis incognitam. Ad 6.

tam. Ad confirmationem dico, illud intelligendum eſſe de iudicio, quò ad pœnam infligen-
dam, non autem, quò ad gloriam conferendam; ſiquidem illud eſt ex parte iudicati, hoc
autem ex parte iudicantis. Ad 7. Talenta illa non dantur, vt ex illis iniuſti fiant iuſti;
7. ſed potius ad aliorum ſalutem procurandam, atq; iuſtitiam. Anſelmi verba nihil impedi-
unt, quominus non ſit vera de talentis parabola: Nam & ſi Dei ſit ſolius addere, vel re-
mouere gratiam; noſtrum tamen eſt, cum ipſius auxilio, acceptare, recipere & ce. ſimilia,
8. ſicut poſtea dicemus, quando ex profeſſò de gratia diſputabimus. Ad 8. ex ſolutione pri-
mi argumenti patet reſponſio: & ad nonum ſimiliter. Quomodo ergo prædeſtinatio non ſit,
9. vel eſſe poſſit ex præſcientia meritorum, ex his, quæ dicta ſunt; facilè erit colligere.

QVAESTIONIS QVINTAE. CAP. I.

De reprobatione.

Reprobatio quid.

POſtquam de prædeſtinatione nonnulla dicta ſunt; Deinde, De reprobatione erunt certè aliqua dicenda, an ipſa, ex parte procedat prædeſtinatis, vel prædeſtinati. Et reuera, ſicut prædeſtinatio pars eſt prouidentiæ reſpectu eorum, qui ad vitam capeſſendam æternam à Deo præordinati ſunt; ita certè & reprobatio ad diuinam ſpectat prouidentiam, qua Deus permittit nonnullos à fine beatæ vitæ excidere. Porrò, reprobare in ſcripturis, perinde eſt, ac vile ducere, parui facere & gratum non habere. Dominus reprobat concilia principum, ait Dauid pſal. 32. Inde à Paulo ad Rom. 1. vocatur ſenſus reprobus, nulli ſcilicet approbandus ſapienti. Ex hoc inoleuit in ſcripturis, vt reprobi appellentur, quibus non adeſt efficax voluntas, atq; diuina miſericordia vitæ cœleſtis habendæ.

Tria in reprobatione.

Tria autem in reprobatione eſſe dicuntur, Nempe propoſitum Dei non miſerendi, quod planè idem de ſe habet iudicium, ſicut & propoſitum: miſerendi culpa, quæ quidem à nobis eſt: & pœna. & hæc certè tum à nobis merentibus tum etiam à Deo præparante, vt nihil vacet iuſtitiæ ordine. Itaq; quando in ſcripturis legimus, Deum deſpicere nonnullos, obdurare, excœcare, aggr[illegible]

Deus non immittit malum.

non ita ſunt intelligenda, quaſi Deus malitiam in mentem immittat reproborum, cùm ipſe malitiæ alicuius author eſſe non poſſit, nihilq; odio habeat eorum, quæ ab ipſo condita ſunt, ſed potius permittere, nolle miſereri, atq; dimittere. Permiſit enim Adã ruere, atq; ex ſua innocẽtia excidere, idq; abſq; vllis Adæ meritis. Non vult autem miſereri propter hominis demeritum: demum ob multa facinora dimittit hominem ire ſecundum deſideria cordis. Et

Pſal. 80.

dimiſit eos, ait Dauid, ſecundum deſideria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus ſuis. Et

Dicitur quid ſit reprobatio.

Paul. in Actis apoſtolicis: Dimiſit gentes ingredi vias ſuas. Eſt igitur reprobatio diuina voluntas permittens rationalem creaturam, aut quidem in peccatum incidere, aut peccatum habere, præparans pœnam peccato debitam, atq; congruentem; vt non ſit difformitas culpæ, abſq; pœnæ debita condecentia, & decore.

Scripturę quę loquuntur de præd: & re-prob: Petrus.

Scripturæ autem diuinæ de vtraq; nempè de prædeſtinatione, atq; reprobatione ſatis abundè copioſeq; loquuntur. Apoſtolorum princeps in ſua Canonica, cap. 1. Petrus apoſtolus Ieſu Chriſti electis aduenis diſperſionis Ponti, Gallatiæ, Capadociæ, Aſiæ, & Bittiniæ, ſecundum præſcientiam Dei patris etc.

1. cap. 1.

Erant ergo ibi electi ſecundum propoſitum Dei. Modum redemptionis in eo explicat capitulo: Redempti eſtis, ait, pretioſo ſanguine, quaſi agni immaculati, & incontaminati Chriſti Ieſu, præcogniti quidem ante mundi conſtitutionem, manifeſtati autem nouiſſimis temporibus. Electorũ ergo numerus, ſanguine Chriſti redimendus ab æterno fuit à Deo præuiſus, & diſpoſitus.

2. cap. 1.

In 2. ep. cap. 1. nomine ſortis hanc vocationẽ appellat; quia non ſua ſponte, aut ſuis meritis procurarunt, ſed ex beneficio diuinæ gratiæ profitetur ſe huiuſmodi dona conſequutos. Simon Petrus ſeruus, & Apoſtolus Ieſu Chriſti, ijs qui coæqualem nobiſcum ſortiti ſunt fidem: qui vocauit nos propria gloria, & virtute, per quæ maxima, & pretioſa nobis promiſſa donauit. Subdit poſtea. Quapropter ſatagite, vt per bona opera

certam veſtram vocationem faciatis. Ex quo patet, in prædeſtinatione, etiam bona opera
contineri. Et cap. 2. piorum atq; reproborum merita, Deum noſſe, & condignis muneribus
cumulare, clare oſtendit. Nouit, ait, dominus pios de tentatione eripere, iniquos verò in
diem iudicij reſeruare cruciandos. Quòd autem Deus velit omnes homines ſaluos fieri, &
neminem perire; eandem plane doctrinam cum Paulo oſtendens, cap. 3. ſic manifeſtat:
Non tardat dominus promiſsiones ſicut quidam exiſtimant, ſed patienter agit propter vos, 3.
nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Non ergo prædeſtinatio cogit,
aut liberi aufert poteſtatem arbitrij. Propterea admonet illos, vt ſibi proſpiciant, ne à ſua
excidant vocationis gratia. Vos igitur cuſtodite, ne inſipientium errore traducti, excida-
tis à propria firmitate. hæc eſt apoſtoli Petri, omnium Apoſtolorum principis, ſana de Iacobus. 1.
prædeſtinatione, atq; reprobatione doctrina. Iacobus 1. Immutabile Dei propoſitum circa
ſuorum electionem, oſtendit, quam vult ex Dei benignitate, non autem ex noſtris operibus
proficiſci. Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens
à Patre luminum; apud quem non eſt transmutatio, aut viciſsitudinis obumbratio. Sen- 2.
ſus eſt: donum noſtræ ſalutis eſt à patre luminum, qui non mutatur: de æterno Dei pro-
poſito loquitur, quod eſt immutabile. cap. 2. Electionem Dei proprio vocat nomine: Nõ-
ne Deus elegit pauperes (& temporali quidem, & æterna electione) diuites in fide & hæ-
redes regni, quod Deus repromiſit diligentibus ſe? Ecce hic habemus totum prædeſtina-
tionis negotium; propoſitum Dei electionis nomine; effectus temporales, ſub diligentium
forma; deniq; finem prædeſtinationis, qui eſt regnum Dei. Ioannes in prima ſua Canonica Ioannis.
cap. 2. Exierunt ex nobis, ſed non erant ex nobis; nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent primæ Ep. 2.
vtiq; nobiſcum. Hominibus (inquit Aug. lib: de bono perſeuerantiæ cap. 8.) videtur, o- Auguſtinus.
mnes qui boni apparent fideles, perſeuerantiam vſq; in finem accipere debuiſſe: Deus au-
tem melius eſſe iudicauit, miſcere quoſdam non perſeueraturos certo numero ſanctorum
ſuorum; vt quibus non expedit in huius vitæ tentatione ſecuritas, non poſſint eſſe ſecuri.
vnde Ap. 1. Cor. 10. multos à pernitioſa elatione reprimit, dicens: Qui ſtat, videat, ne ca- 1. Cor. 10.
dat. Voluntate enim ſua cadit, qui cadit: & voluntate Dei ſtat, qui ſtat. Potens eſt enim
Deus ſtatuere illum: Rom: 14. non ipſe ſeipſum, ſed Deus. cap. 3. vocat prædeſtinatos na- Rom. 14.
tos [illegible], dicitq; eos non peccare ad mortem, hoc eſt, vſq; in finem. Omnis, qui natus eſt ex Cap. 3.
Deo, peccatum non facit, nempè finaliter, quoniam ſemen ipſius in eo manet, id eſt, gra-
tia, ſiue charitas, quæ eſt prædeſtinationis effectus, & non poteſt peccare, ſicut dictum
eſt, quia ex Deo nati ſunt. In hoc cognoſcuntur filij Dei; & filij diaboli; quia nimirum
charitas diſcernit inter vtroſq;. Aug. tract. 5. in eum locum. Dilectio ergo ſola diſcernit Auguſtinus.
inter filios Dei, & filios diaboli. Dilectio autem æterna, ordine quodam; prædeſtinationẽ
præcedit: Temporalis verò, quæ nobis communicatur, vt non tantum æterno Dei propoſito,
verùm etiam re ipſa, filij Dei ſimus, eſt prædeſtinationis effectus. cap. 4. Vos ex Deo eſtis Cap. 4.
filioli, & viciſtis eos: Nos ex Deo ſumus: Qui nouit Deum, audit nos: qui non eſt ex Deo,
non audit nos. In hoc cognoſcimus ſpiritum veritatis, & ſpiritum erroris. octauo cap. E-
uang. Ioãnis: Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Aug. tracta: 42. in Ioan: circa finem; Quia ex Auguſtinus.
Deo non eſtis &c. eis dictum eſt, qui non ſolùm peccato vitioſi erant, nam hoc malum cõ-
mune erat omnibus; ſed etiam præcogniti, quòd non fuerant credituri ea fide, qua ſola
poſſent à peccatorum obligatione liberari. Quapropter præſciebat illos in ſua impietate Cap. 5.
morituros. Et circa finem vltimi capituli clariſſimè oſtendit prædeſtinationis potentiam.
Scimus, inquit, quia omnis, qui natus eſt ex Deo, non peccat, ſed generatio Dei conſeruat
eum, & malignus non tangit eum. Scimus quoniam ex Deo ſumus, & mundus totus in ma-
ligno poſitus eſt: Generatio, inquit, Dei, hoc eſt, æterna Dei prædeſtinatio, quæ eſt ſecun-
dum æternum Dei propoſitum finaliter ſuos liberat, vt à maligno vinci non poſſint. Iudas Iudas.
in ſua Canonica de impiorum reprobatione clariſſimè loquitur: Subintroierunt quidam
homines (qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium) impij, domini noſtri Ieſu Chriſti gra-
tiam transferentes in luxuriam. Igitur, olim, hoc eſt, ab æterno reprobi præſciti ſunt. Qui

batione. *autem ſint huiusmodi reprobi, oſtendit. Hi ſunt in epulis ſuis maculæ, conuiuantes, ſine*
Reproborum *timore. Non modò maculati, verùmetiam maculæ nominantur, ſemetipſos paſcentes, quia*
ſcilicet, quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti: Nubes ſine aqua, prædicatores, ſeu
nuntij ſine verbo virtutis Dei; quæ à ventis circumferuntur, nempè à varijs hæreſum er-
roribus raptantur, ita vt ſemper inſtabiles ſint: arbores Autumnales, infructuoſæ, bis e-
mortuæ, eradicatæ. Autumnales, inquam, arbores, quia folia tantùm habent decidentia,
& penè mortua, fructibus verò carent; propterea infructuoſæ nominantur, quoniam nul-
lus in eis inuenitur fructus charitatis: bis emortuæ, peccato infidelitatis ante baptiſmum,
pòſt verò hæreſis crimine eradicatæ, à radice charitatis penitus euulſæ: fluctus feri maris,
inquieti profectò ſibiipſis, alijs verò noxij, deſpumantes confuſiones ſuas; quia ſuis ſe er-
roribus confundunt: ſydera errantia, nullum certæ veritatis locum habentia, quibus pro-
cella tenebrarum ſeruata eſt in æternum; quia nimirum, ignis, grando, nix, ſpiritus tem-
peſtatis, pars calicis eorum. Seruata, inquam, quia olim illis præparata. In primo regum
1. Regum 2. *lib: legitur cap. 2. de filiis Heli: Non audierunt, inquit, vocem patris ſui, quia voluit domi-*
3. Regum. 12. *nus occidere eos: Erant igitur iſti præordinati ad pœnam, ob ipſorum demerita. 3. Regum*
12. Ieroboam precibus non acquieuit ſupplicantis populi, quia, inquit ſcriptura, aduerſatus
fuerat eum dominus; vt ſuſcitaret verbum ſuum, quod locutus fuerat in manu Ahiæ Sy-
lonitæ ad Ieroboam filium Nabath: propterea ergo præcedentium peccata Ieroboam non
Geneſi. 21. *acquieuit populo iuſta petenti. Geneſi 21. Dicitur Abrahæ: In Iſaac vocabitur tibi ſemen.*
Rom. 9. *quod Apoſtolus ad Rom: 9. ſic interpretatur. Non enim, inquit, omnes, qui ex Iſraël ſunt,*
Filij Abrahæ *ij ſunt Iſraëlitæ: neq; qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filij; ſed in Iſaac vocabitur tibi ſe-*
qui ſint. *men, id eſt, non qui filij carnis, hi ſunt filij Dei; ſed qui filij ſunt promiſſionis, æſtiman-*
tur in ſemine. Senſus eſt, ſecundum Ambroſium ibidem, Non ideò dignos eſſe omnes, quia
filij ſunt Abrahæ, ſed illos eſſe dignos, qui filij promiſſionis ſunt: id eſt, quos præſciuit De-
us promiſſionem ſuam ſuſcepturos, ſiue ex iudæis, ſiue ex gentibus. In filiis ergo Abrahæ,
prædeſtinatorum, atq; reproborum numerus olim præoſtenſus fuit, atq; demonſtratus: ſi-
quidem in Iſaac ex legitimo matrimonio genito, electi, in Iſmaële autem, ex ſerua genito
Gen: 25. *reprobi, diuina præſcripti ſunt prouidentia. Genes. 25. Deprecatus eſt Iſaac Deum pro v-*
xore ſua, eò quòd eſſet ſterilis: qui exaudiuit eũ, & dedit conceptum Rebeccæ: ſed [illegible]
bantur in vtero paruuli eius; quia duo populi ex ventre Rebeccæ erant naſcituri, populusq;
Iacob. *populum ſuperaturus, atq; maior ſeruiturus minori. Ex vno vtero, & Eſau, & Iacob pro-*
Eſau. *geniti ſunt; quia nimirum ex vna perditionis maſſa, atq; modo propagandi geniti ſumus:*
Malach: 1. *ſed alij quidem, ad vitam præordinati, alij verò ad ignem præſcripti. vnde Malachiæ 1.*
dicitur: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Præſcientiam Dei flagitat, ait Ambroſius,
in his cauſis, quia non aliud poteſt euenire, quàm nouit Deus futurum. Sciendo enim quod
vnusquiſq; illorum futurus eſſet, dixit: hic erit dignus, qui erit minor; & qui maior, erit
Exodi. 9. *indignus. Exodi 9. Pharaoni dicitur, quia in hoc ipſo te ſeruaui, vt oſtendam in te virtu-*
Pharaonis re- *tem meam, & vt nuncietur nomen meum in vniuerſa terra. hoc enim dicit, ait Ambro-*
probatio. Amb. *ſius, quia cùm hic Pharao tantis malis eſſet reus, vt viuere non deberet; nunquam futurus*
bonus; ne ſe aut meritò viuere, aut Deum quem ſæpè fallendum cenſebat, ad vindictam
dandam impotentem putaret; audit à Deo: Ad hoc te ſuſcitaui. ſuſcitatus autem dictus
eſt, quia cùm apud Deum mortuus eſſet, modicum tempus accepit, vt viuere videretur,
vt eſſet in cuius pœnam, & varia tormentorũ genera vſq; ad mortem, omnes qui ſine Deo e-
rant, metu territi, hunc ſolum Deũ eſſe cum admiratione maxima faterentur, à quo hæ vin-
Auguſtinus. *dictæ ſunt. Aug. lib: primo ad Simplicianũ q. 2. dicit ob demerita operũ ſuorum cordis ob-*
Oſeæ. 1. *durationem, obſtinationemq; incurriſſe. Oſeæ 1. dicitur: Vocabo non plebẽ meam, plebẽ me-*
am: & non dilectam meam dilectã meam: & erit in loco, vbi dictum eſt, non populus me-
us vos, ibi vocabuntur filij Dei viui. De gentibus intelligitur dictum, qui non habebant de-
Iſaiæ. 10. *ſtinatũ vnum locum ſacrificiorũ. Iſa. 10. clamat pro Iſraël: ſi fuerit numerus filiorũ Iſraël*
quaſi arena maris, reliquiæ ſaluæ fient. De maxima multitudine ſolos credentes dicit ſal-
uari, quos

De reprobatione argumen.

uari, quos præſciuit Deus, inquit Ambroſius. Quia verbum abbreuiatum .i. verbum fidei,
dicit Ambroſius & Aug. ad Simplicianum, ſola fides poſita eſt ad ſalutem, quæ abbreui-
ata eſt ex lege; quia, quod in fide eſt, in lege habetur, quaſi principale legis. hac breuita- Rom. 9.
te iuſtificatus eſt latro Lucæ 23. ait Aug. corde credens ad iuſtitiam, ore autem confeſſus Verbum abbreuiatum.
ad ſalutem. Iſa. 1. Niſi dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma facti eſſe- Iſaiæ. 1.
mus, & ſicut Gomorra ſimiles fuiſſemus. hoc autem nõ merito eorum fecit, ſed gratia Dei
relinquentis ſemen. Ad Timot: Paulus loquens, ait: Firmum fundamentum Dei ſtat, ha- Tim. 22.
bens ſignaculum hoc, cognouit dominus qui ſunt ſui. Nouit, ait Auguſtinus tract: 12. in Auguſtinus.
Ioan. qui permaneant ad coronam, & qui permaneant ad flammam: nouit in area ſua tri- Ioan. 10.
ticum, nouit & paleam, nouit ſegetem, nouit zizania: hoc firmum ſignaculum, atq; fun-
damentum, euertet nemo; quia electos de manu patris mei nemo rapere poteſt. In eodem
cap. dicit ſe omnia ſuſtinere propter electos, vt ipſi ſalutem conſequantur. Ad Theſſalo- Theſ. 2. 3.
nicenſes 2. cap. 3. Non omnium, inquit, eſt fides, hoc eſt, non omnibus datum eſt, habere
fidem. Poſſe namq; habere fidem, ſicut poſſe habere charitatem, natura eſt hominum, ait
Aug. habere autem fidem, ſicut habere charitatem, gratia eſt fidelium. In euangelio Ioan. Ioan. 6.
6. cap. Nónne ego vos elegi duodecim, & vnus ex vobis diabolus eſt? Electus eſt Iudas,
ait Auguſtinus ſcribens contra Pelagianos, ad effundendum ſanguinem Chriſti, idq; occul
to Dei iudicio, Deo ſic bene vtente praua voluntate. Tale quid dictum eſt à rege Dauid Dauid.
de Semei: Deus præcepit illi, vt malediceret mihi cap. 16. Prouer. Omnia propter ſeipſum Prouer. 16.
operatus eſt altiſſimus: impium quoq; ad diem malum. Nulla fuit, inquit Hieronymus,
in expoſitione eiuſdem loci, domino cauſa, creaturam viſibilem vel inuiſibilem faciendi,
niſi voluntas ſua; vt ſuam videlicet bonitatem rationabili creaturæ, quam perpetuò be-
atam faceret, oſtenderet: eum quoq;, qui bonum conditionis propria ſponte deſeruit, id eſt,
diabolum cum ſuis ſequacibus, iuſta ſeueritate damnauit. Quid ergo ſit reprobatio, & quo-
modo de ea, atq; de prædeſtinatione ſacra ſcriptura loquantur, dixi.

CAP. II.

Argumenta contraria.

INter multos, qui in elucidando prædeſtinationis reprobationiſq; negotio, la- 1.
borarunt, nonnullos extitiſſe legimus, à quibus animosè ſtatutum eſt, præ-
deſtinationis cauſam à Deo quidem, reprobationis verò à reprobato profici-
ſci. Cùm, inquiunt, prædeſtinatio, ex gratia proficiſcatur; aut enim illa gra- quod prædeſtinatio ſit ex gratia.
tia eſt diuinæ acceptatio voluntatis, & ſic habetur propoſitum; aut aliquã
dicit ex parte prædeſtinati perfectionem formalem: atqui nulla talis diſpoſitio poteſt eſſe
prædeſtinationis ratio, ſiquidem prædeſtinatio eſt prior; quia nimirum Deus prius vult 1.
alicui finem, quàm ea, quæ ſunt ad finem. Sed huiuſmodi diſpoſitio ſe habet tanquam me-
dium, ad finem prædeſtinationis habendum: non ergo eſſe poteſt prædeſtinationis ratio.
Sanè, quod eſt ſummæ perfectionis in creaturis, Deo eſt tantummodo tribuendum: ſed 2.
tale quid eſt prædeſtinatio: Igitur, Deum habet cauſam efficientem. Profectò, quando 3.
aliquod donum alicui impenditur, abſq; vllo eiuſdem merito, dantis liberalitati eſt aſcri-
bendum. ſed tale donum eſt prædeſtinatio: ergo quod prius. Quòad verò ad reprobatio- 1.
nem, ita arguunt: Deus promptior eſt ad miſerendum, quàm ad puniendum; Deus enim
punit neminem, niſi iuſtitiæ neceſſitate quodammodo impulſus; proinde nec à Deo, nec à
beatis, pœna eſt ſimpliciter volita; ſed potius ſecundum quid, nempè propter iuſtitiam,
quatenus natura exiſtẽs ſub culpa, ordinatur ad pœnã. Igitur miſeretur quidem ſine cauſa
extrinſeca mouente; non autẽ punit, quia ex te perditio tua, ait propheta, Oſe. 13. tãtùm in 13. cap.
me auxilium tuũ. Cauſa ergo reprobationis pendet ex reprobato. Item non decet iuſtiſſimũ 2.
Dominum, quempiam aliquem ſine ratione pœnæ adiicere, atque condemnationis damno

 afficere:

batione
argumẽta

afficere: ſed reprobatio eſt quædam condemnatio; non fit ergo ſine ratione: quod planè
neceſſariò contingeret, ſi abſq; vllo operum delectu, reprobos traderet igni æterno puni-
endos. Reuera ſi in prædeſtinandis, atque reprobandis hominibus, in cauſa aliud ſit nihil,
quàm diuina voluntas; non ergo eſſet liberaliſſima & optima, imò acceptatrix potius per-
Actuum 10. *ſonarum, quod certè ſcriptura reprehendit. In veritate comperi (ait Petrus) quia non eſt*
perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iuſtitiam, is
Roman. 2. *acceptus eſt illi. Roman. 2. Non eſt acceptio perſonarum apud Deum. Ergo quod prius.*
3. *Amplius, ſi Deus eſt pronus, vt peccantium miſereatur; quantò magis eorum, qui non-*
dum peccauerunt? Sanè, pœna ſequitur culpam: vbi ergo nulla eſt culpa, nulla quoque
pœna eſt ponenda. Adde, quòd effectus defectiuus, ſeu priuatiuus, in cauſam defectiuam
ſit reducendus, vt inter cauſam, & effectum, debitus inueniatur proceſſionis ordo. Sed
in Deo nulla eſſe poteſt cauſa defectiua, quia eſt ſemper idem: in creatura ergo ſit, neceſ-
ſe eſt. Reuera, reprobatio ſit ex iuſtitia, ſicut & condemnatio. Sed quæ iuſtitia eſt, ali-
quem condemnare antequàm peccet? Igitur, alterum duorum ſit, neceſſe eſt; aut ſcilicet
propter mala opera præuiſa, multos à Deo fuiſſe reprobatos, quod planè pugnat cum A-
poſtolo, & Auguſtino, ſicut dictum eſt; aut Deum eſſe iniuſtum, qui ſine culpa, pœnam
irrogat, quod eſt nefarium dicere. Deus præterea, inſtar agentis debitè operantis, prius
4. *diligit finem, quàm ea, quæ ſunt ad finem, & inter illa, fini propinquiora. Cùm igitur præ-*
deſtinationis finis ſit vita æternæ gloria: prius ergo voluit Petro gloriam, deinde gratiam,
poſtea fidem, deinde miſericordiam, poſtremò alia, quæ ordinantur ad finem. Quoniam
autem merita ex gratia proficiſcuntur, ipſamq; præſupponunt, & gloria prius diligitur,
quàm gratia: merita ergo reſpectu gloriæ, prædeſtinatione, ſeu præordinatione priora eſ-
ſe non poſſunt. Cùm autem reprobatio à fine præordinato ad gloriã quàm longiſſimè ab-
ſit: igitur operans, ſiue agens ordinatè, ea prius accipit, quæ minus diſtant à fine, vtpote
Ordo reprobationis. *principium, deinde culpam, tertiò demerita, demum reprobationem ipſam. hæc enim or-*
Iudas & Petrus. *dinatim ſecundum maiorem, minoremq; diſtantiam ſe habent ad finem. Sanè, in primo*
ſigno (vt ita dicam) ab intellectu diuino, ſuæ voluntati Petrus & Iudas, vt neutri offerun-
tur, & tunc voluntas diuina, ad gloriam Petrum præordinauit, nullum habens circa Iu-
dam actum poſitiuum. In ſecundo ſigno, præordinat Petrum ad gratiam, circa Iudam ſi-
militer ſe habens. In 3. relinquuntur ſibiipſis, & vterq; in peccatum incidit. In 4. Petrus
reſurgit, propter præordinationem, quam in primo ſigno recepit: Iudas verò, minimè,
quia non habet gratiam releuantem in Deo; ideóque reprobatur. Ex hac autem ſententia
oſtenditur, prædeſtinatorum ordinem, reproborum præcedere numerum. Quare, etiamſi
angeli non peccaſſent, hominum autem prædeſtinatorum numerus exſtitiſſet: ſimiliter e-
Chriſtus eſt *tiam ſi homo non peccaſſet, adhuc tamen Chriſtus fuiſſet prædeſtinatus, vtpotè omnium*
caput prædeſt *prædeſtinatorum caput. Eſt autem (ait Auguſtinus lib. 1. de prædeſt. ſanctorum cap. 15)*
præclariſſimum lumen prædeſtinationis, & gratiæ, ipſe ſaluator; qui, vt hoc eſſet, ille
homo in humana natura, ſuis meritis non comparauit. Volunt ergo iſti affirmare, in repro-
5. *bato inueniri reprobationis cauſam. Porrò, nonnullæ aliæ rationes, atq; ſanctarum autho-*
ritates ſcripturarum huic ſententiæ fauere videntur: Inprimis, illud Sapient. 11. Diligis o-
mnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti. Si autem nemo reprobat, quod diligit, &
Deus diligit omnia: Ergo Deus nullum hominem reprobat. Adde, quòd ſi Deus aliquem
hominem reprobet, neceſſe vtiq; eſſet, vt quemadmodum ſe habet reprobatio ad reproba-
tos; ita proculdubio prædeſtinatio ad prædeſtinatos. Sed prædeſtinatio eſt cauſa ſalutis
Oſeæ 13. *prædeſtinatorum: reprobatio ergo erit cauſa perditionis reproborum, quod Oſeas 13. re-*
probat: Ex te, inquit, perditio tua. Reuera, nulli eſt imputandum, quod ab eo vitari non
poteſt. Sed ſi Deus, aliquem reprobat, non poteſt effugere, quin ipſe pereat, dicente ſcri-
Eccle. 7. *ptura, Eccle. Conſidera opera Dei, quod nemo poſſit corrigere, quem ipſe deſpexerit. Non*
eſſet ergo reprobis vitio imputanda ipſorum perditio, quod eſt falſum: alioqui Deo impu-
6. *taretur, à quo reprobis pœna decernitur. Item, quicunq; aliquos reprobat, pro ſuæ volun-*

tatis

De reprobarione arguméta

*tatis arbitrio, illorum ergo pœnis lætatur, & perditione gaudet: ſicq́ iure crudelitatis vi-
tio eſſet arguendus. Sed Deus non lætatur perditione impiorum, neq; eſt crudelis, ſed pa-
tiens, multæ miſericordiæ, & verax: pro libito ergo ſuæ voluntatis reprobat neminem.
Quòd ſi dixeris: Ex eo prædeſtinationis, atq; reprobationis ſumitur ratio, vnde & mani-
feſtationis diuinæ iuſtitiæ, atq; miſericordiæ; per prædeſtinationem enim, miſericordia,
per reprobationem autem iuſtitia Dei declaratur. Sed diuina bonitas eſt in cauſa, quòd
iſta in rebus manifeſtentur: vna eſt ergo cauſa vtriuſq;. Contrà ſic arguo: Dato, quòd nul- 7.
lus eſſet reprobatus, adhuc manifeſtaretur in beatis diuina iuſtitia: quemadmodum do-
cet Apoſtolus 2. Timot. 4. Reddita eſt mihi corona iuſtitiæ. Profectò, quod eſt per ac-
cidens, eius, quod eſt per ſe, ratio ſiue cauſa eſſe non poteſt. Sed iuſtitia eſt per ſe, repro-
batio verò per accidens eſt, quia eſt malum, quod non eſt intentum à Deo, neque ab ipſa
natura: non ergo iuſtitia eſt propter reprobationem, quaſi ſine illa eſſe, ſiue cognoſci non
poſsit. Item, in reprobatione tria concludi dixi, æternum videlicet Dei odium, temporalem 8.
deſertionem, ſeu obdurationem, & finalem damnationem, ex quibus vnumquodq; cau-
ſam habet in reprobato: nam Deus diligit omnia, Sapient. 11. odit autem nihil, niſi pecca-
tum. Temporalem deſertionem à nobis manare Sapiens, Prouer. 1. clariſsimè docet: Voca-
ui, & renuiſtis: Et in Matt. Quoties volui congregare filios tuos, &c. Finalis verò damna-
tio ex malo vſu liberi arbitrij proficiſcitur. vnde Auguſt. exponens cap. 9. ad Rom. Quæ- Auguſt.
rimus, inquit, meritum electionis, & non inuenimus; quia peccato Adæ vniuerſa maſſa
eſt damnata: à qua etiamſi nemo liberaretur, dicere tamen deberemus, miſericordiæ Do-
mini quod non ſumus conſumpti. Quis enim ei imputabit, ſi perierint omnes nationes, quas
ipſe fecit? fauet huic propoſito gloſſa: In Iacob, inquit, nihil inuenit amandum, niſi mi- Gloſſa.
ſericordiæ ſuæ donum: In Eſau autem nihil odit, niſi peccatum. Cauſa ergo reprobationis
eſt in reprobato. Amplius, effectus reprobationis, ex originali pendent, & actuali cul- 9.
pa, quæ eſt in homine, igitur cauſa reprobationis, eſt in reprobis. Antecedens patet, quan- Effectus reprobationis.
doquidem diuinæ reprobationis effectus ſint, ſine finali pœnitentia hominem relinquere,
& ab æterno excludere regno, quæ planè ſunt pœnæ originalis, atq; actualis culpæ: pro-
inde dictum eſt ab Apoſtolo 2. ad Ephe. Omnes nos eſſe natura filios iræ, in quam certè
incurrimus ob primi parentis peccatum, quibus Deus, & gratiam dedit, & vitam promi-
ſit, ſed ſua ſponte reliquerunt veritatem, & amplexi ſunt mendacium: Ergo quod prius.
Adhuc, quicunq; à Deo reprobatur, iuſtè quidem, miſericorditer verò, qui prædeſtina- 10.
tur. ſed Eſau fuit reprobatus: iudicio ergo æquiſsimo, ſed occultiſsimo, ſecundum Augu- Eſau occulto iudicio reprobatus.
ſtinum. Eſt igitur aliqua cauſa, licet occultiſsima, propter quam Deus ab æterno repro-
bauit Eſau. Illa autem occultiſsima, vel eſt creata, vel increata. Increata autem eſſe non
poſſet, niſi diuinum beneplacitum, & tunc eſſet omnibus manifeſta. De illa ergo non loqui-
tur Auguſtinus. Eſt ergo aliqua cauſa in præſcito occultiſsima præuiſa, propter quam ab
æterno fuit à Deo reprobatus. Iterum, Deus præuidens ex duobus æqualiter indignis, vnum 11.
ſuæ obtemperaturum voluntati, alterum verò minimè; hunc reprobat, illum verò prædeſti-
nat: cauſa ergo reprobationis eſt in reprobis. Amen dico vobis, quòd nemo virorum illo-
rum guſtabit cœnam meam, quia ſcilicet venire noluerunt. Eſt igitur aliquid à liberis ho-
minum voluntatibus futurum à Deo præuiſum, propter quod prædeſtinati, & reprobati
ſint ab æterno in diuina præſcientia, ab inuicem ſegregati, vt dicit Auguſt. in eiuſdem pa- Auguſt.
rabolæ expoſitione. Præterea, quemadmodum adultus non iuſtificatur ſine ipſius conſenſu:
Pœnitentiam agite, inquit Petrus, Actorum 2. & baptizetur vnusquiſq;, &c. & Augu- 12.
ſtinus: Qui creauit te ſine te, non iuſtificabit te, ſine te. vnde Deus non eſt totalis iuſtifi-
cationis cauſa; ita planè nec aliquis reprobatur ex ſola Dei voluntate, niſi propter aliquid
in ipſo reprobato præuiſum. Dentur namq; duo æqualiter iniuſti, indigni, pariter tracti,
atq; vocati; vnus nihilominus conſentit vocanti; alter verò repugnat. Quòd ergo ille re-
probetur, eſt ſibiipſi cauſa. Ex his ergo, atq; ſimilibus rationibus, conſentaneum eſſe vi-
detur, vt in reprobato ſit reprobationis cauſa, prædeſtinationis verò in Deo.*

De reprobatione ſoluuntur arguměta

CAP. III.

Soluuntur argumenta.

1\.

Reprobationis cauſa vnde ſit.

QVamuis huiusmodi ſententia cùm ſubtilis ſit, & acuta, tum etiam aliquot ſcripturarum oraculis conſona: non omninò tamen conuenit cum Pauli doctrina, de reprobationis cauſa, cap. 9. ad Roman. aliter docentis. Non ex operibus, inquit, nec præteritis, nec præſentibus, nec futuris (ait Auguſtinus) ſed ex vocante dictum eſt: Maior ſeruiet minori: &, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. vbi Paulus loquitur de operibus in præſcientia Dei: Cùm, inquit, nondum nati eſſent. Quamobrem volens hanc ſuam ſtabilire ſententiam, in medium adduxit figulum, ex eodem luto, diuerſa vaſa componentem: cuius planè compoſitionis cauſa, figuli eſt voluntati tribuenda. hoc etiam modo Paulus de æterno Dei propoſito loquens, in ipſum retulit omnia, à quo iuſtè, & decenter fieri omnia, nulli dubium poteſt eſſe perfecto conſummatoq́; ſapienti. Reuera, non minori vtitur Deus ratione in miſerendo, quàm in non miſerendo, ſeu reprobando; quia vna eſt ipſius ratio, qua omnia fiunt. Si ergo reprobat ob cauſam in reprobato exiſtentem; ſimiliter ergo prædeſtinat, quod illis non probatur: neq; ſcriptura admittunt.

Quod cauſa reprobationis non ſit in reprobato.

Præterea pœna damni eſt pœna maxima. Si ergo in primo ſigno, Petrum, & non Iudam præordinat; Iudæ ergo ſine cauſa, pœnam damni præordinare videtur. Siquidem ob illam actus negationem in primo ſigno, diuina Iudas viſione priuatur: nec valet, quod ab illis dicitur, viſionis diuinæ priuationem, non eſſe pœnam ſimpliciter appellandam; quandoquidem (ſecundum Auguſt.) homo creatus ſit, vt ſummum bonum intelligeret, intelligendò amaret, amando poſſideret, poſſidendo frueretur. hominis ergo vltimus finis, eſt viſio diuinæ eſſentiæ. Præterea, quando in primo ſigno Iudas, & Petrus diuinæ offeruntur voluntati, ambo profectò neutri ſunt: hunc tamen prædeſtinat, illum verò, minimè: prius ergo videtur vltor, quàm ille peccator.

Auguſt.

Quomodo reprobatio habet cauſam.

Dicunt autem nonnulli (& quidem meo iudicio) ſatis probabiliter: Cùm, inquiunt, loquimur, an diuinum propoſitum, electio ſcilicet ſiue reprobatio, motiuam in Deo habeat rationem, diſtinctione opus eſt, vt res bene recte ligatur. Siquidem non parui refert dicere, aliquid eſſe diuinæ voluntatis cauſam, & eiuſdem congruitatis, atque decentiæ rationem: primum enim inueniri non poteſt; voluntas namq; prima, à ſeipſa mouetur, atq; ſibi ipſi eſt ratio, ob ſummam vtiq; ipſius rectitudinem, quia non ſolum eſt recta, ſed etiam omnis rectitudinis regula. Secundùm verò facilè eſt inuentu: nam cauendum nobis eſt, ne dum cupimus Dei magnificare voluntatem, non parum illi derogemus.

Reſolutio.

Si enim in prædeſtinatorum, reproborumq́; negotio, alia ratio quærenda non eſt, quàm diuinum beneplacitum; profectò occulta nequaquam eſſent Dei iudicia, ſed omnibus manifeſta. Dico ergo diuinum propoſitum, quatenus dicit volitorum ordinationē ad diuinam voluntatem, ordinatiſſimum, atq; rationabiliſſimum ſemper eſſe; vnde ex duobus ſimiliter indignis, quod alter prædeſtinationis beneficium, alter verò reprobationis damnū ſortiatur; in cauſa eſſe poſſunt multæ rationes congruentiæ, ſiue congruentes: quarum ignorantia nobis vtilior fuit, quàm ſcientia, ſiue notitia, vt in timore, & tremore viueremus, cùm neſciat homo, an odio, vel amore dignus ſit.

Iudicia Dei occulta.

Quoniam autem ex rei certitudine, noſtra pendet cognitio; illa verò eſt nobis ignota; hac de cauſa, Dei iudicia ſunt nobis occulta. Non temerè ergo Paulus ad Rom. 11. clamat: O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles vi[illegible] eius! Itaq; prædeſtinatio rationem habet, & in generali, & in ſpeciali, Dei vtiq; præſcientiæ notam, nobis verò, incognitam.

Cauſa, & non ratio negatur diuinæ volūtatis.

Et cùm à ſcriptura pro ratione, beneplacitum Dei aſſignetur; non ita ſolùm intelligendum, quin alias habeat rationes congruentes; quia non omnia ſcripta ſunt, nec præſtitit nobis illa ſcire. Adde, quòd quando ab Auguſtino dicitur, quòd Deus non elegerit, quia præuidit tales; cauſam, non rationem negat. licet enim diuina voluntas habere poſſit, imò habeat rationem, ex qua congruenter operari dicitur:

De reprobatione ſoluuntur argumen.

ri dicitur: non habet tamen aliunde, quàm à ſeipſo, cauſam, ſiue rationem cauſdem: quippe quæ ſit cauſa cauſarum præſertim circa ea, quæ ex mera ipſius liberalitate procedunt. Si quæris amplius, ob quorum præuiſionem hæc à Deo ita diſponantur, congruitatis (vt dixi) rationes, tanquam tutiores ſunt aſſignandæ, reliquæ ſunt nobis incognitæ. Sed dices, ſi Deus ad huc produceret vnum alium mundum, huic ſimilem; quare iſtum magis, quàm illum produxit? ex ſola illius penderet voluntate. Igitur, quòd iſte

Obiectio.

prædeſtinetur, ille autem reprobetur, ex Dei tantùm voluntate proficiſcitur. Negatur ſimilitudo: ſiquidem mundi creatio, à diuina voluntate, & beneplacito, veluti à cauſa totali proficiſcitur; non ſic autem iuſtificatio impij Per creationem præterea non præſupponitur aliquid, in iuſtificatione autem impij, ſine ipſo iuſtificari non poteſt. Itaque eligit Deus, & reprobat veritate certiſſima, & à noſtris ſenſibus remotiſſima: id circo quilibet noſtrum, ſuã confiteatur inſcitiam, Deo autem det gloriam, qui facit omnia

Solutio.

ſapienter, iuſtè, atq; fortiter. Ex his facilè ſolui poſſunt omnia argumenta. Ad primum

Ad primũ argumentum.

negatur conſequentia: nam etſi non ſit cauſa, eſt tamen aliqua ratio congruitatis, nobis quidem incognita, Deo autem manifeſta. Simili facilitate ſecundum ſoluitur argumentum.

1\.

2\.

3\.

Ad 3. dico, à Deo condemnari neminem, niſi æquiſſimo, ſed occultiſſimo iudicio: An, inquit in Euangelio, oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? Ex hoc ſoluitur Auguſtini dictum, quòd Deus non prius ſit vltor, quàm homo ſit peccator. Dei enim præſcientia eſt ſemper eadem, in qua certiſſima veritate omnia ſunt præſentia, propterea neminem, niſi iuſtè, atq; congruenter coronat ſeu condemnat. Ad 4. ex ſupradictis patet reſponſio: vult enim finem, ſed congruo ordine, ſine quo huiuſmodi finem, non vult nobis eſſe tribuendum. Ad 5. verum eſt à Deo non tantùm homines, verùm etiam & alias diligi creaturas, quatenus ſcilicet vult eis aliquod bonum, non tamen omnibus indifferenter quodcunque bonum, idq; ob quaſdam rationes condecentes, atq; congruentes, ipſi quidem cognitas, nobis autem incognitas. Ad confirmationem, negatur ſimilitudo. Prædeſtinatio enim, tum

4\.

5\.

Nemo poteſt corrigere quẽ Deus deſpexit

gloriæ cauſa eſt, tum etiam gratiæ; reprobatio verò non eſt cauſa culpæ, ſed derelictionis à Deo, vnde homo labitur in culpam; eſt tamen eius cauſa, quæ ſibi in futuro reddenda eſt pœnæ. partim ergo ex libero arbitrio eius, qui reprobatur, partim etiam ex gratia de [illegible], culpa prouenit: proinde dictum eſt à propheta: Perditio tua Iſraël ex te. Ad aliam confirmationem dico, Dei reprobationem nihil auferre de potentia reprobati: non enim ſub ſimplici, ſed conditionata cadit neceſſitate. Etenim, quemadmodum prædeſtinatum ſaluari neceſſe eſt, neceſſitate illius arbitrij libertatem non auferente; ita planè nec ipſa reprobatio libertatem aufert reproborum. Nam etſi aliquis à Deo reprobatus, gratiam adipiſci nequeat; in iſtud tamen, vel illud ruere peccatum, in ſuæ ſitum eſt poteſtate voluntatis: idcirco ſibi non temere imputatur in culpam. Ad 6. Deus non ordinat hominem ad pœnam pro libito ſuo, cùm non delectetur pœnis impiorum, abſq; demerito reproborum; proinde effectus reprobationis, cauſam habet ex parte reprobati, culpam ſcilicet: neq; inde Deus vocari poteſt crudelis, cùm ſit iuſtus, & rectum iudicium eius. Ad 7. negatur conſequentia: ſi enim non eſſet aliquis reprobus, & pœnæ æternæ adiudicatus, profectò iuſtitia punitiua non ita ſeſe teſtatam omnibus redderet. Ad confirmationem

6\.

7\.

In reprobatione eſt punitio, & malitia

dico, Deum præuidiſſe aliquorum peccata, ab eo nullo modo intenta, propoſuiſſeq; quoſdã ex eis, iuſtiſſimo, ſed occultiſſimo ſuo indicio, à peccatis non eximendos, ſed pœnæ potius æternæ tradendos; quod eſt reprobare: proinde huiuſmodi reprobatio mala dici non poteſt; cùm Deus permittat mala, vt aliquod inde eliciat bonum, nempè perfectionem vniuerſi, quæ ad optimum ſpectat mundi rectorem atq; prouiſorem. Sanè, in reprobatione duo ſunt obſeruanda: punitio ſcilicet, & malitia: & illa quidem ordinatur ad diuinæ iuſtitiæ manifeſtationem, ad ipſam verò ordinatur & culpa. Malitia autem, quia à recto ordine diuertit, ordinatur ad pœnam, ad ipſam verò aliud nihil. Sed dices, omne prouiſum

Obiectio.

à Deo eſt tantùm à Deo: ſed malitia eſt prouiſa à Deo: igitur eſt creata à Deo Præterea nulla iuſtitia eſt per ſe intenta, ſicut nec pœna etiam; reprobatio ergo in aliquibus eſſe

Solutio.

non de-

De reprobatione ſoluuntur argumen.

non debet, vt iuſtitia in eis reluceat punitiua. Dico maiorem non eſſe veram, de eo ſcilicet
quòd conceſſionis tantùm eſt prouiſum, non autem approbationis prouidentia. Ad alıud
negatur antecedens, quandoquidem omnis propemodum iuſtitia, quædam ſit perfectio, &
conſequenter appetenda; verùm tamen eſt, non propter ſe pœnam optandam eſſe, ſed pro-
8. *pter eum, qui in ipſa elucet ordinem iuſtitiæ. Ad 8. dico, Deum nemini velle malum pœ-*
næ, niſi propter malum culpæ, quam ipſe in homine nequaquam condidit. Et cùm dicis,
quærimus meritum electionis &c. Reſpondeo, quòd ſi miſerationis, & indurationis voca-
bula eodem modo ab Auguſt. eſſent intellecta; proculdubio, quemadmodum damnationis
meritum inuenimus, culpam ſcilicet; ita planè, & glorificationis, quæ eſt prædeſtinationis
2. Tim. 4. *finis: nam pro bonis operibus Paulus ad Timoth. dicit ſibi eſſe repoſitam coronam iuſtitiæ;*
verùm quia bonorum principium eſt gratia; hac de cauſa, gratiæ magis quàm operibus, iu-
Rom. 6. *ſtitiæ coronam Apoſtolus ad Rom. 6. cenſuit eſſe tribuendam: ſtipendium peccati, inquit,*
mors: gratia autem Dei, vita æterna in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Meritũ quoq; ad gra-
Meritum obdurationis. *tiam primam habendam non inuenimus: Meritum autem obdurationis eſt facile inuentu;*
ſiquidem Pharao malis ſuis operibus, cordis ſibi obdurationem comparauit. Et cùm iterũ
dicis, iuſtiſſimo iudicio Eſau reprobatum fuiſſe, ſed nobis occulto: dico id referendum eſſe
ad vltimum reprobationis effectum, quem Deus Eſau præparauit, ob illius vtiq; impieta-
tem. Itaq; propter cauſas finales Deo quidem notas, nobis verò incognitas, Iacob dilexit,
9. *Eſau autem odio habuit. Ad 9. dico effectus eſſe finales, quos ſibi homo ſuis malis acqui-*
10. *rit operibus, ſicut ſæpè dixi. Ad 10. fuit Eſau reprobatus propter occulta ſua demerita;*
reſpectu vtiq; finalis damnationis. Et cùm dicis, præcedit aliquid in peccatoribus &c. dico
illud quoq; eſſe prædeſtinationis effectum, quo peccator trahitur, vt ſuæ ſortiatur præde-
ſtinationis effectum. Præcedit autem in homine nondum iuſtificato, ſpiritus ſancti opera-
tio, qua ex indigno efficitur dignus. Itaq; quemadmodũ Pharao ob ſua mala opera fuit le-
Eſau iuſtè reprobatus. *gitimè excæcatus; ita planè Eſau fuit reprobatus, idq; iuſto iudicio, propter meritum in*
illo præuiſum: hoc autem iudicium eſt occultiſſimum, quia ſoli Deo notum, cui præſentia
erant opera Eſau futura. Neq; ob id dicendum, Deum prædeſtinare aut reprobare propter
opera præuiſa; niſi reſpectu vtriuſq; finis, glorificationis ſcilicet, & condemnationis. Ad
11. *11 Dico, Deum non ideo ſuos electos prædeſtinaſſe, quia illos obtemperaturos præſciuerat,*
ſed vt obtemperarent potius ex gratuita eius motione: alios autem reprobaſſe, non quia
præuiderat eos fore rebelles; ſed quia noluit ita illorum miſereri, atq; ad ſe trahere, quali-
Particularis effectus præ-deſt: cadit ſub merito. *ter aptos nouerat propter occulta demerita, vt obedirent. Argumentum præterea probat*
particularem prædeſtinationis effectum, finem ſcilicet, cauſam habere motiuam: quod
etiam nobis probatur: quatenus ſcilicet illa cauſa, ſiue obedientia à diuina eſt gratia illu-
Quæ obedientia ſit gratia. *ſtrata atq; præparata, ſine qua nullum eſt meritum. Itaq; etſi illa obedientia ita à Deo*
præſcita fuerit vitæ æternæ cauſa meritoria; non tamen primæ gratiæ; præcedit enim ſe-
cundum naturam humanam voluntatem motio diuina, eam ſibi ſubijciens, vt inde & gra-
ta ſit, & meritoria. Proinde ſi ex fide quadam, nondum charitate formata, aliqua pro-
deat obedientia, ex qua homo ad iuſtificationem diſponitur; proculdubio in prædeſtina-
In obedientia *tionis effectibus eſt habenda. Non eſt ergo prædeſtinationis cauſa, ſed effectus. De inobe-*
dientia quoq; ſimile eſt iudicium. Etenim, etſi inobedientia reproborum, cauſa ſit merito-
ria, vnde reprobi deſerantur, ac diuino deſtituantur auxilio, meritoria quoq; ſupplicii æ-
terni; non eſt tamen meritoria, quòd in primum peccatum eos labi Deus permiſerit. Per-
mittere enim hominem habere, ſeu labi in primam culpam; ex libero arbitrio eiuſdem pro-
dire non poteſt huius permiſſionis cauſa meritoria; alioqui huiuſmodi opus præuiũ, pec-
catum eſſet cenſendum, eò quòd à Deo per culpam puniatur ſubſequentem. Sed tunc ſe-
queretur hoc abſurdum, nempè in homine antè primum peccatum, eſſe aliam culpam,
ſiue peccatum. Patet ergò, quomodò obedientia, ſiue inobedientia ſint cauſæ meritoriæ.
12. *Ad 12. Negatur ſimilitudo: adultus enim ſine ſuo conſenſu iuſtificari non poteſt, non ſic*
autem prædeſtinatus, ſiue reprobatus ſecundum Dei propoſitum, cùm nondum ſit, vt con-
ſentire,

ſentire, aut diſſentire queat. Exemplum autem illud de duobus æqualiter indignis, non fa- De prædeſtinationis gratia.
cit ad propoſitum; ſiquidem in iſtis eſt liberi arbitrij vſus, idcirco vitio illis iure aſcribi-
tur, ſi non audierint vocem inuitantis: hanc ob cauſam conqueritur dominus per prophe-
tam: Et non audiuit populus meus vocem meam, & dimiſi eos ſecundum deſideria cordis Pſal. 80.
eorum. Et in Euangelio: Volui congregare filios tuos, ſicut gallina congregat pullos, & no- Mat. 23.
luiſti. Poteſt etiam dici, quòd non fuerint æqualiter tracti ſecundum prædeſtinationis gra- Duplex tractus Dei.
tiam; quæ profectò ita ſuos trahit electos, vt non contemnant, ſed obediant. Ex quo patet
huiuſmodi exemplum nihil diuinæ aduerſari prædeſtinationi; cùm ille modus trahendi, ex
Dei, non autem ex inobedientis hominis voluntate dependeat. Neq; ob id liberum hominis
deſtruitur arbitrium; quamuis neuter eorum per motum ſolius liberi arbitrij, gratiam
poſsit promereri, aut aduocare diuinam: vterq; tamen poteſt eſſe illi impedimento, ſicut
dictum eſt à Iob: Ipſi fuerunt rebelles lumini. Sed de his alio loco erit nobis diſputandum: Iob. 24.
Quomodo ergo reprobatio cadat ſub merito: dixi.

DE GRATIA PRAEDESTINATIONIS.

QVAESTIONIS SEXTAE CAP. I.

Quod prædeſtinatio, & reprobatio imponant neceſsitatem, multis probatur argumentis.

QVoniam negotium de prædeſtinatione, atq; reprobatione, eſt valde arduum, Argumenta.
multumq; difficile, idcirco alia quoq; argumenta in medium adduxi, vt &
quanta circa idem negotium extiterit animorum diuerſitas, perſpicuum ſit,
& illius quoq; veritas magis magisq; eluceſcat. Arguunt ergo nonnulli hoc 1.
modo: Aliter, quàm Deus ab æterno præuidit non contingit fieri: ſiquidem
Deum falli, aut mentiri, eſt impoſsibile. Sed quodlibet futurũ, Deus verbo ſuo æterno præ-
uidit, erit igitur neceſſariò; aliter falleretur, quod eſt nefarium dicere. Diuina ergo præ-
deſtinatio, atq; reprobatio, neceſsitatem rebus imponit humanis. Etenim, ſicut neceſſarium
eſt fuiſſe, quod fuit; ita certè neceſſariũ eſt fore, quod futurum: Dei namq; voluntas eſt
neceſsitas. Sanè, ſi aliquid eſſet in ſola poſsibilitate ſitum; ad actum nunquam peruentu-
rum; illud planè extra Dei voluntatem cauſam haberet, quod fieri non poteſt. Conſequen-
tia patet: diuina namq; voluntas, cùm ſit immutabilis, non poteſt incipere velle producere
aliquid, quod non ab æterno voluit. Quarè, ſi aliquid eſſet in ſola poſsibilitate, ad quod ab
æterno voluntas ſeſe non determinauit diuina, cùm ad illud producendum, ſe modò deter-
minare nequeat; erit igitur extra ſuæ dominium voluntatis: quòd eſt falſum. Amplius, ſi 2.
omne ſcitum à nobis, neceſſe eſt, ſic eſſe; ergo & omne ſcitum à Deo, neceſſe eſt eſſe: Dei
enim ſcientia eſt certior noſtra. Sed Antichriſtum fore, eſt ſcitum à Deo: igitur neceſſa-
riò erit. hæc conſequentia eſt neceſſaria: Deus hoc præuidit futurum eſſe, ergo hoc erit:
ſed antecedens eſt neceſſarium, ergo & conſequens. Antecedentis neceſsitas approbatur
ab omnibus: ſed prædeſtinati ſunt ab æterno ſic ordinati, & præſciti ſimiliter; igitur ne-
ceſſariò iſta euenient. Non enim poteſt modò incipere prædeſtinare, aut prædeſtinatum,
non prædeſtinare; quia authore Paulo ad Rom. 11. ſine pœnitentia ſunt dona, & vocatio
Dei. Quòd ſi fuerit admiſſum, vitæ æternæ poſſeſsio, ſiue aſſequutio, non eſt in poteſtate
humanæ voluntatis. Iterum, quidquid eſt æternum, & mutabile, eſt omnibus modis ne-
ceſſarium. Sed prædeſtinatio, & reprobatio ſunt huiuſmodi: Qui, inquit Paulus ad Ephe. 3.
1. elegit nos ante conſtitutionem mundi, id eſt, ab æterno: Igitur prædeſtinati immutabili-
ter ſaluabuntur, & reprobi damnabuntur. Omnia ergo talia ex neceſsitate contingunt:

De prædeſtinatióis gratia. *atq; ita exſtinctum planè eſt in nobis liberum arbitrium: ſiquidem gratia Chiſti, non ſo-
lùm dat nobis velle, ſed operari, Philip. 2 hoc eſt, bonam voluntatem, & actionem eiuſdem.
In concilio Mileuitano ſtatutum eſt, pro hæreſi habendum, ſi quiſpiam dixerit gratiam
Chriſti ſaluatoris, tantummodo eſſe adiutorium; quó facilius mandata implere valeamus.
4. Ergo quod prius. Præterea credere in Chriſtum, eſt diuinæ & non noſtræ voluntatis: Ne-
mo, inquit venit ad me, niſi pater meus traxerit eum. Venire ad Chriſtum, ait Auguſtinus,
Ioan. 6. eſt credere in Chriſtum. Non dixit, qui vult venire, veniat; ſed ait, neminem ad ſe ventu-
rum, hoc eſt, crediturum, niſi cœlitus tractum. & in eodem cap. Hoc eſt opus Dei, vt cre-
datis in eum, quem miſit ille. Non dixit, hoc eſt opus veſtrum, ait Auguſtinus, ſed opus
Cap. 3. Dei, vt qui iam credit, non in ſeipſo, ſed in Domino glorietur. In epiſtola contra Vitalem, &
Credere eſt opus Dei. in primo lib. de prædeſt: Sanct: docet, quòd iſti credant, in cauſa eſt, quia in illis prępara-
tur voluntas à domino, iuſtis autem minimè. Ad Eph. 2. Gratia ſaluati eſtis per fidem, &
hoc non ex vobis, donum enim Dei eſt, & hoc non ex operibus veſtris, ne quis glorietur.
Igitur, Noſtra liberi crbitrij facultas, prædeſtinatione, atq; reprobatione nobis adimitur,
5. & aufertur omninò: quod non eſt verùm. Item, Quicunq; in præſcientia Dei, & prouiden-
tia præſciti ſunt, teſte Auguſtino de correptione, & gratia cap. 9. etiam non vocati, non-
dum nati, nondum renati, iam in Dei præſcientia ſunt filij Dei: & omninò perire non poſ-
Voluntas præparatur à Domino. ſunt. & cap. 10. Spiritu ſancto tantùm accenditur voluntas electorum, vt ideo poßint, quia
ſic velint; & ideo ſic velint, quia Deus operatur in eis, vt velint. Inter tot igitur, & tan-
tas tentationes huius vitæ, ſubuentum eſt infirmitati voluntatis humanæ, vt indeclinabili-
Certus numerus prædeſtinatorum. ter, & inſeparabiliter per diuinam gratiam ageretur. Et cap. 13. Eorum, qui in regnū Dei
ſunt prædeſtinati, ita certus eſt numerus, vt nec addatur eis quiſquam, nec minuatur ex eis.
Si hæc ergo ita ſe habent: omnia ergo neceſſariò contingunt, & nulla planè eſt noſtri pote-
Ioan. 10. ſtas arbitrij. Suffragatur huic propoſito authoritas Chriſti Ioan. 10. Ego cognoſco oues
meas, & non rapiet eas quiſquam de manu mea. Et Paul. Rom. 8. Quid ſeparabit me à cha-
ritate Dei? Si enim certus erat Paulus, quòd ſeparari non poterat à charitate Chriſti; igi-
6. tur ſciebat ſe certißimè non peccaturum. Ergo quod prius. Prædeſtinatio præterea ſecun-
dum Auguſtinum, eſt præſcientia, & præparatio beneficiorum Dei, qua certißimè libe-
rantur, quicunq; liberantur: Igitur prædeſtinatio eſt certißima, & de neceßitate ſe ...
atq; ita quod prius. Prædeſtinatio namq;, vt ipſemet dicit Auguſtinus in lib. de prædeſti-
natione ſanctorum, eſt diuina voluntas, qua ipſe ſuis dare electis vitam voluit æternam; nō
quidem propter opera præuiſa, ex humanæ voluntatis arbitrio futura, ſicut dicebant Pela-
Epheſ. 2. gia i. Ipſius, inquit Apoſtolus, ſumus factura, creati in operibus bonis, quæ præparauit
Deus, vt in illis ambularemus. Et ad Phil. 2. Operatur in vobis velle, & operari pro ſua bo-
na voluntate. Si ergo Deus ſua prædeſtinatione, fingit, creat, præparatq; omnia, inanis vti-
que eſt arbitrij noſtri poteſtas, quippe quæ illis obuiare nequit, ſed ad illorum impetum,
7. neceſſariò mouetur. Item, prædeſtinatorum liberum arbitrium tantam ſortitum eſt præ-
deſtinationis gratiam, vt ab ea diuertere nequeat: Igitur neceſſariò mouetur. Conſequentia
Adiutorium gratiæ Adæ, & noſtræ. patet, antecedens patet ex Auguſtino in lib. de correptione, & gratia, dicente, hoc inter-
eſſe inter adiutorium gratiæ datum Adæ inſonti, & adiutorium gratiæ, quod præſtatur
electis: Adæ, inquit, datum erat adiutorium, quo poſſet permanere, & non permanere in
bona voluntate ſi vellet: vt autem vellet, in eius reliquit arbitrio (dicente ſcriptura) Reli-
quit eum in manibus conſilij ſui. Nunc autem in regno Deo prædeſtinatis, non ſolùm datur
adiutorium, quo poſſunt permanere, & non permanere, ſi velint; ſed etiam datur ipſum
velle, quo permanere volunt. Tale, inquit, & tantum nunc datur prædeſtinatis adiutori-
Donum perſeuerantiæ. um, quo non niſi volentes, ac perſeuerantes exiſtant. Hæc autem Auguſtini doctrina ve-
ra nequaquam eſſet dicenda; ſi prædeſtinati ab huiuſmodi adiutorio excidere poſſent: Er-
go quod prius. Adde aliam Auguſtini authoritatem lib. 2. de bono perſeuerantiæ. Do-
num, inquit, perſeuerantiæ, quod ſolis datur prædeſtinatis, ſuppliciter quidem emereri po-
teſt; ſed cùm datum fuerit, contumaciter amitti non poteſt: Igitur neceſſariò prædeſti-
nati ſa-*

nati, ſalutem vitæ conſequentur æternæ. Tenuiſti, inquit Dauid, manum dexteram meam, & in voluntate deduxiſti me: Item, illud ex neceſsitate ſequitur, quod aliter euenire non poteſt: ſed reprobi non poſſunt credere in Chriſtum, & id aliter euenire non poteſt, dicente Ioanne 12. Propterea, inquit, non poterant credere, quia olim prædictum fuerat ab Iſa. 6. quando vidit gloriam Chriſti: Excæca cor illorum, & aures aggraua, & oculos claude, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Reprobatio ergo imponit neceſsitatem. Vnde Auguſt. de natura & gratia cap. 8. Rectè non admittitur in regno cœlorum, non regeneratus, etiam quamuis Chriſtianus non ſolùm non fuerit, ſed nec eſſe potuerit. Igitur neceſſariò iſta eueniunt.

Pſalm. 70. 8.

Auguſt.

CAPVT II.

Soluuntur Argumenta.

1. *AD hæc & ſimilia paulò antè reſponſum eſt argumenta: verùm quò clarius iſtud negotium intelligi queat, multæq; ſoluantur ſcripturarum, atq; Auguſtini perplexitates, reſponſiones has addere, non piguit. Et ad primum quidem, conceſſo antecedente, conſequentiam noſtro dicimus fauere propoſito. Ex eo enim quòd res aliter euenire non poſſunt, quàm Deus prauiderit, atq; voluerit, ex neceſsitate vtiq; non contingunt. Siquidẽ res, quibus libera ineſt facultas operandi, pro ſuo libito eas agere voluit, nullamq; impoſuit neceſsitatem agendi, imò media præſtitit, quibus liberè agere poſſent. Præterea, ſi de re in ſe ipſa, ſecundum ſenſum diuiſum intelligatur impoſsibilitas; falſum eſt antecedens, verum autem in ſenſu compoſito, ſicut iam dictum eſt. Abſurdiſsima inſuper eſſet conſequentia, quandoquidem ſimili argumento ſequeretur, nulla alia, quàm ea, quæ facta, & futura ſunt, à Deo fieri poſſe: quod planè ſcripturis aduerſatur dicentibus: Nonnè poſſum rogare patrem, & exhibebit mihi plus quàm duodecim legiones angelorum? & in lib. Sapientiæ 11. cap. Non erat impotens manus tua, alijs flagellis cadere Ægyptios. Adde, quòd ſimili argumento transmutatis terminis, conſequens eſſet, Deum, ex neceſsitate, & velle, & facere omnia. quod eſt impium dicere: Deus enim ad ea, quæ ſunt ad extra eſſentiam ſuam, contingenter ſe habet. Patet: nam per te non poteſt facere aliud, neq; velle; quàm ab æterno in ſuo verbo prauidit, atq; decreuit. Pari quoq; facilitate aliud ſequeretur abſurdum, agros ſcilicet neceſſariò coli, vineas ab hominibus plantari, quòd Deus ſic ab æterno prauiderit. Sed exhortationes tunc adhiberentur fruſtra, & conſilia ſimiliter: quod eſt falſum. Itaq; quemadmodum à diuina præſcientia quæ prauidentur nunquam eſſe futura, non impediuntur, quòminus illa abſolutè poſsibilia maneant; ita planè, & quæ ab ea futura præuiſa ſunt, non impediuntur, quòminus illa abſolutè maneant contingentia. Hoc modo ſoluitur prima confirmatio. Ad ſecundam verò dico, falſam eſſe conſequentiam: Nam etſi illud, quod nunquam erit, in Deo cauſam non habeat, qua producatur in actum; habet tamen in Deo cauſam, qua res ipſa poſsibilis poteſt in actum prodire. Etenim omnipotentiſsima Dei virtus, non maiorem, magisq; neceſſariam, ad ea, quæ ſunt futura, quàm ad ea, quæ nunquam erunt habet certè habitudinem: neq; minus potens eſt ad iſtorum, quàm ad illorũ eſſe, atq; actus producendos. Non ergo omnia ex neceſsitate contingunt. Ad 2. negatur ſimilitudo: à nobis namq; ſciuntur quæ iam ſunt in actu, & in præſentia viſus noſtri, omne quod eſt, quando eſt, neceſſe eſt eſſe: In Deo autem aliter ſe habent: nam & ab eo intuitiuè videntur, non ſolùm quæ futura ſunt, verùmetiam quæ poſſunt eſſe, & non erunt. Et cùm dicis, Antichriſtus eſt præuiſus &c. valet quidem in ſenſu compoſito, non autem in ſenſu diuiſo, ſicut prius dixi. Ad aliam confirmationem, negatur conſequentia: prædeſtinatio enim eſt voluntas prædeſtinantis, & non prædeſtinati: proinde prædeſtinatus in ſuæ manet liberæ poteſtate voluntatis: non ergo manet immutabilis: tametſi finem tandem*

Deus poteſt multa facere, quæ nō facit.

Quod non omnia neceſſariò contingũt

Poſsibile apud Deum quid ſit.

2.

ſtinatio: gratia.

prædeſtinationis ſit conſequuturus. Ad 3. conceſſo toto argumento, negatur conſequentia;
Deus namq;, quæ fiunt à nobis, vult liberè fieri: proinde permittit, vt cùm reprobi, tum
3. *etiam electi liberè agant. Ad confirmationem, verum quidem eſt, prædeſtinationem ſuis*
electis, non ſolùm bene operandi quandam elargiri poteſtatem, qua electi pro libito vti
poſſunt; verùmetiam virtutis opus, ipſumq; bonum voluntatis vſum. ſed inde non ſequitur,
Quomodo De⁹ operatur in nobis. *à noſtro libero voluntatis arbitrio hæc bona Dei opera neceſſariò recipi. Deus ſiquidem o-*
peratur in nobis, quia nimirum ſua gratia iuſtificante, facit nos libera ac ſpontanea vo-
luntate bene operari. Hoc etiam modo opera bona in nobis ſunt intelligenda eſſe dona Dei
operantis in nobis, non quidem otioſis, ſed operantibus, ex adiutorio ipſius facientis nos
facere. Gratia ergo Chriſti non aufert liberi poteſtatem arbitrij, ſed à captiuitate liberat,
4. *facitq;, vt faciat aliquis, non illo nihil agente, ſed cooperante gratiæ Dei operantis. Ad 4.*
dico, credere eſſe opus Dei, atq; noſtri quoq; liberi arbitrij. Et cùm dicitur; Nemo poteſt
Io. 6. *venire ad me &c. non ſequitur credere non eſſe noſtræ voluntatis; ſed id aſſequi non poſſe,*
ſine gratia præueniente, inuitante, atq; cooperante: Operamini, inquit, cibum qui non pe-
rit, ſed qui permanet in vitam æternam. at illi: Quid faciemus, vt operemur opera Dei?
Credere eſt opus Dei & noſtrum. *Reſpondit, hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum, quem miſit ille. Quibus inſinuauit non e-*
os oportere operari opera Dei: ex quo intelligimus credere eſſe vtriusq; opus, Dei ſcilicet,
& credentis. Vnde Aug. in epiſtola ad Vitalem: Scimus eos, qui corde proprio credunt
in dominum, ſua id facere voluntate ſuoq; libero arbitrio, ſed non ex ipſo ſine Dei miseren-
5. *tis auxilio. Ad 5. Reſpondeo cum Aug. in libro de ſpiritu & litera cap. 30. Gratia diuina*
inquit, ſeu ipſa prædeſtinatio neq; impedit liberum arbitrium hominis, ſed potius in liber-
tate confirmat hominis prædeſtinati voluntatem; neq; cogit, ſed præparat, excitat, incli-
nat, & intus docet hominum viuificandorum animas, vt conſentiant ipſi Deo peccata re-
mittenti, & iuſtificare volenti. Atq; ita Deus operatur in nobis velle, & operari ex bona
voluntate; non quòd nos nihil agamus, ſed quia facit nos liberè velle bene, & liberè ope-
Prædeſtinatio eſt in declinabilis. *rari ex bona voluntate. Et cùm dicis, prædeſtinati indeclinabiliter operantur: verùm qui-*
dem eſt reſpectu finis, non autem reſpectu eorum, quæ ſunt ad finem, in quibus pro ſua a-
nimi libertate prædeſtinatus agere poteſt; prædeſtinationis tamen finem ſortietur: quòd
6. *ſi illo priuabitur; proculdubio prædeſtinatus non erat. Ad 6. ex ſuperioribus patet ſolu-*
tio: nam & ſi, vt dixi, prædeſtinati ſecundum propoſitum Dei, certiſſimè ſaluentur; ipſi
7. *nihilominus liberè agunt, atq; ſua opera exercent. Ad 7. dico, Adæ adiutorium gratiæ*
Adiutorium gratię Adę & noſtræ. *fuiſſe conceſſum, quo homo poterat perſeuerare in bona voluntate ſi vellet; quod nihilomi-*
nus per liberum arbitrium deſerere poterat ſi vellet, & ſine quo in bono permanere non
poterat, etiam ſi vellet: ſanctis autem nunc in regnum Dei prædeſtinatis, non ſolùm hoc
Donum perſeuerantię. *adiutorium præſtatur, verùmetiam, vt per hoc donum, bonam, quam in Adam perdide-*
rant, recuperarent voluntatem, vtq; per ipſam perſeuerantes ſint. Ex hoc tamen non ſe-
quitur, quin prædeſtinati peccare non poſſint. Illud enim quòd ab Auguſtino dicitur, quòd
voluntas prædeſtinati indeclinabiliter agatur à Dei gratia, ad prædeſtinantis propoſitum
eſt referendum, quod indeclinabiliter ſe habet circa ſuos electos: firmum enim ſtat Dei
fundamentum, nouit dominus, qui ſunt eius. Ex hoc etiam patet, falſum eſſe, prædeſtina-
tos tale accepiſſe adiutorium, vt ab illo diuertere nequeant; à Deo namq; non ſiunt in bo-
na voluntate immobiles; ſed ita ſuauiter gubernantur, vt quaſi immobiles appareant. Et
cùm dicis, ergo nulla eſt diſtinctio inter adiutorium Adæ, & noſtrum: negatur. Adam
enim non erat tot malis expoſitus, quot ſumus nos, vndiq; enim quatimur: ideò maiori, atq;
continuo egemus auxilio: propterea ſubuentum eſt infirmitati noſtræ inter tot & tantas
tentationes laboranti. Ad confirmationem, authoritas Auguſtini intelligenda eſt de per-
ſeuerantia finali; quia nimirum prædeſtinatus ſecundum æternum Dei propoſitum, in fine
ſaluabitur; etiam ſi aliquando à gratia temporali exciderit, à finali tamen nequaquam eſt
8. *caſurus, ſicut patet in Paulo, aliisq; Dei electis. Ad 8. Negatur minor: Nam quemad-*
modum prædeſtinatio non aufert à prædeſtinatis agendi facultatem; ita etiam nec obdu-
ratio à re-

ratio à reprobis: non enim Deus cordis duritiam infundit, ſed iuſtè aufert gratiam, qua
recedente cor hominis induratur, aggrauatur, deniq; cœcatur. Etenim liberum arbitrium
non liberum dicitur, quia ſine gratia poßit bene viuere, à peccatis ſe eximere, atq; meri-
toriè operari: nam niſi filius vos liberauerit, veri liberi non eritis. Quomodo ergo repro-
batio non imponat reprobis neceßitatem, neq; etiam prædeſtinatio electis Dei, dixi ſatis.

CAP. III.

Prædeſtinationem, atq; reprobationem propter opera ex libero arbitrio futura diſponi.

POſtquam clarè oſtenſum eſt, noſtri libertatem arbitrij diuina prædeſtina- Argumenta.
tione, aut reprobatione non impediri: Illorum deinceps erunt examinanda
argumenta; qui ita libero fauent arbitrio; vt propter illius opera futura,
nos prædeſtinatos, ſeu reprobatos eſſe velint, idq; non ſine multarum teſti-
moniis ſcripturarum, atq; patrum ſententiis. Si, inquiunt, prædeſtinationis 1.
ordo, atq; effectus, etiam ex parte prædeſtinantis determinati ſunt, euenient ergo immu-
tabiliter: Nihil enim diuinam impedire poteſt voluntatem. ſed oppoſitum à Scripturis do-
cemur, nempè noſtram quidem ſalutem in noſtra ſitam eſſe voluntate, atq; ex ipſius mu-
tatione Dei voluntatem quodammodo mutari: prædeſtinamur ergo, ſiue reprobamur pro-
pter noſtri liberi arbitrij opera. Scripturarum autem teſtimonia, & multa ſunt, & cla- Ezechiæ ora-
ra. Iſaiæ. 38. quindecim anni, ſupra annos, quibus erat victurus ob illius preces Ezechiæ tio.
regi additi ſunt. Niniuitis parcitur, ob illorum inſignem promptamq; pœnitentiam. Pau- Iſa. 38.
lus caſtigat corpus ſuum, ne reprobus fiat: vnde ad Phil. 3. Sequor ſi modo apprehendã, & Ionæ. 3.
ad Cor. 1. cap. 10. Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Sapientiæ 4. Raptus eſt ne ma- 1. Cor. 9.
litia mutaret intellectum, aut ne fictio deciperet animam eius. Eccle. 31. Potuit facere ma- Phil. 3.
la, & non fecit: Ex quibus patet, Deum in prædeſtinando, atq; reprobando, ſuam volun- Sapient. 4.
tatem non determinaſſe, ſed velle nos agere pro arbitrij noſtri virtute: ſed tunc hoc ſeque- 1. Cor. 10
tur abſurdum, vt homines ſua ſponte bene, vel male, viuant, ſeſeq; ad iſta, vel ad illa de- Eccleſ. 31.
terminent, quod Pelagiani ſentiunt. Adde, quòd liberum arbitrium ſit vis media, teſte
Hieronymo in epiſt. ad Damaſum de duobus filiis, quibus pater ſubſtantiam diuiſit. De- Hierony.
dit, inquit, eis liberum arbitrium, & libertatem propriæ mentis, vt viueret vnusquiſq; non
ex imperio Dei, ſed ſuo obſequio, non ex neceßitate, ſed ex voluntate, vt virtus haberet
locum, vt à cæteris animantibus diſtaremus, dum permiſſum eſt nobis facere quod vo-
luerimus. Quòd ſi ita res ſe habet, igitur ad hoc, vel ad illud noſtram non determinauit
voluntatem. Poſtremò gratia Dei prædeſtinantis, eſt poteſtas bene operandi: Dedit eis po-
teſtatem filios Dei fieri, inquit Ioannes: ſed hæc poteſtas abſq; noſtro libero arbitrio, nihil Ioan. 1.
operatur: ergo quod prius. Amplius, Nemo prædeſtinationis finem conſequitur, niſi cre- 2.
diderit euangelio: quia ſine fide impoßibile eſt Deo placere Heb. 11. Sed credere euange- Credere eſſe
lio, ad noſtrum ſpectat liberum arbitrium. igitur propter opus noſtri liberi arbitrij, præ- opus noſtrũ.
deſtinati ſumus. Minor autem patet, ex Cypriano ad Quirinum ſcribente: Credendi, inquit, Cypr.
vel non credendi libertatem in arbitrio poſitam, docet ſcriptura in Deutero: 30. Ecce de- Deut. 30.
di ante faciem tuam vitam, & mortem, bonum, & malum; elige vitam, & viues. In pri-
mo quoq; cap. Iſa. Si volueritis, & audieritis. Ambroſius cap. 4. ad Rom. credidit Abra- Iſa. 1.
ham &c. Credere, inquit, aut non credere, voluntatis eſt, neq; enim cogi quis poteſt ad id, Ambroſius.
quòd manifeſtum non eſt, inuitatur, non extorquetur: quamobrem & conſentiens præmiis
eſt afficiendus, ſicut Abraham. Aug. lib. de ſpiritu & litera: Liberum arbitrium natu- Auguſtinus.
raliter homini attributum, vis media eſt, quæ vel intendi ad fidem, vel inclinari ad infi-
delitatem poteſt; viſorum ſuaſionibus agit Deus, vt ſponte credamus vocanti. Conſentire,
vel diſſentire propriæ voluntatis eſt. Adde illud Ioan. Si non veniſſem, & locutus eis non Ioan. 15.

 fuiſſem,

ſtinatio. gratia.

fuiſſent, peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo: quod plane non diceret; ſi credere non eſſet opus humanæ voluntatis. Si quis igitur diuinæ prædeſtinationis neceſſitate ita crederet; vt nulla illi ineſſet poteſtas nõ credendi: nihil ergo mereretur credendo: ergo quod prius.

Soluuntur. argumenta. 1.

Reſpondeo ad primum, atq; dico, prædeſtinationis effectus ex parte quidem Dei immutabiles eſſe; quia ſcilicet Deus non mutatur: Et cùm dicis oppoſitum à ſcripturis doceri, non approbo; ſiquidem, & Ezechiæ lachrymæ, & Pauli flagella, ac piorum opera intra prædeſtinationis effectus continentur. Perperam ergo agunt, qui opera bona contemnunt; cùm ſine illis prædeſtinationis finis haberi non poſſit.

Lachrymæ Ezechię.

lachrymæ ergo Ezechiæ ab æterno præuiſæ in prædeſtinationis ordine in cauſa fuerunt; vt plures anni illi adijcerentur.

Quomodo aliquis fit vas electionis.

Sic Paulus ſui contemplans mutabilitatem arbitrij, reprobus fieri timebat: Dei verò prædeſtinantis immobile ſuſpiciens propoſitum, dicebat: Rom. 8. Certus ſum, quòd nulla creatura poterit me ſeparare à Chriſto. Proinde, cùm à Paulo 2. Tim. c. 2. dicitur: Si quis ſe mundauerit ab omnibus his, erit vas in honorem, non eſt ita intelligendum, quòd is, qui ſecundum Dei propoſitum non fuerat prædeſtinatus, ſuis ſibi operibus prædeſtinationem acquirat; aliter Deus non eſſet omnium rerum conſcius, nec determinatè ſciret omnia: quod paulò antè confutauimus: ſed potius, vt per bona opera, ſicut dicit Petrus 2.1. certam ſuam vocationem faciat. Poteſt namq; aliquis ſecundum præſentem iuſtitiam, à ſua prædeſtinatione excidere; non autem ab ea, quæ eſt ſecundum propoſitum Dei æternum.

Quod Deus non agat ex neceſsitate.

Sed dices: licet potentia antequam exeat in actum ſit libera, poſtquam tamen exiit, non poteſt non exiſſe: igitur, ſi ab æterno ſuos Deus prædeſtinauit electos, & immobile eſt illius propoſitum; non poteſt ergo non prædeſtinaſſe: atq; ita circa hæc extrinſeca, neceſſariò ageret: quòd iam exploſum eſt. Dico, ſimilitudinem eſſe falſam: homo enim exit in actum ſibi accidentalem; Deus verò ſemper eſt in eodem actu ſuo ſubſtantiali: Quare nulla in ipſum mutatio cadit, aut neceſſitas; quandò aliquem nouum producit effectum, non noua quidem, ſed æterna ſua voluntate. Neq; ita eſt artatus ad effectum huiuſmodi producendum, quin poſſit non producere; cùm contingenter ſe habeat ad extra: ſicut ſæpè dictum eſt.

Dei voluntas eſt determinata.

Et cùm dicis, Dei voluntatem, ad opera per liberum noſtrum arbitrium futura indeterminatè ſe habere, eandemq; nobis hanc determinandi facultatem conceſſiſſe; vt quiſq; ſua ſponte ſeſe determinare queat: ſalſum eſſe affirmo; quandoquidem ab æterno ſit Dei voluntas determinata: voluerítq;, vt entia libera, pro ſua agant naturæ libertate. Porrò noſtrum liberum arbitrium, abſq; Dei gratia intus operante, ad bonum operandum ſeſe inclinare, aut determinare non valet. Inclina, ait cor meum in teſtimonia tua, Pſal 118. ſcriptura autem Eccle. 7. Deus fecit hominẽ rectũ, & reliquit eum in manu conſilij ſui:

Reliquit hominem in manu conſilij ſui

ſtatui conuenit, in quo non erat homini pugnandũ intus & foris, ſicut modo quotidie pugnamus. Adam ergo relictus eſt in manu conſilij ſui, quia in illo ſtatu beatiſſimo, & ſcientiã habebat diſcernendi, & liberam operandi poteſtatẽ.

Liberum arbitrium vis media.

Erat ergo tum temporis liberum arbitriũ vis neutra: poſt verò Adæ peccatum, natura prona eſt ad malũ, vndiq; impulſa, atq; agitata: intus pugna, & foris bella; vnde illã medietatẽ retinere nõ valet. Verum diuino luminis auxilio freta, atq; ſaluatoris gratia adiuta, vim illam recuperauit, imò perfectiorem, fortioremq; virtutis ordinem conſcendit: nempe, vt bonum potius, quàm malum velit. Ad hunc modum Theologorum ſententiæ ſunt intelligendæ. Ad vltimam confirmationem dico, gratiam Chriſti in prædeſtinatis, non ſolùm eſſe gratuitum ſpiritus ſancti donum, quo anima exit in actum, verùm etiam actus, & motus animæ cùm intellectiuus, tum etiam appetitiuus, ſiue volitiuus. Eſt enim præueniens, & cooperans in nobis; vtpotè motus voluntatis, quò voluntas eſt mota tantùm, & non mouens: deinde mouens, & mota.

Aug. de gratia Chriſti.

vt velimus (inquit Auguſt.) Deus operatur in nobis, ſine nobis: cùm autem volumus, & ſic operamur, vt volumus, nobiſcum cooperatur Deus.

Gratia Chriſti non naturalis poſsibilitas.

Non ergo gratia Chriſti eſt ſola poſſibilitas, (vt dicunt Pelagiani.) Etenim ſi gratia Chriſti eſſet naturalis poſſibilitas, Chriſtus ergo gratis mortuus eſſet, quod ab Apoſtolo reprehenditur 2. ad Gal. Deus ergo non ſolùm operatur in nobis virtutẽ, qua prom-

pti ſumus

pti ſimus ad bene operandum, verùm etiam actum, motumq; quo benè operari volumus: qui planè actus, ſeu primus motus, quamuis in noſtræ non fuerat poteſtate voluntatis; in eius tamen eſt poteſtate, quatenus eſt cœlitus adiuta: proinde eidem motui, & præbere poteſt aßenſum, & negare; præſertim reluctante concupiſcentia, atq; ad contrarium animam trahente. Sed de his ſuo loco latiùs dicemus. Ad 2. negatur minor, In poteſtate, 2.
inquit Auguſt. lib. retractationum 1. cap. 22. hominis eſt credere, & mutare voluntatem ſuam in melius, & facere arborem bonam: ſed ea poteſtas nulla eſt, niſi detur à Deo, de qua dictum eſt: Dedit poteſtatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius. 1. Ioan. 1.
Vtrumque ergo videlicet & credere, & benè operari noſtrum eſt, propter arbitrium voluntatis: & vtrumq; Dei opus eſt præparatum in nobis per ſpiritum fidei, & charitatis. Ex hac ergo Auguſtini ſententia, tota illa ſoluitur quæſtio, vt nullus ſit relictus dubitationi locus. Credere quomodo eſt noſtræ poteſtatis
Lib. quoq; eodem, cap. 9. Voluntas eſt, inquit, qua peccatur, qua creditur, & rectè viuitur, quamuis & ipſa neq; credere, neq; rectè viuere valeat, ſi non eam Dei miſerentis gratia præueniat. Itaq; actus credendi, eſt à Deo, veluti à principio præueniente, præparante, atq; mirabiliter corda hominum penetrante, actumq; credendi in anima operante; à voluntate hominis, veluti à cauſa mota, & mouente; ab intellectu ſicut à cauſa eliciente, atque exequente ipſum credulitatis aſſenſum. Ab auditu, ſicut à cauſa ſine qua non, à nunciis verbi Dei, per quos percipimus verbum veritatis. Infidelitas quomodo eſt peccatum.
Quòd autem aliquis non credat in verbum Dei, in cauſa eſſe poteſt, quòd vſu careat liberæ voluntatis; ſicut contigit paruulis; aut quia magiſtrum non habet, à quo poßit doceri: damnabitur tamen: Theſ. 2. 1. Si 2. Theſ. 2. 1.
iuſtum erit (ait Apoſtolus) apud Deum retribuere tribulationem iis, qui vos tribulant, & vobis, qui tribulamini requiem nobiſcum, in reuelatione Domini Ieſu de cœlo cum angelis in flamma ignis dantis vindictam iis, qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt euangelio. Et Auguſtinus de natura & gratia, cap. 8. August.
Iuſtè damnantur etiam hi, qui fidem Chriſti audire non potuerunt, quia non habuerunt, à quo audirent. Et iterum, rectè non admittitur in regnum cœlorum non regeneratus, etiam quamuis Chriſtianus non ſolùm fuerit, ſed nec eſſe potuerit. Aut quia audit quidem verbum Dei, non tamen credit. Illorum infidelitas non eſt peccatum, ſed cum peccato: Iſtorum autem, ſine dubio peccatum eſt; quia ſi locutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent Ioan. 15. Etenim tria in homine inueniuntur, nempe liberum arbitrium, gratia, & peccatum; quorum duo ſine primo, meritum, aut demeritum non habent. Tria ſunt in homine.
Patet ergo quomodo credere, Dei opus ſit, & noſtri quoq; arbitrii diuinitus attracti, atq; adiuti: cætera autem, quæ ad arbitrij negotium ſpectant, alio tempore ſunt nobis dicenda. Nunc nobis reliquum eſt, non ignorare, quis ſit liber vitæ, ſeu diuinæ prædeſtinationis propoſitum.

Qvaestionis Septimae. Cap. I.

Liber vitæ quid ſit.

CVM perſuaſum nobis eſſe putem, certum eſſe prædeſtinatorum numerum, operæpretium erit intelligere, an idem ſit prædeſtinatio, quod liber vitæ, ſeu liber viuentium, de quo deleri reprobi dicuntur. Auguſtinus lib. 20, cap. 15. de ciuit. dicit, librum vitæ eſſe præſcientiam Dei æternam, in qua quidam ſunt ſcripti, & præordinati: de quibus Apoſtolus ad Philip. 4. Quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ. Et Lucæ 10. Nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis, hoc eſt, in æterna Dei præordinatione. Liber vitæ quid. Philip. 4. Lucæ 10.
Deleri verò de hoc libro bonos, iuxta Ambroſii ſententiam, ad Roman. 9. quod ſecundum iuſtitiam Dei videntur deleri, cùm peccant, cùm interim iuxta præſcientiam Dei nunquam fuerint ſcripti. Quòd ſi roges, quomodo aſcripti fuiſſent antequam peccaſſent, ſi nunquam aſcripti? Reſpondet Ambroſius, duplicem eſſe librum, alterum ſecundum præſcientiam, alterum ſecundum præſentem iudicis iuſtitiam: Ambro. ponit duos libros.

iuxta

De libro vitæ.

iuxta vtiq; duplicem Dei actionem, alteram, quæ ordinat per ineffabilem electionẽ quoſdam electos in vitam: alteram, quæ ordinat, vt hic, aut ille, ad iuſtitiam vitæ aliquando perueniat, & ſi in illa perſtiterit vſq; in finem, ad vitam æternam perueniat. hæc autem prædeſtinatio, ſiue ordinatio, eſt ſecundum præſentem meritorum iuſtitiam, ſecundum quam aliqui deleri dicuntur. Deleantur de libro viuentium (ait Dauid Pſal. 68.) & cum iuſtis non ſcribantur. Aliquando enim (ait Auguſtinus) illic ſcripti erant errantes: Fratres non ſic accipere debemus, quòd quenquam Deus ſcribat in libro vitæ, & deleat illum. Prædeſtinauit omnes antè conſtitutionem mundi, regnaturos cum filio ſuo in vita æterna. hos quos ſcripſit, ipſos continet liber vitæ. In Apocalypſi dicitur 20. quòd omnes conſentient Antichriſto, qui non ſunt ſcripti in libro vitæ agni. Proinde ſine dubitatione, non erunt conſenſuri, qui ſcripti ſunt. Iſti ergo quomodo inde delentur, vbi nunquam ſcripti ſunt? hoc dictum, ſecundum ſpem ipſorum, quia ibi ſe ſcriptos putabant. Deleantur ergo, hoc eſt, illis conſtet, non ibi eſſe ſcriptos: ſecundum autem æquitatem tuam, cùm iuſtis non ſcribantur. lib. 20. de ciuit. cap. 14. exponens illud Apocal. 20. Et libri aperti ſunt, & liber vitæ vniuſcuiuſq;: Quædam vis, inquit, eſt intelligenda diuina; qua fiet, vt cuiq; opera ſua, vel bona, vel mala cuncta in memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur, vt accuſet, vel excuſet ſcientia cõſcientiam, atq; ſimul, & omnes, & ſinguli iudicentur. Quæ nimirum vis diuina libri nomen accepit. In ea quippe quodammodo legitur, quidquid à faciente recolitur. Et cap. 15. Et qui (inquit Apocal. 20.) non ſunt inuenti in libro vitæ ſcripti, miſſi ſunt in ſtagnum ignis. Non Deum liber iſte commemorat (inquit Augu.) ne obliuione fallatur; ſed prædeſtinatio ſignificatur eorum, quibus æterna dabitur vita. Neq; enim neſcit eos Deus, & in hoc libro legit, vt ſciat; ſed potius ipſa eius præſcientia de illis, quæ falli non poteſt, liber eſt vitæ; in quo ſunt ſcripti, id eſt, præcogniti. hom: 18. in Apocal. Libri aperti, duo ſunt teſtamenta, quia ſecundum vtrumq; teſtamentum iudicabitur liber vitæ, memoria operum noſtrorum. Primus ergo eſt præſcientia Dei, ſecundus operum noſtrorum memoria. In Apocal 3. Qui vicerit non delebo nomen eius de libro vitæ: ergo qui non vicerit, delebo. intellige, ſicut dixi: & cap. 13. Et adorauerunt beſtiam omnes, qui habitant terram, quorum non ſunt ſcripta nomina in libro vitæ agni, hoc eſt, in cœlo: qui verò adorauerunt, in terra: Ierem. 17. Recedentes à te in terra ſcribentur. Itaque iſte liber eſt præſcientia Dei, & beatæ certitudo prædeſtinationis; ſicut dictum eſt ad Danielem 12. Et in tempore illo ſaluabitur populus tuus, omnis qui inuentus fuerit ſcriptus in libro. Quorum nomina ergo non ſunt ſcripta ab origine mundi in libro vitæ agni, qui occiſus eſt. Et eſt ſenſus, non fuerunt in propoſito Dei ab ipſa origine mundi, videlicet quando creatis primis hominibus, benedixit illis, & ait: Creſcite, & multiplicamini. Quos ergo illa iuſsit benedictione naſci, omnes, & ſoli in libro vitæ ſunt ſcripti. Qui rectè dicitur liber vitæ agni, quia eius pretioſi ſanguinis pretio, prædeſtinationis finem conſequentur. Moyſes in Exodo cap. 32. Dele me, inquit, de libro, quẽ ſcripſiſti: Quod Ambroſius lib. 3 de ſpiri. ſancto cap. 11. Diuinum, inquit, non deletur oraculum, non deletur ſpiritus ſanctus; ſed aduerſatur impias mentes: non deletur gratia, ſed iniquitas. Quia ſcriptum eſt Iſa. 43. Ego ſum, qui deleo iniquitates tuas. Moyſes ergo non eſt deletus, quia non habebat iniquitatem, ſed gratia profluebat. Et Hieronymus ad Algatiam quæſtione 9. Quare, inquit, Apoſtolus, qui dixerat, Roman. 8. Quis ſeparabit nos à charitate Chriſti. poſtea ſub iureiurando confirmat, Roman. 9. Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis Quæ eſt iſta inaudita prudentia, vt pro charitate Chriſti, nolit habere Chriſtum? Idem eſt, quod Moyſes dixit, Dele me de libro, quem ſcripſiſti. Perire volebat Apoſtolus non in perpetuum, ſed in præſentiarum. Liber ergo vitæ ſecundum quandam metaphoram, Deo tribuitur, ſecundum, inquam, ſimilitudinem à rebus acceptam humanis. Siquidem mos eſt apud homines: vt qui ad aliquod munus, ſiue officium deliguntur, in libro conſcribi, vt milites, vt conſiliarij, qui Patres olim Conſcripti dicebantur. Quoniam autem prædeſtinati à Deo, ab eodem deliguntur;

Pſal. 68.
Auguſt.
Delere de libro vitæ.
Liber vitæ vniuſcuiuſq;.
Liber vitæ præſcientia Dei.
Liber vitæ agni.
Moyſes vult deleri de lib.
Ambro.
Hieron.
Liber vitæ metaphoricè dicitur.

tur; hac de cauſa liber vitæ aliud eſt nihil, quàm ipſa prædeſtinatorum conſcriptio, ſiue De libro vitæ.
Dei notitia, qua firmiter retinet ad vitam æternã nonnullos prædeſtinaſſe. Etenim quem-
admodum libri ſcriptura, ſignum quoddam eſt eorum, quæ facienda ſunt; ita planè Dei
notitia, quoddam apud illum eſt ſignum eorum, qui ad vitam perducendi ſunt æternam.
Sic enim dictum eſt ab Apoſtolo 2. Tim. 2. Firmum fundamentum Dei ſtat, habens ſi- Nouit Dominus ſuos.
gnaculum hoc: Nouit Dominus qui ſunt eius. Eſt autem hic vitæ liber non eorum, quæ
homini conueniunt ſuaptè natura, ſed reſpectu finis vltimi, qui facultatem excedit huma-
nam, ad quam quiſpiam eligi dicitur. Cum autem diuina gratia ad vitam ordinetur æter-
nam, veluti ad finem; idcirco liber vitæ, non ipſam intuetur, vt finem, ſed vt medium, à
quo ineſt homini poteſtas diuertendi. Quare ſecundum præſentem gratiam in libro vitæ Liber vitæ reſpicit finem.
aliquis ſimpliciter ſcriptus cenſendus non eſt, niſi ad vitam ſcriptus fuerit æternam. Ex
quo patet, quomodo aliquis de libro vitæ deleri dicatur; cùm vtiq; à gratia exciderit, per Quid ſit deleri de lib. vitæ
quam vita æterna dignus putabatur; non quòd deleatur de Dei præſcientia, in qua ſcri-
ptus non erat ad vitæ æternæ hæreditatem poſſidendam. In Pſal. 138. legitur: In libro tuo
omnes ſcribentur. Quod Hilarius ſic interpretatur: Orat Dominus Ioan. 17. inquit, vt in li- Hilarius.
bro Dei ſui ſcribantur electi: nam maioris eſt dignitatis in libro Dei, quàm in libro viuen-
tium ſcribi, de quo delentur peccatores, qui nunquam ſcripti fuerant in libro Dei, nam in
illo iuſti tantùm ſcribuntur: propterea dictum eſt Pſal. 68. Deleantur de libro viuentiũ, In libro tuo omnes ſcribentur.
& cum iuſtis non ſcribantur: Non intrent in iuſtitiam tuam. Excluſi ergo à iuſtitiæ in-
greſſu, neceſſe eſt à libro viuentium deleri. Scripti enim erant in Abrahæ benedictioni-
bus, Gen. 15. cuius ſemen ſicut ſtellæ cœli, & ſicut arena ad oram littoris abundaret. A
quo libro, cùm populum deleri Moyſes conſpiceret, ſiue metueret, ſe primùm delendum,
orauit. Erant ergo illi ſcripti in libro viuentium, qui antea ſine vlla Chriſti cognitione piè
legem colebant, in qua, qui ſeruabat legis præcepta, viuebat in illis. In libro autem iuſto-
rum ſcribuntur, quibus, teſte Apoſt. 1. Corint. 1. Chriſtus iuſtitia factus eſt: Iuſtus enim Liber viuentium.
ex fide viuit. Rom 1. Deleti ſunt ergo Iudæi de libro viuenti, dum aufertur ab eis regnum
Dei, & datum eſt Genti, quæ ſcripta eſt in libro iuſtorum. Sanè qui à Dauide dictus eſt Liber iuſtorũ
liber iuſtorum; à Ioan. vocatur liber vitæ agni. Liber ergo viuentium exſtitit ante Chri-
ſti aduentum, in quo Prophetæ, & Patriarchæ ſcripti erant, de quo Moyſes deleri cupie-
bat; non autem de libro iuſtorum, de quo nemo deleri poteſt: quia certus eſt numerus in
manu Dei exiſtens, Sicut ſagittæ in manu potentis. Similis ergo orandi affectus (ſecun-
dum Hieronymum) fuit in Moyſe, qui & in Paulo. Sed dices, quomodo Pſal. 138. dicitur Pſal. 138.
in libro Dei ſcribi omnia? Dico de ſimplici Dei cognitione loqui, qua omnia, quæ ſunt,
atque eſſe poſſunt, intelligit. Oſtendit enim Propheta quàm facilè ſit Deo, hominem co-
gnoſcere; cùm etiam numerum creaturarum, antequam crearentur, ſciuerit, vt quæ in li-
bro eius, & memoria ſcribantur: Rabi Salomon refert ad omnes creaturas, quarum nu- Rabi Salomõ.
merum certum, ac cognitum Deus habet. Chaldaica æditio ſic habet: Corpus meum vi- Chal. æditio.
derunt oculi tui: & in libro memoriæ tuæ omnes dies ſcripti ſunt, in die qua creatus eſt
mundus à principio. Oſtenditur ergo innauigabile diuinæ ſapientiæ pelagus, infinitaque,
& indefatigabilis ſcientia, quæ omnes creaturas in exordio cognitione ſua prouenerit, vt
habuerit ante oculos omnem rem creandam, & viderit, ac ſcierit numerum creandorum.
Sed dubitabit aliquis, quòd liber vitæ non ſit prædeſtinatio. Liber vitæ eſt nouum, & ve-
tus teſtamentum, teſte gloſ: in illud Eccle. 24. Omnia hæc liber vitæ, hoc eſt, nouum, &
vetus teſtamentum: Sed prædeſtinatio non eſt nouum, & vetus teſtamentum: igitur non Argumenta.
eſt liber vitæ. Ex Auguſtino quoq; (vt paulò antè dixi) intelleximus, quod ſit vis quædã 1.
hominum mentibus infuſa: ſed illa nequaquam prædeſtinatio eſt appellanda: ergo. Ad-
de, quod ſi prædeſtinatio eſt liber vitæ: igitur reprobatio erit liber mortis, quod tamen in
ſcripturis non inuenimus: Ergo quod prius. Amplius, liber vitæ dicendus eſt potius liber
vitæ Dei, quàm prædeſtinatorum. Nam ſi Deus per ſuam vitam cognoſcit omnem aliam
vitam: liber ergo vitæ præcipuè dicitur reſpectu vitæ diuinæ. Adde, quòd quemadmodũ 2.

vita gloriæ eſt à Deo; ita planè, & vita naturæ. Si igitur notitia vitæ gloriæ, liber vitæ
appellatur; & notitia quoque naturæ ſimiliter dicetur. Denique aliqui eliguntur ad grati-
am, non autem ad gloriam, ſicut dicitur Ioan. 6. Nonnè ego duodecem vos elegi, & vnus
ex vobis diabolus eſt? Sed liber vitæ, ſicut dixi, eſt conſcriptio electionis diuinæ: Eſt
ergo etiam reſpectu vitæ gratiæ, & non gloriæ tantùm. Item, nemo deleri poteſt de li-
3. bro vitæ; patet ex Auguſtino cap. 15. lib. 20. de ciuit. Dei: Liber vitæ, inquit, eſt præ-
ſcientia Dei, quæ falli non poteſt: igitur, ſicut à præſcientia, atque prædeſtinatione, nemo
ſubtrahi, aut auferri poteſt; ſic neque à libro vitæ deleri. Sanè, quidquid eſt in aliquo, eſt
in eo per modum eius in quo eſt. Sed liber vitæ, eſt quid æternum, & immutabile: Quid-
Soluuntur argumenta. quid ergo eſt in eo, eſt immobile, atque indelebile. Deletio præterea ſcripturæ opponitur:
ſed aliquis non poteſt de nouo ſcribi in libro vitæ: ergo neque inde deleri. Reſpondeo ad
1. primum, atque dico: librum vitæ bifariam intelligi poſſe, vno quidem modo, eorum, qui ad
vitam electi ſunt, conſcriptionem, ſicut modò loquimur: alio autem modo, conſcriptio-
nem eorum, quæ in hac vita aguntur. & hæc quidem duplex eſt: vel agendorum; atque
ita nouum, & vetus teſtamentum liber vitæ appellatur: vel ſicut iam factorum; & ſic
eſt illa vis diuina, qua fiet, vt cuilibet in memoriam reducantur facta ſua, vocaturque li-
ber vitæ. hoc etiam modo liber militiæ appellatur, in quo delecti ad militiam milites ſcri-
buntur: aut in quo traditur ars militandi: vel in quo recitantur facta militum. ex hoc pa-
tet ſolutio. Ad confirmationem 2. Dico non eſſe conſuetudinis ſcripturarum, vt qui repu-
2. diantur, in libro conſcribantur. Ad 2: vita diuina, etiam prout eſt vita gloriæ, eſt Deo
naturalis, proinde reſpectu illius non cadit electio, nec conſequenter liber vitæ. Non e-
nim dicimus, quòd aliquis homo eligatur ad ſenſum habendum, aut ad illa, quæ naturam
conſequuntur. Ex hoc autem patet ſolutio primæ confirmationis. Siquidem reſpectu vitæ
naturalis, non eſt electio, neque liber vitæ. Ad vltimam autem dico, vitam gratiæ, finis
rationem non habere, ſed eius potius, quod eſt ad finem. Ad vitam enim gratiæ non di-
citur aliquis eligi, niſi quatenus huiuſmodi vita ordinatur ad gloriam: hac de cauſa, qui
habent gratiam, & ab illa excidunt, non ſimpliciter, ſed ſecundum quid electi ad glori-
am eſſe dicuntur: ſimiliter & in libro vitæ ſcripti cenſentur; quatenus ſcilicet de eis in
notitia diuina exiſtit, quòd ſint aliquem ordinem ad vitam æternam, ſecundum gratiæ
3. participationem, habituri. Ad 3. ex ſuperioribus ſæpius replicatis patet reſponſio ſatis;
deletio namque non refertur ad librum vitæ ex parte diuinæ præſcientiæ; ſed ex parte
potius præſentis gratiæ, ſiue iuſtitiæ. Ad confirmationem, quamuis res in Deo ſint im-
mutabiles; in ſeipſis tamen mutabiles ſunt, quibus conuenit deletio. Ad aliam confir-
mationem dico, eodem modo aliquem deleri de libro, quo planè, & ſcribi: nam ſi ibi ve-
rè, ac ſimpliciter fuiſſet ſcriptus; nullo vnquam tempore deleri potuiſſet: Etenim oues
Ioan. 10. meæ, quæ audiunt vocem meam, nemo poteſt eas rapere de manu mea: Pater meus, quod
dedit mihi, maius eſt omnibus, & nemo poteſt eas rapere de manu patris mei. Magna
dilectio patris, & filij, & ſpiritus ſancti circa oues ſuas, quas ſcripſit in libro vitæ, de
qua deinceps diſputabimus.

QVAESTIONIS OCTAVAE. CAP. I.

De amore Dei.

ET ſi Deus omnia diligat, nihilque odio habeat eorum, quæ ab ipſo condita
ſunt; præcipuè tamen diuini vis amoris in ſuorum prædeſtinatione electo-
rum clariſſimè, latiſſimeque patet. Quapropter poſtquam de innauigabili
prædeſtinationis pelago, cimbam noſtræ paupertatis, vento diuinæ gratiæ
ſpirante, extraximus; de Dei amore, quo Deus proſequitur ſuos, diſputare
Quod in Deo ſit amor. libet: tametſi, & in 2. lib. vbi de amore ſpiritus ſancti locuti ſumus, aliquid ſcripſiſſe re-
corde-

De amore Dei.

cordemur. Porrò, Deo amorem ineſſe, omnibus modis eſt neceſſarium; primus enim voluntatis motus, atq; cuiuſlibet appetitiuæ virtutis, eſt amor; ideóq; omnes alij motus appetitiui, amorem, quaſi primam radicem præſupponere videntur. Nullus namq; aliquid appetit, niſi bonum amatum: neque gaudet aliquis, niſi de bono amato. Odium quoque inde proficiſcitur, quod ſcilicet rei amatæ aliquid aduerſetur. Similiter & triſtitia, & alia huiuſmodi, in amorem, veluti in principium primum, primamq; radicem referuntur. Ex quo patet, amorem à voluntate ſeparari non poſſe; ſed in Deo voluntatem eſſe, circa finem 3. libri, abundè oſtendimus: in ipſo ergo amorem eſſe, dubium nullum eſſe poteſt.

Voluntas non poteſt eſſe ſine amore.

Sanè, actus voluntatis in bonum per ſe tendit, in malum verò per accidens; quatenus ſcilicet bono aduerſatur: proinde actus voluntatis, qui bonum intuentur, his, qui malum reſpiciunt, priores ſint, neceſſe eſt: vtpotè gaudium prius eſt triſtitia, & amor odio. Semper enim quod eſt per ſe, prius eſt eo, quod eſt per accidens. Adde, id eſſe naturaliter prius, quod eſt magis commune: idcirco prius ad verùm commune, quàm ad particularia quædam vera, intellectus ordinem habet. Sed amor reſpicit bonum in communi, alij verò actus voluntatis, ſub quodam delectu, ac particulari proprietate; vtpote gaudium, & delectatio, bonum præſens, abſens verò deſiderium, & ſpes: eſt ergo prior in ordine, & radix cæterorum.

Amor eſt primus actus voluntatis.

Ex hoc autem perſpicuum eſt, eò amorem eſſe potentiorem, quò bonum extiterit fortius; magis enim mouet voluntatem: ſed bonum, diuinam mouens voluntatem, eſt infinitum, eſſentia diuina ſcilicet: igitur, & amor voluntatis diuinæ eſt infinitus. Non temerè autem dictum eſt à philoſophis, amorem Deorum, eos feciſſe fœcundos: Deus ſiquidem infinitus, dum ex amore producit creaturam, ſuam quodammodo egreſſus eſt infinitatem, diligens rem finitam, actu nihilominus infinito. E contrà creatura actu finito, Deum diligit obiectaliter infinitum; proinde eum tantùm diligere nequit, quantùm & ab eo diligitur. Præclarè à Dionyſio dictum cap. 4. de diuinis nominibus, à Deo omnia diligi, quia ſcilicet natura bonus: Omnibus, inquit, bonum eſt deſiderabile, & amabile; ipſius enim gratia, & inferiora, conuerſionis ratione, præſtantiora amant, & paria, ſocialiter æqualia diligunt: Et præſtantiora, minoribus prouidendo, amore iunguntur: & omnia quæcunq; faciunt, boni deſiderio & faciunt, & volunt.

Diony.

Deus amat omnia qui bonus.

Confidenter id quod veriſſima ratione dicimus, quod ipſe etiam author omnium pro bonitatis magnitudine, omnia amat, omnia facit, omnia perficit, omnia continet, conuertitq; omnia. Eſt autem diuinus amor bonus, boni, propter bonum. Ipſe autem author beneficus. Entium amor (cùm antea in bono excellenter eſſet) nequaquam ipſum in ſeipſo manere infœcundum permiſit; ſed ipſum ad operandum mouit per excellentiã cuncta gignentem.

Amor Dei quid ſit.

Amor Dei eſt fœcundus.

Addit deinde diuini amoris virtutem. Facit, inquit, diuinus amor extaſim, quia amatores ſui iuris eſſe non ſinit. vnde ſcribit diuinus Ignatius: Amor meus crucifixus eſt: & Paulus ille magnus, cùm diuino amore flagraret, exceſſiuæ illius virtutis particeps factus, ſacro ore, Viuo, inquit, iam nõ ego, viuit verò in me Chriſtus.

Ignat. Amor meus crucifi.

Viuo iam nõ ego.

Tanquam verus amator mentis exceſſum patiens, non ſuam, ſed amatoris vitam vt valde diligibilem viuit. Audebimus & id pro veritate loqui, quòd ipſe quoq; author omnium, pulchro & bono amore omnium pro amatoriæ bonitatis magnitudine extra ſe fit, ad omnia quæ ſunt, prouidentiæ multiplicis pertingẽdo ratione: & veluti bonitate, ac dilectione, & amore mulcetur, & ex ſupremo illo ſtatu, quo ſupra omnia, & ab omnibus exceptus eſt, ad id, vt inter omnia ſit, excedente illa ſuperſubſtantiali virtute ſua, qua nuſquam à ſe progreditur, ſemet dimittit. Quocirca zelotem ij, qui diuina probè callent, appellant; vt vehementem ad ea, quæ ſunt clementer amanda, & vt ad zelum excitantem amatorij ipſius deſiderij, & vt ipſum quoque amoris deſiderium appetibile monſtrantem, per quem, & quæ deſiderantur ſunt expetenda, vt & qui eorum, quæ prouidentia reguntur, zelotes ſit, eaq; pariter illi in amore ſint.

Quare Deus vocantur zelotes.

Amor ergo in pulchro, & bono ſedem antea fixit, ac pulchri & boni gratia eſt, & fit. hic autem amor, ſibiipſi prouocator exiſtens, dilectio nominatur; vt quis ſit mouens ſimul, & prouehens virtus ad ſeipſum, veluti qui ſit ſuimet per ſeipſum expreſſio; & eximiæ

Dilectio.

illius coniunctionis benignus proceſſus, atq; amatorius motus, ſimplex, ſe mouens, per ſe operans, qui antea erat in bono, & ex bono ſubſtantijs emanans, ac rurſus ad ſe bonũ conuertens; in quo quidem quòd fine careat atq; principio diuinus amor, excellenter oſtendit, veluti circulus ſempiternus, propter bonum, & ex bono in bono, & ad bonum certa & nuſquam operante glomeratione circuiens, & in eodem, ac ſecundum idem, & procedens ſemper, & manens, ac remeans. Hæc ille diuinus protulit Dionyſius. Simile quiddam eſt apud Platonem 4. de legibus: Vbi ait, Deum, dum vniuerſa luſtrat in orbem, omnia interim via recta peragere. Vbi ſanè dicit, Deus ſecundum naturam circuitum agens, via recta peragit, id eſt, naturalis, & prima Dei actio verſatur circa ſeipſum intelligendum, atq; amandum. Ex hoc autem circulo linea recta ſuboritur, dum videlicet ſe intelligens, intelligit, & efficit omnia: quæ ne ſint ſparſa, ad ſeipſum colligit, vt vnde exeunt, flumina redeant; quælibet namq; res ſuo coniuncta principio, diuturnior eſt, atq; firmior. Diffinit poſtea quid ſit amor: Eſt, inquit, amor naturalis quædam inſitiua, commiſcensq; virtus, ſuperiora quidem mouens ad inferiorum prouidentiam, æqualia verò ad ſocialem ſui inuicem communionem, ac poſtremo loco inferiora adigens, vt ad potiora, & ſublimiora cõuertantur. Et eſt ſenſus, Amor eſt nexus, quo ad inuicem omnia coniunguntur, quo omnia compaginantur, & conſtant. Si itaq; amor eſt circa pulchrum, & bonum, circulus ſempiternus, ad ſe omnia trahens; in Deo ergo non ſolùm eſt amor, ſed eſt ipſemet amor, fons amoris; quia ſcilicet eſt ipſummet pulchrũ, ſiue pulchritudo, bonitas, radix dilectionis, circulus immortalis, Deus vnus, & omnia. Plato in Phædro, & Phædrus in conuiuio, non modò Deum, ſed magnum Deum appellat. & Agathon ibidem omniũ Deorum beatiſſimum. Eſt enim amor (vt ait Socrates in conuiuio) pulchritudinis deſiderium: omnia autem pulchrum, & bonum appetunt: omnia ergo, hunc diuinum amorem habere deſiderant. Et reuera id magno nobis poteſt eſſe argumento, verum amorem in Deo inueniri, cùm ſemper inquietum ſit cor noſtrum, quouſq; in ipſo requieuerit. Sanè illius amplexum infatigabili deſiderio quærimus, vnionem deſideramus. Proinde Plato ſeptimo de repub ait: Theologũ aſcendere vſq; ad principium vniuerſi, tangere ipſum, atq; tenere. Tactus autem iſte non ſenſu fit, ſed intellectu, teſte Plotino enn: 3 lib. 7. cap. 6. Sicut, inquit, Senſus omnes, tactu quodam rem percipiunt ſentiendam; ita intelligentia, imò multò magis, cognoſcendo tangit; cùm res penetret earum intima diſcurrendo, quod non efficit ſenſus. Quare quatenus tangit Deum intellectualiter, formaliter perficitur à Deo. Quæ enim intelligentia in nobis fieri poteſt, niſi tangamus? Mercurius ait, ex mente, atq; Deo, vnum ſpiritum coaleſcere. Iamblichus 1. de myſterijs Ægyptiorum. Ante omnem rationis vſum, ineſt naturaliter inſita nobis Deorũ notio; imò tactus quidam diuinitatis melior quàm notitia. Aug. lib. 14 de trin: cap. 15. Omnis lex iuſta deſcribitur in libro lucis illius, quæ veritas dicitur, & in cor hominis, qui operatur iuſtitiã, non migrando, ſed tanquam imprimendo transfertur, ſicut imago ex anulo, & in ceram tranſit, & anulum non relinquit. Qui verò non operatur, & tamen videt quid operandum ſit, ipſe eſt, qui ab illa luce auertitur, à qua tamen tangitur. Qui autẽ nec videt quemadmodũ ſit viuendũ, excuſabilius quidẽ peccat, quia nõ eſt tranſgreſſor cognitæ legis, ſed etiã ipſe ſplendore aliquoties vbiq; præſentis veritatis attingitur, quãdo admonitus cõfitetur. hæc autẽ vnio, ſiue adhæſio, Dei amore conficitur; quo inſtigãte, atq; trahente, anima multitudinẽ omnẽ exuit, ad ſenſum, & rationẽ, & intelligentiã pertinentẽ. Sic autẽ ſoluta, iam tota ſurgit in vnitatẽ ſuam, per quã cum ipſo vno rerũ principio inæſtimabilẽ conſequitur vnionẽ. Ex hoc igitur naturali hominũ deſiderio, quod fruſtrari nõ poteſt, in Deo eſſe amorẽ, imò ipſummet amorẽ, dubiũ nullũ eſſe poteſt. Ex his ergo, & ſimilibus colligi poteſt, Deũ eſſe amorem; non ſeipſum tantùm, verùmetiã omnia, quæ ſunt, ſeu exiſtant, amantẽ. Etenim exiſtentia, quatenus ſunt, bona vtiq; ſunt; quia nimirũ, cuiuſlibet rei eſſe quoddam bonũ eſt, & ſimiliter quælibet ipſius perfectio. Voluntas autem Dei cùm ſit rerũ cauſa, in tantum ergo vnumquodq; & eſſe, & bonũ habet, in quantum ſcilicet eſt volitum à Deo. Cuilibet verò exiſtenti Deus vult aliquod bonum; amare autem cùm nihil

Amor Dei eſt circulus.

Plato.

Amor eſt virtus inſitiua.

Plato.

Socrates.

Plato.

Plotinus.

Mer.

Iamblicus.

Auguſt.

Omnia appetunt amorem Dei.

Deus diligit omnia.

De amore Dei.

bonitas Dei eſt cauſa amoris.

Deus magis diligit creaturas rationales quàm irratio.

Deus ſemper diligit magis meliora.

Diligit Deus æternaliter.

Dilectio efficax & complacentiæ.

Dilectio Dei circa electos.

nihil aliud ſit, quàm velle alicui bonum: omnia ergo, quæ ſunt, à Deo diligi, non tamen eo modo, ſicut & nos, perſpicuum eſt ſatis. Quoniam autem voluntas noſtra, non eſt cauſa bonitatis rerum, ſed amor noſter à rerum bonitate mouetur; hac de cauſa non omnia diligimus; ſed quæ noſtræ videntur accommodata voluntati: Deus autem contrario modo ſe habet; ideoq; omnia quæ ſunt, inquantum ſunt, ab eo diliguntur. Cùm omnia diligat, inter ea tamen, ait Auguſtinus in Ioan: magis diligit creaturas rationales, & in illis ea amplius, quæ ſunt membra vnigeniti ſui, & multò magis ipſum vnigenitum. Siquidem in infinitum melius eſt, eſſe Deum; quàm habere Deum. Sed Deus voluit Chriſto homini hoc bonum, quod eſt eſſe Deum; alijs autem, ſolummodo habere Deum: igitur Itaq; cùm amare ſit velle bonum alicui, duplici quidem ratione aliquid poteſt magis minusuè amari: vno planè modo ex parte actus voluntatis amantis, qui poteſt eſſe magis, vel minus intenſus, atque ita omnia à Deo æqualiter diliguntur; quia vno eodemq; actu, eodem ſemper modo ſe habente: alio autem modo ex parte ipſius boni, quod aliquis vult amato. Et ſic dicimur, vnum à nobis plus aliò amari, cui maius volumus bonum; tametſi, non magis intenſa voluntate amandi: hoc autem modo à Deo quædam plus alijs diligi, clariſſimum eſt. Etenim cùm Dei amor ſit cauſa bonitatis rerum; non eſſet profectò vnum altero melius, ſi Deus non vellet vni maius bonum quàm alteri Cùm autem vnumquodq; diligat ſibi ſimile, quia omne animal diligit ſibi ſimile Eccleſ. 13. in tantum autem aliquid eſt melius, in quantum eſt Deo ſimilius: Meliora ergo magis diliguntur: ex hoc namq; ſunt aliqua meliora, quòd maius eis Deus bonum velit: Ergo ſequitur quòd meliora plus amentur à Deo. Porrò, iuxta Ieremiæ 2. cap. ſententiam: Charitate perpetua dilexi te, ab æterno à Deo creaturæ diliguntur. Abſit (inquit Auguſtinus 6. de trin:) vt Deum aliquid temporaliter diligere dicamus; alioqui ex non diligente, diligens fieret, quod eſt falſum; quia in Deum nulla cadit mutatio. Diligit autem omne poſitiuum, ſiue omne quod eſt; quia nimirum dilectio eſt primum donum, in quo omnia donantur: ſed in omni poſitiuo relucet aliquod donum Dei: ab ipſo ergo diligitur. Amplius, omne poſitiuum diuinus intellectus intelligit: ergo & illud à diuina voluntate diligitur: quippe cùm in omni tali, ſicut & cognoſcibilitatis, ita certè & inueniatur ratio bonitatis. verùmtamen efficaciter à Deo diligi dicũtur, quæ aliquando eſſe ſortiuntur poſitiuum, ſiue reale; quæ autem ſecus ſe habent, cuiuſdam dilectione tantum complacentiæ. Adde, quòd omnia, quæ à Deo diliguntur; ex charitate vtiq; diligantur, neceſſe eſt: Deus enim eſt ſumma charitas, vnde ſeipſum diligendo omnia alia diligit; idq; propter ſeipſum; quia omnia propter ſeipſum ait Salomon Prouer: 15. operatus eſt altiſſimus. Vnde quamuis omnia ab eo diligantur, quia naturalia dona illis conceſſit; non tamen dona gratiæ omnibus impendit, tum quia quædam illam capere nequeunt, tum quia etſi nonnulla, vtpote homines, illius natura capaces ſint; indigni tamen habiti ſunt, propter eas, quas paulò antè recitauimus rationes. Quam ob cauſam prædeſtinati à Deo dilecti, & electi Dei nominantur. Et reuera, in hoc maximè apparuit diuina dilectio, quòd pro ipſorum ſalute recuperanda, quos ad vitam æternam delegerat, ſemetipſum in mortem tradidit oblationem, & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Non eſt ſanè vile mancipium reputandum, quod conditor omnium in ſuam ſortem, atq; peculium elegit. Teſtatam habeo erga me Dei dilectionem, cùm teneo mortem filij ſui, cum quo mihi omnia data eſſe, dubitare nequaquam debeo, nec etiam volo.

CAP. II.

Argumenta contraria.

POſſet aliquis contra prædicta ſic obijcere: Nulla paſſio eſt in Deo; alioqui eſſet mutabilis: ſed amor eſt paſſio, & quidem magna, quam patitur animus amantis: in Deo ergo inueniri non poteſt. Sanè, ira, amor, triſtitia, & quæ ſunt huiuſmodi contra ſe diuiduntur: ſed triſtitia, & ira per quandam certè metaphoram Deo attribuuntur: & amor ergo ſimiliter. Adde, quòd

De amore Dei.

amor vis ſit vnitiua, & concretiua, vt ex Dionyſio patuit, quæ in Deo locum non habent,
2. ob illius vtiq; ſimplicitatem: Ergo quòd prius. Amplius, amor, amantem extra ſe ponit,
& quodammodo mutat in amatum: ſed hæc Deo nequaquam conueniunt: non ergo diligit
alia à ſe. Etenim amor Dei eſt æternus: quidquid enim eſt in Deo, eſt æternum. Sed ea,
quæ ſunt alia à Deo, non ſunt ab æterno, niſi in Deo. Nō ergo amantur à Deo, niſi in ſeipſo.
Sed quatenus ſunt in ſeipſo, non ſunt alia à Deo: Non ergo Deus amat alia à ſeipſo. Adde
quòd Deus odio habeat operantes iniquitatem: & Eccleſ. 12. Altiſsimus odio habet peccatores:
nihil autem ſimul odio habetur, & amatur. Deniq; duplex eſt amor, concupiſcentiæ
ſcilicet, & amicitiæ: ſed creaturæ irrationales, amore concupiſcentiæ à Deo minimè
amantur, quia illarum opera non indiget, nec etiam amore amicitiæ, quia cum irrationabilibus
haberi non poteſt, vt dicit Philoſ. 8. ethicorum: nō ergo diligit alia à ſe. Profectò,
ſi Deus diligit omnia, aut illa dilectio eſt fruitiua, vel vſus. Non primum, quia ſic
frueretur creaturis: Nec ſecundum, quia vteretur ſeipſo, quod videtur inconueniens. Præ-
3. terea, Sapient. 6 ſcribitur, quod Deo æqualis ſit cura de omnibus, æqualiter ergo diligit
omnia. Nam ſi vnico, ac ſimplici actu diligit omnia: æqualiter ergo: vbi enim non intenſio
actus, nec intenſio poteſt eſſe amoris. Sanè, ſi Deus inæqualiter diligeret, quæritur,
an plus dilexerit naturam angelicam, quàm humanam, Ioannem, quàm Petrum, iuſtum
præſcitum, quàm peccatorem prædeſtinatum? Videntur enim eſſe ad vtrumlibet. E contrà,
vult maiorem gloriam Petro, quàm Lino: non æqualiter diligit omnia; quia non vult omnibus
æquale bonum. Similiter cùm ſit ordinatè diligens: vnumquodq; ergo diligit, quatenus
eſt dignum diligi: ſed non omnia pari ſunt dilectione digna: non ergo æqualiter omnia
4. diligit. Item, Amor Dei eſt eius eſſentia: ſed illa non recipit maius & minus; nec ergo eius
amor. igitur, omnia æqualiter diligit. Profectò ſicut amor ſe habet ad res creatas; ita etiã
ipſius ſcientia, & voluntas: Sed Deus non dicitur quædam magis ſcire, quàm alia, nec etiã
5. magis velle: non ergo quædam magis quàm alia diligit. Adhuc, ab æterno non diligit creaturam,
quod ſic poteſt eſſe manifeſtum. Dilectio eſt reſpectu boni: ſed creaturæ nō ſunt
bonæ ab æterno, cùm ab æterno non fuerint in eſſe reali: igitur ab æterno non diliguntur à
Deo. Sanè, amor eſt quaſi quædam copula amantis, & amati: ſed copula non conuenit
6. ſi exiſtentibus: igitur quod prius. Item, Deus non diligit omnia ex charitate, quia charitas
eſt habitus perficiens potentiam, qui planè in Deo inueniri non poteſt; eſt enim puriſſimus
actus, non potentia perfectibilis. Adde, quòd tria ſolummodo ex charitate diliguntur;
nempè Deus, ſpiritus rationalis, & corpus humanũ: ergo Deus non omnia diligit ex
charitate. Poſtremò, dilectio charitatiua, eſt dilectio amicitiæ: Sed cùm ratione carentibus,
amicitia haberi non poteſt, vt dixi: non omnia ergo à Deo ex charitate diliguntur hæc

Soluuntur argumenta.

dici ſolent. Reſpondeo ad primum, & dico minorem non eſſe omnibus modis veram; ſiquidem
1. amor, gaudium, & delectatio, quatenus actus ſunt appetitus ſenſitiui, paſsionis naturam
induunt; quatenus verò actus appetitus intellectiui, minimè. Quamobrem, teſte
philoſopho 7 ethicorum, vna ac ſimplici operatione Deus gaudet, & eadem ratione ſine
paſsione amat. In nobis autem vis cognitiua, appetitiua mediante mouet, & ratio

Amor quomodo eſt paſſio.

vniuerſalis, mediante particulari; ſic etiam voluntas mediante ſenſu: proximum
ergo corporis noſtri motiuum eſt appetitus ſenſitiuus, cuius actum aliqua corporis
tranſmutatio ſemper comitatur, præſertim autem circa cor, quod eſt in animali primum
principium motus. Itaque actus appetitus ſenſitiui quatenus corporali tranſmutationi
coniunguntur, paſsiones nominantur, non autem quatenus ſunt actus voluntatis.
Ad confirmationem, Maior non eſt vera: amor enim & gaudium imperfectionem
non denotant; ideoq́ue Deo tribuuntur, idq́ue ſine paſsione, vt dixi. Triſtitia

Amor non dicit imperfectionem.

verò, ira, & huiuſmodi, quia imperfectionem ſonant, de Deo metaphoricè dicuntur. Sanè
in paſsionibus ſenſitiui appetitus, aliquid eſt materiale, vtpotè corporalis tranſmutatio,
aliquid verò quaſi formale, quod eſt ex parte appetitus. ſic enim loquitur liber primus
de anima, quòd materiale iræ ſit accenſio ſanguinis circa cor, formale verò, appetitus
vin-

 De amore Dei.

tus vindicta. Iterũ ex parte eius, quòd eſt formale, in quibuſdam certè, aliqua deſignatur imperfectio; veluti in deſiderio, quod eſt boni non habiti; & triſtitia, quæ eſt mali habiti; de ira quoq; ſimilis eſt ratio. Quædã verò nullam denotant imperfectionẽ, veluti amor & Amor non dicit imperfectionem.
gaudium. Cùm igitur nihil ex his ſecundũ rationem materialitatis, Deo attribui poßit; quæ imperfectionem denotant ſecundum rationẽ formalem, metaphoricè de Deo dicuntur: quæ autem ab imperfectione ſunt libera, ſine paßione de Deo prædicantur, ipſiq; conueniunt. Ad aliam confirmationem dico, actum amoris, duo maximè intueri, nempè bonum, quod Amoris actus tendit in duo.
quis vult alicui, & eum ipſum, in quem vult; hoc enim eſt propriè amare, velle vtiq; alicui bonum: proinde, qui ſeipſum amat, vult profectò ſibi bonum; illudq; ſibi, quò ad poßibile eſt, cupit vnire Ex quo apparet, quonãmodo amor in Deo ſit virtus vnitiua extra paßionẽ tamen. quia nimirum illud bonum, quod ſibi vult, non eſt aliud quàm ipſemet, qui eſt natura bonus: In hoc verò, quòd aliquis amat alium, vult bonum illi, atq; ita eò, tanquam ſeipſo Amor virtus coniunctiua.
vtitur, illum ad bonum, ſicut ad ſeipſum referendo: hanc ob cauſam, vis concretiua amor nominatur; quia ſcilicet alium ſibi coniungit, ad illum ſe habens, ſicut ad ſeipſum. hoc etiam modo amor diuinus, eſt vis in Deo ſine compoſitione coniunctiua, qua vult omnibus ſeipſum; vt quemadmodum omnia ex vno prodeunt principio; ita planè, vno fruantur bono, diuerſimode tamen, pro vniuſcuiuſq; naturæ capacitate. Patet ergo quomodo amor ſit in Deo, etiam ſi ſit virtus vnitiua, et attractiua. Ad 2. dico, quòd amans ita fit extra 2.
in rem amatam tranſlatum, inquantum vult amato bonum: proinde dixit Dionyſius loco citato, quòd Deus per abundantiam amatiuæ bonitatis, extra ſeipſum fit ad omnia exiſtentia, dum illis prouidet, & ad ſe trahit. Amor præterea diuinus ad creaturas non eſt transformatiuus Dei ad ipſas, veluti eſt amor in creaturis; ſed potius è contrà. Ad ipſum autem, quædam per ſimilitudinem, nonnulla verò per veſtigium transformantur. Ad cõ- Quomodo Deus ab æterno dilexit creaturas.
firmationem, quamuis creaturæ non fuerint ab æterno, niſi in Deo; ex hoc tamen in propriis naturis cognitæ ſunt à Deo, eademq; ratione dilectæ. Ad aliam, quò ad communicationem effectuum gratiæ, & gloriæ, non autem effectuum naturalium dicitur Deus, odio habere peccatores. Nihil autem prohibet, vnum & idem, ſecundum aliquid amari, & ſe- Quomodo Deus odit peccatores.
cundum aliquid odio haberi. Peccatores enim in quantum quædam naturæ, à Deo amantur, quia ſcilicet ab ipſo ſunt: quatenus verò ab eſſe huiuſmodi deficiunt, odio habentur, ſicut dictum eſt. Ad aliam confirmationem, Deus diligit irrationalia amore concupiſcentiæ, idq; propter ſuam bonitatem, & noſtram vtilitatem; concupiſcimus enim aliquando & nobis, & aliis. Amicitia autem cùm in his tantùm inueniri poßit, à quibus redeama- Amicitia quibus conuenit
mur, ac nobiſcum communicant in operibus vitæ, & bene aliquid, vel male euenit, ſecundum felicitatem; proculdubio, inter Deum, & irrationalia minimè inuenitur; quia ſcilicet ab his Deus non redeamatur, communicationemq; intellectualis beatæq; vitæ, quam Deus viuit, nequaquam attingunt. Ad aliam confirmationem, dilectio Dei reſpectu ſui, fruitio dicitur, reſpectu autẽ creaturarum, vſus: diligit enim ſeipſum propter ſe, & creaturas etiã propter ſeipſum. Ad 3. Deo eſt æqualis cura de omnibus ex parte actus diligen- 3.
di; quia nimirum non magis intenſiuè vnam, quàm alteram rem diligit: cùm omnia diligat vnico, ac ſimplici actu: Inæqualitas autem ex parte bonorum, quæ diuerſimodè creaturis impendit, apparet, atq; conſpicitur. Æqualiter ergo Deus curat omnia, hoc eſt, æ- Deus quomodo æqualiter diligit.
quali ſapientia, ac bonitate, non æquali donorum impartione: ex hoc ſoluitur prima confirmatio. Ad 2. autem dico, Naturam angelicam reſpectu donorum naturalium, à Deo plus diligi: reſpectu verò reparationis factæ, humanam. ſimpliciter autem loquendo, natura humana in Chriſto, & eius matre, longè ſuperat naturam angelicam. verùm ſi volueris vtramq; naturam ad gratiam, & gloriam referre; inuenitur aliquomodo æqualitas; cùm eadem ſit menſura hominis, & angeli: Apocalyp: 20. Ita tamen, quòd quidam ho- Homo an ſit dignior angelo.
mines potiores quibuſdam angelis inueniantur: & è conuerſo: quò ad verò ad naturæ cõditionem, vt dixi, angelus eſt melior homine. Nec ideò naturam Deus aſſumpſit humanã, quia abſolutè hominem plus diligeret; ſed quia plus indigebat. ſic namq; bonus pater fa-

militâs

Si dilexit plus Petrũ quam Ioannem.

miliùs, pretioſum aliquod ſeruo impartit ægrotanti, quòd non tribuit filio bene valenti. De Petro, & Ioanne, incertum nobis eſt, vter eorum ad maiorem gloriam à Chriſto dilectus fuerit: certum verò, maiori feruoris indicio, atq; promptitudine, Chriſtum à Petro dilectum: Ioannem verò à Chriſto, maiori quadam familiaritatis beneuolentia, ob ingenitam illius manſuetudinem, atq; virginitatis excellentiam. Ad aliam, Deus plus ſimpliciter diligit peccatorem prædeſtinatum, quia vult ei maius bonum: ſecundum verò præſentem iuſtitiam, in qua inuenitur præſcitus, plus prædeſtinato peccatore à Deo diligitur. Cæteris autem paribus, innocentia dignior eſt, & magis dilecta: dicitur tamen Deus plus gaudere de peccatore pœnitentiam agente, quàm de innocente, qui non indiget pœnitentia; quia plerumq; pœnitentes, cautiores, humiliores, atq; feruentiores reſurgunt. Dux, inquit, Gregorius ibidem, in prælio eum militem plus diligit, qui poſt fugam conuerſus, fortiter hoſtem premit; quàm qui nunquam fuit, nec vnquam fortiter fecit. Adde, quòd æquale donum, peccatori pœnam merenti comparatum plus ſit, quàm iuſto huiuſmodi pœnam non merenti. Ad aliam confirmationem vult Petro maiorem gloriam, quam Lino; eodem tamen actu, atq; conatu voluntatis, vult nihilominus vnicuiq; bonum, illi ſecundum rectam

Diligit plus peccatorem prædeſtinatũ.

Gaudium de vno peccatore pœnitentiam agente.

4. rationẽ ex parte obiecti conueniens. Ad 4. Ratio illa intelligenda eſt de intenſione amoris ex parte actus voluntatis, qui eſt diuina eſſentia: bonum autem, quod Deus creaturæ vult, non eſt diuina eſſentia; proinde intendi, ac remitti poteſt. Ad confirmationem, negatur ſimilitudo: intelligere enim, & velle, actus tantummodo ſignificant, ſuaq́; in ſignificatione, aliqua non includunt obiecta; ex quorum diuerſitate, magis minuſuè ſcire, aut velle Deus dici poſsit: amor autem, quoniam bonum denotat, quod Deus vult creaturæ, illudq́; maius eſſe poteſt, & minus; ideò dicitur, quòd Deus vnum plus aliò diligat. Ad

5. 5. licet creaturæ non fuerint ab æterno bonæ actualiter, bene tamen potentialiter in ſua cauſa atq; præuiſione diuina: & hoc ſufficit. Ad confirmationem quamuis non poſsit eſſe copula realis, niſi eorum, quæ exiſtunt; bene tamen eſt copula cogniti ad cognoſcentem, & dilecti ad diligentem: pro huiuſmodi enim cognitione, non indiget cognitum eſſe rea-

6. li. Ad 6. Antecedens eſt verum, vbi potentia eſt perfectibilis, atq; realis inuenitur potẽtiæ ab habitu diſtinctio; quòd in Deum non cadit: charitas enim in Deo, eſt ipſamet diuina eſſentia: dicunt tamen aliqui diſtingui formaliter, ſicuti prior eſt perfectio quàm actus voluntatis. Ad confirmationem, quamuis tria tantùm ſint ex charitate diligenda, veluti ea, quibus competit beatitudo, vel ad illam aptitudinem habent; omnia nihilominus aliquo modo diligi poſſunt, eaq́; ex charitate, non quidem amore amicitiæ, ſed tali potius, qualis illis competit, quo promoueatur actus ad Deum diligendum, atq; ad beatitudinem conſequendam. Ex hoc etiam patet, quod quamuis Deus omnia diligat ex charitate, non tamen amore amicitiæ. Quomodo ergo Deus diligat omnia, ex charitate, ab æterno, & æqualiter, dixi.

CAP. III.

Amor Dei ex diuinis probatur ſcripturis

Romanorum

DE Amore Dei, quem ſcripturæ, charitatem, ſiue dilectionem appellant, pro Theologorum arbitrio hactenus locuti ſumus: nunc libet, ex ſanctarum ſcripturarum oraculis ſententias depromere; quibus animaduertatur, quanti nos fecerit Deus. Commendat charitatem Deus in nobis, ait Paulus, quoniam cùm adhuc peccatores eſſemus, ſecundũ tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Nullum certè maius poteſt eſſe diuinæ erga nos charitatis argumentum, quàm mors vnigeniti Dei: quia ſcilicet maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro inimicis ſuis. Quantò ergo magis charitatem ſuam teſtatam reliquit: qui pro impiis eſt crucifixus, ab impiis, quaſi impius? vix pro iuſto quis moritur. Et ſi pro

Chriſtus mortuus pro impiis.

bono

De amore Dei.

bono vno forte audeat quis mori; pro multorum impietatibus quis audebit mori? Chriſtus autem, ait Ambroſius ibidem, pro impietatibus populi adhuc non ſui, mortuus eſt,

Ambroſius.

vt omnia quæ mundus diffidit, faceret credibilia. Si igitur pro peccatoribus filium ſuum Deus occidi permiſit; quid faciet pro iuſtificatis, niſi ſeruet eos ab ira, .i. tutos illos præſtet ab illuſione diaboli; vt ſecuri ſint in die iudicij, cùm cœperit perfidos vltio deuaſtare? Quoniam enim bonitas Dei, nullum perire vult: mortem digniſsimam dedit, vt intelligentibus Dei gratiam circa ſe, adderet dignitatem & gloriam, ingratis cumularet pœnam. Auguſtinus in pſal. 85. loquens de hac Dei charitate, ſic ait: Neq; merita noſtra præ-

Aug. pſ. 85.

ceſſerunt, pro quibus filius Dei moreretur; ſed magis quia nulla erant merita, magna erat miſericordia. Quàm certa ergo, & quàm firma promiſsione ſeruat iuſtis vitam ſuam, qui donauit iniuſtis mortem ſuam? Teſtimonia quippe Dei ſunt, quibus quantum nos di-

Teſtimonia dilectionis dei

ligat, nobis probare dignatur. humilitas incarnationis Dei, paſsionis, euidentia ſunt teſtimonia diuinæ erga nos dilectionis: quæ cùm videmus in illo impleta, per illa ſperamus & futura implenda. Et lib. 4. de Trin: Primùm nobis perſuadendum fuit, quantum nos diligeret Deus, ne deſperatione non auderemus erigi in eum. Quales autē dilexerit, oſtendi oportebat, ne tanquā de meritis noſtris ſuperbientes, magis ab eo reſileremus, & in noſtra fortitudine magis deficeremus. Ac per hoc egit nobiſcū, vt per eius fortitudinē potius pro-

Quantum & quales dilexit

ficeremus: atq; ita in infirmitate humilitatis perficeretur virtus charitatis. Perſuadendum ergo nobis erat, in Pſ. 67. quantū, & quales dilexerit: quantum, ne deſperaremus: quales, ne ſuperbiremus. Commendat, ait Apoſt. Deus charitatem ſuam &c. Et 13. de trin: Quid tā neceſſarium fuit ad erigendam ſpem noſtram, quàm vt demonſtraretur nobis quantum nos penderet Deus, quantùmq; diligeret? Quid verò huius rei tanto indicio manifeſtius,

Pignus amoris.

quàm quòd filius Dei noſtrum eſt dignatus inire conſortium? & Pſal. 96. Filius Dei pro nobis mortuus eſt: ſecurus eſto accepturum te vitam ipſius, qui pignus habes mortem ipſius. Peccata noſtra diabolus tenebat, & per illa nos meritò adigebat in mortem. Dimiſit ea ille, qui ſua non habebat, & ab eo immeritò perductus eſt ad mortem. lib. de Trin: 16. Tanti valuit ſanguis ille, vt neminem Chriſto indutum in æterna morte debita detineri debuerit, qui Chriſtum morte indebita, vel ad tempus occidit. Quòd autem dilectio Dei ſit

Dei dilectio æterna.

æterna, oſtendit tract. 110. in Ioan. Incomprehenſibilis, inquit, eſt dilectio Dei, qua nos diligit: neq; eſt mutabilis; non enim ex quo ei reconciliati ſumus per ſanguinem filij eius, nos cœpit diligere; ſed antè mundi conſtitutionem dilexit nos, vt cùm vnigenito eius, etiam nos filij eius eſſemus, priusquam omninò aliquid eſſemus. Chryſoſto. in eundem Pauli

Chryſoſtom. ponit gradus dilectionis Dei.

locum, effectus deſcribit dilectionis diuinæ: Multa, inquit, nobis præſtitit, primum quidē, quòd mortuus eſt; ſecundum, quòd pro impiis; tertium quòd reconciliauit, quòd ſaluauit, quòd iuſtificauit, quòd immortales reddidit, quòd filios effecit, & hæredes; & non ſolùm hæredes, ſed cohæredes; & non ſolùm cohæredes, ſed & membra; & non ſolùm membra, ſed & organa; & non ſolùm organa, ſed & templum. Qui ergo tot nobis dona conceſſit adhuc inimicis; nónne etiam dabit futura ſuis amicis? Iterum ad Rom: 8. de eadem Dei

Rom. 8.

charitate confidenter loquitur: Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit; ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Si enim, inquit Ambroſius, quod maius, & præcipuum eſt, præſti-

Amb.

tit nobis, vt filium ſuum verum & chariſsimum traderet propter nos adhuc impios; quare non quod minus eſt, facturus credatur? hoc eſt inuictiſsimum ſcutum, ait. Aug. pſal.

Aug. pſal. 5.

5. quo repellitur inimicus, deſperationem ſalutis nobis ſuggerens multitudine tentationū, & tribulationum. Chryſ. ſi filium ſuum largitus eſt, nec ſimpliciter, ſed cædi tradidit, quid

Chryſoſto.

iam ſuper aliis rebus addubitas dominum cùm acceperis? quid hæſitas ſuper poſſeſsionibus, herum cùm habeas? Nam qui quod maius erat, inimicis dedit; qui fiet, vt quæ minora ſunt, amicis non det? Ad Ephe. 2. Propter nimiam charitatem qua dilexit nos De-

Ephe. 2.

us, cùm eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto. hæc ſanè eſt charitas Dei erga nos, ait Ambroſius, vt quia fecit nos, nolit perire nos: diligit enim opus ſuum. I-

Ambroſius.

deò enim fecit, vt amaret quod fecit, nemo certè laborem ſuum odio habet. Et ad Epheſ.
Epheſ. 5. 5. Eſtote ergo imitatores Dei ſicut filij chariſsimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chri-
ſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam Deo in odorem
ſuauitatis. Sicut Dei patris imitatores nos eſſe vult in benignitate, & miſericordia; ita &
Chriſti filij eius in dilectione: vt ſicut ille dilexit nos tradens ſe pro nobis; ita nos inui-
Charitas ſacrificium ſuauitatis. cem pro nobis etiam animas ponere debemus. In odorem ſuauitatis, inquit, quia ſcilicet e-
rat ſacrificium charitatis, iuſtitiæ, & veritatis: In oblatione enim iuſtitia ſignatur, & ve-
ritas: in hoſtia autem, eximia illius charitas. Sitis imitatores Dei tanquam filij dilecti.
Chryſoſto. quare, inquit Chryſ. Aliam habemus neceſsitatem imitandi ipſum, non ſolùm vt bene nobis
fiat, ſed vt filij reddamur tanquam filij dilecti. Quoniam enim non omnes filij patres ſuos
Dilectionis Dei dona. imitantur, imitantur verò dilecti; propterea dicit. Tanquam filij dilecti. Amator eſto
dilectionis, per ipſum enim ſaluatus es, per ipſam filius Dei factus eſt. Dilectio ergo Dei
nos prædeſtinauit in filios. Filiū Dei miſit, vt eius morte à peccatis liberi, prædeſtinationis
fructum conſequeremur: ipſa nos ſaluauit, in regnum reduxit, acceptabiles reddidit, Deo
Apo. 1. reconciliauit. In Apoca. 1. Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.
Non ſolùm autē dilexit, ſed & lauit, & non ſolùm lauit, ſed ſanguine ſuo. Immunda namq;
& ſordida non amantur; quia amor eſt deſiderium pulchri: quòd ſi contingat aliqua ex
Lauit in ſanguine. cauſa, vt lauentur, non tamen ſanguine: quòd ſi fortaſsis accidat, vt ſanguine alicuius ab-
luantur; non tamen ſanguine iuſti & innocentis; ſed eius potius, cuius vita deſpicitur. Quòd
ſi ſanguine alicuius iuſti, non tamen ſanguine filij Dei, & toto ipſius ſanguine, ex omnibus
Ioan. 3. venis, iuncturis, atq; membris. Quam ob cauſam in 3. cap. Euangelij Ioan. ipſemet ſaluator,
immenſam diuinæ erga nos charitatis magnitudinem manifeſtauit: Sic, inquit, Deus di-
lexit mundum, vt vnigenitum ſuum daret pro eo. ſic, dilectionem dico, modum nequeo di-
cere, quia percipere non poteſtis; dedit enim infinitum pro finito, pretioſum pro vili, im-
mortale pro mortali, creatorem pro creatura, Deum pro homine, dominum pro ſeruo, di-
uitem pro paupere, inſontem pro ſonte, ſapientem pro ignorante. Eſt ergo hæc dilectio ſi-
1. Ioan. 4. ne modo: propterea admirando, ait: Sic Deus dilexit mundum. Et in Epi. 1. cap. 4. Ioan.
Deus charitas eſt, inquit, In hoc autem apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium ſu-
um vnigenitum miſit Deus in mundum, vt viuamus per eum: non quaſi nos dilexerimus
Auguſtinus. Deum; ſed quoniam ipſe prior dilexit nos. Probata eſt, ait Aug ibidem, dilectio Chriſti
in nos, quia mortuus eſt pro nobis: dilectio quoq; patris probata eſt, quia filium ſuum
Iſaiæ. 43. tradidit pro nobis. Iſaias 43. de hac eadem Dei dilectione loquitur: Ex quo honorabilis fa-
ctus es, inquit, in oculis meis, & glorioſus, ego dilexi te, & dabo homines pro te, & po-
pulos pro anima tua. Populum nouum alloquitur, quem præordinauit in vitam: Honora-
Hiero. bilis, inquit Hieronymus, factus eſt Apoſtolorum chorus, per quem electi, vocati ſunt
Iſaię. 63. ad vitam. Et cap. 63. Angelus faciei eius ſaluauit eos in dilectione ſua, id eſt, Chriſtus,
Lucę. 15. ait Hiero: ipſe venit ad ouem morbidam, Lu:15. vt ſuis humeris reportaret; et drachmam,
quæ perierat inueniret; & luxurioſo filio reuertenti, lætus occurreret. propterea ſponſa
Can. 1. dicit in Cantico 1. Oſculetur me oſculo oris ſui. Nequaquam Patriarchas, & Prophetas, ſed
Ieremiæ. 31. meum corpus aſſumat, verbum caro fiat, & ſic oſculetur me, habitans in me. Ieremiæ 31.
In charitate perpetua dilexi te; ideò attraxi te miſerans tui: hoc eſt, æterna prædeſtina-
tione, quæ mutari non poteſt. ob hanc igitur charitatem perpetuam, ſemper te dilexi, etiā
2. cùm tu exerceres inimicitias in me. Et cap. 2. Hæc dicit dominus: recordatus ſum tui,
miſerans adoleſcentiam tuam, & charitatem deſponſationis tuæ, quando ſecuta es me in
deſerto, in terra, quæ non ſeminatur. Ardentiſsimum monſtrat affectum ſub vxoris ado-
leſcentulæ nomine; cui inſtar ſponſaliorum, & dotis, legis tribuit ornamenta, & verborum
diſtribuit monilia. Totumq; hoc non ad meritum eius refert, ſed ad ſuam miſericordiam,
Deut. 4. per quam & charitatem conſecuta eſt. Moyſes in Deuterono. 4. cap. vocat Deum ignem
Deus eſt ignis conſumens maximum, nempè magnum zelatorem: Dominus Deus tuus, inquit, ignis conſumens eſt;
Deus æmulator, quòd eſt vehementer amantis. Et iterum in eodem capite: De cœlo te fe-
cie audire

De amore Dei.

eſt audire vocem ſuam, vt doceret te, & in terra oſtendit tibi ignem ſuum maximum, hoc eſt, maximum zelum, atq; charitatem, quam gerit erga te. En, inquit, & cœlum, & omnia ſunt domini Dei tui; & tamen agglutinatus eſt patribus tuis: quod certè magnam charitatis humilitatem indicat. Deu. 32. Dei dilectionem oſtendit ſub aquilæ ſimilitudine, pullos ſuos protegentis, atq; fouentis: Circumduxit eum, inquit, & docuit, & cuſtodiuit quaſi pupillam oculi ſui. ſicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum, atq; portauit in humeris ſuis. Aquilæ fortiter amantis pullos ſuos, ſimilitudine vſus eſt, quæ ſuos pullos prouocat ad volandum, nidum ſuum protegens, & obumbrans, ſeſeq; offerens ſagittarum ictibus; vt liberos incolumes ſeruet: quod profectò à domino obſeruatum eſt, morti ſe tradens; vt eius morte viueremus. Oſeas vocat Deum patrem nutricium, baiulantem ſuis vlnis electos, ac trahentem in funiculis charitatis: Ego, inquit, quaſi nutricius, & portabam eos in brachiis meis, & neſcierunt, quòd curarem eos. In funiculis traham eos, in vinculis charitatis, hoc eſt, filius Dei, factus eſt filius Adam, qui ſunt funiculi charitatis, quibus trahimur ad fidem, & dilectionem. Quamobrem Aug. de cathechizandis rudibus cap. 4. ait. Quæ maior cauſa eſt, inquit, aduentus domini, niſi vt oſtenderet Deus dilectionem ſuam in nobis? vt ſi amare pigebat, ſaltem redamare, non pigeat? Nulla enim maior ad amorem inuitatio, quàm præuenire amando. Et nimis durus eſt animus, qui dilectionem ſibi nolebat impendere, nolit & rependere: Animus enim, qui torpebat, cùm ſe amari ſenſerit, excitatur; & qui iam feruebat, cùm ſe redamari didicerit, magis accenditur. Quid enim aliud cauemus in offenſione amicitiæ, niſi ne amicus arbitretur, quòd eum, vel non diligamus, vel minus, quàm ipſe nos diligit? Porrò, ibi eſt gratior amor, vbi non æſtuat indigentiæ ſiccitate, ſed vbertate beneficentiæ profluit. Ille namq; amor ex miſeria eſt, iſte ex miſericordia. Iam verò ſi etiam ſe amari poſſe à ſuperiore deſperabat inferior, ineffabiliter commouebitur in amorem; ſi vltro ille fuerit dignatus oſtendere, quantum diligat eum, qui nequaquam tantum ſibi bonum promittere auderet. Quid autem ſuperius Deo iudicante, & quid deſperatius homine peccante? maximè ergo ob eam cauſam Chriſtus aduenit, vt cognoſceret homo, quantùm eum diligat Deus: atq; ita in eius dilectionem, à quo prior dilectus eſt, inardeſceret. Omnis autem ſcriptura diuina, quæ ante ſcripta eſt, ad prænuntiandum aduentum domini, & quidquid poſtea ſcriptum eſt, dilectionem monet, atq; commendat; quia in duobus mandatis dilectionis vniuerſa lex pendet, & prophetæ. Et lib. confeſ. 10. cap. 43. Quomodo nos amaſti pater bone, inquit, pro quibus filius tuus ſubditus factus eſt vſq; ad mortem crucis? Meritò mihi ſpes valida in illo eſt, quòd ſanabis omnes languores meos, per eum qui ſedet ad dexteram tuam, & te interpellat pro nobis; alioqui deſperarem. Multi enim, & magni ſunt iidem languores mei; ſed maior & amplior eſt medicina tua. Potuimus putare verbum tuum remotum eſſe à coniunctione hominum, & deſperare de nobis, niſi caro fieret, & habitaret in nobis. Conterritus peccatis meis, meditatus fueram fugam in ſolitudinem, ſed prohibuiſti me, & confirmaſti me, dicens: Ideò pro omnibus Chriſtus mortuus eſt; vt qui viuunt, iam non ſibi viuant; ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt. Magnus eſt ergo Dei amor circa opera ſua; cùm diligat omnia, quæ ſunt, & nihil odio habeat eorũ, quæ fecit; præcipuè circa electos & dilectos ſuos, quos voluit eſſe membra vnigeniti ſui; vt eſſet primogenitus in multis fratribus. Reuera illorum cauſa omnia feciſſe, ac facere videtur, & quaſi pro illorum ſalute conſeruanda, conficiendaq; ſemper ſit occupatus. Laus tibi charitas Deus, Spes, & Fides mea.

Ca. 32.

Deus eſt ſicut aquila.

Oſeæ. 11.

Vocat funiculos charitatis.

Cauſa incarnationis, charitas fuit ex Aug.

Amoris Dei excellentia.

Omnis ſcriptura dilectionem cõmendat.

Medicina Dei maior languoribus noſtris.

Sapientiæ. 11.

Qvaestionis nonae. Cap. I.

De Miſericordia Dei.

De miſericordia Dei.

EXimiam Dei circa ſuos dilectionem ex ſacris depromptam ſcripturis, ſacrisq; interpretibus approbatam, percepimus. Modo de eiuſdem in ſuos electos miſericordia verba facere conſtitui; vt perſpicuum maximè fiat, quod miſericordia domini ab æterno & vſq; in æternum ſit ſuper timentes eum. Sanè, aliquis miſericors appellatur, propterea quòd miſerum cor gerat erga miſeros; æque enim ex alterius miſeria, ac ex ſua, triſtitia afficitur. vnde fit, vt huiuſmodi miſericordia, duos pariat effectus, nempe triſtari de alterius miſeria, & illam à miſero depellere: quorum primus Deo non competit, quia nimirum in Deum paſſio non cadit: ſecundus verò optime Deo congruit; quippe cùm defectus, alicuius perfectione bonitatis tollantur neceſſe ſit. Etenim, quòd perfectiones, rebus à Deo præſtite, omnem pellant defectum, miſericordiæ conuenit. Et Reuera, perfectionum communicatio ſi abſolutè conſideretur, diuinæ eſt tribuenda bonitati; iuſtitiæ verò, ſi huiuſmodi communicatio, ad rerum proportionem referatur: liberalitati autem, ſi non ſolum earum, quibus hæ tributæ ſunt perfectiones, vtilitas, verùmetiam dantis conſideretur bonitas. Itaque miſericordia in nobis, duo præcipuè denotat: habitum ſcilicet, ſiue actum, quo volumus alterius miſeriam, ideóq; præſentem repellimus, cauemus futuram: alterum verò quandam triſtitiæ paſſionem, qua aliorum compatimur miſeriis: in Deo autem neq; habitus eſt, neq; triſtitia; ſed actus perennis, quo vult nos à miſeria prorſus eſſe liberos; ſalua ſemper iuſtitiæ authoritate. Quamobrem dictum eſt à Propheta, quod vniuerſæ viæ domini ſint miſericordia, & veritas: ſi miſericordia pro cuiuſcunq; defectus remotione, intelligatur; tametſi non omnis defectus propriè miſeria nominetur, niſi ille tantùm, qui humanæ competit creaturæ, ad felicitatem aptitudinem habenti; miſeria enim felicitati aduerſatur; profectò, quod ſapientiæ ipſius non conuenit, neq; bonitati, Deus facit nihil: quippe cùm ab eo fiant omnia ſecundum ordinem rebus conuenientem, earumq; proportionem, in quo planè conſiſtit ratio iuſtitiæ. Porrò iuſtitiæ opus, pro fundamento, miſericordiam habet; creaturæ enim nihil debetur, niſi ex aliquo priori propoſito: cùm autem non ſit procedere in infinitum; ad aliquod prius deueniendum eſt, in quo ſit ſtatus, quodque ex ſola diuinæ bonitate voluntatis dependeat, quæ vtiq; eſt vltimus finis. veluti ſi diximus, debet homo manus habere propter animæ rationalis obſequia, anima verò propter totum hominem, & is quidem propter Dei bonitatem. hoc autem modo quoad primam diuinæ bonitatis radicem, in quolibet Dei opere, miſericordia cernitur. Itaque miſericordiæ virtus in omnibus ſalua apparet: in eis tamẽ rebus vehementius operatur, quas Deus prædeſtinauit ad vitam; ſiquidem non eſt volentis, neq; currentis, ſed miſerentis Dei. Ex hoc etiam fit, vt quæ alicui debentur creaturæ largius, quàm exigat eius proportio, à Deo pro ſuæ abundantia bonitatis diſpenſentur; quia ſcilicet diuina bonitas, omnem excedit creaturæ proportionem. Eſt ergo vbique Dei miſericordia, in cœlo præſeruans, ſiue præueniens, ne boni angeli, ſathanæ dolos ſequerentur: in inferno mitigans, non quidem extenſionem, ſed intenſionem pœnarum: in terra parcens, & liberans, modò quidem à parte, modò verò à toto. Neq; id ſine ratione; eſt enim Dei miſericordia effluxus diuinæ bonitatis in alterum, ſecundum merita, vel ſupra merita; aut vt eſt promptitudo diuinæ bonitatis ad ſubueniendum miſeris, in quo conſiſtit tota miſericordiæ eſſentia. Et quoniam perfectionem dicit, ideò ſummè perfecto minimè eſt deneganda; Deus enim eſt ſummum, & primum bonum, vt in 4. lib. dictum eſt: boni autem eſt, vnicuiq; aliquam communicare bonitatem: igitur proprium Dei eſt, aliorum miſereri, cùm miſericordia ſit effluxus ſuæ bonitatis in alterum. Reuera, ſummo bono nulla perfectio deeſſe poteſt: ſed miſericordia hoc modo intellecta, eſt perfectio ſimpliciter: Deo ergo eſt tribuenda. Adde, quòd natura boni, eſt ſui diffuſiua, & communicatiua: diuinitatis ergo natura clemens eſt, & pia, magisq; ad indulgentiã, quàm ad vindictam prona; ſiquidem hoc eſt ſuæ diuinitatis proprium, miſereri ſemper, & parcere: à ſua ergo natura, atq; proprietate non poteſt recedere, idq; ſecundum rectam rationem agendi. Dictat autem aliquando recta ratio, miſeriam a-

Miſericors vnde dicatur.

Quæ miſericordia in Deo

In omni opere miſericordia & iuſtitia.

Iuſtitia præſupponit miſericordiam.

Vbiq; miſericordia Dei.

Miſericordia eſt fluxus bonitatis Dei.

De miſericordia Dei.

ſi quibus infligendam, vt ſecundum aliquos miſeria affectos, iuſtitia appareat punitiua; ſicuti apparet in reprobis æternis pœnis cruciandis. Non temerè ergo dictum ab Auguſtino lib. de vera, & falſa pœnitentia cap. 10. Miſericors, & iuſtus eſt Deus: ſicut conſeruat miſericordiam ſuam in iuſtitia; ita & iuſtitiam in miſericordia: opus eſt miſericordiæ, peccanti peccata dimittere; ſed oportet, vt iuſtus miſereatur iuſtè. Falſa ſiquidem eſt miſericordia, quæ iuſtitiam euacuat: nec eſt vera iuſtitia, quæ miſericordiam totaliter excludit. & 9. de ciuit. cap. 5. affert ſententiam Ciceronis in laudibus Cæſaris: Nulla de virtutibus tuis, inquit, admirabilior, nec gratior, miſericordia eſt: Igitur, miſericordiæ virtus eſt iuſtitia; iuſtitia autem lumen eſt miſericordiæ: proinde infirma eſt miſericordia, quam iuſtitiæ virtus non firmauerit; & tenebroſa eſt iuſtitia, quam miſericordia non illuſtrauerit. vnde eſt illud Pſal. 140 Corripiet me iuſtus in miſericordia; quoniam iuſtè miſerendum eſt, & miſericorditer iudicandum. & Pſal. 24 Vniuerſæ viæ domini miſericordia & veritas. miſericordia quia præuenit cuncta bonitate: veritas, quia omnia ſub integritate diiudicat. Pſal. 84. Miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi. Diuerſa per hæc attributa connotantur: eadem tamen eſt natura, quæ eſt & miſericordia, & iuſtitia. hæ igitur duæ virtutes, vna eſt, ſiue ſunt Dei bonitas; iuſtitia enim eſt condecentia diuinæ bonitatis: Miſericordia verò, illius effluxus in alterum: iuſtè ergo, & miſericorditer fit, quòd ab illius fluit bonitate, & eiuſdem condecentiam ſeruat. Quoties ergo miſeretur; iuſtè ſine dubio, miſeretur. Auguſtinus cap. 11. contra Adimantum Manichæum, & lib. 9. de ciuit. Dei cap. 5. Miſericordia eſt virtus: nunquid ergo virtus, ait, miſerum cor facit? Quid ergo calumnioſis Stoicis aſſerentibus miſericordiam vitium eſſe, ideóq; in Deo non inueniri, Tullius reſponderet, niſi miſericordiæ nomine clementiam ſe appellare voluiſſe? Eſt ergo in Deo miſericordia ſine cordis miſeria; ſicuti eſt zelus ſine tabe, & cruciatu animi. Et contra aduerſarium legis & prophetarum lib. 1. cap. 20. Pœnitentia Dei, inquit, non eſt poſt errorem: ira non habet perturbati animi errorem, atq; ardorem: miſericordia non habet compatientis miſerum cor: zelus non habet mentis liuorem; ſed pœnitentia Dei, eſt rerum in eius poteſtate conſtitutarum hominibus inopinata mutatio: Ira Dei, eſt vindicta peccati: miſericordia Dei, eſt bonitas opitulantis: zelus Dei, eſt prouidentia, qua non ſinit eos, quos ſubditos habet, impunè amare, quod prohibet. Et de cognitione veræ vitæ, cap. 19. Miſericors namq; Deus dicitur, non quòd miſerum cor habeat, cùm omnem miſeriam longe à Deo eſſe, ratio probet. Iuſtum autem humana locutio nominat, qui bonis bona, malis mala recompenſat. verùm quia miſeris in miſeriis Deus ſubuenit, nomen miſericordis, & miſericordiæ accipit: quamuis ſi nunquam aliquis miſer fuiſſet, cui miſericordiam impenderet; non minus tamen in ſubſtantia ſui, ipſa miſericordia exiſteret. Baſilius Magnus homelia in illud Pſal. 32. Diligit miſericordiam, & iudicium: Miſericordia domini plena eſt terra. Diligit, inquit, miſericordiam, & iudicium, velut aſſiſtrice conſtituta ſibi miſericordia, & regio iudicij prælata throno. Neq; enim miſericordia ſine iudicio, neq; iudicium ſine miſericordia. Ante iudicium, miſericordiam diligit, & poſt eã prærogatam ad iudicium venit. hæc enim inter ſe coniuncta ſunt, miſericordia cum iudicio: ne miſericordia ſola ſupinitatem, & lentorem animabus ingeneret, ne iudicium ſi per ſe conſideretur, in eiudem deſperationem operetur. Miſericordia domini plena eſt terra, id eſt, Nos, qui terra ſumus, referti ſumus miſerationibus domini: qui autem in cœlo, digni potius qui beati prædicentur. Auguſtinus quoq; dicit, quòd miſericordia ſit hîc, iudicium verò in futuro; non negat tamen, quin aliquis erit in futuro miſericordiæ effectus: & in electis, qui per miſericordiam ab omni miſeria liberabuntur: & in reprobis, qui minus quàm meruerint, cruciabuntur. Quamuis non ſine cauſa dicatur terra noſtra plena miſericordia; quia ſcilicet hîc multis modis miſeretur nobis Deus, quibus non miſerebitur in futuro. Primus modus miſerendi, quòd à multis me cuſtodierit: ſecundus, quòd peccata diſſimularit: tertius, quòd viſitarit cor meum: quartus, quòd pœnitentem ſuſceperit: quintus, quòd continendi deinceps virtutem dederit: ſextus, quòd gratiam dederit pro-

Diuerſa miſericordię ratio Auguſt.

De moribus Manich. lib 2.

Cicer.

Miſericor. ſine iuſtitia non valet.

Iuſtitia condecentia bonitatis.

Auguſt.

Quomodo miſericordia in Deo.

Auguſt.

Miſericordia eſt æterna.

Baſilius.

Miſericordia domini plena eſt terra.

Bernardus.

Primus partis miſericordiæ.

2. 3.

4. 5. 6.

Ambroſius.

De miſericordia Dei.

rit promerendi: ſeptimus, quòd ſpem dederit obtinendi promiſſa ipſius. Iure ergo miſericordia domini plena eſt terra. Ad hoc propoſitum, Ambroſius loquens in Pſal: 118. 7. ſer. 20. ait: Deus miſericordiarum plenus eſt, & miſericordiæ eius cum iudicio, & iudicium cum miſericordia. Neq; enim ſine iudicio miſeretur, neq; ſine miſericordia iudicat. Vnde canit Dauid, Pſ. 74. Calix in manu domini vini meri plenus mixto: &c. Ambroſius vbi ſupra; parata & plena eſt pœna, quæ debetur impiis, quam dominus declinauit in perfidos; ſed tamen miſeratione ſua non vſq; ad fecem dignatus eſt effundere, ne plenitudinem ſupplicij ferre non poſſent: Inclinat ergo calicem, non euacuat. Quòd inclinat, cenſura eſt; quòd non euacuat, miſericordia: Ergo iudicium quoq; miſericordia temperat, vt calicem domini ferre valeamus. Cyrillus in caput Ioan. 8. Ieſus perrexit in montem Oliueti, in altitudinē diuinæ miſericordiæ, inquit: Superfertur oleum cæteris liquoribus, & miſericordia omnibus ſupereminet Dei operibus, & plus cæteris in homines eluceſcit. Miſericordia enim ſuperexaltat iudicium. Iacob. 2. Chryſoſt. in Pſal 50. Miſericordia Dei inæſtimabilis eſt, omnem excedens ſermonem, peccatorū conſolatio, iuſtorum cautela. Non enim ſolùmmodo peccatores ſaluantur; ſed & iuſti miſericordia circumdantur. Et ſuper illud Pſal. 124. Miſerationes eius ſuper omnia opera eius: Non ſolùm iuſti, inquit, ſed etiam peccatores, per ea, quæ patiuntur, eius miſericordiam prædicant: non Abeli tantùm miſericordiam impendit, ſed etiam Cain, cui tribuit tempus pœnitentiæ; non ſolùm Noë, & liberis, ſed iis etiam, quos illa inundatio obruit; & non in hominibus tantùm, ſed in omnibus, quæ videntur, in brutis. Quin etiam ſi quis ad ipſos angelos aſcenderit, videbit multas miſericordias. Et in Pſ. 135. Exaudi me in tua iuſtitia. Iuſtitiæ Dei admixta eſt miſericordia, & tanta; vt ipſa etiam iuſtitia vocetur clementia: ideò ſermone de miſericordia, ait: quòd miſericordia ſit ſalutis præſidium, fidei ornamentum, propitiatio peccatorum. & hom. 50. ad populum Antiochænum dicit, Deum ſuam commendare bonitatem, propterea quòd puniat peccatores; quia bonus, inquit, ideò gehennam præparauit, vt ſeruetur diſciplina, & iuſtitia non contemnatur, ex cuius contemptu ſequeretur omnium rerum confuſio. In Deo ergo, ſecundum Chryſoſtomum, & miſericordia eſt, non tamen ſine iuſtitia, nec iuſtitia viciſſim ſine miſericordia; vt in omnibus ſit iuſta miſericordia, & iuſtitia, miſericordia temperata. Quid ergo ſit miſericordia Dei, & quomodo ſine iuſtitia non ſit, dixi.

Margin notes: Iudicium cū miſericordia. — Cyrillus. — Chryſoſt. — Gene. 4. — Gene. 8. — Pſal. 135.

CAP. II.

Miſericordia Dei per diuinas ſcripturas oſtenditur.

Congruum eſſe puto ex diuinis ſcripturis, ſacra depromere oracula, ex quibus manifeſtum ſit, quanta ſit Dei miſericordia circa electos ſuos. huius autem rei magnus commendator, atq; laudator adducendus eſt, Apoſtolus ſcilicet, qui Dei miſericordiā multis modis in ſeipſo expertum fuiſſe, profitetur. Miſericordiā, inquit, conſecutus ſum quia ignorans feci in incrudelitate. Principiū ergo ſuæ vitæ, atq; ſalutis, miſericordiā eſſe fatetur, ab illo ſibi impenſam, qui eſt diues in miſericordia, vt dicit ad Epheſios: Deus, inquit, qui diues eſt in miſericordia, propter multam charitatem ſuā miſertus eſt nobis. hæ veræ diuitiæ ſunt miſericordiarum, vt non quærētibus vltrò miſericordia præſtaretur, ſicut dicit Iſaias: Palàm factus ſum non quærentibus me. hoc enim eſt abundare miſericordia; vt & non poſtulātibus tribuatur. Non ſolùm, Chryſ. inquit, eſt miſericors; ſed diues in miſericordia. Ad Cor. 2. 1. vocat patrem miſericordiarū, non vnius aut alterius, ſed multarū; propterea quod vndequaq; ſua nos miſericordia circūdat: præuenit enim voluntatem humanā, mouet, & allicit, perficit ſolidatq́; deniq; ex faucibus mortis extrahit: hanc ob cauſam ita exorſus eſt Paulus (ait Chryſo.) quia ſeſe à ma-

Margin notes: Timot. 1. 1. — Epheſ. 2. — Ambro. — Iſa. 65. — Corint. 2. 1. — Chryſoſt.

gnis

De miſericordia dei

gnis periculis fuiſſe ſubductum: agnouit. Ad Rom. 9. diuinæ potentiam miſericordiæ clariſsimè oſtendit. Non eſt volentis, neq; currentis, ſed miſerentis Dei. Non enim homo poteſt bene velle, aut bene currere; niſi Deus, ſua nos præueniendo miſericordia, animam noſtram ſuſcitaret: ſunt nihilominus bene velle, & bene currere, actus hominis volentis atq; currentis, diuina miſericordia præuenti.

Rom. 9. Eſt Dei miſerētis.

Hieronymus ad Hebdibiam ad quæſtionem decimam, dicit illud Apoſtoli 9. Rom. Non eſt volentis &c. eſſe pronunciationem interrogantis, redarguentis, atq; opponentis, & non aſſerentis.

Hieronym.

Chryſoſtomus Homelia 42. ad populum Antiochænum. Apoſtolus non propriam introduxit ſententiam, inquit, Sed nos prius eligere bona, & tum Deum inducere ſua.

Chryſ.

Ambro. 9. ad Rom. Moyſi enim dicitur Exod. 33. Miſerebor cui miſertus ero: & miſericordiam præſtabo, cui miſericordiam præſtitero, id eſt, ei miſericordiam dabo, quem præſciui poſt errorem recto corde reuerſurum ad me. Igitur, non volentis, neq; currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Recte dicit, quia non in voluntate petentis, ſed in dantis arbitrio debet eſſe quod poſcitur. An enim dandum ſit, dantis debet iudicio penſari. Nam Saul peccans cùm petiſſet veniam, non accepit; at contrà Dauid peccans, & ignoſci ſibi veniam poſtulans, conſecutus eſt. Ex hoc vtique dantis Dei, & non recipientis iudicium ſequendum eſt, quia non iniuſtè iudicat, qui omnes ſaluos vult, manente iuſtitia: Inſpector enim cordis ſcit petentem, an hac mente poſcat, vt mereatur accipere.

Ambr.

Verùm huiuſmodi doctorum ſententiæ, dicentium nos prius eligere bona, & tum Deum inducere ſua, eum deniq; homines ſaluare, ſeu damnare propter præuiſa opera boni conſulendæ ſunt. Senſus enim illarum eſt, nos aliquid, Deo adiuuante, facere: deinde Deum ſua infundere dona. Quærite, inquit Math. 7. & inuenietis, pulſate, & aperietur vobis: & Pſal. 33. Accedite ad eum, & illuminamini Ex diuina ergo gratia accedimus, maius illius lumen accepturi. Proinde hoc modo noſtrum eſt quærere, orare, & ſimilia facere; vt maiora gratiæ dona conſequi poſsimus. Non eſt ergo volentis, neque currentis &c. id eſt, non ſolùm non poſſumus velle, & currere, Deo nos non comitante; verùm etiam nec ipſa quidem volendi initia atq; currendi habere, niſi miſerentis gratia prius nos excitauerit.

Dilucidatio Doctorum.

Auguſtinus in enchiridion cap. 31. Si homo, inquit, eius ætatis ſit, vt ratione iam vtatur, non poterit vtiq; credere, ſperare, atq; diligere, niſi velit, nec peruenire ad palmam ſupernæ vocationis Dei, niſi voluntate cucurrerit. Quomodo ergo nõ eſt volentis, neq; currentis, ſed miſerentis eſt Dei; niſi quia & ipſa voluntas, à Deo præparatur? Alioqui, ſi propterea ſic locutus eſt, quia ex voluntate hominis, & miſericordia Dei id fiat; cur non è contrariò rectè dicitur: Non miſerentis eſt Dei, ſed volentis eſt hominis? Reſtat ergo, vt totum Deo detur, qui hominis voluntatem bonam, & præparat adiuuandam, & adiuuat præparatam. Præcedit enim bona voluntas multa Dei dona, ſed nõ omnia: quæ autem non præcedit ipſa, in eis eſt & ipſa. Nam vtrumq; legimus in ſanctis eloquijs, Pſal. 58. Et miſericordia eius præueniet me. & Pſal 22. Et miſericordia eius ſubſequetur me. Nolentem præuenit, vt velit; volentem ſubſequitur, ne fruſtra velit. Cur enim admonemur orare pro inimicis noſtris vtiq; nolentibus piè viuere; niſi vt Deus in illis operetur, vt velint? Item cur admonemur petere, vt accipiamus, Matth. 7. niſi vt ab illo fiat, quod volumus, à quo factum eſt, vt velimus? Oramus ergo pro inimicis noſtris, vt miſericordia Dei præueniat eoſ, ſicut præuenit nos: oramus autem & pro nobis, vt miſericordia eius ſubſequatur nos. Patet ergo quomodo non eſt volentis, neq; currentis, ſed miſerentis ſit Dei.

Aug.

Bona voluntas à Deo.

Miſericordia præueniens, & ſubſequens

Dauid Pſal. 35. Domine in cœlo miſericordia tua, & veritas tua vſq; ad nubes, licet enim in terra, & in mari ſit miſericordia Domini; propriè tamen eſt in cœlo, inde venit, inde expectatur: veritas autem eius vſq; ad Apoſtolos, qui inundatione ſermonis, terram irrigantis, eam fructum deo facere docuerunt. Vſq; ad ipſos igitur eſt veritas, quæ eſt Chriſtus, cuius iuſtitia eſt ſicut montes Dei, hoc eſt, eximia, & altiſsima. Adde, quòd cœlum ſit electorum congregatio, quia anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ, cœlum autem eſt ſedes Dei. Iſa. vlti. in hoc autem cœlo, miſericordia plena, atq; perfecta conſpicitur: in angelis quidem, miſericordia præſeruans, in electis hominibus, liberans, in vtroq; coronans. Pſa. 32. dicitur: Miſericordia Domini plena eſt

Pſal. 35.

Miſericordia in cœlo.

Pſalm. 32.

na eſt

na eſt terra: quia (inquit Auguſtinus) multa ſunt temporalia bona, ex Dei miſericordia,
omnibus communia, quòd Solem ſuũ oriri faciat ſuper bonos, & malos, & pluat ſuper iu-
ſtos, & iniuſtos, & ſimilia multa. Eſt & alia miſericordia cœleſtis, æterna, quam Deus
ſuis largitur electis: quam ob cauſam dictum eſt à Propheta: Domine in cœlo miſericordia
Pſalm.88. tua. De hac ipſa miſericordia loquitur Pſal.88. Quoniam dixiſti, miſericordia ædificabitur
in cœlis: Cœlos, id eſt, prædeſtinatos, dicit miſericordiam confiteri domini, & hanc veri-
tatem in cœlis præparaſſe. In Chriſto enim miſericordia æterna ædificata, & per ipſum
Pſal.102. in ſuis electis, cuius veritas eſt ab æterno præparata, & in ſuis cœlis diſpoſita. Pſalm.102.
Dicit æternam eſſe Dei miſericordiam ſuper electos ſuos: Miſericordia Domini, inquit, ab
æterno, & vſq; in æternũ, hoc eſt, quæ nullo modo diſſoluetur, ſeu ceſſabit ſuper filios ſuos:
Augu. Nam quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt dominus timentibus ſe. Iam ſæuiat
quantum vult, pater eſt: fili ſi ploras, ſub patre plora, noli cum indignatione, noli cum ty-
po ſuperbiæ. Medicina eſt, quòd pateris non pœna, caſtigatio eſt, non damnatio. Noli re-
pellere flagellum, ſi non vis repelli ab hæreditate: Ipſe cognouit figmentũ noſtrũ, infirmita
tem noſtram: Nouit quid fecerit, quomodo lapſum ſit, quomodo reficiendũ ſit, adoptandũ,
atq; ditandũ. Æterna ergo, atq; immenſa eſt Dei miſericordia ſuper eos, quos ſuos eſſe vo-
Iſa.49. luit electos. Iſaias ſub typo matris ſuæ filium vnicè diligentis depingit miſericordiam Dei.
Nunquid poteſt, ait, obliuiſci mulier infantem ſuũ, vt non miſereatur filio vteri ſui? Etſi illa
oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui: ecce in manibus meis deſcripſi te. Etſi illa obli-
ta fuerit, vincens mentis duritia iura naturæ; ego tamen non obliuiſcar creaturam meam;
Hieron. & Sanctorum animas, ait Hieronymus, ſemper in meo corde retinebo. huius autem miſeri-
cordiæ ſigna, ſtigmata ſunt in Chriſti manibus fixa, querelã faciũt, quàm magna ſuper ſu-
os ſit miſericordia prædeſtinantis, & patientia redimentis. Iuſtè ergo dicere poteſt, quòd
oues ſuas, de manu ſua nemo poteſt tollere, pro quarum ſalute comparanda, talia geſtat in
Iſa.54. manibus ſigna. Et capite 54. vocat miſericordiam ſempiternam. Ad punctum in modico
dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abſcon-
Miſericordia di faciem meam, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui. Ad modicum electi Dei
ſempiterna. relicti ſunt ſub peccatorum oneribus, ſed miſericordia ſempiternæ prædeſtinationis ad vi-
Iſai.54. tam reuocauit, ad prædeſtinatam hæreditatem reduxit. Et iterum, vtitur metaphora, vn-
de æternitas diuinæ miſericordiæ demonſtretur. Montes, inquit, commouebuntur, & colles
contremiſcent; miſericordia autem mea non recedet à me, & fœdus pacis meæ non moue-
Hieron. bitur, dixit miſerator tuus Dominus. Sicut iuraui, inquit Hieron. Noê, nequaquam terris
inducendum eſſe diluuium; ſic iuro eccleſiæ meæ, quam mihi redemi ſanguine meo, nequa-
quam me iratum fore his, quorum miſertus ſum: nec meam clementiam, vlla increpatio-
nis duritia commutandam; facilius enim montes mouebuntur, & colles, quàm mea ſenten-
tia commutabitur. Hæc eſt autem, inquit, miſericordia mea; vt fœdus pacis, quo mihi re-
conciliatus eſt mundus, non merito eorum, quibus datum eſt, ſed mea clementia, conſerue-
tur. Et cap.16. Et præparabitur in miſericordia ſolium eius, ſcilicet Meſſiæ, & ſedebit ſu-
Miſericordia per eum in veritate in tabernaculo Dauid. Si enim miſericordia non præceſſiſſet, ſolium
Dei eſt immu eccleſiam ſibi non præparaſſet: etſi in illa veritas non regnaret, nequaquam tam diu con-
tabilis.
Ierem.9. ſtitiſſet inter fluctus færi maris, immobilis. Ieremias dicit à Deo fieri miſericordiam, & iu-
dicium, atq; iuſtitiam in terra. Miſericordiam ſcilicet in parcendo, atq; liberando, iudiciũ
autem, & iuſtitiam, id eſt, iuſtum iudicium; vt qui miſericordiæ largitatem contempſerũt,
iuſti Dei iudicij pœnam ſentiant. Non glorietur ſapiens, inquit, in ſapientia ſua, nec diues in
diuitijs ſuis, neq; fortis in fortitudine ſua; ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire, ſiue in-
telligere, & noſſe me; quia ego ſum Dominus, qui facio miſericordiam, & iudicium, & iu-
Hieron. ſtitiam in terra: hæc enim placent mihi, dicit dominus. Senſus eſt, ait Hieronymus, quòd
omnia Dei prouidentia, & iuſtitia gubernentur. vbi ſunt ergo, qui dicunt hominem proprio
regi poſſe arbitrio, & ſic datam liberi arbitrij poteſtatem, vt Dei miſericordia tollatur,
Ierem.31. atq; iuſtitia? Et cap. 31. Miſerans attraxi te, & in miſericordia reducam te: trahimur er-

go ad fidem Dei miſericordia nos præueniente, atq; ab eadem à noſtris deducimur errori-
bus. Et cap. 32. dicit Deum facere miſericordiam in millibus, hoc eſt, clementiſsimè omnia Iere. 32.
diſpenſare. Et 3. lamen. Miſericordiæ Domini, quia non ſumus conſumpti, quia non defece-
runt miſerationes eius. Immenſam Dei miſericordiam oſtendit, qui toties offenſus, miſeri-
cordiæ viſcera non retraxit, neq; continuit in ira ſua miſericordias ſuas. Oſeas cap. 6. docet Oſeæ 6.
Deo gratiorem eſſe miſericordiam ſacrificio: ſicuti etiam Dominus Matth. 12. & Marc. 9. Matth. 12.
oſtendit: Diſcite, inquit, quid ſit: Miſericordiam volo, & non ſacrificium: Quia miſericordi-
am volo, & non ſacrificiũ, inquit, & ſcientiam Dei plus quàm holocauſta. Neq; enim in ſa- Hieron.
crificiis delector, & victimis, & holocauſtorum multitudine. Victimæ meæ, & holocauſta,
ſalus credentium, & conuerſio peccatorum eſt. Et in eodem cap. Quid faciam tibi Ephra-
im? quid faciam tibi Iuda? Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina, & quaſi mane per-
tranſiens. Sanè miſericordia parua fuit in rore cœli, & pinguedine terræ. Gen. 27. Magna Quæ ſit magna miſericordia.
verò illa extitit, quæ in Iacob effuſa eſt, de qua Dauid cecinit Pſal. 47. Suſcepimus Deus
miſericordiam tuam in medio templi tui, hoc eſt, Chriſtum, qui factus eſt nobis à Deo pa-
tre, vt dicit Apoſtolus 1. Cor. 1. Sapientia, iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio. Micheas, Micheas 7.
Dei miſericordiam commendans, dicit, Deum pro ſua immenſa miſericordia omnia pecca-
ta noſtra in profundum maris proiecturum; vt ſalſugo, & amaritudo vitiorum in ſalſa re-
gione diſpereat. Non immittet, inquit, vltra furorem ſuum, quoniam volens miſericordi-
am eſt. Reuertetur & miſerebitur noſtri, deponet iniquitates noſtras, & proijciet in pro-
fundum maris omnia peccata noſtra, hoc eſt, in profundum baptiſmatis, quia contrita ſunt
capita draconis in aquis. Pſal. 73. Dabit veritatem in Iacob, & miſericordiam Abraham, Pſalm. 73.
quam iurauit patribus noſtris à diebus antiquis, id eſt Chriſtum, promiſſum à lege & Pro-
phetis. Apoſtolus Iacobus in ſua canonica cap. 2. Superexaltat autem, inquit, miſericor- Iacobi 2.
diam quàm iudicium, hoc eſt, potiores obtinet partes; nam libentius exhibet Deus miſeri-
cordiam, quàm iudicium: miſericordia ergo gloriatur aduerſus iudicium. Vnde in Deut 5. Deuter. 5. & 7.
dictum eſt ad Moyſen: Ego ſum Deus tuus, faciens miſericordiam in multa millia, dili-
gentibus me, & cuſtodientibus præcepta mea. Et 7. Et ſcies, quia Dominus Deus tuus ipſe
eſt, Deus fortis, & fidelis, cuſtodiens pactum, & miſericordiam diligentibus ſe, & his,
qui cuſtodiunt præcepta eius, in mille generationes. Vnde Ionas 4. Scio enim, quia tu es Ionas 4.
Deus clemens, & miſericors, patiens, & multæ miſerationis, & ignoſcens ſuper maliti-
am. Idem Ioel: 2. Multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malitia. Ex his igitur, atq; ſimi- Ioel. 2.
bus ſcripturarum oraculis, quam magna ſit circa ſuos electos miſericordia Dei noſtri, de-
niq; quomodo illa ſit immobilis, & æterna, perſpicuum eſt, puto.

CAP. III.

Argumenta contraria.

QVia palàm affirmauimus, iuſtitiam ſine miſericordia à Deo hominibus non 1.
impendi atq; exhiberi: poſſet aliquis ita nobis occurrere, atq; ignorantiæ ſcri-
pturarum arguere. Apoſtolus Iacobus 2. cap. ſuæ canonicæ admonet, iudi- Iacob. 2.
cium, ſine miſericordia, interdum à Deo exerceri: Iudicium, inquit, ſine mi-
ſericordia, ei, qui non facit miſericordiam: non ergo iuſtitiam miſericordia
ſemper comitatur. Ad hoc accedit authoritas Auguſtini in Pſal. 118. Prope es domine &c. Aug.
Vbi, inquit, non miſeretur Deus, vindictæ veritas datur. Aliquid ergo fit à Deo, vbi ipſe nõ
miſeretur. Amplius Deuteronomij cap. 25. ſecundum modum delicti, erit & plagarum 2.
modus: ſed delictum cuiuſcunq; peccantis, finitum eſt, ac momentaneum: non iuſtè ergo
fit, vt pro peccato finito, anima peccantis, æternos ferat cruciatus. Qua ratione conſtat in
hoc opere, non modò non miſericordiam relucere, ſed ne iuſtitiam quidem. Adde illud A-
pocalypſis cap. 18. Quantum ſe glorificauit, & in delitijs fuit; tantùm date ei, & tormen- Apoc.

cord.Dei. *ta: in qua planè ſcripturæ authoritate ſtrictè tangitur correſpondentia pœnæ ad culpam
ſine aliqua miſericordiæ remiſsione. Non ergo vniuerſæ viæ Domini, miſericordia & veri-*
3. *tas. Præterea, nulla in electorum prædeſtinatione, videtur eſſe iuſtitia: ſit enim, ſicut di-
ctum eſt, nullis præuijs operibus, aut præuiſis meritis; non ex operibus, ſed ex vocante di-
ctum eſt: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. In reprobatione quoq; nulla conſpicitur mi-
ſericordia, imò nec ipſa iuſtitia; ſed (ſi fas ſit ita loqui) iniuſtitia potius: quippe cùm re-
probus, ſine aliquo demerito, ſuæ ferat reprobationis iniuriam, & damnum. Iterum, Inter-*
4. *eſt miſericordis iudicis, afficere pœna delinquentem, ad illius correctionem: ſed Deus, ſic
pœna reprobos afficere non videtur, cùm nullus reproborum ſalubriter corrigatur: igitur
in reproborum pœna, nulla relucet Dei miſericordia; non enim eſt miſericordia, niſi vbi
eſt releuatio à miſeria. Adde, quòd Deus poſſet damnare Petrum, & ſaluare Iudam, abſo-
lutè loquendo: ſed ſi id fieret, ſicut in damnatione Petri, nulla eſſet miſericordia, imò ne iu-
ſtitia quidem; ita planè in ſaluatione Iudæ, nulla iuſtitia inueniretur, cùm in eo non eſſet
meritum, ſed demeritum potius. Adhuc, quædam Dei opera, à diuinis ſcripturis, vtpotè*
5. *iuſtificatio impij, dei miſericordiæ attributa ſunt: Iuſtificati gratis, Rom.5. Nonnulla verò
diuinæ iuſtitiæ, vt impiorum damnatio, ſicut ex Iacobo audiuimus: Iudicium ſine miſeri-
cordia &c. Apoſtolus præterea ad Rom.15. Dei iuſtitiæ, atq; veritati conuerſionem tribuit
Iudæorum: gentium verò, miſericordiæ. Dico, inquit, Chriſtum Ieſum, miniſtrum fuiſſe cir-
cumciſionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promiſsiones patrum: gentes autem*
6. *ſuper miſericordia, honorare Deum. Ergo quod prius. Item in opere creationis, iuſtitia non
conſpicitur, nec etiam miſericordia; iuſtitiæ enim eſt, reddere debitum, miſericordiæ verò,
miſeriam ſubleuare: quodlibet ergo iſtorum, aliquid præſupponit in opere: ſed creatio nihil
præſupponit: Non ergo in omni opere inuenitur iuſtitia, & miſericordia. Sanè, miſericor-
dia eſt relaxatio iuſtitiæ: ſed Deo non conuenit, quod decet iuſtitiam prætermittere: Se*
Soluuntur ar- *ipſum, ait Apoſtolus 2.Tim.2: negare non poteſt: negaret autem ſeipſum, ſi dicta ſua ne-*
gumenta. *garet: ergo quod prius. Ex his ergo, & ſimilibus, in omni Dei opere, miſericordiam, & iu-
ſtitiam nequaquam inueniri ſimul, arguunt nonnulli. Ad quorum argumenta, ſic reſponde-*
1. *re poſſumus: & ad primum dico: illud Iacobi, intelligendum eſſe de miſericordia liberante
à toto, non autem de miſericordia mitigante, & ſubleuante à parte: Deus enim ſemper pu-
nit citra condignum, & remunerat vltra meritum. Eadem facilitate ſoluenda eſt Augu-*
2. *ſtini ſententia. Ad 2. Quamuis culpa ſit temporalis in ſe; illa tamen perpetua pœna pu-
nitur, quia eſt perpetua in volũtate peccantis: ſiquidẽ, teſte Gregorio, iniqui ſemper vellent*
Peccare cum *viuere, vt ſemper poſſent peccare. Quòd ſi dixeris, aliquem mortaliter peccare, cum volun-*
intentione *tate tamen pœnitentiam agendi: Reſpondeo, id, dubium non auferre: nam peccans mor-*
pœnitendi. *taliter, ſe periculo exponit, in peccato perpetuò manendi: non enim poteſt ſua ſponte à
culpa reſurgere, niſi Dei gratia, qua reddit ſe indignum, adiutus fuerit, & erectus. Non
ſolùm ergo reprobus in inferno pœnas dabit pro culpa ſua temporali, ſed etiam pro ſuæ ob-
duratione voluntatis perpetua, & auerſione, à ſummo, & infinito bono, ad hæc caduca &*
Quare pœna *temporalia bona. Præterea, anima ſecedens ex hoc mundo, abſq; ſuorum contritione pec-*
eſt æterna. *catorum, perpetuò manet peccatrix: igitur, perpetuam patitur pœnam, vt non ſit culpa
ſine pœna; atq; ita ſeruetur iuſtitiæ pulchritudo. Sanè, de pœnarũ æternitate, triplex fuit
apud veteres ſententia: Nonnulli enim huiuſmodi loca, in quibus tales pœnæ expendun-
tur, ipſamet corpora, in quibus animæ concluſæ tenentur, eſſe putauerunt. De hac autem*
Macrobius. *opinione, plura ſcribit Macrobius ſuper Somnium Scipionis. Hæc autem ſententia cùm à
philoſophia, tum etiam à fide catholica quàm longiſsimè abeſt: Animæ enim rationales
ſunt in corporibus tanquam formæ naturales, non autem in eis, tanquam in carceribus de-
tinentur; alioqui poſt receſſum ſemel ab eis, illa rurſus repetere non auderent, quod ta-*
2.Corin.5. *men ſcriptura affirmat: Nolumus, inquit Paulus, ſpoliari, ſed ſuperveſtiri. Alij putaue-
runt, eſſe elementorum loca, quæ mutationis ſubiecta ſunt. Talia quædam ſenſiſſe Mercu-*
Merc.Dial.10. *rium volunt, 10. Dialogo Pymandri.* Anima, *inquit,* poſtquam eſt humanam exuta
figuram,

figuram, non in corpora degenerat brutorum, vt impius error aſſerit, ſed cùm mens dæmon efficitur ad obſequium Dei, iubetur igneum capeſſere corpus, inde in animam transfuſa nefariam, eam flagellis verberat peccatorum. Et paulò antè, igneum ſortita corpus per loca omnia circumuagatur, animamq́; iudicio iuſto, ac merito ſupplicio relinquit. *Putat ergo animam corpore exutam, elementorum actionibus, qualitatibusq́ue torqueri. Hunc imitatur penè Virgilius 6. Æneid: Ergo exercentur pœnis, veterumq́; malorum ſupplicia expendunt: aliæ panduntur inanes ſuſpenſæ ad ventos: aliis ſub gurgite vaſto, infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni. Quidam verò rationabilius locuti ſunt, ſcripturisq́; ſanctis proximi extiterunt, dum aſſerunt, ſub terram eſſe inferorum loca, atq; ſuppliciorum regna. Hos imitari videtur Orpheus, cùm deſcenſum ad inferos deſcribit. Socrates in Phædone dicit, quòd ſit inanitas per eiuſmodi naturā vnus aliquis ex telluris hiatibus, magnum profectò chaſma, & per vniuerſam terram porrectus. Vnde Homerus, longè nimis baratrum ſub tellure profundum: quod ipſe, & multi Poëtæ tartarum appellant. Marcus Varro tria templa diſtinxit: natura in cœlo: auſpicijs in terra: ſimilitudine ſub terra. Ait enim Poëta: Acheruſia templa, alta orci ſaluete infera. Nonnulli epicurei, vt Iſaac Iſraelita, Heſiodus, Attalus, orbem triſtem, atq; vmbroſum commemoraſſe reperiuntur; ad quem poſt mortem, obſcœnis perturbationibus infecti animi deprimerentur. Seruius quoq;, veteres quoſdam ſenſiſſe oſtendit; vt inferi in medio terrarum ſint. Cicero in Tuſculanis Socratem probat, qui iam moriturus, duplices eſſe animorum curſus diſſeruit è corpore excedentium. Plato, Credamus, inquit, ſemper antiquis, ſacrisq́; ſermonibus, qui animum immortalem eſſe aſſerunt, indicesq́; habere; vt ſi ſe inquinat labe inexpiabili, grauiſſimas pœnas det, cùm à corpore fuerit ſeparatus. Zeno ſtoicus eſſe inferos docuit, & ſedes piorum ab impijs eſſe diſcretas: Et illas quidem quietas, ac delectabiles incolere regiones; hos verò pendere pœnas in tenebroſis locis. Scripturæ palam hoc proteſtantur, atque inferorum, & pœnarum loca deſcribunt. Moyſes in ſuo cantico: Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſq; ad inferni nouiſſima. Iob 24 Pœnarum acerbitatem depingit, Tranſibunt, inquit, ad nimium calorem ab aquis niuis David Pſalm. 48. Sicut oues in inferno poſiti ſunt: mors depaſcet eos. Iſa. vlt: Vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. & 30. Præparata ab Heri Tophet, à rege præparata, profunda, & dilatata. Nutrimenta eius ignis, & ligna multa, flatus Domini ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam. Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum, qui eſt præparatus diabolo, & angelis eius. Theſ. 2. 1. Qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie domini, & à gloria virtutis eius. Apocal. 20. Et infernus, & mors miſsi ſunt in ſtagnum ignis. hæc eſt mors ſecunda. Plotinus enn. 1. lib. 6. cap. 6. Animus, inquit, non purgatus apud inferos in cœno iacet. Impurum namq; ob prauitatem, cœno eſt amicum: quemadmodum ſues corpore ſordidi, ſordibus delectantur. Cicero lib. de conſol. Vitijs, inquit, & ſceleribus contaminatos de primi in tenebras, atq; in cœno iacere, veteres docuerunt. Maro. 6. Sub gurgite vaſto infectum eluitur ſcelus. Iſa 14. Infernus ſubtus conturbatus eſt. Ex ethimologia, teſte Gregorio 4. Dialogo: Infernus dicitur, quia infra iacet. Ratio quoq; eiusdem manifeſta eſt: locus enim, & locatum debent proportionari; modò ſublimia corpora, loca felicia, eaq́; ſuprema poſsident: par eſt, vt infima, & cœnoſa, atq; deformia peccatorum corpora, obſcuras, & putentes cuſtodiant regiones: Auguſtinus 12. de gene. ad lit: licet de hoc obſcurè loqui videatur; lib: tamen retract: 2. ſeipſum maniſeſtat: Magis, inquit, mihi videtur dicere debuiſſe de inferis, quòd ſub terra ſint, quàm reddidiſſe rationem, cur ſub terra eſſe credantur. habemus ergo locum, in quo reprobi dant pœnas æternas, in quo, inquam, inuenitur miſericordia mitigans, non autem à toto liberans; exercetur enim ibi iuſtum iudicium Dei, quemadmodum docet Aug. 21. de ciuit. Dei, cap. 11. Quidam, inquit, iniuſtum putant, vt pro peccatis quàmlibet magnis, paruo ſcilicet tempore perpetratis, pœna quisq; damnetur æterna, quaſi vllius id vnquam iuſtitia legis attendat, vt tanta mora tem-*

Virgilius. Orpheus. Socrates. Homerus. Marcus Varro. Iſaac. Heſiodus. Attalus. Seruius. Cicero. Plato. Zeno. Deut. 32. Iob. Dauid. Iſa. Matth. Paul. Apoc. Plotinus. Cicero. Maro. Iſa. Gregori. Augu. Rationes Auguſtini.

poris quiſq; puniatur, quanta mora temporis, vnde puniretur admiſit. Cicero 12. de legibus, octo genera pœnarum eſſe deſcribit, damnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, mortem, ſeruitutem. Quid horum eſt, quòd in breue tempus pro cuiuſq; peccati celeritate coartetur; vt tanta vindicetur morula, quanta deprehenditur perpetratum, niſi fortè talio? Talio autem vocabatur, quod quale quis fecerat, tale paſſurus eſſet. Reliquæ autem pœnæ, plerũq; ſic infliguntur, vt nulla venia relaxentur: vnde pro huius vitæ modo, ſimiles pœnis videntur æternis. Ideò quippè æternæ eſſe nõ poſſunt, quia nec ipſa vita, quæ his plectitur, porrigitur in æternum, & tamen peccata, quæ vindicantur longiſſimi temporis pœnis, breuiſſimo tempore perpetrantur. Qui verò pro aliquo graui crimine morte mulctatur; nunquid mora, qua occiditur, quæ perbreuis eſt, eius ſupplicium legis æſtimant, & non quòd eum in ſempiternum auferunt de ſocietate viuentium? Quod eſt autem de iſta ciuitate mortali homines ſupplicio primæ mortis; hoc eſt, de illa ciuitate immortali, homines ſupplicio ſecundæ mortis auferre. Patet ergo quomodo in reprobis ſit iuſtum iudicium Dei. Ad Moyſis autem authoritatem dico, illam Euangelio non refragari, pœnas æternas aſſerenti; æternitas enim pœnæ non eſt ratione culpæ abſolutæ, ſed culpæ remanentis: intenſio autẽ plagæ (quæ per ſe requiritur in pœna) eſt ſecundum modum delicti. Ad illud Apoc. tantum, & quantum, non dicunt æqualitatem quantitatis, ſed proportionis: hoc eſt, qui plus ſe inordinatè glorificauit, quàm alius; ille ſecundum proportionem ſimilem, plus alio punietur. In punitione ergo reproborum, eſt miſericordia parcens, atq; mitigans. Miſericordia namq;, vt dixit Apoſtolus Iacobus, ſuperexaltat iudicium. Quò enim ad aliquod opus plures concurrunt virtutes, eò illud perfectius reputatur. Quare ſi iudicium fiat à iuſtitia, & miſericordia, erit vtiq; perfectius. fit autem ſic ab vtroq; cum illud, quod iuſtitia dictat infligendum, remittatur per miſericordiam: perfectius ergo eſt ex ambabus, quàm ex vna ſola virtute. Dicis, iudicium, à miſericordia deſtrui; nam ſicut ex iuſtitia iudicandum eſt; ita planè proportionabiliter pœna eſt exigenda. Quare, ſicut eſſet contra iuſtitiam non vendicare; ita certè non totaliter pœnam exigere. Dico illationem non eſſe bonam: nam dare bonum indebitum, non eſt contra iuſtitiam; quia ad liberalitatem ſpectat: actus autem vnius virtutis, alteri non repugnat. ſubtrahere autem bonum debitum, eſt contra iuſtitiam, ſicut inferre malum vltra debitum: quia hoc eſt ſubtrahere bonum debitum. ſed inferre malum citra debitum, hoc iuſtitiæ non obuiat; ſicut nec dare bonum in debitum. Dicis, ſi ita res ſe habet, igitur non erit contra iuſtitiam, nullum inferre malum: ſicut nec maximum bonum indebitè dare. Reſpondeo; quod iuſtitia ſuorum habeat graduum latitudinem, extra quam, ſuo officio fungi non poteſt. Quare, licet poſſit immitere vnum gradum pœnæ, vel duos; non tamen inde ſequitur, vt quemlibet dimittere poſſit; exiret enim tunc latitudinem illam, ſibi neceſſariò requiſitam. Cùm his autem verum eſt, quòd vniuerſæ viæ domini, miſericordia & veritas. Ad 3. dico, in electorum prædeſtinatione, reſpectu propoſiti æterni, non eſſe iuſtitiam, quæ ſecundum exigentiam attenditur meritorum; ſed eam potius, quæ diuinæ intuetur condecentiam bonitatis. hæc autem iuſtitia Deo tribuitur, non vnius tantùm reſpectu, ſed omnium prorſus creaturarum. Etenim creatura ex ſe cùm nihil habeat, ſed ex Deo, naturæ conditore; quidquid ergo circa illam vult Deus; iuſtum ſit, neceſſe eſt, quippè cùm voluntas Dei circa contingentia, ſit prima iuſtitiæ regula. In impiorum autem reprobatione, non deeſt miſericordia, & iuſtitia, ſecundum cauſas iuſtas quidem, nobis tamen incognitas, & obſcuras. Adde, quòd talibus Deus dederit bonam, & liberam naturam, vnde poſſunt in melius proficere. Ad 4. Maior eſt falſa: ad probationem autem dico, miſericordiam ex parte releuantem ſufficere. Ad confirmationem, ſi Deus damnaret Petrum, non eſſet iuſtitia ſecundum meritorum exigentiam, ſed potius abſoluta, ac etiam miſericordia parcens à miſeria non eſſendi: ſi autem Iudam ſaluaret, iuſtitia eſſet abſoluta; quæ ſcilicet eſt condecentia diuinæ bonitatis reſpectu omnium creaturarum. Porrò iuſtitia communiter accepta, eſt rectitudo voluntatis propter ſe ſeruata; atq; ita virtus omnis voluntatis recti-

Octo genera pœnarum.

Talio.

Mors temporalis quid.

Secundum menſuram delicti, erit plagarum mod⁹.

Miſericordia ſuperexaltat iudicium.

Iacobi. 1.

Miſericordia non deſtruit iudicium.

Iuſtitia habet ſuam latitudinem.

3.

Iuſtitia prædeſtinationis.

4.

Anſel. de veritate. cap. 12.

Iuſtitia quid ſit.

De miſericordia Dei.

tatis rectificatiua, iuſtitia nominatur. ſpecialiter verò intellecta à philoſopho 5. eth vocatur rectitudo voluntatis in operatione ad alterum: in operatione, inquam, iuſta, & debita ex neceſſitate legis: obiectum enim iuſtitiæ propriè dictum, eſt iuſtum, & debitum. Iuſtitia autem ſic propriè dicta, eſt duplex, legalis ſcilicet, & particularis: & legalis quidem dicitur rectitudo voluntatis ad reddendum communitati, quòd ſibi debitum eſt, ex legis obligatione: huius autem iuſtitiæ intereſt, actus omnium virtutum dirigere ad bonum commune: quam ob cauſam, & legalis dicitur, quia ſcilicet bonum commune intentio legis principaliter intendit. interdum autem iuſtitia legalis pro virtute, ad bonum commune ordinabili accipitur, ſicq; ſicut ſuperius de ſuo inferiori, de qualibet virtute prædicatur.

Iuſtitia legalis.

Iuſtitia autem particularis, eſt rectitudo voluntatis ad reddendum debitum perſonæ particulari, etiam ex neceſſitate legis. hæc autem bifariam poteſt intelligi: vno quidem modo, tanquam ordinẽ habens ad ſeipſum, tanquam ad alterum, atq; ita pœnitentia, iuſtitia nominatur, quatenus aliquis punit in ſe, quòd eſt iniuſtè commiſſum: vnicuiq; enim tanquam legis miniſtro conceſſa eſt ſuiipſius punitio. Alio autem modo in ordine ad alterum ſimpliciter: & hæc quidem duobus modis intelligitur, vt vna commutatiua, altera autem diſtributiua nominetur. Debitum namq; alteri, aut, bona profectò communia ſunt, circa quæ iuſtitia diſtributiua verſatur; aut ſingularis perſonæ, & ſic in illis ratio eſt cõmutatiuæ iuſtitiæ. Medium autem iuſtitiæ diſtributiuæ, Geometricam reſpicit proportionalitatem, quæ proportionis, & non quantitatis, æqualitatem conſiderat: medium autem commutatiuæ, æqualitatem quantitatis. Porrò iuſtitia retributiua, quæ bonis premia, & malis redduntur ſupplicia, aliquam gerere videtur diſtributiuæ iuſtitiæ ſimilitudinem, quia vnicuiq; pro ſua dignitate, præmia, aut ſupplicia diſpenſantur. Refert & interdum, commutatiuæ proprietatem iuſtitiæ: quandoquidem in illa retributione, pro bonis operibus, præmia, pro malis verò pœnæ commutentur. Re autem vera, nulla illarum propriè eſt dicenda. Decet enim Dei bonitatem, vt punitio citra condignum fiat; remuneratio verò ſupra meritum.

Iuſtitia particularis.

Iuſtitia commutatiua.

Iuſtitia retributiua.

Ex his ergo perſpicuum eſt in Deo eſſe iuſtitiam generaliter acceptã; quia ſcilicet diuina voluntas eſt omnis rectitudinis regula. Non eſt autem in eo iuſtitia, de qua loquitur philoſophus, aut legalis, vel commutatiua, ſeu diſtributiua; quia Deus nulli eſt debitor ex alicuius legis neceſſitate: ſua enim libera voluntate conſtituit, & diſpoſuit omnia, ſicq; conſeruat. Eſt autem ad ſeipſum, quaſi ad alterum iuſtitia, propterea quòd ſuam diligit bonitatem; cum qua tamen non concurrit miſericordia, quia nulla eſt ibi penitus, aut eſſe poteſt miſeria.

Quæ iuſtitia ſit in Deo.

Patet etiam, quomodo in omni actu productiuo Dei, atq; conſeruatiuo circa creaturas, iuſtitia ſit & miſericordia: omnis enim creatura, aut in toto, aut in parte à miſeria liberatur, ſuæ oppoſita conditioni naturæ. Amplius, vnicuiq; naturæ pro ipſius conditione, proprietates à Deo naturales præſtantur; vt igni eſſe calidũ, & ſimilia, & hæc vocatur iuſtitia, ſiue condecentia diuinæ bonitatis. Itaq; ex prædictis clarum eſſe puto, quomodo in omni Dei opere, miſericordia ſit, & veritas, ſiue iuſtitia.

In omni opere iuſtitia, & miſericordia.

Ad 5. Quædam Dei opera iuſtitiæ ſunt attributa, quia lucidiùs in illis Dei iuſtitia ſplendet, in quibuſdam verò vehementiùs miſericordia emicat; vna tamen ab altera penitus non excluditur, ſicut dictum eſt. Ad confirmationem, quamùis in vtriuſq; populi conuerſione, & iuſtitia Dei ſplendeat, & miſericordia; aliqua tamen iuſtitiæ ratio in Iudæorum conſpicitur conuerſione, quæ non apparet in conuerſione gentium, nempè diuinitus à Deo patribus facta promiſſio. 5.

Ad 6. licet creationi aliquid non præſupponatur in rerum natura; præſupponitur tamen aliquid in Dei cognitione; atq; ita ſaluatur ibi ratio iuſtitiæ, quatenus ſcilicet res in eſſe producitur, ſecundum modum diuinæ ſapientiæ, bonitatiſq; congruentem. Ratio verò miſericordiæ, quatenus res, de non eſſe, in eſſe mutatur. Ad confirmationem dico, iuſtitiam, à miſericordia non auferri, aut violari, ſed impleri potius, eſſeq; illius plenitudinem. Quare, cùm miſericordiam exercet, profectò non eſt dicendus contra iuſtitiam agere, quia ex ſua liberalitate ſupra iuſtitiam agit. De qua quidem iuſtitia, paulò latiùs eſt nobis loquendum, vt perfectiùs habeatur prædeſtinationis negotium. Quid ergo ſit Dei miſericordia, breuiter dixiſſe me puto. 6

DIGRESSIO DECIMA. CAP. I.

De iuſtitia Dei.

QVoniã hactenus balbutiendo de Dei miſericordia locutiſumus: Nunc nobis reliquũ eſt, vt de eius iuſtitia loquamur; atq; ita manifeſtè appareat, quàm admiranda ſit Dei iuſtitia in ſanctorum prædeſtinatione: timenda verò in impiorum reprobatione: amanda autem in peccatorum iuſtificatione. Porrò, ſicut

Quæ iuſtitia Deo non tribuitur.

dixi, iuſtitia Deo non tribuitur, quæ in mutua datione acceptioneq; conſiſtit: hæc, inquam, iuſtitia commutatiua, ſiue commutationum, ſeu communicationum directiua, Deo non cõpetit: Quis enim prior dedit illi, & retribuetur ei, inquit Apoſtol. Rom. 11. Aliam autem,

Dioni. tribuit Deo iuſt. diſtrib.

quæ in diſtribuendo conſiſtit, Deo tribuendam eſſe. Dionyſius 8. cap. de diuinis nominibus conſtantiſſimè affirmat. Iuſtitia, inquit, Deus, vt omnibus, ſecundum merita retribuens dicitur, menſuramq; & pulchritudinem, & ordinem, ac diſpoſitionem, omnesq; diſtributiones, atq; ordinationes, iuxta veriſſimam, ac iuſtiſſimam diffinitionem ſingulis ſegregans, & omnibus quibusq; proprij operis author exiſtens. Cuncta enim diuinæ iuſtitiæ legibus ordinat, atq; determinat; & omnia ex omnibus mera atq; impermixta cuſtodiens, pro ſingulorũ meritis, quæ ſunt omnibus congrua, vnicuiq; largitur. Hæc deniq; diuina iu-

Iuſtitia eſt ſalus.

Redemptio.

ſtitia, ſalus quoq; omnium prædicatur, propriam cuiusq; & ſinceram ab aliis ſubſtantiam, & ordinem ſeruans atq; cuſtodiens, cauſaq; puræ exiſtens. Hanc autem ſalutem, redemptionẽ Theologi nominant, ex eo quòd non ſinit ea, quæ verè ſunt, ad id cadere; vt non ſint ex eo. Itẽ quòd & ſi quid deliquerint, & ab ordine ſuo aberrauerint, & imminutionem aliquã perfectionis bonorum ſuorum paſſa fuerint; hac etiã in parte à paſſione, & imbecillitate, ac priuatione redimit, implens quod deeſt, et paterno affectu, infirmitatẽ ſupplens, atq; à malo erigens, imò in pulchro ſiſtens, et quod effluxerat, bonum reparans ac diſponens, & ordinis, quod deeſt in illo, atq; poſitionis exornans, integrũq; perficiens, & ab omnibus abſoluens in concinnitatibus. Hæc Dio. Sicut igitur ordo familiæ congruus, iuſtitiã præſefert gubernã-

Iuſtitia Dei quia iuſtus eſt

tis; ita planè ordo vniuerſi, iuſtitiã Dei, õnia legitimè diſpenſantis, atq; diſtribuentis. Huic autem iuſtitiæ, Deus, ex aliqua legis neceſſitate ſubijcitur minimè, cùm nulli debitor ſit: niſi fortaſſis dixeris, quòd ſeſe huic legi ſubdere voluerit. Porrò, ſicut iuſtitia in homine eſt rectitudo voluntatis, legimentis conformiter operantis, quæ rectitudo, eſt omniũ virtutum genus, in voluntate commorantiũ; ita planè iuſtitia in Deo, qua ipſe iuſtus eſt, imò ipſa iuſtitia, eſt diuinæ rectitudo voluntatis, legi ſuæ veritatis conformiter operantis: quam profectò in implendis promiſſis, atq; in remunerandis, caſtigandiſq; ſingulorũ operibus, inuiolabiliter ſeruat. Ab hac autẽ iuſtitia, Deus appellatur iuſtus, hoc eſt, verax, & fidelis in verbis ſu-

Iuſtitia Dei eſt veritas.

is, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Sanè, veritas, ſicut dixi in 1. lib. in rei, atq; intellectus adæquatione conſiſtit: intellectus autem, qui rei cauſa eſt, ad ipſam, vt regula, & mẽſura, comparatur: ſecus autem res ſe habet in intellectu, qui à rebus accipit ſcientiam. Etenim quando res ſunt menſura, & regula intellectus, ſicut contingit in nobis; tunc certè, in hoc veritas inuenitur, vt ſcilicet rei intellectus adæquetur. Ex eo enim, quòd res eſt, vel non eſt, noſtra opinio, ſiue oratio, vera vel falſa nominatur. Quando verò intellectus, rerum eſt & regula, & menſura, tum certè veritas in hoc conſiſtit, vt res intellectui adæquentur. hoc autem modo, verum opus artifex facere dicitur, quando nimirum arti concordat: ſicut autem ſe habent artificiata, ad artem; ita opera iuſta ad legem, cui concordant. Iuſtitia igitur Dei, quæ ordinem, diuinæ ſapientiæ, quæ eſt ipſius lex, conformem

Iudicium quo modo differt à iuſtitia.

conſtituit, conuenienter veritas appellatur: de qua ſcriptura loquitur frequenter. Nonnihil autem intereſt inter iuſtitiam, & iudicium: Nam iudicium eſt actus mentis, aliquod iuſtum eſſe decernentis: iuſtitia verò rectitudo voluntatis, iudicio mentis conformiter viuentis. Iudicij finis (inquit Ambroſius) eſt iuſtitia: in iudicio eſt veritatis cuſtodia, in iuſtitia fructus æquitatis: Iudicium (inquit Auguſtinus) eſt diſcretio boni, & mali: iu-

ſtitia verò

*ſtitia verò, eſt proſequutio boni, & fuga mali: facimus iudicium diſcernentes bonum à
malo: iuſtitiam autem, facientes bonum, & declinantes à malo. Deus autem cùm ſit iu-
ſtus, iudicium vtique iuſtum exercet: proinde dictum eſt Pſal. 118. Iuſtus es domine, & re-
ctum iudicium tuum. Eſt & alia iuſtitia Dei, non qua ipſe, ſed nos iuſti ſumus: quæ pro-* Iuſtitia, qua
fectò, quoniam à Deo nobis infunditur, hac de cauſa, iuſtitia Dei nominatur. Ignorantes, iuſtificat im-
inquit Apoſtolus ad Roman. 10. Dei iuſtitiam, & ſuam volentes ſtatuere, legi Dei non pia.
*ſunt ſubiecti. Adde, & aliam iuſtitiam Chriſti, qua, iuſtè ſcilicet, humanæ vicit hoſtem
naturæ. Itaque in electorum prædeſtinatione, abſoluta Dei ſplendet iuſtitia, hoc eſt, diuinæ* Abſoluta iuſt.
*condecentia bonitatis, in rerum gubernatione, atque ordinis earundem diſpenſatione, iuſti-
tia diſtributiua: in promiſſis implendis, minis quoque exhibendis, iuſtitia, quæ eſt veritas:* Diſtributiua.
*in peceatorum iuſtificatione, iuſtitia, quæ eſt charitas, ſiue gratia. In ſuperando teterri-
mo omnium aduerſario, iuſtitia, quæ eſt legitimi iudicij executio. Vt autem hæc ſint nobis
manifeſta, ſanctarum ſunt nobis conſulendæ ſententiæ ſcripturarum. Paulus ad Roman. 1.* Iuſtitia.
Iuſtitiam, qua Deus iuſtificat impium, manifeſtè demonſtrat. Iuſtitia Dei, inquit, in eo Veritas.
*reuelatur. Iuſtitia, ait Origenes, qua Deus iuſtus eſt, ac vnicuique reddit ſecundum opera
ſua. Ambroſius: Iuſtitia Dei, quia gratis iuſtificat impium per fidem ſine operibus legis.* Iuſtitia qua vi
Sic etiam ad Philip. 3. Non habens iuſtitiam, quæ ex lege eſt; ſed illam, quæ ex fide eſt. citDiabolum.
*Quæ ex Deo eſt iuſtitia in fide, ipſam iuſtitiam dicit reuelari in euangelio, dum donat ho-
mini fidem, per quam iuſtifieetur. Item iuſtitia eſt Dei; quia, quod promiſit, dedit. Du-* Rom. 1.
obus ergo modis intelligit Ambroſius iuſtitiam: & eam ſcilicet, qua iuſtificat impium, & Origen.
qua verax eſt in promiſſis ſuis. Auguſtinus de lit: & ſpir. cap. 9. intelligit iuſtitiam, qua Ambro.
Deus iuſtificat impium: Iuſtitia Dei, inquit, non qua Deus iuſtus eſt, ſed qua i.duit ho- Auguſt.
minem, cùm iuſtificat impium. De hac eadem Apoſtolus ad Roman. 3. Sine lege iuſtitia Roman. 3.
*Dei manifeſtata eſt, teſtificata à lege, & Prophetis. Lex quidem hoc ipſo, quòd iubendo,
& minando, & neminem iuſtificando, ſatis indicat dono Dei iuſtificari hominem per ad-
iutorium ſpiritus: Prophetæ autem, quia id, quod prædixerunt, Chriſti impleuit aduentus.
Ad hunc etiam modum Chryſoſtomus intellexit: Iuſtitiam, inquit, non tuam, ſed Dei. Non* Chryſoſt.
*enim ex ſudoribus, atque laboribus illam aſſequeris, ſed à ſupremo dono accipis, vnum dun-
taxat ex te afferens, fidem, quæ eſt etiam donum Dei. Hæc autem iuſtitia duo comple-* Hæc iuſtitia
ctitur, ſcilicet remiſſionem peccatorum, & animi rectitudinem per d.nation.m ſpiritus duo comple-
ſancti effectam. Qua quidem rectitudine fit, vt mens antea exoſa, & inuiſa, Deo placeat, ctitur.
*operaque verè bona exercere valeat. Hanc iuſtitiam vbique Apoſtolus operibus detrahit, &
tribuit fidei. Ad Roman. 3. Dicit, Deum voluiſſe hanc ſuam iuſtitiam mundo oſtendere:* Roman. 3.
*Ad oſtenſionem, inquit, iuſtitiæ ſuæ in hoc tempore, vt ipſe ſit iuſtus, & iuſtificans eum,
qui eſt ex fide Ieſu Chriſti: Et eſt ſenſus, exhibuit propitiatorem in hunc finem, vt ipſe a-
gnoſcatur in ſe eſſe iuſtus, nec ſolùm in ſe, ſed & author iuſtitiæ in alijs; in iis, inquam, qui
ex fide ſunt Ieſu Chriſti, qui ſcilicet abiecta omni confidentia, & lege meritorum, per Chri-
ſtum, quem agnoſcunt propitiatorem, humili corde ſupplicant ignoſci, quod malè admi-
ſerunt. Ad Roman. 4. Fides imputatur ad iuſtitiam. Principium noſtræ iuſtificationis* Rorgan. 4.
*eſt fides, quæ ideo gratis datur, vt ſpiritum impetrare poſſit, à qua diffunditur charitas,
quæ eſt plenitudo legis. Propterea omnia opera, quæ non fiunt ex fide, nec primam, nec ſe-
cundam, afferre valent iuſtitiam. Ad Roman. 9. Gentes, quæ non ſectabantur iuſtitiam,* Roman. 9.
apprehenderunt iuſtitiam, quæ eſt ex fide: Iſraël ſectando legem iuſtitiæ, in legem iu- Lex iuſtitiæ.
*ſtitiæ non peruenit. hoc eſt legem, ipſorum opinione iuſtificantem; vel legem iuſtitiæ, quia
pædagogus erat ad iuſtitiam; vel legem iuſtitiæ, id eſt, iuſtitiam legis, vt ſit hypallage;
in ipſam iuſtitiam, in rationem, & formam veræ iuſtitiæ non peruenit. Perfectio legi.eſt
fides (ait Ambroſius) quam Gentes apprehendentes, totam legem implere vide.tur. Iu-* Ambro.
*dæi autem dum per inuidiam ſaluatori non credunt, iuſtitia, quæ in lege eſt, vendicantes,
id eſt, ſabbatum, circumciſionem, & ſimilia, in legem non peruenerunt, hoc eſt, legem
non perfecerunt. hic enim implet legem, qui à lege Moyſi peruenit ad fidem Chriſti. Ad
Roman.*

De iuſtitia Dei.

Roman. 10. *Roman. 10. Ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuam volentes ſtatuere, &c. Ambro: Ignorantes Dei iuſtitiam, id eſt, Chriſtum, iuſtitia enim ipſe eſt, quia quod promiſerat Deus; in ipſo impleuerat.*

Ambro. August. *Aug. de lit. & ſpir. cap. 29. Intelligit de iuſtitia, qua Deus iuſtificat impium. Si finis legis eſt Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti, adhuc dubitamus, quæ ſint opera legis, quibus homo non iuſtificatur.*

Chryſoſt. *Chryſo. Iuſtitiam Dei vocat, quæ ex fide eſt, propterea quòd omninò ea ex ſuperna gratia ſit, nec laboribus, ſed Dei dono iuſtificamur. Verùm quoniam illi perpetuò ſpiritui ſancto reſiſtentes, per legem iuſtificari contendentes; ad fidem non accedebant; ad fidem verò non accedentes, neque iuſtitiam, quæ ex illa eſt; apprehendentes, ſuam quoque ſtatuere non valentes, vndique exciderunt.*

Cor. 1. 1. *Ad Cor. 1. cap. 1. Qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia.*

Auguſt. *Auguſtinus epiſt. 85. Ea iuſtitia, inquit, quæ viuit in ſeipſa, proculdubio Deus eſt. Sicut autem cùm ſit in ſeipſa vita, etiam nobis fit vita, cùm eius efficimur participes: ita cùm in ſeipſa ſit iuſtitia, etiam nobis fit iuſtitia, cùm ei adhærendo iuſtè viuimus: & tantò magis minusque iuſti ſumus, quantò magis minùſue cohæremus. Adhæremus autem illi charitatis vinculo copulati.*

Cyrillus. *Cyrillus li. 10. cap. 14. in Ioan. Voluntaria eſt, inquit, noſtra cum Chriſto conglutinatio; & charitate, ac fide perficitur. charitas ergo eſt noſtra iuſtitia, ſicut docet etiam Augu. de natura & gratia, cap. 42. 78.*

Charitas eſt noſtra iuſtitia. *Charitas, ait, eſt pleniſſima iuſtitia: charitas inchoata, inchoata iuſtitia eſt: charitas prouecta, prouecta iuſtitia eſt: charitas magna, magna iuſtitia eſt: charitas perfecta, perfecta iuſtitia eſt. Et epi. 7. Habet malus baptiſmum, & alias virtutes; ſola charitas eſt, quam habere, & malus eſſe poteſt nemo. Et epiſt. 57 ad Dardanũ: Fatendum eſt, ait, Deum vbique eſſe per diuinitatis præſentiam, ſed non vbique per habitationis gratiam.*

Cor. 2. 5. *Ad Cor. 2. 5. Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit; vt nos efficeremus iuſtitia Dei in ipſo.*

Auguſt. *Augu. in Enchyridio: Chriſtum pro nobis peccatum fecit Deus: hoc eſt, ſacrificium pro peccato, vt iuſtitia Dei, non qua ipſe iuſtus eſt, ſed qua nos ab eo iuſti facti ſumus, eſſemus in illo. Iuſtitia, inquit, Dei, non noſtra in ipſo & non in nobis.*

Quomodo iuſticia Dei ſit noſtra. *Sic etiam dicitur: Domini ſalus ſuper populum ſuum: Pſal. 3. non ea certè ſalus intelligitur, qua dominus ſaluus eſt, ſed qua ſalui fiunt, quos ipſe ſaluos fecit. Iuſtitia ergo eſt intelligenda, non qua Deus iuſtus eſt, ſed qua nos iuſtificat.*

Chryſoſt. *Chryſo. putat eſſe enallagen qualitatis, vt efficeremur iuſtiſſimi; his enim nominibus abſtractis, vehementiam quandam inſinuat Apoſtolus: Iuſtum, inquit, fecit peccatorem, vt peccatores faceret iuſtos, imò iuſtiſſimos; non qualitatem poſuit, ſed ſubſtantiam.*

Pſal. 35. *De hac autem iuſtitia loquitur, Pſal. 35. Iuſtitia tua ſicut montes Dei.*

Auguſt. *Augu. de verbis Apoſt. ſer. 6. Iuſtitia tua, non vt iuſtitia eorum, ſed velut montes Dei: Leuaui enim oculos meos in montes, vnde veniret auxilium mihi; ſed non à montibus: Auxilium meum à domino, qui fecit cœlum, & terram. Ergo cùm dixiſſet, iuſtitia tua ſicut montes Dei; quaſi quæreretur, vt qui ergo aliqui naſcuntur, qui non pertinent ad iuſtitiam Dei? ſubiecit: Iudicia tua ſicut abyſſus multa.*

Iudicia tua abyſſus multa. *Altum eſt, impenetrabile eſt humanæ intentioni:*

Pſal. 21. *Pſal. 21. Et annunciabunt cœli iuſtitiam eius populo, qui naſcetur, id eſt, Apoſtoli annunciabunt populo Chriſtiano, charitatem, qua Deus iuſtificat peccatores.*

Pſal. 4. *Pſal. 4. Vocat Deum iuſtitiæ meæ, authorem ſcilicet iuſtitiæ.*

Pſal. 71. *Et Pſal. 71. Suſcipiant montes pacem, & colles iuſtitiam.*

Pſal. 84. *Et rectè quidem, quia iuſtitia, & pax oſculatæ ſunt: Pſal. 84.*

Iſa. 56. *Iſaias 56. Iuxta eſt ſalus mea, vt veniat, & iuſtitia mea, vt reueletur, id eſt, Chriſtus:*

Hieron. *ait Hieronymus, qui factus eſt nobis à Deo iuſtitia, & redemptio.*

59. *& cap. 59. Et iuſtitia longè ſtetit, quia corruit in platea veritas, hoc eſt, quia Chriſtum obliti ſunt, eiusque doctrinã recipere noluerunt: idcò gratia iuſtificans longè receſsit ab eis.*

28. *Et cap. 28. Ponam in Sion lapidem angularem, id eſt, Chriſtum, & ponam iudicium in pondere, & iuſtitiam in menſura; quia ſcilicet vnicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad ſalutem; vt tantùm iuſtitiæ, ſiue charitatis quis accipiat, quantùm ſat illi ſit ad ſalutem.*

45. *Et iterum, Rorate cœli de ſuper, & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra noſtra benedicta, & proferat Chriſtum, cum quo oriatur ſimul gratia iuſtificans impios. Meæ, inquit, ſunt iuſtitiæ, & imperium, in domino iuſtificabitur, & laudabitur omne ſe-*

De iuſtificatione impii.

mne ſemen Iſraël. A Daniele vocatur iuſtitia ſempiterna; quia nimirum charitas diffuſa in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis, nunquam excidit, ſed manet in æternum: Et adducatur, inquit, iuſtitia ſempiterna. Oſeas 2. dicit Chriſtum deſponſaſſe ſibi eccleſiam in iuſtitia: per hanc enim iuſtitiam, ſiue charitatem effecti ſumus membra viua vnigeniti filij Dei: Et ſponſabo te mihi, inquit, in iudicio, quo princeps huius mundi iudicatus eſt; in iuſtitia, qua veſtiui te, & ex inimica, amicam feci; in miſericordia, quia non recedet à me zelus tuus. Ioel vocat Chriſtum doctorem iuſtitiæ, quia nimirum eſt iuſtus, & iuſtificans, diligens iuſtitiam, mortuus propter iuſtitiam, docens iuſta. Dedit vobis doctorem iuſtitiæ, qui vtique non ſolùm docebit vos, vnde iuſti efficiamini; verùm etiam, ipſam vobis iuſtitiam præſtabit. Malachias nominat Solem iuſtitiæ: Orietur, inquit, vobis ſol iuſtitiæ, id eſt, iuſtificans eos, qui ſunt in illum credituri. Quomodo ergo iuſtitia ſit in Deo, & quo etiam modo iuſtificet peccatores, dixi.

Daniel. 9.
Oſeæ 2.
Sponſatio eccleſiæ.
Ioel 2.
Doctor iuſtitiæ.
Malach. 4.
Sol iuſtitiæ.

CAPVT II.

Iuſtitia, qua iuſtificamur & Dei eſt, & noſtra.

QVIA iuſtificationis negotium ingreſſi ſumus, illud pro virili elucidare conabimur Inprimis nobis dicendum eſt, quibus ex rebus negotium iſtud conficiatur. Porrò communis eſt theologorum ſententia, ad impij iuſtificationem iſta quatuor concurrere; ſcilicet motum fidei, motũ liberi arbitrij, gratiæ infuſionem, & peccati remiſſionem. Pro motu fidei eſt illud de Actibus Apoſtolorum. 8. Philippi ad Eunuchum baptizari volentem: Si credis ex toto corde, licet. Et illud, Actor. 15. Fide purificans corda hominum. Item illud Pauli Roman. 4. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. & Hebr. 11 Accedentem ad Deum oportet credere. hæc enim & ſimilia oſtendunt ad impij iuſtificationem, fidei motum concurrere. Pro motu autem liberi arbitrij eſt illud domini, & ſui præcurſoris: Pœnitentiam agite: Matth: 3. Et illud Petri in Actib. 2. Pœnitemini, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum. Ioel. 2. Conuertimini ad me in toto corde veſtro. Et Ezech. 18. Quacunque hora ingemuerit peccator &c. Pro infuſione gratiæ, illud Pauli ad Roman. 5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Et ad Titum 3. Per lauacrum regenerationis, & renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrũ; vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ. Ezechiel. 36. Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris. Pro remiſſione peccati, illud Pſal 31. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates. Et illud Ezechiel. 18. Omnium iniquitatum eius non recordabor amplius; quoad ſcilicet ad pœnam æternã: ſecus autem eſt de pœna temporali. Hæc autem quatuor, quamuis in complemento iuſtificationis ſint ſimul; non tamen neceſſe eſt, ea ſimul incipere. Proinde ordo iuſtificationis à theologis talis deſcribitur: Primum, inquiunt, datur fides; prius eſt enim credere, quàm inuocare, Roman. 10. Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt? Poſt fidem ſequitur timor, primùm quidem ſeruilis, & ſpes quædam: fides, Dei potentiam, ſcientiam, atque iuſtitiam peccatori oſtendit; quæ timorem efficiunt Bonitas verò, miſericordia, & clementia Dei, ſpem erigunt. Quarto loco ſequitur inuocatio. Dum enim ratio cõprehenderit, ex fide docente, non eſſe aliud effugium euadendi, quàm fidem mediatoris; ad illum feſtinat, illique ſeſe totum committit. Hæc autem ex Concilio Tridentino, ſeſſione ſexta, cap. 6. clariſſimè habentur, vbi de modo præparationis loquitur. Diſponuntur, inquit, ad ipſam iuſtitiam, dum excitati diuina gratia, & adiuti, fidem ex auditu concipientes, libere mouentur In Deum, credentes vera eſſe, quæ diuinitus reuelata, & promiſſa ſunt: atque illud in primis, à Deo iuſtificari impium per gratiam eius, per redemptionem;

Quatuor concurrunt ad iuſtificationem.
Motus fidei.
Motus liberi arbitrij.
Gratię infuſio
Remiſsio culpæ.
Ordo iuſtificationis.
Concilíũ Tridentinum.

catione impii.

quæ eſt in Chriſto Ieſu: & dum peccatores ſe eſſe intelligentes, à diuinæ iuſtitiæ timore, quo vtiliter concutiuntur, ad conſiderandam Dei miſericordiam ſe conuertendo, in ſpem

Modus præpa rationis.

erigiuntur. Fidentes, Deum ſibi propter Chriſtum propitium fore: illumq́ tanquam omnis

Præparatio ad iuſtitiam.

iuſtitiæ fontem diligere incipiunt: ac propterea mouentur aduerſus peccata per odiū aliquod, & deteſtationem: hoc eſt, per eam pœnitentiam, quam ante baptiſmum agi oportet: demų dum proponunt ſuſcipere baptiſmum, inchoare nouam vitam, & ſeruare diuina mandata. De hac diſpoſitione ſcriptum eſt: Accedentem ad Deum oportet credere,

Iuſtificatiò quid ſit.

quia eſt, & quòd inquirentibus ſe remunerator ſit. Et: Pœnitentiam agite. &c. Hanc autem diſpoſitionem, ſeu præperationem, iuſtificatio ipſa conſequatur, quæ non eſt ſola peccatorum remiſſio, ſed & ſanctificatio, & renouatio interioris hominis per voluntariam ſu-

Cauſæ iuſtifi. finalis.

ſceptionem gratiæ & donorum. vnde homo ex iniuſto, fit iuſtus. Huius autem iuſtificationis cauſæ ſunt, finalis quidem gloria Dei, & Chriſti, ac vita æterna: Efficiens verò, mi-

Efficiens.

ſericors Deus, qui gratuito abluit, & ſanctificat, ſignans, & vngens ſpiritu repromiſſio-

Meritoria.

nis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ: Meritoria verò, dilectiſſimus vnigenitus ſuus dominus noſter Ieſus Chriſtus; qui cùm eſſemus inimici, propter nimiam charitatem qua dilexit nos, ſua ſanctiſſima paſſione in ligno crucis nobis iuſtificationem meruit, &

Inſtrumētalis

pro nobis Deo patri ſatisfecit: Inſtrumentalis item, ſacramentum baptiſmi, quod eſt ſa-

Formalis.

cramentum fidei; ſine qua nulli vnquam contingit iuſtificatio. Demum vnica formalis cauſa eſt iuſtitia Dei, non qua ipſe iuſtus eſt, ſed qua nos iuſtos facit; qua videlicet ab eo donati, renouamur ſpiritu mentis noſtræ, & non modò reputamur, ſed verè iuſti nominamur, & ſumus; iuſtitiam in nobis recipientes vnusquiſque ſuam ſecundum menſuram, quam ſpiritus ſanctus partitur ſingulis prout vult. Hæc ex concilio, ſeſſione ſexta, cap. 7.

Charitas eſt noſtra iuſtitia

Ex quo perſpicimus, iuſtitiam, qua iuſtificamur, eſſe charitatem de corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta. Per hanc è cœlo filius Dei deſcendit in terram, per hanc nos aſcendere oportet. Sola eſt, quæ vincit omnia, & ſine qua nihil proſunt omnia, & quæ vbicunq́ fuerit, ad ſe trahit omnia. hæc omnium arx eſt virtutum, hæc promiſſio regni,

Auguſt.

hæc præmium eſt ſanctorum. Habeto (inquit Augu. tract. 32. in Ioan.) charitatem, & cuncta habebis; quia ſine illa nihil proderit quidquid habere potueris: extinguit delicta, & ab ea pendēt vniuerſa. Hæc autem charitas, vt idem dicit Auguſtinus de ſpiritu, & lit. cap. 32. non ea eſt, qua nos ipſe diligit, ſed qua nos facit dilectores ſui, qua nos amati à

Quare iuſtitia noſtra dicitur iuſtitia Dei.

Deo, amamus Deum, & amplius amari meremur. Porrò, hæc noſtra iuſtitia, Dei iuſtitia nominatur, quia à Deo nobis impenditur, ſicut docet Auguſtinus in Pſal. 18. 31. & 30. In tua iuſtitia erue me. Eſt, inquit, iuſtitia Dei, quæ & noſtra fit, cùm donatur nobis. Ideò autem Dei iuſtitia dicitur; ne homo ſe putet à Deo non habere iuſtitiam: & in Pſal. 31. Cùm ero iuſtus, inquit, tua Deus iuſtitia erit; quia iuſtitia mihi abs te data, iuſtus ero,

Auguſt.

& ſic erit mea, id eſt, mihi abs te data. Et lib. 14. de Trinit. ca. 12. Dicitur iuſtitia Dei, non ſolùm qua ipſe iuſtus eſt, ſed quam dat homini cùm iuſtificat impium. Sic dicitur ſapientia hominis, vt etiam Dei ſit: Tunc enim vera eſt: nam ſi humana eſt, vana eſt. Ad hoc propoſitum adducit exemplum, cap. 25. quæſt. ſuper Exod. Nunc, inquit, virga Dei

Virga Aaron virga Dei.

dicitur, quæ primū dicta eſt Aaron, poſtea verò virga Moyſi: ſicut dicitur ſpiritus Eliæ, qui eſt ſpiritus Dei, cuius particeps fuit Elias: ſic dicitur Dei iuſtitia, quæ noſtra eſt, quia

Pſ. 131. Sacerdotes tui induantur iuſtitia.

ſcilicet donata eſt à Deo. Et in Pſal. 131. Sacerdotes tui induantur iuſtitia: veſtis accipitur, non cum capillis naſcitur, pecora de ſuo veſtiuntur. Hanc prædicat Apoſtolus Paulus, quòd à Deo tibi ſit, geme vt impetres, plora, crede. Totum ex Deo, non tamen quaſi dormientes, non quaſi non conemur, non quaſi non velimus: ſine voluntate tua, non erit in te iuſtitia Dei: eſſe poteſt iuſtitia Dei ſine voluntate tua; ſed in te eſſe non poteſt: Nam qui fecit

Qui fecit te ſine te.

te ſine te; non te iuſtificat ſine te: Ergo fecit te neſcientem, iuſtificat autem volentem; tamen ipſe iuſtificat; ne ſit iuſtitia tua, ne redeas ad damna, detrimenta, & ſtercora: inueniare in illo, non habens iuſtitiam tuam. Ex hac Auguſtini ſententia, omnes planè difficultates, quæ de gratia, & libero arbitrio, ac noſtra, & Dei iuſtitia in dubium reuocantur,

De iuſtificatione impii.

eántur, facile ſolui poßunt: charitas namq;, qua Dei amatores ſumus, per ſpiritum ſanctum nobis infunditur; nobis profectò non dormientibus, ſed gementibus, atque credentibus, idq́ue ex beneficio gratiæ præuenientis. Numeratur autem & inter gratias gratis datas charitas quædam, & dilectio Dei, qua erga Deum afficitur peccator, in ſtatu peccati mortalis exiſtens, non quidem illa, quæ finis præcepti eſt de corde puro, ſed tamen nonnulla charitas eſt. Augu. ad Bonifacium ſcribens contra duas epiſtolas Pelagianorũ, lib. 3. cap. 7. Non enim, inquit, propterea iuſtitia Dei dicitur, quoniam Deus iuſtus eſt, ſed quia homini ex Deo eſt. Exaudi (ait Dauid) me in tua iuſtitia, non in mea: nam ſi dixiſſet in mea, tanquam meritum vocaret. vocat quidem nonnunquam & ſuam iuſtitiam; ſed ſic melius diſcernit, quia & ſuam quando dicit, datam dicit; quomodo dicimus: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: quomodo, Noſtrum, quomodo, Da. Sermone de tempore 69. Verùm hinc cùm exieris, recipies pro meritis, & reſurges ad recipienda quæ egiſti: tunc Deus coronabit, non tam merita tua, quàm dona ſua. Vides qua ratione voluerit Augu. iuſtitiam, qua Deum, & proximum diligimus, noſtram dici poſſe? Noſtra, inquam, quia nobis cooperantibus, Dei verò, quia ipſius eſt donum. vnde tract. 26. in Ioan. Quid eſt hoc, inquit, iuſtitia Dei, & iuſtitia hominis? Iuſtitia Dei dicitur, non qua iuſtus eſt Deus, ſed quam dat homini Deus, vt ſit iuſtus homo per Deum. & ſerm. de verb: Apoſtoli, Charitas eſt plenitudo legis, Roman. 13. Sed diffuſa eſt in cordibus noſtris, non vtiq; à nobis, ſed per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Habemus ergo clarißimam Auguſtini doctrinã, vnde docemur, quomodo charitas ſit Dei, & noſtra iuſtitia.

Dilectio præcedens iuſtificationem.

Noſtra aliquã do vocat iuſtia.

Iuſtitia noſtra donum Dei.

Dionyſius.

Fauet huic negotio Dionyſius cap. 1. de cœle: Hier. & de diuin. nom. 4. Omnibus, inquit, Deus ſe proponit, & ſuiße vult omnes: habitaturum enim ſe in nobis promiſit, & nos in filios adoptaturum. Ita certè clemens, & bonus eſt Deus, vt bonitas ſua per filium, in ſpiritu ſancto, ad omnes tranſeat, & nemo à participatione ſuæ bonitatis repellatur. & cap. 1. cœle. Hier. vocat Deificam vnitatem, atq; ſimplicitatem. Candidißimæ, inquit, illius lucis (quæ à patre motus initium ſumit) proceßit benigna in nos largitione manans: rurſus, vt ſumma virtus, per quam vnum ſecum efficimur, vi intentionis præcipuè nos parat, & explicat, atq; ad cogentis ad ſe patris vnitatem, ac deificam ſimplicitatem conuertit. hæc ille. Porrò deifica iſta vnio, atq; ſimplicitas, ſine charitate diffuſa in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis fieri non poteſt. Petrus 2. 1. Vt efficiamur, ait, diuinæ naturæ conſortes: quod profectò in nobis completur per ſubminiſtrationem ſpiritus ſancti: qui enim adhæret deo, vnus ſpiritus fit cum eo: vbi autem eſt vnus ſpiritus; vna quoq; ſit vita, neceſſe eſt, quæ planè charitate ab eodem diffuſa, ſpiritu efficitur: eſt enim vita amoris, non corporis, amor autem ex vitæ ſimilitudine procreatur: Omnis ſumma virtutum (inquit Leo magnus in ſer. de ſancto Laurentio) & totius plenitudo iuſtitiæ à Deo naſcitur. In Chriſto (vt dicit Paulus Col. 2. habitauit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, id eſt, ſecundum ſubſtantiam; in nobis autem per fidem, & charitatem: Vnde Cyril. li. 10. in Ioan. ca 1. Voluntaria, inquit, eſt noſtra cum Chriſto conglutinatio, & charitate ac fide perficitur. Et fides quidem in animo noſtro conſiſtit, veram Dei cognitionem efficiens; charitas verò mandatum eius ſeruare facit. Qui enim me diligit, mandata mea ſeruabit. Ioan. 14. Qui ergo per fidem Chriſto ſolummodo coniunguntur, ſola illi confeßione inhærentes, nec charitatis vimine ſe colligantes, palmites quidem ſunt, ſed non fructuoſi: Nam fides abſque operibus mortua eſt. Charitas ergo ſecundum Cyrillum, Deo nos conglutinat, & ex iniuſtis, iuſtos facit. Idem ſentit Hilarius in Pſal. 131. Habitat enim Deus in religioſorum mentibus, non corporali aditu, neque naturæ grauioris ingreſſu; ſed ſpirituali virtute, in vacua ſe à terrenis labibus corda permittit, ſeſeq; luminis modo, in patentibus innocentiæ foribus, mentes illuminaturus infundit. Ambroſius in Pſal. 118. Particeps ego ſum omnium timentium te: Chriſtus iuſtitia eſt, cuius ſi membrum quiſpiam ſit, particeps eſt iuſtitiæ Chriſti. beatus qui hoc poteſt dicere. Hieronymus in epiſtola ad Lætam: Fiunt, ait, non naſcuntur Chriſtiani. Baſilius in Hexameròn Homel. 12. Chriſtianiſmus, inquit, eſt

Deifica vnio.

Conſortes diuinæ naturæ.

Leo Papa.

Col. 2.

Cyrillus.

Hilarius.

Ambroſius.

Hieronymus.

Baſilius.

ſimilitudo Dei. Si Chriſtianiſmum amplexus es, ſtude ſimilis fieri Deo: indue Chriſtum, & per Chriſti cognationem, Deo quoque coniunctus eris. Duobus enim modis, vt dicit Augu. lib. 5. de bapt. paruulorum, id fit, cap. 25. baptiſmi ſuſceptione, & morum imitatione. Ex his ergo, atque ſimilibus cùm Theologorum, tum etiam ſcripturarum conſtat ſententijs, noſtram iuſtitiam à Deo nobis datam, noſque realiter iuſtos eſſe.

CAP. III.

Iuſtitia noſtra non eſt imputatiua ſed realis.

Iuſtificari per fidem.

Conciliū Tridentinum.

QVid ſit noſtra iuſtitia, & quomodo Dei ſit, & noſtra, breuiter dixi. Ne quis autem putet, hanc iuſtitiam eſſe imputatiuam tantùm, & non realem, poſt hac elucidare nos oportet: inprimisque aperire, quomodo intelligatur, impium per fidem, & gratis iuſtificari. Extat clariſſima Concilij Tridentini declaratio, atque diffinitio, ſeſſione 6. cap 8. Cùm, inquit, Apoſtolus dicit, iuſtificari hominem per fidem, & gratis, ea verba in eo ſenſu intelligenda ſunt; quem perpetuus eccleſiæ catholicæ conſenſus tenuit, & expreſſit; vt ſcilicet per fidem ideo iuſtificari dicamus; quia fides eſt humanæ ſalutis initium, fundamentum, & radix omnis iuſtificationis;

Gratis iuſtificari.

ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, & ad filiorum eius conſortium peruenire. gratis autem iuſtificari ideo dicimur; quia nihil eorum, quæ iuſtificationem præcedunt, ſiue fides, ſiue opera, ipſam iuſtificationis gratiam promeretur. Si enim gratia eſt, iam non ex operibus, vt idem Apoſtolus inquit, alioqui gratia, iam non eſt gratia. hæc ibi. Porrò, fides,

Fides apprendens iuſtitiam

per quam fit Chriſti nobis meritorum applicatio; non eſt qualibet fides, aſſenſus, notitia, ſeu cognitio, qua verbotenus, Dei verbo tum promittenti, tum etiam minitanti aſſentimur; ſed ea potius, per quam mens certò perſuaſum habens, propter Chriſtum locum eſſe veniæ & condonationis peccatori pœnitenti, veteri vita ex animo commutata, propoſito melioris vitæ concepto, ſupplicat pro peccatorum remiſſione, & iuſtitia habenda, propter miſericordiam per Chriſtum promiſſum apud patrem: quam fidem effectiuam appellare conſueuêre ſanctarum interpretes ſcripturarum; quia nimirum effectus vitæ ita compoſitos facit, ſicut mens nouit ex verbo, cui aſſentit, componendos eſſe. Sic ergo mens peccatrix per fidem perſuaſum habet, peccatorum paratam eſſe apud patrem remiſſionem propter Chriſti merita; ſi modò ex animo renunciet priori vitæ, & ad Deum ſe conuertat. Itaque

Fide purificari corda.

fide purificari corda hominum, & iuſtificari peccatores, nihil aliud eſt, quàm motus fidei in Chriſtum in adultis, qui certè præparatio, & diſpoſitio nominatur. Etenim mens attracta cœlitus ſufficienter ex benignitate Dei habetur diſpoſita, præparata, & tanquam aptata, vt fiat ei applicatio meritorum Chriſti, ex quibus, peccatorum remiſſionem accipiat.

Fides imputatur ad iuſtitiā.

Quòd autem dicitur, fidem imputari ad iuſtitiam, ita eſt intelligendum, quòd ſcilicet fides, nondum à charitate formata, ſed vt ſufficiens diſpoſitio diuinitus effecta, iuſtitiam, ſeu charitatem apprehendit, vel ſpiritum ſanctum, mentem iuſtificantem, atque peccatorum remiſſionem largientem.

Auguſt.

Sic docetur ab Auguſtino in epiſtola ad Anaſtaſium 144 Lex, inquit, docendo, & iubendo, quod ſine gratia impleri non poteſt, homini demonſtrat ſuam infirmitatem, vt quærat demonſtrata infirmitas ſaluatorem, à quo ſanata voluntas poſſit, quod infirma non poſſet.

Lex adducit ad fidem.

Lex igitur adducit ad fidem, fides impetrat ſpiritum largiorem, diffundit ſpiritus charitatem, implet charitas legem. Illud ergo Apoſtoli

Rom. 4.

ad Rom. 4. ſic intellige, Credenti in eum, qui iuſtificat impium, fides imputatur ad iuſtitiam, hoc eſt, iuſtitia non rependitur quaſi merces debita, ſed imputatur, id eſt, gratuitò

Fides imputatur ad iuſtitiam.

confertur per fidem. In hoc verbo imputare eſt catachreſis, ſecundum propoſitum gratiæ Dei. Merces autem imputatur, vel potiùs rependitur, ſecundum debitum. Opponit Apoſtolus operantem credenti, qui ſibi perſuadet, quòd ex ſuis operibus iuſtificari poſſit apud Deum. Is namque ex debito, & non ex gratia iuſtificaretur. Atqui ſcriptura Gen. 15. palàm teſtatur,

De iuſtificatione impij.

teſtatur, iuſtitiam apud Deum eſſe imputatiuam, ſiue indebitam. Pronunciat enim de Abraham non ſolùm quòd iuſtificatus ſit apud Deum, ſed quòd iuſtitia eſt illi imputata per fidem, quod eſt, eam fuiſſe indebitam, & gratuitam: igitur non poteſt quiſpiam ex operibus ſuis iuſtificari apud Deum; alioqui iuſtitia non imputaretur, ſed tanquam debita redderetur. Sicut & Dauid dicit Pſalm. 31. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum,

Beatus, cui nō imputauit Dominus peccatum.

Ex quo diſcimus Paulum de ea loqui iuſtitia, qua ex impio quis fit iuſtus: atque de eadem ſermonem eſſe in Pſalmo, & in Geneſi: hoc autē indicat particula, ſicuti: in teſtimonio autem Geneſis, impij iuſtificationem, ex natura iuſtificationis pij demonſtrauit. Patet ergo quomodo imputatiua iuſtitia ſit indebita, non autem extrinſeca quadam appellatione ſic dicta. Abſurdum eſt, ait Cyrillus lib. poſteriori ad reginas de recta fide, nos quidem hæredes factos ſupplicij primi parentis, corruptione per inobedientiam immiſſa; non autem fieri participes iuſtitiæ ſecundi, qui ad vitam nos reuehit per maximam illius obedientiam. Sanè ſi mea traducta eſt culpa, cur non & mea indulta eſt iuſtitia? Si peccato primi Adam non ſola imputatione damnor; cur iuſtitia ſecundi Adam ſola imputatione iuſtificor?

Cyrillus.

Origenes lib. 4 in epiſtola ad Rom. ait, tunc non imputari peccatum, quando mens hominis ad perfectum venerit, ita vt omnis malitiæ radix ex ea penitus amputetur, euſque vt nullum in eo veſtigium poßit reperiri nequitiæ.

Orig.

Hieronymus in Pſalm. 31. Remitti dicit peccata per baptiſmum, tegi per charitatem, de qua ſcriptum eſt 1 Petri 4. Charitas operit multitudinem peccatorum, non imputari per martyrium. Planè, ſi ſola imputatione iuſti nominamur, & non ſumus; profectò verè iuſti, ſancti, atque innocentes nequaquam diceremur: nemo enim aliena eſt ſapiens ſapientia, aut ſanctus ſanctitate, neque etiam iuſtitia iuſtus; ſiquidem iuſtitia eſt donum intrinſecum, quo qui caret, nequaquam iuſtus eſt dicendus.

Hieron.

Iuſtitia eſt donum intrinſecum.

Adde, quòd falſum nobis promitterēt ſcripturæ, ſi hac intrinſeca eſſemus priuati ſanctitate. Ioan. 17. enim dicitur, atque promittitur ab ipſomet Saluatore, verè eſſe ſanctificandos: Sanctifica, inquit, eos in veritate. Sanctificantur, inquit Auguſtinus ibi, hæredes teſtamenti noui, cuius veritatis vmbræ fuerunt ſanctificationes veteris teſtamenti. Si ergo noſtra ſanctificatio, ſeu iuſtificatio, eſt imputatiua tantum; abſque dubio, vmbra eſſet, & non veritas. Item cap. 8. Si vos filius liberauerit, veri liberi eritis. Quomodo autem veri liberi, iniquitate in conſcientia dominante? nulla enim maior, atque durior ſeruitus, quàm ſeruitus peccati. Iniquitas autem, gratiæ infuſione extruditur: ita vt tam diu maneat iniquus, quoadvſque charitatem receperit: Ergo quod prius.

Auguſt.

Sancti in veritate.

Ioan. 17. & 8.

Et in epiſtola ſua prima: Videte qualem charitatem dederit nobis, vt filij Dei nominemur, & ſimus. Nam qui vocantur, & non ſunt, ait Auguſtinus ibi, quid illis prodeſt nomen, vbi res non eſt? Quàm multi vocantur medici, qui curare non nouerunt? Quàm multi vocantur vigiles, qui tota nocte dormiunt? Sic multi vocantur Chriſtiani, qui non ſunt in fide, in charitate, in quorum numero habendi ſunt, qui iuſtitia imputatiua chriſtianos iuſtos eſſe affirmant.

3. cap.

Augu.

Qui facit iuſtitiam, ait Ioan. 2. eiuſdem epiſtolæ, iuſtus eſt & ex Deo natus eſt. Iuſtitia modò noſtra, ait Auguſt. ex fide eſt, initium iuſtitiæ noſtræ, confeßio peccatorum. In libr Sapientiæ cap. 14. legitur, odio eſſe Deo impium, & impietatem eius. quî igitur fieri poteſt, vt non imputet, quod odio habet? aut quomodo Deo gratus eſt, quem ipſe odio proſequitur? vno enim in loco, reſpectu eiuſdem non ſimul conſiſtunt odium, & amor.

2. cap.

Augu.

Sap. 14.

Per Iſa. Dominus loquens, non imputatiuam, ſed realem peccatorum remißionem pollicetur. Ego ſum, inquit, qui deleo, non qui imputo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Ego, inquit Hieronymus ibidem, quia miſericors ſum, delebo omnes iniquitates tuas in aſperſione, & ſanguine noui teſtamenti. Vnde Apoſtolus 1. Cor. 6. Hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri. Hæc omnia beneficia puritatis, ait Ambroſius ibidem, in baptiſmate conſecuti noſcuntur, quod eſt fundamentum euangelicæ puritatis. Illic enim omnibus peccatis depoſitis abluitur credens, & iuſtificatur in Domini nomine, & per ſpiritū Dei noſtri, Deo filius adoptatur. Porrò, ſi adoptatur in filium, ſi abluitur à peccatis; habet er-

Iſa. 43.

Hieronymus.

1. Cor. 6.

Ambro.

catione impij. go aliquid reale, nempè charitatem, propter quam, filius Dei nominatur, prioris vitæ iniquitate expulſa. Ecce, ait Ioan. 1. agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. quomodo tol-
Ioan. 1. lit peccata, niſi expulſa malitia per infuſionem charitatis? non pelluntur enim tenebræ ni-
ſi per luminis aduentum, atq; præſentiam. Vnde Augu. lib. 1. de peccatorum meritis, &
Augu. remiſsione, cap. 9. Sicut, inquit, ille, in quo omnes viuificabuntur 1. Cor. 15. præterquàm quòd
Gratia occulta. ſe ad iuſtitiam exemplum imitantibus præbuit, dat etiam ſui ſpiritus occultiſsimam fidelibus gratiam, quam latenter infundit & paruulis; ſic & ille, in quo omnes moriuntur, præter imitationis exemplum, occulta etiam tabe tabificauit in ſe omnes de ſua ſtirpe venientes. Occulta igitur gratiæ infuſione, Chriſto incorporamur, atq; illi adhæremus. Hæret
Quomodo hęremus Deo. autem aliquis, ſiue quiſq; Deo per charitatem, De natura, & gratia, docet Auguſt. cap. 38. In Abel iuſto, inquit, charitas Dei, qua vna verè iuſtus eſt, quicunq; iuſtus eſt, adhuc erat quò poſſet, & deberet augeri, quidquid minus erat, ex vitio erat, & cui non minus ſit, donec ad illam eius fortitudinem veniatur, vbi tota hominis abſorbeatur infirmitas. Et in epiſt. 85. ad Coſentium. Vitam ipſam, inquit, non viuere, qua fit, vt viuat quicquid non fal-
Iuſtitia eſt vita noſtra. sò dicimus viuere: abſurdum eſt ſentire: iuſtitia autem vita eſt, quæ viuit in ſeipſa, Deus ſcilicet, qui incommutabiliter viuit. Sicut autem cùm ſit in ſeipſa vita, etiam nobis fit vita cùm eius efficimur participes; ita cùm in ſeipſa ſit iuſtitia, etiam nobis fit iuſtitia, cùm ei cohærendo iuſtè viuimus: & tantò magis minúsue iuſti ſumus, quantò magis mi-
1. Cor. 1. núsue cohæremus. Vnde ſcriptum eſt 1. Corin 1. de vnigenito filio Dei cùm ſit vtiq; patris ſapientia, atq; iuſtitia, & ſemper in ſeipſo, quòd factus ſit nobis à Deo ſapientia, & iuſtitia. Et licet Deus ſit vera, & ſumma iuſtitia, quam profectò eſurire, & ſitire debemus; ea tamen noſtra eſt in hac peregrinatione iuſtitia, qua poſtea ſaturati, noſtra eſt in æternitate plena iuſtitia. Non ergo Deum noſtræ iuſtitiæ ſimilem cogitemus, ſed nos potius tan-
Iuſtitia Deo ſimiles facit. tò ſimiliores Deo, quantò eſſe poterimus eius participatione iuſtiores. Participatione, ait Auguſt. non imputatione, quòd Deo ſimiles efficimur: participatio autem fit per vitæ ſiue iuſtitiæ communicationem, per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis; ſiquidem animæ, quæ hac iuſtitia carent, mortuæ ſunt, de quibus dictum eſt: Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Ex quo intelliguntur etiam iniquæ animæ non eſſe ſine aliqua vita; aliter ex eis corpora viuere non poſſent. Verùm non ob aliud, amiſſa iuſtitia, dicuntur mortuæ, niſi quia & animarum, licet immortaliter vita qualicunq; viuentium, verior, & maior
Iuſtitia eſt vita vitarum. vita iuſtitia eſt, tanquam vita vitarum. Si ergo iuxta Auguſtinum, iuſtitia, ſiue charitas eſt vita vitarum, & qui ea carent homines, mortui appellantur; nunquid filij Dei adoptiui, mortui dicendi ſunt? Atqui non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium: Mortui autem proculdubio eſſent, ſi hac vacui iuſtitia, ſola imputatione iuſti dicerentur. Quamobrem
Iuſtitia eſt pulchritudo noſtra. eadem in epiſtola, pulchritudo iuſtitia vocatur: aliena autem pulchritudine, pulcher eſt nemo. Quid eſt, inquit, aliud iuſtitia in nobis, vel qualibet virtus, qua rectè ſapienterq; viuitur, quàm interioris hominis pulchritudo? Secundū hanc profectò reformamur ad imaginem Dei; ſicut dicit Apoſtolus Rom. 12. nolite conformari huic ſeculo, ſed renouamini in nouitate mentis veſtræ; ſecundum hanc enim interioris hominis pulchritudinē facti ſumus ad imaginem Dei. Itaq; cùm ex ſacris doctoribus, tum etiam ex diuinis literis, nos vera, ac intrinſeca iuſtitia, à Deo nobis infuſa, non autē imputatiua, iuſtos eſſe, perſpicuum eſſe puto.

CAP. IIII.

Argumenta contraria.

AVdiuimus quomodo noſtra iuſtitia non ſit imputatiua, ſed realis: quia tamen poſſet aliquis contra prædicta arguere, illius ſunt nobis argumenta ſoluenda; vt tranquilior ſit animus legentis. Argumentetur autem hoc modo. Remiſsio
1. peccati, eſt non imputatio peccati, ſicut dicit Dauid pſal. 31. Beatus vir, cui non imputauit dominus peccatum. Igitur remiſsio peccati, aliam non re-

quirit

 De iuſtificatione impij.

quirit iuſtitiam, ſeu ſatiſfactionem: nam de quo Deus pœnam ſumit, illi adhuc imputat peccatum, quia imputat ad pœnam. Amplius, ſi ſatiſfactione aboletur peccatum: igitur falſum eſt, Deum non imputare peccatum; nam non imputare peccatum, eſt gratuito cõ- 2.
donare, non propter vllum opus: ergo quod prius. Item, Chriſtum, pro peccatis totius mun- 3.
di pleniſſimè ſatisfeciſſe, ſcripturæ diuinæ proteſtantur Iſa 50. Poſuit in eo iniquitates omnium noſtrum. & epiſtolæ Petri primæ cap. 2. Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum. & Paulus ad Eph. 5. Qui dedit ſemetipſum pro nobis hoſtiam, & oblationem Deo in odorem ſuauitatis. Igitur nobis opus non eſt alia iuſtitia, aut operum ſatiſfactione; alioqui Chriſto faceremus iniuriam, quaſi ipſe ſufficiens pro peccatorum abolitione pretium non perſoluerit. quod eſt falſum: empti enim ſumus pretio magno. Item, 4.
noſtram reconciliationem gratuitam eſſe, ſeu gratis donari per Chriſtum credentibus, ſcripturæ affirmant: quæ planè reconciliatio, & culpæ complectitur, & pœnæ remiſſionem: quid ergo opus eſt poſtea noſtra iuſtitia, noſtraq; ſatiſfactione? Ego ſum, inquit Iſa. 43. qui deleo iniquitates tuas, & peccatorum tuorum non recordabor amplius. ſic etiam Ezechiel. 18. Omnium peccatorum non recordabor. 2. ad Cor. 5. Deus erat in Chriſto, mundũ ſibi reconcilians, non imputans illis delicta ipſorum. Hæc igitur reconciliatio cùm ſit gratuita, non admittit vllam humanam compenſationem operibus procuratam. Adhuc, om- 5.
nis noſtra iuſtitia, eſt velut quoddam immundum: Non eſt ergo illi fidendum, aut de illa gloriari poſſumus, ſed verecundari potius: ſufficit ergo nobis iuſtitia Chriſti, quæ nobis imputatur, quaq; iuſti nominamur. Facti ſumus, inquit Iſa. 64. vt immundi omnes, & quaſi pannus menſtruatæ omnes iuſtitiæ noſtræ. Pſal 13. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſq; ad vnum. Rom. 8. Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam. Ex quibus omnibus patet, nihili faciendam eſſe iuſtitiam noſtram; ſed ſufficere affatim nobis Chriſti iuſtitiam. Amplius, nullus ſuæ 6.
nititur iuſtitiæ, qui diuinam miſericordiam quærit. Sed Dauid pſal. 142. diuinam efflagitat miſericordiam: nihili ergo facit ſuam iuſtitiam. Non intres, inquit, in iudicium cum ſeruo tuo domine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Iob. etiam 9. Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me: ergo quod prius. Item, Auguſtinus lib: 7.
confeſ. 9 cap. 13. idem quoq; ſentire videtur. Væ, inquit, laudabili vitæ hominum, ſi remota miſericordia diſcutias eam. Et Gregorius lib. 8. moralium cap 23. Quantalibet, ait, iuſtitia polleant electi, nequaquam ſibi ad innocentiam ſufficiunt, ſi in iudicio diſtrictè requirantur, & lib: 21. mor: cap. 25. Omnis humana iuſtitia, iniuſtitia eſſe deprehenditur, ſi diuinitus diſtrictè iudicetur. Item Bernardus ſer: de annuntiatione, vitam dicit æternam nullis poſſe operibus promereri. Noſtra ergo iuſtitia paruifacienda eſt, cùm iniuſtitia potius ſit reputanda. hæc, & ſimilia contra prædicta fieri poſſent, ad quæ omnia breuiter reſpondere poſſumus. Soluuntur argumenta.
Et ad primum, & ſecundum dicimus, illam clauſulam de imputatio- 1.
ne intelligendam eſſe, de non imputatione ad reatum æterni ſupplicij, non autem de non 2.
imputatione ad pœnam temporalem; de qua quidem, cùm de pœnitentia agemus, copioſius nobis loquendum erit. Ad 3. Afferam primum Concilij Tridentini diffinitionem, ſeſ- 3.
ſione 13. cap. 8. Sancta Synodus declarat, falſum omninò eſſe, & à verbo Dei alienum, culpam à domino nunquam remitti, quin vniuerſa etiam pœna condonetur. Sanè & diuinæ iuſtitiæ ratio exigere videtur, vt aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante baptiſmum per ignorantiam deliquerint: aliter verò, qui, ſemel à peccati, & dæmonis ſeruitute liberati, & accepto Spiritus ſancti dono, ſcienter templum Dei violare, & ſpiritum cõtriſtare non formidauerint. Et diuinam clementiam decet, ne ita nobis abſq; vlla ſatiſfactione peccata dimittantur; vt occaſione accepta, peccata, leuiora putantes, velati iniurij, & contumelioſi Spiritui ſancto, in grauiora labamur, theſaurizantes nobis iram in die iræ. Proculdubio enim magnopere à peccato reuocant, & quaſi freno quodam coercent hæ ſatiſfactoriæ pœnæ, cautioreſq;, & vigilantiores in futurum pœnitentes efficiunt: medentur quoq; peccatorum reliquiis, & vitioſos habitus, male viuendo comparatos, Concilium Tridentinum de ſatiſfactione.

contrariis

catione impij.

contrariis virtutum actionibus tollunt. Neq; verò ſecurior vlla rita in Eccleſia Dei vnquā exiſtimata eſt ad amouendam imminentem à domino pœnam, quàm vt hæc pœnitentiæ opera homines, cum vero animi dolore frequentent.

Satisfactio Chriſto conformes facit.

Accedit ad hæc, quòd dum ſatisfaciendo patimur pro peccatis, Chriſto Ieſu, qui pro peccatis noſtris ſatisfecit, ex quo omnis noſtra ſufficientia eſt, conſormes efficimur, certiſsimam quoq; inde arrham habentes, quòd ſi compatimur, & conglorificabimur.

Satisfactio noſtra pendet ex merito Chriſti.

Neq; verò ita noſtra eſt ſatisfactio hæc, quam pro peccatis exoluimus, vt non ſit per Chriſtum Ieſum; nam qui ex nobis, tanquam ex nobis, nihil poſſumus, eo cooperante, qui nos conſortat, omnia poſſumus. Ita non habet homo vnde glorietur, ſed omnis gloriatio noſtra in Chriſto eſt, in quo viuimus, meremur, ſatisfacimus, ſacientes fructus dignos pœnitentiæ, qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur patri, & per illum acceptantur à patre hæc ex concilio Tridentino.

Satisfactio noſtra quid facit.

Reuera, quemadmodum nemo poteſt fieri particeps meritorum Chriſti, niſi per aliquam fuerit diſpoſitionem præparatus; ſic nulli prorſus, ad pœnæ expiationem, apud diuinam iuſtitiam debitæ, Chriſti ſatisfactio communicatur, niſi per quandam diſpoſitionem fuerit præparatus; vt per illam, tanquam per quoddam organum fiat ſatisſactionis Chriſti applicatio. Porrò diſpoſitio hæc duplex, ſacramentum baptiſmi, & fides adultorum. In paruulis quidem ſacramentum baptiſmi, in adultis verò vtrumq; ſine huiuſmodi diſpoſitione non prodeſt Chriſti beneficium.

Senſus ſcripturarum.

Quamobrem ſcripturæ, quæ eum pronuntiant eſſe propitiationem pro omnibus Heb. 7. talis decebat, vt nobis eſſet pontiſex. & 9. Si ſanguis hircorũ etc. ſic ſunt intelligendæ, ad plenum patri ſatisfactum eſſe pro peccatis eorum, qui Chriſti fidem erant ſuſcepturi, atq; illius mandata obſeruaturi. Porrò illa omnia idoneæ ſiue diſpoſitiones, quibus aptatur m[illegible]s, atq; præparatur ad vim ſatiſfactionis Chriſti participandam. Quapropter illæ generales ſcripturæ, Chriſtum expiaſſe vniuerſam peccatorum colluuiem generaliter pronuntiantes, ſicut non omnem è veſtigiò neceſſariam diſpoſitionem excludunt; ita planè, nec humanæ ſatisfactionis neceſsitatem.

Remiſsio culpæ ſeparatur à pœna temporali.

Amplius, remiſsio culpæ, & mortis æternæ non poſſunt ab inuicem ſeparari: ſicut enim remiſsio culpæ eſt gratuita per ſolam Chriſti mortem nobis conceſſa; ſic certè & liberatio à morte æterna, nullis comparatur hominum ſatiſfactionibus, ſed per ſolam Chriſti mortem datur ritè & verè pœnitentibus. verùm remiſsio culpæ ſeparatur à pœna ſiue à remiſsione pœnæ temporalis. ſuſtinent ſiquidem iuſti hic præſentes ſeculi pœnas ob peccata commiſſa, ſic legitur 2. Regum. cap. 12. Dauid, poſt culpæ ac æternæ mortis remiſsionem, multas huius vitæ erumnas pertuliſſe: Quare, Chriſti beneficium non ita nobis applicatur, vt ab omni prorſus pœna deinceps liberi ſimus. Dicis, ex vna Dauidis pœnitentia, communem regulam non eſſe ſtatuendam.

Si pœna temporalis deleat peccata.

Item, quòd ſi ſingulis peccatis temporales atq; determinatas Deus pœnas infligat; non tamen cenſendũ eſt, actionibus humanis peccata aboleri: nam & Moyſi diffidentia ſic eſt punita, vt ad promiſsionis terram minimè perueniret. Reſpondeo, ſcripturas firmiter ſtatuere, has ſatisfactiones, ſicut dictum eſt, peccatorum abolitionem procurare, atq; efficere. Mat: 3. Facite, inquit, fructus dignos pœnitentiæ. Item 1. Cor: 11. Si noſipſos diiudicaremus, vtiq; à domino non diiudicaremur: dum enim à domino iudicamur, à domino corripimur, vt nõ cum hoc mundo damnemur. Hoc dicit, ait Ambroſius, quia ſi noſmetipſi errores noſtros corrigeremus, non à domino iudicaremur 1. Petri cap. 4. Tempus eſt, vt iudicium incipiat à domo Dei.

Cyprianus.

Cyprianus lib: 4. epiſtolarum, epiſtola 2. docet fructum noſtræ ſatiſfactionis multis ex ſcripturis, videlicet, Apocalyp. 2. Tob. 4. Lucæ. 15. Sapientiæ. 1. Iobel. 2. pſ. 88. Mat. 7. Et in lib. de eleemoſyna: Præcepta nobis Deus dedit, operantibus præmium pollicetur, & ſterilibus ſupplicium comminatur: ſententiam ſuam protulit quid iudicaturus eſſet. Quæ poteſt excuſatio eſſe ceſſanti? quæ deſenſio relicta: niſi quod non faciente ſeruo quod præcipitur, dominus faciat quod minatur? Ex quibus colligitur, huiuſmodi diuinæ iuſtitiæ ſæueritatem eſſe; vt nullum prorſus peccatum ſinat eſſe impunitum temporalibus pœnis, præter communes illas humani generis afflictiones, niſi fortaſsis vehemẽtiſſimus animi dolor omnem pœnam aboleat.

Vehemens dolor delet omnem pœnã.

Ex his ergo patet reſponſio ad 3. & 4. argumẽtum. Ve-

De iuſtificatione impij.

tum. Verum quidem eſt, Chriſtum ſuo pretioſo ſanguine, culpæ, atque pœnæ æternæ remiſſionem nobis comparaſſe; ob id tamen iuſtitiam noſtram non abſtulit, imò mundauit ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. Itaque (vt ad propoſitum redeam) iuſtitia, quam apprehendit fides, ſiue ad quam peruenit fides, non eſt formaliter Dei acceptatio, quæ menti credentis externa eſt; ſed eſt mentis quædam rectitudo quæ credenti in Chriſtum, redditur propter Chriſtum.

Tit. 2.

Iuſtitia Chriſtiana.

Quare, & Chriſtiana iuſtitia appellatur, ob cuius gratiam, accepta, & chara fit Deo mens credentis. Quemadmodum enim iuſtitia illa originis, per quam Adam Deo acceptus fuit, non fuit ipſa Dei acceptatio, ſed quædã qualitas ſpiritualis diuinitus infuſa; ita & iuſtitia, quæ per Chriſtum poſteris Adæ redditur, non eſt acceptatio, ſed inſtauratio quædam mentis per diuinæ charitatis infuſionem. Reuera, ſi operans accipit debitam mercedem, credens vtique accipit gratuitam: vnde ſicut imputari mercedem, eſt verè & non imputatiuè tantùm reddi; ita certè imputari fidem ad iuſtitiam, eſt verè, iuſtitiam dari credenti, gratuitam tamen, & indebitam.

Fidem imputari ad iuſtitiam.

Etenim, cùm dixiſſet Apoſtolus mercedem imputari operanti, & non opus imputari operanti, ad mercedem; videbatur diſputatio requirere, vt ſubijceret iuſtitiam imputari credenti. ſed mutata forma orationis, dixit, fidem imputari ad iuſtitiam, fortaſsis quòd hac formula euidentius explicatur, iuſtitiam gratuitam eſſe. Itaque non de imputatiua iuſtitia, ſed de verè exhibita, & ingenerata animis credentium Paulum locutum fuiſſe, nobis perſuaſum eſſe debet.

Paulus non eſt locutus de iuſtitia imputatiua.

liquet planè ex collatione, qua, Chriſtum, vitæ, & iuſtitiæ authorem, Adam verò mortis, & delicti parentem fecit. Quemadmodum enim paruulus fit particeps delicti Adæ per aliquod, quod in ſe habet ex Adæ peccato; ita credens in Chriſtum, particeps efficitur iuſtitiæ Dei per aliquod, quo in ipſo effectum eſt, idque per meritorum Chriſti applicationem, vt efficeremur, ait Apoſtolus 2. Cor. 5. iuſtitia Dei in ipſo.

2. Cor. 5.

Fidem ergo imputari ad iuſtitiam, eſt fide gratuitò Dei munere apprehendere iuſtitiam, remiſsionem ſcilicet peccatorum, atque gratiæ infuſionem. Sed tempus eſt, vt ad alia argumenta ſuperius poſita reſpondeamus.

5.

Ad 5. dico, Iſaiam locutum fuiſſe de iuſtitia legis: Nam eo tẽpore hæc à propheta dicta ſunt, teſte Hieronymo, quando nec dum ſaluator aduenerat, quando nimirum terreni populus non autem cœleſtis hominis gerebat imaginem. Iuſtitia enim legis, euangelicæ puritati comparata, immunditiæ nominatur. Siquidem, inquit, Apoſtolus 2. Cor. 3. Nec glorificatum quod claruit in hac parte propter excellentem gloriam: & 3. Phil: Qui ſecundum iuſtitiam, quæ in lege eſt, vniuerſa compleuerat, dicit ſe omnia duxiſſe pro damno, vt Chriſtum lucrifaceret; non habens iuſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed quæ eſt ex fide Ieſu Chriſti

Iuſtitia legis moſaicæ quæ ſit.

1. Cor. 4. Nihil mihi conſcius ſum, nec tamen in hoc iuſtificatus ſum. Nec mirum hæc de hominibus dicere, cùm aſtra quoque Dei iuſtitiæ comparata, teſte Iob. 15. immunda eſſe dicantur. Si quis igitur poſt Euangelium Chriſti, pædagogæ legis obſeruat cerimonias; audiat populum confitentem, quòd omnis illa iuſtitia panno ſordidiſsimo comparetur. hæc Hieronymus.

Iuſtitiæ noſtræ vt pannus menſtruatæ.

Itaque Iſaias in perſona populi veteris, non autem noui eſt locutus: nihil ergo detraxit iuſtitiæ Chriſtianæ.

Iſaiæ.

Præterea Iſaiæ verba, quæ proximè ſequuntur, idipſum perſuadent, docentque. Et cecidimus quaſi folium vniuerſi, & iniquitates noſtræ, quaſi ventus abſtulerunt nos. Non eſt qui inuocet nomen tuum, qui conſurgat, & teneat te. Nec eſt putandum, quòd Iſaias non inuocaret nomen Dei; aut quòd iniquitates eius, perinde atque ventus quidam, ſeparaſsent eum à Deo, ſed de populo potius hæc dixiſſe, manifeſtum eſt. Neque enim de illorum numero credendus eſt Iſaias fuiſſe, qui non inuocarent nomen domini. Annumerat autem ſe illis, qui flatu maligni per ſuas iniquitates deciderunt: ſic etiam fecit Ieremi. 3.

Ieremias.

Qui & ſi eſſet in matris vtero ſanctificatus, peccatoribus tamen ſe annumerans, dicit: Dormiemus in confuſione noſtra, & operiet nos ignominia noſtra, quoniam domino Deo noſtro peccauimus nos, & patres noſtri ab adoleſcentia noſtra vſque in diem hanc, & non audiuimus vocem domini Dei noſtri. Patet ergo ſenſus illius ſcripturæ.

Non ſunt condignæ paſsiones huius temporis.

Ad illud Apoſtoli Rom. 8. Non ſunt condignæ paſsiones huius tẽporis ad futuram gloriam, dicimus, quòd & ſi ipſa operum natura, ſiue ſubſtantia digna

De iuſtificatione impij.

non ſit; dignus tamen eſt Deus, qui ea operatur in nobis; digna eſt paßio mediatoris, quæ hanc præſtitit noſtris operibus dignitatem; digna demum eſt charitas diffuſa in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis: vnde & ipſa bona opera procedunt: alioqui cur ipſemet Apoſtolus 2. Tim. vlt. dicit ſe certaſſe bonum certamen, ideóque repoſitam habere coronam iuſtitiæ: Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ; quia Deus iuſtus iudex dabit, ait Ambroſius, ampliſſima præmia diligentibus ſe: In reliquo, id eſt, quod ſupereſt: repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, hoc eſt, iuſtam coronam, vitam nempè æternam.

Gratiæ debetur gloria.

Amplius, gratia gratum faciens, eſt filiatio, atque adoptionis gratia: filiis autem iure debetur hæreditas. Rom. 8. Si filij, & hæredes: ad Gal. 3. Quòd ſi filius, & hæres. Patrem ergo Deum vocamus, tum quia adoptauerit in filios, per gratiam adoptionis; tum quia glorioſam largiturus ſit nobis hæreditatem.

Octo cauſæ, quæ noſtrum meritum demonſtrant.

Octo cauſæ à Theologis numerantur, ex quibus perſpicuum ſit, nos ex condigno mereri vitam æternam. In primis eſt efficatia doni Spiritus ſancti cooperantis in meritum: deinde veritas Dei promittentis: poſtea, perſuaſibilitas liberi arbitrij conſentientis, atque perſeuerantis: difficultas inſuper ſtatus merendi: item, dignitas Chriſti noſtri capitis interuenientis, quod glorificari debet in membris ſuis: ſexta cauſa liberalitas Dei tribuentis: ſeptima, obſequium ſibi fideliter obtemperantis: octaua, nobilitas operis, quòd ex charitate procedit. Adde quòd ſi amicorum omnia ſint communia; igitur, amicis vita debetur æterna.

Ioan. 15.

Non dixi vos ſeruos, ſed amicos, quia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis. Et illud pſal. 138. Nimis honorati ſunt amici tui Deus. Iure ergo amicitiæ debetur hæreditas. Adhuc ex conuentione, & ex promiſſione. Ex gratuita enim bonitate proficiſcitur, vt per gratiam operemur, & accepta ſint apud Deum opera noſtra; nam & nos ſibi amicos fecit, & populum ſibi mundauit acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. vnde extat Canon. 26. Concilij Tridentini, ſeßionis ſextæ:

Canon Concilij Tridentini. 26.

Si quis dixerit, Iuſtos non debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, expectare, ſperare vitam æternam, retributionem à Deo per eius miſericordiã, & Ieſu Chriſti meritum, ſi bene agendo, & diuina mandata cuſtodiendo vſque in finem perſeuerauerint, anathema ſit. Quamobrem præclare dictum eſt ab Auguſt. de verbis Apoſtoli hom. 16.

Deus ſe fecit nobis debitorem.

Deus debitor factus eſt, inquit, non aliquid à nobis accipiendo, ſed quod ei placuit promittendo. Illo ergo modo poſſumus exigere dominum, vt dicamus: redde quòd promiſiſti; quia fecimus quod iuſsiſti, & hoc tu feciſti, quia laborantes iuuiſti. Pſal. 100. Ecce qualis eſt dominus noſter, vt donando debeat: & quantò magis donat, tantò magis eum debitorem eſſe non pigeat. Inquantùm enim gratis largitur, intantùm debitor inuenitur. Patet ergo quonammodo Apoſtoli ſententia ſit intelligenda.

6. *Ad 6. Ad maiorem dico, niti ſuæ iuſtitiæ bifariam poſſe intelligi, aut certè niti ſuæ, tanquam ſuæ, omni alio auxilio prorſus excluſo; & ita haud dubiè, ſuæ quidem iuſtitiæ iuſtorum inniti neminem: aut verò, vt ſuæ & Dei, cuius gratia meruit, vt ſua eſſet, & tantum apud largientem valeret: & ita legimus ſanctos, ſuis fuiſſe operibus innixos; non enim tantum ſua opera, quantum dona Dei magnificare ſtudebant.*

Non intres in iudicium cũ ſeruo tuo.

Ad illud autem Dauid. Non intres in iudicium &c. animaduerſione opus eſt, Prophetam non dixiſſe ſimpliciter, Non iuſtificabitur omnis viuẽs; ſed addidiſſe, In conſpectu tuo. Similis loquendi modus habetur in Iob: 4. Nunquid homo, Dei comparatione iuſtificabitur, aut factore ſuo purior erit vir? Ecce qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles: Et in angelis ſuis reperit prauitatẽ, quantò magis hi, qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, conſumentur velut à tinea? & 9. Verè ſcio, quòd ita ſit, quòd non iuſtificabitur homo compoſitus Deo. & 25. Nunquid iuſtificari poteſt homo compoſitus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? Ecce etiam Luna non ſplendet, & ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius: quantò magis homo putredo, & vermis, & filius hominis vermis?

Homo è conſpectu Dei non poteſt iuſtificari.

Gregorius Papa.

Quæ plane ſententiæ à diuo Gregorio ſic interpretantur lib. 4. moral. cap. 26. Humana, inquit, iuſtitia, diuinæ iuſtitiæ comparata, iniuſtitia eſt; quia & lucerna in tenebris lucere cernitur; ſed in Solis radio poſita tenebratur. & lib: 9. cap. 5. Homo quippe Deo non compoſitus, iuſtitiam percipit, compoſitus amittit; quia quiſquis authori-

De iuſtificatione impij.

authori bonorum ſe comparat, bono ſe quod acceperat, priuat. Iuſtitia ergo noſtra non cōparata Deo, eſt aliqua iuſtitia: illi verò comparata, eſt mera iniuſtitia.

Origenes.

Origenes exponens illud ex Annæ cantico: Non eſt ſanctus, vt eſt dominus &c. Si ſcriptum eſſet, inquit, non eſt ſanctus, niſi dominus, conſequens erat omnes nos renuntiare nobiſmetipſis ab hac ſpe, vt ſancti efficeremur; nunc autem neceſſaria diſtinctione vtitur, & dicit: Non eſt ſanctus ſicut dominus, hoc eſt, & ſi ſint ſancti multi, ſed nullus ita ſanctus eſt, vt dominus.

Aug.

Auguſtinus de perfectione iuſtitiæ. Omnia quæ creata ſunt, quamuis ea Deus fecerit bona valde, creatori tamen comparata, nec bona ſunt, cui comparata nec ſunt. & huiuſmodi Prophetæ ſententiam explicans, Non intres in iudicium &c. Noli, inquit, me iudicare ſecundum te, qui es ſine peccato, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens: quod ait, non iuſtificabitur, ad illam perfectionem retulit, quæ in hac vita non eſt.

Arno. exponitur quomodo non iuſtificabitur omnis viuens.

Arnobius: Non intres, inquit, in iudicium cum ſeruo tuo, hoc ergo voluiſti dicere, iuſtitia tua eſt, vt dominus in iudicio intrare cum ſeruo contemnas. Quis enim ad comparationem tuā iuſtificabitur homo? omnis enim pulchritudo te præſente, deformis eſt: omnis fortitudo te præſente, infirma: omnes diuitiæ te præſente, mendicitas: omnis iuſtitia humana, te præſente iniuſtitia. Deus enim ita iuſtus eſt, vt ſit ipſa iuſtitia: Chriſtus verò, quatenus homo, eſt iuſtitiæ plenitudo; nos verò de plenitudine illius noſtram iuſtitiam accepimus, quæ & noſtra vocatur, & ſua: atq; ita, iuxta Zachariam 4. exæquauit gratiam gratiæ, ſicut dicit Ioan. 1. Et de plenitudine eius omnes nos accepimus gratiam pro gratia:

Gratiam pro gratiam.

hoc eſt, inquit Auguſtinus, accepimus gratiam fidei, ſpei, & charitatis, in quibus per gratiam eius proficientes, ambulamus; accepturi deinceps gratiam illam, de qua Apoſt. Rom. 6. Gratia Dei vita æterna.

Vita æterna gratia vocatur.

Ecce vnde manat noſtra iuſtitia, vnde eſt illi merendi nobilitas, vnde gloriatur Chriſtianus; ex Chriſti vtiq; plenitudine, qui meruit nobis vtramq; gratiam, & iuſtificantem, & coronantem.

Bernardus. Triplex gratia nobis per Chriſtum donatur.

Bernardus in ſer. de aſſumptione virg. eadem Ioan. verba interpretans, ait: Triplicem gratiam nobis eſſe collatam: vnam certè, qua conuertimur: aliam, qua in tentationibus adiuuamur: tertiam qua probati, remuneramur. Et prima quidem beneplacitum eſt, ſecunda meritum, tertia præmium. De prima dictum eſt: De plenitudine eius omnes nos accepimus: de duabus reliquis, Et gratiam pro gratia, id eſt, munera gloriæ æternæ pro merito temporalis militiæ. Sic enim docet Apo. Philip. 2. Cum metu, & tremore ſalutem veſtram operamini: tametſi dixiſſet, Deum operari in illis, & velle, & perficere; de fructu autem ſuæ operationis ſic loquitur: Quoniam, inquit, non in vacuum cucurri, aut in vacuum laboraui. Debetur ergo bonis operibus vita æterna: quæ ideò ab Apoſtolo ad Rom. gratia, & non merces vocatur, teſte Auguſt in epiſt. ad Sixtum 103. non quia meritis non datur; ſed quia data ſunt & ipſa merita, quibus datur; vt cùm Deus coronat merita noſtra, nihil aliud coronet quàm dona ſua.

Quare vita æterna vocatur ex Aug.

Et de correptione, & gratia cap. 13. Quia & ipſa vita æterna, inquit, quam certum eſt bonis operibus debitam reddi, à tanto Apoſtolo gratia Dei dicitur, cùm gratia non operibus reddatur, ſed gratis detur, ſine vlla dubitatione confitendum eſt; ideò gratiam vitam æternam vocari, quia his meritis redditur, quæ gratia contulit homini. Rectè quippè ipſa intelligitur, quæ gratia, gratia in Euangelio legitur, Gratiam pro gratia, id eſt, pro his meritis, quæ contulit gratia.

Baſilius.

Eandem habet Baſilius de Spiritu ſancto, cap. 16. ſententiam. Quis adeo rudis eſt, inquit, vt non audiuerit de bonis, quæ Deus præparauit dignis, vt ignoret, quòd corona iuſtorum ſit, Spiritus ſancti donum ſiue gratia; quæ largior tunc, ac perfectior exhibetur, cùm iuxta proportionem rectèfactorum ſpiritualis gloria fuerit vnicuiq; diſtributa?

Bernardus. In can. Ser. 68.

Ber. 1. ſerm. in Epipha. Pauperes ſumus, inquit, parum dare poſſumus, attamen recōciliari poſſumus pro paruo illo ſi volumus. Totum quod dare poſſum, miſerū iſtud corpus eſt; id ſi dedero, ſatis eſt; ſi quo minus, addo & corpus ipſius: iam de meo eſt & meum eſt: Paruulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt mihi, de te domine ſuppleo; quòd minus habeo in me. Sufficit ergo ad meritum ſcire, quòd non ſufficiant merita, ſed vt meritum ſatis eſt, ſic carere meritis, ſatis ad iudicium eſt. Præſumptio damnatur, non meritū.

Chryſoſtomo, Ambroſius.

Chryſoſtomus hom. 21. in Geneſim: Habenda eſt ſalutis expectatio, in omni virtutis operatione, neq; in aliquo, ſed in fiducia bonorum operum; imò neq; in illis multum de ſe ſentire, ſed tunc magis humilem, & modeſtum eſſe oportere. Noli ergo mercedem repoſcere, vt merearis accipere. Ambroſius de Helia, & ieiunio cap. 20. Habemus, inquit, plura ſubſidia, quibus peccata redimamus; ſed tu ipſe venalis es, peccatis tuis venundatus es: redime te operibus tuis, redime te pecunia tua; vilis pecunia, ſed pretioſa eſt miſericordia.

Auguſtinus.

Augu. de verbis Apoſtol. 22. ſer. Auaritia te ad Indos miſit, ad deportandum aurum: ego tibi ante oſtium Chriſtum poſui, à quo emeres regnum cœlorum: Ex his etiam patet reſponſio ad ſeptimum argumentum.

QVAESTIONIS VNDECIMAE CAP. I.

Iuſtitia operum quæ ſit.

Hieron.

QVoniam ex multorum ſententiis audiuimus, quomodo paſſiones noſtræ aliquam habeant iuſtitiæ actionem ad æternæ vitæ hæreditatem obtinendam; aliqua nobis addenda ſunt, quò huius rei doctrina lucidior, ſecuriorq́; fiat legenti. De hoc autem negotio Hieronymus 2. Paral. 25. & Hier. 31. ſic loquitur: Hoc ſemper in eccleſia catholica obſeruatum eſt, priuſquam fidem Chriſti quis recipiat, & in eo ſpiritus ſancti fundamenta iaciantur, nullum audire poſſe: Eſt merces operi tuo. poſteaquam verò conuerſus ad Chriſtum, & templum eius effectus aliquis fuerit; tunc eum ſtatim auditurum Apoſtolum, 1 Cor. 3. Vnusquisq; accipiet propriam mercedem iuxta opus ſuum. Sic namq; animi chriſtianorum ſunt excitandi, dicit Augu. de natura & gratia cap. 68. Primùm quidem, vt chriſtiani fiant, deinde terroribus verberentur, & præmiorum laudibus erigantur; hoc enim modo difficultas tollitur, quæ in Paulinis epiſtolis habetur, ſi perſonarum, vel operum intellecta fuerit diſtinctio. Siquidem infidelibus, fides, velut omnium bonorum operum fundamentum inculcabatur, atque annunciabatur; chriſtianis verò opera fidei: nam opera ante fidem, bona dici non poſſunt: quid enim, inquit Augu. tract. 88. in Ioan. boni operis ante fidem? cùm dicat Apoſtolus: Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt: Roman. 14. & de prædeſtin. ſanctorum, cap. 10. Non ſunt bona opera, niſi ex fide: Iuſtus enim ex fide viuit: Et in Pſ. 31. Nemo computet bona opera ſua: vbi fides non eſt, bonum opus non eſt; bonum enim opus intentio facit, intentionem fides dirigit. Crede in eum, qui iuſtificat impium, vt poſſint & bona opera tua, eſſe bona opera. Nam nec bona illa appellauerim, quamdiu de radice non bona procedunt. Lib. 4. contra Iulianum cap. 3. docet Auguſt. opera infidelium eſſe peccata: Omne (inquit Apoſt. Roman. 14.) quod non eſt ex fide, peccatum eſt: quidquid enim fit ab infideli, inquantum infidelis eſt; ſemper eſt peccatum, etiam ſi bonum ſit, quod facit, quia illud fit voluntate infideli: ordinat enim illud ad finem ſuæ infidelitatis, Arbor enim mala, id eſt, mala voluntas, non poteſt bonos fructus .i. bona opera facere, quia quando fit aliquid noxia, & peruerſa voluntate, illudq́; non refert ad eum finem, ad quem debet referri; dubio procul peccatum operatur. Et 9. de ciuit. Dei cap. 25. Apud infideles, inquit, non eſt vera virtus, quia non actibus, ſed finibus penſantur officia: Quaslibet namq; virtutes habere videatur animus, niſi ad Deum retulerit, eo ipſo vitia ſunt potius, quàm virtutes. Ex qua Auguſtini doctrina colligi poteſt, quòd quidquid fit ab infideli, intentione infidelitatis, aut certè in debitum finem ab eo non refertur, peccatum eſſe cenſendum; arbor profectò mala, non poteſt bonos fructus facere; & oculus nequam totum corpus tenebroſum reddit. Lib. 19. de ciuit. Dei cap. 25. Licet, inquit, tunc veræ, & honeſtæ eſſe putentur virtutes, cùm ad ſeipſas referantur, nec propter aliud expetantur; ſed nihilominus tunc ſuperbæ ſunt, ideóq; non virtutes, ſed vitia putantur: nihil enim aliud à Deo, eſt propter ſe diligendum, aut expetendum, alioqui in alio, quàm in Deo vlti-

mus

Auguſt. — Opera ante fidem. — Opera infidelium ſunt peccata. — In infidelibus non eſt vera virtus.

mus finis eſſet conſtituendus, quod eſt omnibus modis falſum, atq; veræ primæque philoſophiæ contrarium. Infidelium itaq́; opera, tum quia infideli intentione fiunt, tum quia ad debitum finem non referuntur, peccata eſſe affirmat Auguſtinus: docetq́; diſputans cum Iuliano, nullam actionem hominis carentis fide in Chriſtum, poſſe eſſe bonam, hoc eſt, ad ſalutem vtilem, quin potius regulariter omnem infidelium actionem peccatum eſſe, propter eas, quas ſuperius recitauit rationes. In lib. de ſpiritu, & lit. cap. 27. Si, inquiens, qui naturaliter, quæ legis ſunt, faciunt, Roman. 1. nondum ſunt habendi in numero eorum, quos Chriſti iuſtificat gratia; ſed in eorum potius numero, qui Deum verum veraciter iuſteq; non colunt: quædam tamen facta, vel legimus, vel nouimus, vel audiuimus; quæ ſecundum iuſtitiæ regulam, non ſolùm vituperare non poſſumus, verùmetiam meritò recteq; laudare: quanquam ſi diſcutiatur quo fine fiant, vix inueniuntur quæ iuſtitiæ debitam laudem defenſionemúe mereantur. hæc Auguſtinus: Verùm vtrum ab infidelibus poſſit aliquid agi, quod referatur ad finem Deum, vt eſt author naturæ; id extra controuerſiam erat, quam cum Iuliano ſuſceperat. Poteſt tamen dici, quòd quamuis non poſſint, qui fide carent, cognoſcere Deum tanquam authorem boni beatifici, ex lumine tamen naturæ rationali expreſſo, Deum, vt authorem naturalis boni cognoſcere poſſunt, ac ad Deum ſic cogitatum, ſuas actiones referre. Iſtud ſatis clarè docet Apoſtolus ad Roman. 1. cap. affirmans potuiſſe gentes per rationem, Deum cognoſcere, & cognitum glorificare. Infidelis præterea, qui opinatur eum, quem credit authorem naturæ, eſſe Iouem, aut alium quemlibet falſum Deum, ſuas poteſt actiones generaliter, ac ſine determinatione, ad Deum, vti ad authorem naturæ, & non ad falſos deos referre; ſed generaliter, ſub ratione, qua Deus eſt. Id autem bifariam fieri contingit, altero modo explicitè, & actualiter, videlicet, cùm quis actu cogitans de Deo, refert in illum ſuam actionem: Altero modo implicitè, & virtualiter, quod tunc contingit, quando quis actionem refert ad finem aliquem virtutis, inhærere illi fini, quantum ſecundum rectam rationem eſt inhærendum: Verbi gratia, ſi quis ſubueniat indigenti propter finem, qui eſt ſuſtentatio vitæ eius. Rectius ergo ſentire videntur non eſſe neceſſe, quamlibet infidelis hominis actionem, peccatum eſſe propter defectum circumſtantiæ vltimi finis. Quapropter ſi infideles bene vterentur, ſiue vſi fuiſſent donis naturalibus, facilius ad nouæ gratiæ donum perueniſſent; verùm quia abutuntur, atq; abuſi ſunt talentis naturæ indigni habiti ſunt, qui ad dona gratiæ accederent. Neque id dicimus, quòd ex donis naturæ, gratiæ dona quiſpiam mereri valeat; ſed quandam congruitatem merendi, eamq́; ex Dei bonitate vtraq; dona largientis, oſtendimus. Chryſoſtomus in 20. Matth. Multi ſunt vocati &c. generalem illam mandatorum ſcientiam, quam quiſq; cùm crearetur, accepit, gratiam eſſe affirmat: qua ſi bene quis vtitur, ſpecialem habere meretur ſcientiam, vnde myſterium regni Dei cognoſcitur, ſicut ſcribitur Matth. 13 Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei. Verùm illa gratia generalis, non eſt Dei redimentis, ſed conditoris. Donis quidem naturæ, ſi quiſpiam recte vtatur, meretur proculdubio maioris gratiæ augmentum; verùm ſine Dei gratia miſerentis, atq; quibuſdam fidei initiis, igniculisq́; infuſis, illis bene vti, valet nemo. Perſpicuum huius rei exemplum in Cornelio oſtenditur: Actorum 10. cuius opera Deo accepta referũtur, ac promeruiſſe, vt ad baptiſmi gratiam pertingeret. Sanè, præparatio humanæ voluntatis ad gratiam neceſſaria, non eſt meritum, ſed diſpoſitio quædam ſubiecti, quæ abſq; gratuito auxilio Dei prædeſtinantis, & adiuuantis, atq; excitantis haberi non poteſt. Itaq;, & ſi operatio meritoria fidei, iuſtificationisq́; impetratoria in prædeſtinato infideli eſſe nequeat, propterea quòd, quia ſicut ſine fide, nec orare, ita nec impetrare quicquam poſſit, in giro tamen ſancto eſſe poteſt meritum, vnde Deus impio prædeſtinato propitius fiat: Stephani namq; precibus, Paulum gratiam Chriſti aſſequutum fuiſſe, Auguſtinus affirmat. Porrò, diſpoſitio ad iuſtificationis gratiam neceſſaria, eſt liberi arbitrij motus, ex quadam in Deum fide, peccata deteſtantis; quò fit, vt iuſtificationis gratia, quendam exigat liberi arbitrij motum, natura, gratia iuſtificante, priorem. Præcedit autem hunc liberi arbitrij

Omne, quod non eſt ex fide peccatum eſt.

Fides in Deũ, vt eſt author naturæ.

referre explicitè. & implicitè.

Chryſ. ſi bene fuiſſent vſi donis naturæ, veniret ad dona gratiæ.

Cornelij fides

Præparatio ad gratiã donum Dei eſt.

Paulus adiutus precibus Stephani.

motum,

De iuſtificatione impii.

motũm, quidem Dei tractus, ſiue motio, liberum arbitrium excitantis, atq; afficientis, vt credere velit. vnde fit, vt prædeſtinatus ex quodam fidei motu, ſibi gratiam iuſtificantem impetrare valeat, atq; ſuæ fidei augmentum. Sic legimus Apoſtolos oraſſe, Lucæ 17. Domine adauge nobis fidem. Et Mar. 9. pater lunatici: Credo domine, adiuua incredulitatem meam. hoc etiam modo, opera, quæ ex quadam fide implicita fiunt, præparant, diſponuntq; ad perfectioris fidei initia, deniq; ad perfectam conſumatamq; iuſtitiam.

Cornelius nõ ſine fide orabat.

Quapropter Cornelius non ſine aliqua fide orabat, atq; eleemoſynas erogabat: vnde fidei promeruit incrementum, atq; perfectæ iuſtitiæ libertatem. Nemo ergo ad accipiendum fidei iuſtificantis donum, ſine gratuito Dei munere ſeſe diſponere poteſt. Et hæc quidem diximus de illorũ iuſtitia, quibus plena iuſtificationis gratia non eſt impenſa, atq; tributa. Iam reliquum eſt de eorum iuſtitia loqui, qui ſunt templum Dei, in quibus Deus inhabitat, & viuit,

Viuit in me Chriſtus.

ſicut Apoſt. 2. ad Gal. Viuo iam non ego, viuit verò in me Chriſtus: Igitur opera Pauli, non tam Pauli, quàm Chriſti erant in illo viuentis, atq; operantis. Vnde Ambroſius ibidem: Non eſt ambiguum, inquit, in eo, qui per fidem liberatur à morte, Chriſtum viuere. Morte enim digno dum donat peccata, ipſe viuit in loco eius; ipſius enim præſidio ereptus eſt morti. Auguſt. de verbis domini: Apoſtolus non viuebat in ſe, ſed Chriſtus in eo; quia non ſuam, ſed Chriſti faciebat voluntatem. Qui ergo Dei facit voluntatem, non

Meritum Pauli.

meretur vitam æternam? ipſe enim ait, Matt. 7. Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum, ſed qui fecerit voluntatem patris mei, qui eſt in cœlo. 2. Cor. 13. An experimentum, inquit, eius quæritis, qui loquitur in me Chriſtus? Chriſtus viuebat, Chriſtus loquebatur; igitur Chriſtus operabatur in Paulo: quis ergo contemnat Chriſtum viuentem, loquentem, atq; operantem in templo ſuo, in anima iuſti? Ad Philip. 1. Mihi viuere Chriſtus eſt. Vitam ſuam ſiue in præſenti, ſiue in futuro Chriſtum eſſe dicit (inquit

Qui negat merita Pauli, negat merita Chriſti

Ambroſius) ſicut Euangeliſta Ioan. 1. teſtatur: Quod factum eſt, in ipſo erat vita, & vita erat lux hominum. Viuebat ergo Chriſtus in Paulo: operabatur ergo; nam operatio eſt actio vitæ. Erat autem Chriſtus in Paulo per habitum charitatis: proinde ſi quiſpiam Pauli merita labefactare conetur; idipſum in Chriſti merita ſe facturum non ignoret. In ſanctorum enim virtutibus fulget meritorum Chriſti iuſtitia, ſicut Sol in gemmis, quæ in Solis præſentia rutilant, in abſentia autem contenebrantur. Chriſtus operatur in vobis & velle, & perficere pro bona voluntate ad Philip. 2. Opera ergo noſtra, Chriſti potius dicenda ſunt quàm noſtra, à quo bona voluntas præſtatur, & perfectio eiuſdem voluntatis. In Zacharia cap 6. legimus. Ab iſtis ſumes argentum, & aurum, & facies coronas,

Chriſtus coronatur in nob.

& pones in capite Ieſu ſacerdotis magni. Chriſtus eſt (ait Hieronymus ibi) qui virtutes in nobis operatur: Chriſtus eſt, qui per eas in nobis coronatur; quia videlicet ipſius eſt opus, omnis omnium ſanctorum corona. Attende ſemen arboris, quàm minimum ſit quantitate, non tamen virtute, nam ab eo magna arbor exurgit; ſic ſemen Dei, quæ eſt charitas (vt dicit Ioan. 3. cap. 1. ep.) quantitate paruum eſt, virtute verò æquat gloriæ, quæ reuelabitur in nobis. Sicut enim in ſemine tota eſt arbor virtute; ſic & in nobis per gratiam ſpiritus

Pignus hæreditatis.

ſancti, quia cauſa eſt efficiens vitæ æternæ, cùm ſit fons aquæ ſalientis in vitam æternam: ideóq; à Paulo vocatur pignus hæreditatis noſtræ. In Chriſto, inquit, credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ in redemptionem acquiſitionis in laudem gloriæ ipſius. ſignum habemus futuræ hæreditatis (ait Ambroſius ibi.) ſpiritum ſanctum datum, poſt baptiſmum redempti, hæredes deſignati ſumus, ſi in regeneratione perdurauerimus, vt prima fides veniam, ſancta verò conuerſatio perdurans cũ

Opus noſtr. quomodo meritorum.

fide coronam mereatur. Itaq; ſi opus hominis meritorium, quo ad ſubſtantiam ipſius conſideretur, omni proculdubio vita æterna indignum reputabitur: at, ſi gratiam inhabitantis in homine trinitatis reſpexeris, vnde, & ipſa opera prodeunt; quis audebit illa inficiari, quò minus mereantur vitam æternam? Ad eum (inquit dominus Ioan. 15.) veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Manente igitur tota Trinitate in nobis; quis poterit dubitare, opera meritoria, ſancta eſſe Trinitati attribuenda? Tentate vos (ait Paulus 2. Cor.

13.) ſi

 De iuſtificatione impij.

13. Si eſtis in fide, & ipſi vos probate. An non cognoſcitis voſmetipſos, quia Chriſtus Ieſus in vobis eſt? niſi fortè reprobi eſtis? Ad Cor. 1. 6. cap. vocat membrum Chriſti, & templum ſpiritus ſancti: Membrum autem ex capitis virtute operatur. Patet ergo quomodo iuſtitia noſtra ſit vita æterna digna. Habitatio Dei in nobis.

CAPVT II.

Iuſtificatio duplex.

IVſtitiam bonorum operum, vitam æternam mereri, fidelium, atq; infidelium iuſtitiam, quæ ſit, ex Pauli antè dictis percepimus: reliquum eſt igitur oſtendere, ſolam fidem iuſtificato non ſufficere: neq; è contrà opera abſq; fide aliquid prodeſſe ad ſalutem. Hinc animaduertimus duplicem eſſe iuſtificationem, ſiue iuſtitiam, primam ſcilicet, qua ex impio fit iuſtus: ſecundam verò, qua ex iuſto fit magis iuſtus. Prima iuſtitia *Vnde Concilium Tridentinum ſeſſione ſexta cap. 10. Iuſtificati, inquit, & amici Dei, ac domeſtici facti, euntes de virtute in virtutem, renouantur, vt Apoſtolus inquit, de die in diem: hoc eſt, mortificando membra carnis ſuæ, & exhibendo ea arma iuſtitiæ in ſanctificationem per obſeruationem mandatorum Dei, & eccleſiæ, in ipſa iuſtitia per Chriſti gratiam accepta: cooperante autem fide bonis operibus, creſcunt, atq; magis iuſtificantur, ſicut eſt ſcriptum: Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. Et iterum: Ne verearis vſq; ad mortem iuſtificari. Et iterum; videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantùm hoc verò iuſtitiæ incrementum petit ſancta eccleſia, cùm orat: Da nobis Domine fidei, ſpei, & charitatis augmentum. hæc ex Concilio.* Concilium Tridentinum. Apoc. vlti. Iacob. 2. Secunda iuſtitia.

Et reuera, oportet, vt quiſquis fidem habet, credat ſe non ſola fide iuſtiorem fieri; quandoquidem illius fides, ſi opera non habuerit, ipſum condemnabit. In Chriſto Ieſu, ait Paulus ad Gal. 5. tantùm valet fides, quæ per dilectionem operatur, hoc eſt, fides ferax bonorum operum, & non ſterilis, & otioſa. Auguſt. in epiſtola ad Sixtum: Iſta, inquit, fides chriſtianorum eſt, non dæmoniorum: nam & dæmones credunt, & contremiſcunt, ſed non diligunt. Vnde quamuis fides priusquam quicquam operetur, iuſtificet; parturijt nihilominus, & eſt operibus grauida, nihil expectans, niſi tempus pariendi. Itaq; poteſtate quadam intra ſe continet opera, quæ nondum in lucem edidit: qua profectò fide initiari dicitur iuſtus, non autem conſumari; conſumata namq; aliter, quam ex operibus in lucem editis, haberi non poteſt. Fides primùm inchoat iuſtitiam, partu autem bonorum operum edito, conſummat, & perficit. Iuſtificatio inchoata. *hanc ob cauſam à Iacobo cap. 2. dictum eſt de fide Abrahæ loquens, quòd ex operibus fides Abrahæ conſummata ſit. Videtis, inquit, quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantùm, loquitur autem de iuſtificatione conſummata; nam de iuſtificatione inchoata, ſiue prima, ita in primo cap loquitur. Voluntariè, ait, genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initium aliquod creaturæ eius. Mox enim vt aliquis audito aſſentitur verbo veritatis, initiatus in fide, iuſtificari incipit: deinde indies magis magiſq; iuſtior euadit, donec tandem conſummatam, perfectamq; iuſtitiam conſequatur. Porrò, quòd Iacobus, initium creaturæ appellauit, ab Apoſtolo 6. Gala. noua creatura vocatur. In Chriſto Ieſu, inquit, neq; circumciſio aliquid valet, neq; præputium, ſed noua creatura.* Initium creaturæ eſt noua creatura. *homo vtiq; nouus, qui ſecundum Deum creatus eſt: Eph. 4. Noua creatura, ait Ambroſius, eſt regeneratio noſtra. hæc eſt, quæ dat profectum permanentibus. Super iſtos enim eſt pax Dei. Et cap. 5. de eadem iuſtificatione loquens. Nos ſpiritu ex fide ſpecie iuſtitiæ expectamus; quia ſcilicet ſpes iuſtificationis in fide eſt per ſpiritum, non per opera legis. Quanquam igitur Paulus ex fide ſpem conceperit, & in iuſtitia creatus ſit homo quidam nouus; ſpem tamen ſpectat iuſtitiæ cumulatioris, eius nimirum, quæ bonis operibus indies augetur. Sic docet Auguſtinus de ſpiritu & lit. Fides, inquit, eſuriens, ſitiensq; iuſtitiam, renouatione de die in diem interioris hominis proficit in eam, & ſperat ea ſatiari in vita æterna.* Iuſtitia cumulatur bonis operibus.

catione impij.

æterna. Eius itaq; iuſtitiæ, quæ per fidem dilectricem, & operatricem augeſcit indies;
ſpem expectat Paulus, ſicut docuit 2. Tim. 4. Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ: Præmiũ
quidem ſuæ iuſtitiæ, non fidei tantùm. Iuſtitia ergo inchoata à Paulò, noua creatura voca-
tur, eamq; perpetua quadam renouatione augeri affirmat: Iacobus verò initium illud crea
turæ ex operibus conſummari. Ad Cor. 1. cap. 6. Sed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed
Scripturæ iuſtificationis. iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et hæc quidem de prima iuſtificatio-
ne ab eo dicta eſſe Ambroſius ibidem affirmat: Hæc omnia beneficia puritatis, ait, in ba-
ptiſmate conſecuti ſumus; verùm eandem ex operibus augeri, atq; conſummari ad Rom. 2.
Factores legis iuſtificabũtur ostendit: Non, inquit, auditores legis, ſed factores legis, iuſtificabuntur. Aug. de ſpir. & lit.
cap. 26. iuſtificabuntur, id eſt, iuſti reputabuntur. Luca 16. Ille volens ſeipſum iuſtificare,
hoc eſt, iuſtum declarare. & Math. 11. Iuſtificata eſt ſapientia ab eis, hoc eſt, iuſta decla-
rata. Opera enim legis quæ fiunt ex fide Ieſu Chriſti, maiorem iuſtitiam præſtant. Ambro-
ſius hoc dicit, inquit, quia non hi iuſti ſunt, qui audiunt legem, ſed qui credunt in Chriſtum
quem lex promiſit, & hoc eſt facere legem. Hæc igitur iuſtificatio per opera fidei com-
paratur: ad quam excolendam Iacobus cap. 1. exhortatur: Ne ſitis, ait, auditores verbi,
ſed factores: Et Dominus in cap. Mat. 5. Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quàm ſcri-
barum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum: vnde nemo, niſi propter iuſti-
tiæ defectũ eſt excludendus. Filioli, ait Ioan. 1. epiſt. cap. 3. Nemo vos ſeducat. Qui facit
iuſtitiam, iuſtus eſt. Ab opere ergo, non à ſola fide, aliquis iuſtus eſt appellandus. Et Petrus
2. cap. 1. Quapropter, inquit, fratres mei ſatagite, vt per bona opera, certam veſtram voca-
tionem, & electionem faciatis. Quum ergo ex noſtris operibus, electio, vocatioq; rata fir-
Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. maq; fiat; proculdubio, iuſtitia quoq; noſtra auctior inde, atq; conſummatior euadit. Ioan.
in apocal. 22. Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc, & qui ſanctus, ſanctificetur adhuc. Qua-
re, quauis fide viua, hac in vita iuſtificatus polleat, ad maioris tamen ſtudium iuſtitiæ con-
tendere debet. vnde Apoſtolus ad Rom. 6. Sicut exhibuiſtis, inquit, membra veſtra ſer-
Seruitus iuſtitiæ. uire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire
iuſtitiæ in ſanctificationem, hoc eſt, vt in vobis iuſtitiæ ſanctificatio conſummetur. Ea men-
ſura, ait Ambroſius ibidem, nos Deo ſeruire præcepit, qua prius famulabamur diabolo,
cùm vtiq; propenſius deberemus ſeruire Deo, quàm Diabolo; quippe cùm hic ſalus, illic
damnatio operetur. Porrò hæc ſeruitus abſque bonis operibus eſſe non poteſt: proinde ad
hanc iuſtificationem, opera conferre, perſpicuum eſſe puto. Itaq; iuſtificato ſola fides non
Duobus modis ad gratiã peruenitur. ſufficit. Ad gratiam autem fidei, ſiue ad primam gratiam duplex eſt aditus perueniendi:
alter quidem per plenam omninò fidem, omni prorſus obice ſublato; quemadmodum le-
gitur actuum 10. de ijs, qui Petro apud Corneliũ concionanti, crediderunt: vnde & ſuper
eos ſpiritus ſanctus cecidit, cùm nec dum eſſent baptizati, fuit enim in eis haud frigida fi-
des. Alter verò, vbi fides remiſſior fuerit, per ſacramentum gratiam ſibi acquirit, ſicut
in actibus etiam legitur. Nam cùm ad primam Petri concionem, actuum 2. multorum cor-
da compungerentur, Apoſtolos rogauerunt, quidnam facto opus eſſet: quibus Petrus re-
ſpondit: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquiq; veſtrum in nomine Ieſu Chriſti, in
remiſſionem peccatorũ veſtrorum. Et cap. 8. Apoſtoli imponebant manus ſuper Samari-
tanos, & accipiebant ſpiritum ſanctum. Non ſola ergo fide, ſed ſacramento etiam id præ-
Argumenta contraria. ſtabant. Et 19. Paulus manus imponens atq; baptizans in nomine Ieſu accipiebant ſpiri-
1. tum ſanctum. Hæc ita ſe habent, atq; veriſſima ſunt. Verùm poſſet aliquis contra illa ſic
arguere: Iuſtus ex fide viuit, vt dicitur Rom. 1. Abacuc 2. & Hebræ. 10. & non ex operi-
2. bus, ſiue ſacramentis: ſola ergo fides ſufficit. Item Marci vltimo: Qui crediderit, & bapti-
zatus fuerit, ſaluus erit. Qui autem non crediderit, condemnabitur, etiamſi baptizaretur,
3. neq; enim baptiſmus, aut opera ſaluant, ſed fides. Adde illud Rom. 10. Corde creditur ad
iuſtitiam, non dicit, corpore ſacramenta ſuſcipiuntur ad iuſtitiam. Et Rom. 4. & Gene. 15.
Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. His, atq; ſimilibus ſcripturis
perperam intellectis quiſpiam obijcere poſſet, ſolam fidem iuſtificato ſufficere. Ad quæ
breuiter

De iuſtificatione impij.

breuiter reſpondere valemus. Et ad primum quidem dicimus, illam ſcripturam ita eſſe intelligendam, Iuſtus in fide ſua viuet, ſecundum prophetæ intentionem, hoc eſt, ex confidentia viſionis aliquando implendæ perſeuerabit in bona vita. Si morã fecerit, expecta eum, ait, quia veniens veniet, & non tardabit. Ad eundem quoq; ſenſum à Paulo introducitur ad Heb. 10. Nolite, inquit, amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem, patientia vobis neceſſaria eſt &c. Adhuc enim modicũ, aliquantulum, qui venturus eſt, veniet, & non tardabit. Iuſtus autem meus, ex fide viuet. Ad confidentiam ergo, hoc eſt, ad firmam expectationem rerum promiſſarum Paulus exhortatur Hebræos, iuſtumq; interim ex fide viuere profitetur. Ad Romanos verò eandem citat, vt doceat, ex euangelio, Dei iuſtitiam nobis reuelari, ex fide in fidem, perinde ac ſi dixiſſet: Cùm per euangelium iam cunctis innotuerit, id à Deo præſtitum eſſe, quod olim per prophetas promiſerat, iuſtitia Dei vtiq; palam omnibus manifeſtatur, quæ promiſſa ſeruat, atque planè docetur, non fruſtra fuiſſe ſcriptum, Iuſtus ex fide viuet, id eſt, ſuſtinebit ſe, & perdurabit ſpe liberationis futuræ. Igitur hoc loco propheta nomine fidei, & perſuaſionem, ſiue aſſenſum firmum mentis, & fiduciam, ſiue ſpem complectitur. Certum eſt autem, Apoſtolum fidem ſic accepiſſe; vt vtrumq; complectatur, nec detorſiſſe, ſed propriè vſum eſſe vaticinio prophetæ. Adde, quòd fidentem oportet facere voluntatem Dei; Vt voluntatem Dei facientes, inquit Hebr: 10. reportetis repromiſſiones. Iuſtus ergo non eſt cenſendus, niſi qui præter fidem, ſpem etiam habuerit, ac dilectionem, & opera. Et hæc fides à Iacobo conſummata vocatur: Et ex operibus, inquit, fides conſummata. Nec alia à Paulo intelligitur, quoties ab eo fidei iuſtificatio tribuitur: nam illam, quæ à ſpe, charitateq; diſtinguitur, parui ab eo fieri, 1. Cor. 13. clariſſimè legimus. Si habuero, inquit, omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. Qui dicit, Omnem, nullam excipit, quantacunq; ea fuerit, quæ non ſit perfecta charitate. Non poſſunt igitur prophetæ verba de nuda fide, quæ ſpem & charitatem antecedit, intelligi; ſed de ea, quæ per illas perficitur, & quæ bonis conſummatur operibus: Qualem, & ipſe Paulus vocat fidem per dilectionem operantem. Alioqui dicerentur & ij iuſtificari, qui vitijs illis fœdiſſimè contaminantur, quibus & illic idem propheta, Væ multiplex interminat. Palam ergo eſt, nec Paulum, nec Prophetam de nuda fide fuiſſe locutos; ſed de ea, quæ per dilectionem operatur. Ad hunc modum Ambroſius intellexiſſe videtur. Oſtendit, inquit, non iuſtificari hominem apud Deum per legem, ſed per fidem: vita enim ex fide non hæc præſens eſt, ſed futura; quia iuſtus ex fide viuit, ſed apud Deum. Si ergo viuit apud Deum, vita autem huiuſmodi eſt charitas diffuſa in cordibus noſtris: De fide ergo conſummata, atque perfecta, & Paulus loquitur, & propheta. Auguſtinus de ſpiritu, & litera. cap. 11. Hæc eſt iuſtitia, ait, quæ in teſtamento veteri velata, in nouo reuelatur: quæ ideo iuſtitia Dei dicitur, quòd impertiendo eam, iuſtos facit: ex fide annuntiantium, in fidem obedientium, quam nobis Chriſtus contulit, credimus ex Deo nobis eſſe, pleniusq; futurum eſſe, quòd iuſtè viuimus: vnde illi ea pietate, qua ſolus colendus eſt, gratias magnas agimus. Et cap. 29. eiuſdem lib. Fide Ieſu Chriſti impetramus ſalutem, & quantum nobis inchoatur in re, & quantum perficienda, expectatur in ſpe. Itaq; illa ſcriptura Abacuc, quamuis ſit de homine iuſtificato; ea tamen vtitur Apoſtolus ad Gal: 3. pro iuſtificatione impij, vt in tota hominis vita, fidei efficaciam edoceat, quoniã & fidei tum primæ, tum ſecundæ iuſtitiæ opera ſunt tribuenda: fide, inquam, quæ per dilectionem operatur iuſtitiæ opera ſecundæ; primæ verò aliqualis ſunt, nondum autem perfectæ dilectionis. Et ad Bonifacium lib. 3. cap. 5. Catholica fides, inquit, iuſtos ab iniuſtis, non operum, ſed ipſa fidei lege diſcernit, quia iuſtus ex fide viuit: per quam diſcretionem, fit, vt ſi homo non in Deum fidem rectam, & catholicam teneat, de hac vita damnandus abſcedat. Alius autem habens quidem opera bona ex fide recta, quæ per dilectionem operatur, ex qua fide viuit, & ſecundum quam in omnibus delictis ſuis ſe accuſat, de hac vita liberandus, & in conſortio cum Chriſto regnaturorum recipiendus, emigrat. Hæc ergo fides conſummata eſt, qua viuimus, & benè operamur, imò

Soluuntur argumenta.

Iuſtus ex fide viuit.

Fides conſummata.

Fides per dilectionem operans.

Ambro.

Aug.

Fides diſcer-[illegible]ns iuſtos ab iniuſtis.

ramur, imò ipſa vita animæ eſt, & vitalium operationum principium. Hieronymus in 3. caput ad Galat. explicans illud, Qui ergo tribuit vobis ſpiritum &c. Oſtendit, inquit, per ſingulas horas atq; momenta ſemper dignis ſpiritum miniſtrari: & quantò quis in Dei opere & amore profecerit, tantò magis ſancti ſpiritus in ſe habere virtutes, quas auditus fidei, & non legis opera conſummant. Non quò legis opera contemnenda ſint, & abſq; eis fides ſimplex appetenda; ſed quò ipſa opera fide Chriſti adornentur. Cæterùm ſi ex ſola fide Chriſti viuitur; non eſt ergo vita ſine Chriſto, quantumuis magnis virtutibus aliquis præditus eſſe videatur. Iuſtus ergo ex fide viuit, hoc eſt, tota hominis iuſti vita coram Deo, fidei eſt aſcribenda; nam & principium eſt, quo iuſtificatur impius, habetq; primam iuſtitiam; & medium, vnde totus vitæ illius decurſus dirigitur, quæ appellatur iuſtitia ſecunda. Quare etſi bona opera aliquo modo noſtra ſint, gratuita tamen dona Dei ſunt: quam certè gratiam fides impetrat. Quomodo ergo illa ſcriptura, iuſtus ex fide viuet, ſit intelligenda, paulò copioſiùs explicaui.

Hieron.

Iuſtitia prima

Iuſtitia ſecunda.

CAP. III.

Soluuntur alia Argumenta.

2. AD 2. dico, ſine fide, iuſtificari neminem, quia ſine fide, impoſſibile eſt Deo
placere: verumtamen hæc ſola fides non illico præſtat gratiam; ſed ſacramentum
rectâ fide ſuſceptum, gratiam confert, & iuſtificationem. Mundans eam
ait Paulus ad Epheſ. 5. lauacro aquæ in verbo vitæ. Porrò abſq; gratia nihil
animam mundat: Quam ob cauſam neceſſe eſt, vt lauacro aquæ cum verbo
vitæ, baptiſmum ſuſcipientibus, gratia præſtetur. Quid eſt baptiſmus, ait Aug. tract. 15. in
Ioa. Lauacrũ aquæ in verbo vitæ. Tolle aquã, nõ eſt baptiſmus: Tolle verbũ, nõ eſt baptiſmus.
3. Non ergo ſufficit ſola fides, neglecto ſacramento. Ad 3. non valet argumentũ, nõ dicit, corpore
ſacrã. ſuſcipiuntur ad iuſtitiã, ergo non eſt. Dialectici non admitterent, nõ ita dicit,
ideo nequaquam ita res ſe habet. Nos verò dicimus, corde credendũ eſſe ad iuſtitiam, quoniã
abſq; fide nemo iuſtificatur. Ex fide certè iuſtificatio noſtra ſumit initiũ; ex charitate
verò vna cum bonis operibus augetur, atq; perficitur. Corde igitur creditur ad ſalutem,
hoc eſt, credit, vt iuſtitiam conſequatur, remiſſionem peccatorũ, & gratiam: omnis autem
confeſſio fit ad ſalutem, id eſt confitetur ad hoc, vt confitendo aſſequatur ſalutem, vitam
vtiq; æternam. Quemadmodum ergo fides eſt medium, ſiue cauſa, per quam peruenimus
ad iuſtitiam; ita planè oris confeſſio, eſt medium ad ſalutem, & eius meritum. Ex quo patet
opera eſſe neceſſaria, & meritoria ad conſequendam ſalutem. Augu. de ſpiritu & lit.
cap. 25. Fides, quæ commendatur ab Apoſtolo, eſt illa, ex qua iuſtus viuit, quæ creditur in
eum, qui iuſtificat impium, per quam excluditur gloriatio: hæc eſt fides, quæ impetratur
largitas ſpiritus, de quo dicitur Gal. 5. Nos ſpiritu ex fide, ſpem iuſtitiæ expectamus. hæc
eſt fides, qua ſalui fiunt, quibus dicitur Ephe: 2. Gratia ſalui facti eſtis per fidem, & hoc
non ex vobis: Ipſius enim ſumus figmentum, creati in Chriſto Ieſu, in operibus bonis, quæ
præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Poſtremò hæc eſt fides, quæ per dilectionem operatur,
non per timorem, non formidando pœnam, ſed amando iuſtitiam. Vnde ergo iſta
charitas, per quam fides operatur, niſi vnde illa fides ipſa impetrauit? Neq; enim eſſet in
nobis quantacunq; ſit in nobis, niſi diffunderetur in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum,
qui datus eſt nobis. charitas quippe Dei dicta eſt diffundi in cordibus noſtris, non qua nos
ipſe diligit, ſed qua nos facit dilectores ſuos; ſicut iuſtitia Dei, qua iuſti eius munere efficimur.
Fides hæc à Paulo commendatur, quæ corde credit ad iuſtitiam, nec erubeſcit ore
confiteri, quod corde iuſtum percipit, vt illud confiteri debeat. Intus fidem Deus videt, ſed
parum eſt, niſi ore quoq; confitearis, quod iuſtum eſt confiteri: ſola ergo fides non ſufficit,
4. ſi careat operibus debitæ iuſtitiæ. Ad 4. De fide Abrahæ, qua credidit Deo, & reputatum eſt

Baptiſmus quid ſit?

Corde creditur ad iuſtitiã.

Operum neceſsitas.

Quæ fides cõmendetur ab Apoſtolo.

De iuſtificatione impij.

Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiã.

tum eſt illi ad iuſtitiam 4 Rom. & Gen. 15. Dico, non defuiſſe Abrahæ opera, quibus fides eius fieret conſummatior, atq; prouectior. Iam enim iuſſu Dei, ſuos ſuaq; omnia reliquerat, & ad incognitas gentes perrexerat; in quibus non parua incommoda ſuſtinuit; neq; ob id Deo quicquam diffiſus eſt. Meritò ergo illius fidem operibus cooperatam, atq; ex eiſdem operibus conſummatam fuiſſe 2. cap. Iacobus affirmat. Propter nudam ergo fidem non eſt ei reputatum ad iuſtitiam Nam ſi quis vſqueadeò fidem habuerit, vt montes fide ſua transferat 1. Cor. 13. charitate tamen, & bonis careat operibus; non ob fidem vult Apoſtolus, illum iuſtificatum iri. Atq; iſtud quantum ad Geneſis locum ſpectat, ſufficere poteſt. Porrò, quoad illud ex Rom. 4. quoniam Apoſtolus, Abraham ſola fide, ſine operibus iuſtificatum eſſe, aſtruere quodammodo videtur; paulò altiùs, atq; copioſiùs, ſunt hæc explicanda. Ambroſius in commentario huius loci, Manifeſtauit, inquit, non ideo Abraham gloriam apud Deum habere, quia circumciſus eſt, aut quia abſtinuit ſe à peccato; ſed quia Deo credidit, hinc & iuſtificatus eſt, laudis ſuæ præmium in futuro conſecuturus. Et rectè quidem fides iuſtitiæ meritum habet, nam è contrà ſine fide eſſe, iniuſtitiæ ſumma eſt. Etenim primo homini infidelitas ad iniuſtitiam reputata eſt; hic autem pater fidei noſtræ non infirmatus eſt in fide.

Ambro.

Origenes explicans hunc locum, ait: In eo autem, vbi dicitur, quia fides ei reputata eſt ad iuſtitiam, fides perfecta declaratur: cùm enim fides multæ Abrahæ præceſſerint in multis rebus, quibus illius conſtantia probata eſt; in hoc nunc vniuerſa fides eius eſt collecta, & ei ita ad iuſtitiam reputata. Patet ergo ſecundum Origenis ſententiam, ſcripturam illam, de fide per charitatem operante, intelligendã eſſe.

Origen.

Auguſt. in præfatione pſal. 31. Sanctus patriarcha Deo placuit, ait, atq; apud eum gloriam habuit: non ergo ex operibus iuſtificatus eſt, ſed ex fide; ſicut ſcriptum eſt Gen. 15. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Iam qui audit ex operibus, ſed ex fide, ne dicat, faciam quidquid volo; quia etſi bona opera non habuero, & tantùm credidero in Deum, deputabitur mihi in iuſtitiam. Reſpondeo ergo tanquam contra Apoſtolum, & dico de ipſo Abraham, quòd inuenimus & in epiſtola alterius Apoſtoli Iacobi 2. qui volebat corrigere homines, qui malè intellexerant iſtum Apoſtolum. Dicit ergo Abrahæ opus omnibus notum, filium ſuum immolandum Deo obtuliſſe. Magnum opus, ſed ex fide, laudo ſuperædificationem operis; ſed video fidei fundamentum: laudo fructum boni operis; ſed in fide agnoſco radicem. Si enim hoc præter fidem rectam faceret Abraham, nihil illi prodeſſet qualecunq; illud opus eſſet. Rurſum, ſi ſic teneret fidem Abraham, vt cùm ei Deus imperaret offerre ſibi immolandum filium ſuum, diceret apud ſemetipſum, non facio, & tamen credo quia me etiam contemnentem iuſſa ſua liberat Deus: Fides ſine operibus mortua eſt: & tanquam radix ſine fructu ſterilis, atq; arida remaneret. Ergo ex fide iuſtificatus eſt Abraham. Sed ſi fidem opera bona non præceſſerunt, quia ante fidem opus bonum dici non poteſt; tamen ſecuta ſunt. Nunquid enim fides tua ſterilis erit? ſi ſterilis non es, ſterilis non eſt ipſa. Tene ergo fidem operaturus: nam fides per dilectionem operatur Gal. 5. & Rom. 13. Plenitudo legis, eſt charitas, & Gal. 5. Omnis enim lex in vno ſermone impletur, Diliges proximum tuum tanquam teipſum Dilectio proximi malum non operatur, Rom. 13.

Augusſt.

Quomodo Abraham iuſtificatus ſit.

Fides Abrahæ qualis.

Adduxit ergo Apoſtolus exemplũ de iuſtificatione Abrahæ ad probandam principalem propoſitionem in cap. 3. poſitam, Arbitramur iuſtificari hominem per fidem ſine operibus. Nec pugnat iſte locus cum Apoſtolo Iacobo, qui aſſerit, Abraham ex operibus iuſtificatum eſſe, quia Paulus loquitur de operibus factis ſine fide, Iacobus autem de operibus fide factis, ab ipſo iam iuſtificato; ſicut patet ex verbis Auguſtini, proximè citatis. Vide, quanquam in Geneſ 15. ſola ſit propoſita iuſtificatio pij; voluit tamen ſcriptura ex ea nos venire in cogitationem iuſtificationis impij, per hanc ſimilem conſequentiam. Si Abraham non per vires liberi arbitrij iuſtificatus eſt, hoc eſt, auctior in iuſtitia factus: ergo multo magis impius per gratiam fidei & non per vires liberi arbitrij, initium iuſtitiæ adeptus eſt. Aptè proinde Paulus ad probandam principalem propoſitionem de iuſtificatione impij capite tertio poſitam, adduxit teſtimonium Geneſis,

Iuſtificari hominem ſine operibus.

catione impij.

quod de augmento iuſtitiæ agit, & non de iuſtificatione impij; propterea quòd eadem ſit ratio, quantum ad præſens negotium ſpectat, de iuſtitia augmento, & de prima iuſti-
Quomodo fides Abrahæ imputata ſit ad iuſtitiam. *tia. Sed dices: quomodo fides Abrahæ iam iuſtificati imputata eſt ad iuſtitiam; cùm actus, ſiue motus fidei ex charitate procedens promereatur incrementum iuſtitiæ? Dico, gratuitum eſſe incrementum iuſtitiæ, ſi reſpiciatur ad primam cauſam, vnde ipſum proficitur; tametſi debitum ſit, ſi reſpiciatur ad operationem poſt gratiam acceptam coo-*
August. *perantis diuinæ gratiæ: atq; hoc eſt, quòd ait Auguſt. Iuſtorum bonam vitam, ſiue meritum, gratuitum donum Dei eſſe. cap. 8. de lib. arb. & de gratia ad Valerianum. Cùm igitur Apoſtolus ageret aduerſus eos, qui ſuis operibus omnia tribuebant, & neq; in iuſtificatione, neq; in bona vita, gratiam Dei agnoſcebant; vtrumq; docet eſſe gratuitum. Quòd ſi dixeris ſcripturam illam Geneſis, non loqui de fide in Chriſtum; ſed de expectatione corporalis poſteritatis; dico, fidem illam fuiſſe de ſemine, ſicut dicit Paulus ad Gal. 3. in quo benedicendæ erant omnes gentes, id eſt, de Chriſto. Quòd ſi iterum vrges, locum illum non loqui de huiusmodi ſemine, ſed de carnali poſteritate, quod Apoſtolus videtur innuere, dicens, Qui contra ſpem, in ſpem credidit; reſpondere licet, fidem illam, de qua ſcri-*
Iuſtificatio ex operibus quæ ſit. *ptura loquitur innixam fuiſſe fidei, ſiue fiduciæ de Chriſto. Itaq; ad iuſtificationem ex operibus bonis, duo exiguntur, nempè fides, & opera: alterum ſine altero parum prodeſt. Nam ſi fides opera non habeat, mortua eſt in ſemetipſa. Vis ſcire ô homo, quoniam fides ſine operibus mortua eſt: Abraham pater noſter, nonnè ex operibus iuſtificatus eſt, offerens filium ſuum Iſaac ſuper altare? Et ſuppleta eſt ſcriptura dicens: Credidit Abrahã Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, & amicus Dei appellatus eſt; quia ſcilicet non ocioſè dilexit. Videtis ergo, quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantùm. Similiter, & Rahab meretrix nonne ex operibus iuſtificata eſt, ſuſcipiens nuntios, & alia via eijciens? Sic tandem concludit Iacobus, ſicut enim corpus ſine anima, ſeu ſpiritu*
Scripturę probantes iuſtitiam bonorum operum. *mortuum eſt; ita & fides ſine operibus mortua eſt. Nemo ergo adultus ſine bonis operibus apud Deum iuſtificabitur: Non omnis, ait dominus Mat. 7. qui dicit mihi domine, intrabit in regnum cœlorum; ſed qui fecerit voluntatem patris mei, qui eſt in cœlo; alioqui ſimilis eſt ſtulto, qui poſuit domum ſuam ſupra arenam. Et Mat. 5. Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plusquam ſcribarum & phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. vbi dominus de iuſtitia operum loquitur. vnde Auguſt. lib. 2. contra literas Petiliani ca. 61. Super phariſæos abundare præcipit iuſtitiam noſtram, vt faciamus, & ſic doceamus: nam illi quòd docebant verbis, ſoluebant factis, ideo in regnum cœlorum non ſunt ingreſſi. Fi-*
Titum. 3. *delis ſermo eſt, ait Apoſt. ad Titum 3. cap. & de his volo te confirmare, vt ſtudeant bonis operibus præeſſe qui credunt Deo: ſiue, vt vertit Ambroſius, ſolliciti ſint ad effectum bonorum operum: hæc ſunt bona, & vtilia. Non commendat Paulus ſolam fidem, ſed fidẽ*
2. *fructuoſam. vnde circa finẽ illius capitis, ait. Diſcant autem, & noſtri bonis operibus præeſſe ad vſus neceſſarios, vt non ſint infructuoſi. Bona eſt ergo humanitas, & miſericordia, ait Ambro. ad præſens, & vtilis in futurum: & hîc enim habet laudem, & in iudicij die, coronam. Et cap. 2. vt mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. Ad hoc enim redemit nos Chriſtus, ait Ambro. vt puram vitam ſectantes, repleti operibus bonis regni Dei hæredes eſſe poſſimus: vt abnegantes impietatem, & ſecularia*
Bona opera neceſſaria sũt Chriſtiana. *deſideria, ſobriè, iuſtè, & piè viuamus in hoc ſeculo, expectantes beatam ſpem. Donum Dei illuxiſſe hominibus dicit per Chriſtum, id eſt veritatem vnius Dei manifeſtatam per Chriſtum; vt ignorantiam, & impietatem mundanorum fugientes, pij inueniamur in parentem omnium Deum, profitentes eum in veritate. Vt huius autem rei mercedem habere poſſimus; bona opera faciamus. Quomodo enim illi qui ſolum patrem prædicat, ſpes nulla eſt, ſi non profiteatur in eadem veritate & filium; ita & huius ſpes fruſtrata eſt, qui*
Rom. *ſolam profeſſionem fidei habet ſine operibus. vnde ad Rom. 2. Deum vnicuiq; ſecundum opera redditurum, Paulus affirmat, ijs qui ſecundum patientiam boni operis, gloriam, &*
Heb. *honorem, & incorruptionem quærentibus vitam æternam. Merces ergo bonorum operum*

vita æter-

vita æterna eſt, quæ nullis, niſi iuſtis dabitur. Et ad Hebræos 6. Non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri, & laboris, & ſuſtinentiæ. Et cap. 10. Conſideremus nos inuicem, inquit, in prouocationem charitatis, & bonorum operum. Nolite itaq; amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem. Audiuimus ergo quomodo iuſtus ex fide viuit, & Abrahæ fides ſit illi reputata ad iuſtitiam: deniq; quonam pacto poſt acceptam gratiam, opera bona ſunt nobis facienda, vt vitæ æternæ hæreditatem conſequi valeamus, alioqui velut ſteriles reprobabimur.

Digressio dvodecima. cap. I.

Infuſio gratiæ an præcedat expulſionem culpæ.

PAulò ante approbauimus in iuſtificatione impij quatuor concurrere, nempè motum liberi arbitrij in Deum, & in peccatum, expulſionem culpæ, & infuſionem gratiæ: quæ omnia propter incidentes ſcripturarum obſcuritates, atq; perplexitates, exactiùs, atq; lucidiùs, explicari à nobis minimè potuerunt: nunc iam fauore ſancti Pymandri, ab illarum faucibus eruti, atq; extracti, illa enodanda, atq; ad plenum explicanda eſſe decreuimus; vt non remaneat aliquis ſcrupulus legenti, atq; iuſtificationis negotium ſcire cupienti. Itaq;, Deus dum impium iuſtificat infundendo gratiam, culpam expellit, modò animus iuſtificandi obicem nõ oppoſuerit, ſed concordem ſeſe præſtiterit gratiæ aduenienti, atq; peccatum expellenti: hoc autem fit per motum liberi arbitrij in Deum, & motum liberi arbitrij in peccatum, quæ contritio vocatur. Hæc autem quatuor & ſi ſimul ſint tempore; ordine tamen naturæ, vnũ eſt altero prius: nam ordine naturali, primum eſt, gratiæ infuſio: ſecundum, motus liberi arbitrij in Deum: tertium, motus liberi arbitrij in peccatum: vltimum, remiſſio, ſiue expulſio culpæ, de quibus omnibus erit nobis per ſingula diſputandum. Nunc quæ propoſita eſt quæſtio diſſoluatur. (Quatuor in iuſtificatione impij.)

Eſt quorundam ſententia, gratiæ infuſionem reliquis tribus eſſe priorem. Etenim in quolibet motu, primùm eſt naturaliter motio ipſius mouentis: ſecundum autem eſt diſpoſitio materiæ ipſius mobilis: vltimũ verò eſt terminus motus, ad quem motio mouentis terminatur. Cùm autem ipſa Dei mouentis motio, ſit gratiæ infuſio; diſpoſitio autem mobilis, ſit duplex liberi arbitrij motus; terminus autem, vel finis motus, ſit remiſſio culpæ: naturali ergo ordine, gratiæ infuſio præcedit, deinde motus liberi arbitrij duplex, poſtremò, expulſio culpæ. Hanc enim ob cauſam qui iuſtificatur, peccatum deteſtatur, quia eſt contra Deum. Proinde, motus liberi arbitrij in Deum, motum eiuſdem in peccatum præcedit, tanquam eius cauſa, & ratio: expulſio autem culpæ eſt tanquam finis vltimus, ad quem tota iſta transmutatio ordinatur. (Quod gratiæ infuſio ſit prior.)

Verùm, ſicut annotatur à philo. 5. met. cap. de priori, & 9. met. quædam ſunt priora generatione, nonnulla verò perfectione: & primo quidem modo imperfectiora ſunt priora, ſecundo verò perfectiora: itaq; infuſio gratiæ eſt prior via perfectionis, poſterior autem via executionis: ſecundùm quem profectò modum remiſſio culpæ præcedit, prius enim ſubiectum diſponitur ſecundum naturam, quàm forma accedat. Prius ergo gratiæ infuſio intenditur, licet via executionis poſterius ſequatur. (Quomodo infuſio gratiæ ſit prior.)

Sed dices, nunquid Deus, ſine gratiæ infuſione poteſt culpam auferre? Dicunt nonnulli, offenſam alicui non remitti, niſi quia animus offenſi pacatur erga culpam offendentis: atq; ideò peccatum nobis remitti, quia Deus nobis pacatur, quæ quidem pax, in dilectione, qua Deus nos diligit, ſine dubio conſiſtit. Porrò, illa ex parte Dei, eſt æterna, & immutabilis; vtpotè actus diuinæ voluntatis; ex parte verò effectus, quem ad nos transmittit, quandoq; interrumpitur; quatenus ſcilicet ab ipſo quandoq; recedimus, quandoq; verò ad illum accedimus. Effectus autem diuinæ dilectionis in nobis: qui per peccatum tollitur, proculdubio eſt gratia; ſicut dictum ante, qua homo vita æterna dignus efficitur, à qua peccatum mortale omninò diſiungitur. Ex quo patet culpæ remiſſio- (Si remittitur culpa ſine infuſione gratiæ.)

catione impij.

nem, abſq; gratiæ infuſione intelligi non poſſe. Amplius, fieri non poteſt, vt priuatio ab
aliquo amoueatur, niſi per oppoſiti habitus acceſſum, ſicut patet in priuatiue oppoſitis:
2. ſed peccatum mortale, & gratia gratum faciens, ita ſe habent: non ſimul ergo in vno eo-
demq; ſubiecto, atq; vno m t tempore conquieſcere poſſunt. Igitur vnũ alterius acceſſu ex-
truditur, atq; amouetur. Iterum, manente culpæ deformitate, manet neceſſariò imputatio
3. ad pœnam: vnde nec conſequenter culpa remittitur, niſi illa deformitas penitus aufera-
tur, quæ planè ſine gratiæ adminiculo auferri non poteſt: ergo quod prius. Adde, quòd
non fiat tranſitus de contradictorio in contradictorium ſine aliqua omninò mutatione: ſed

Soluuntur rationes.

in Deum mutatio non cadit: in peccatore ergo ſit, neceſſe eſt. Sed mutatio terminatur in
aliquod abſolutum, quod planè non niſi gratia eſſe poteſt: culpa ergo non eijcitur, niſi gra-
1. tia accedente. Ad hæc autem ſic legimus aliquos reſpondiſſe: & ad primum quidem poſ-
ſe animam fieri mundam per immunditiæ eiectionem, abſq; alicuius gratiæ ingreſſu, ſicut
2. potuit creari animam ſine immunditia peccati, atq; gratia aliqua particulari. Ad 2. dicũt
culpã non eſſe priuationem adæquatã gratiæ: proinde ſine gratiæ infuſione poſſe auferri,
3. vtpotè per iuſtitiam originalem, aut actualẽ naturalẽ, aut habitualem rectitudinem. Ad
3. Non opus eſt, vt manente culpæ deformitate, eius quoq; ad pœnam maneat imputatio:
quandoquidem ſine aliqua iniuſtitia, aut alterius iniuria, peccatum poſſet remitti. Nam ſi
Deus poteſt facere omne, quod non implicat contradictionem in creatura: igitur poteſt re-
mittere culpam ſine infuſione gratiæ; nulla enim in hoc videtur eſſe contradictio; niſi quia
ſcripturæ hoc aduerſantur, Eccleſiæ concilia, atq; ſanctorũ authoritates: quòd etiam ipſi
ita eſſe fatentur: nec de re, ſicut ſe habet, ſermo illorum eſt; ſed an poſſit ita fieri. Ad cõ-
firmationem reſpondent, ſufficere illã mutationem, ad aliquod reſpectiuum, & non ad ali-
quod abſolutũ terminari. Addunt ad hæc rationes, quibus ipſorum ſententiã ſtatuere co-

Quod Deus poſsit remittere culpam ſine infuſione gratiæ.

nantur. Quemadmodum, inquiunt, Deo adeſt poteſtas hominem ante peccatum abſq; aliqua
re poſitiua condendi; ita planè & poſt peccatum: nulla enim in hoc conſpicitur contradi-
ctio: ſed potuit facere hominẽ in rectitudine mera naturali abſq; alicuius exteriorũ gratiæ
adminiculo: ergo & nunc poteſt; poteſtas enim eius non tranſit, ſed manet eadem, modò
1. non ſequatur aliqua contradictio: ſed ille ſtatus naturalis rectitudinis non admittit in ſu-
um conſortium peccatum: igitur, ſi poteſt facere hominem ſine peccato degere, abſq; gra-
tiæ infuſione, poterit etiam, & culpam remittere, etiam ſi gratiam extrinſecam habitu-
2. alem non adhibeat. Amplius, Iuſtitia originalis, vt poſtea dicemus, fuit quidam habitus
primi parentis voluntati eiuſdem cœlitus infuſus, & is quidem non erat illa gratia, de qua
loquimur, nec ſecum culpæ deformitatem ferebat: ſed poteſt eandem homini reſtituere
Deus, ſine gratiæ collatione: igitur poteſt delere culpam, gratiam aliquam habitualẽ non
conferendo. Ergo quod prius. Sed hæc intelligenda ſunt de Dei potentia abſoluta, non au-

De potentia ordinata negatur.

tem de illius potentia ordinata: nam ſecundum illius ordinem non datur medium inter fi-
lios Dei, & filios gehennæ: proinde cuicunq; Deus culpam remittit, ſimul etiam, & gra-
tiam elargitur, vnde in numero filiorum Dei haberi poſſit: gratia enim, id eſt, charitas
tranſfert à ſiniſtris ad partes dextras, filioſq;, atq; amicos Dei conſtituit. Sanè, plus ali-
quid eſt, offendenti offenſam remitti, quàm aliquem ſontem, ſiue non offendentem, odio
non haberi. Poteſt enim apud homines contingere, quempiam aliquem non diligi, nec odio
haberi ab aliquo, non tamen culpam ei dimitti, ſi in eum deliquerit, abſq; ſpeciali quadam

Dei beneuolentia quę ſit.

beneuolentia. Porrò Dei beneuolentia ad homines per donum gratiæ reparatur. Quãobrem
& ſi homo antequã peccet poſſit eſſe ſine gratia, poſt peccatum autem, eidẽ ſine gratia ha-
bituali reconciliari non poteſt; profectò, quemadmodum dilectio Dei non ſolùm in diuinæ
actu voluntatis conſiſtit, verùmetiã quendã gratiæ importat effectum; ita, & hoc quod eſt
Deum nõ imputare, quendam planè effectum in ipſo importat, cui peccatũ non imputatur,

Argumenta de gratiæ infuſione.

nẽpè diuinam dilectionẽ. Patet ergo quomodo animæ culpæ remiſſio ſine infuſione gratiæ nũ-
quaquã fiat. Verùm contra prædicta, de prioritate gratiæ, in culpæ expulſionẽ præcedat,
poſſet aliquis ſic arguere: In qualibet mutatione, terminus à quo, præcedit terminũ ad quẽ:

De iuſtificatione impij.

ſed iuſtificatio incipit à malo culpæ, & terminatur ad bonum gratiæ: prior eſt ergo ex-
pulſio culpæ, quàm infuſio gratiæ. Amplius, prius eſt recedere à malo, quàm accedere
ad bonum: Declina, inquit Dauid 33. Pſal. à malo, & fac bonum: Sed remiſsio culpæ per- 2.
tinet ad receſſum à malo; infuſio verò gratiæ ad acceſſum ad bonum: igitur, quod prius.
Item, culpa expellitur aut quando eſt, aut quando non eſt. non ſecundum: quia ipſa non 3.
exiſtente diceretur expelli; quod eſt falſum: neque primum: ſiquidem culpa in anima
exiſtente, gratia inibi eſſe non poteſt: antè ergo eſt culpa expellenda, quàm gratia intro-
ducenda. Sanè, ſi Deus ſucceſsiue operaretur, prius tempore expelleret culpam, quàm
infunderet gratiam: Iuſtificando igitur in inſtanti, prius natura expellit culpam, quàm
infundit gratiam. Iterum, diſpoſitio, formam, ad quam diſponit, naturaliter præcedit: 4.
ſed motus liberi arbitrij, eſt quædam diſpoſitio ad gratiam recipiendam: gratiæ ergo in-
fuſionem naturaliter præcedit. Reuera peccatum impedit animam, ne in Deum liberè tē-
dat: ſed prius eſt amouendum impedimentū motus, quàm motus ſequatur: prius eſt ergo
naturaliter remiſsio culpæ, & motus liberi arbitrij in Deum, quàm gratiæ infuſio. Solutio. Soluuntur ar-
Reſpondeo, terminum ad quem, non eſſe gratiæ infuſionem, ſed ſubiectum potius eſſe gratia gumenta.
informatum, atque gratum effectum: Infuſio enim gratiæ hîc appellatur non informatio 1.
recipientis, ſed actio ipſius infundentis. Prius autem naturaliter eſt gratia à Deo produ-
cta, quàm ſit peccati expulſio: naturaliter namque prius radij ſolares producuntur, quàm
confuſa pellatur caligo tenebrarum. Ad 2. Receſſus à termino, & acceſsus ad terminum
bifariam intelligi poteſt: vno quidem modo ex parte mobilis, & ſic receſſus à termino à 2.
quo, acceſſum ad terminum ad quem, naturaliter præcedit: prius enim eſt in ſubiecto mo-
bili oppoſitum, quod abijcitur, deinde id, quod per motum aſſequatur mobile: Alio autem
modo ex parte agentis, & ita ſecus res ſe habet: Agens enim per formam, quæ in eo eſt; Exemplum
ad contrarium amouendum agit; ſicut Sol agit ad tenebrarum fugandam caliginem: pro- Solis.
inde ex parte Solis, prius quidem eſt, ſuæ lucis diffundere radios, quàm tenebrarum fu-
gare cateruam. Quoniam verò infuſio gratiæ, & expulſio culpæ dicuntur ex parte
Dei iuſtificantis; ideò ordine naturæ prior eſt gratiæ infuſio, quàm culpæ remiſsio. Ex
parte autem hominis iuſtificati, ordine naturæ prius eſt liberari à culpa, quàm gratia in-
formari. Ad confirmationem: quoniam expulſio eſt mutatio ſubita, in qua ſimul eſt fi-
eri, & factum eſſe; ideóque ſimul eſt expulſio culpæ, & expulſum eſſe; proinde expelli-
tur in primo inſtanti, in quo non eſt. Ad aliam confirmationem, ſi Deus ſucceſsiuè iuſti-
ficaret hominem, aliter quàm per gratiam animam mundaret, atque tunc alius eſſet ordo
naturæ. Ad 4. Dico, diſpoſitionem ſubiecti ordine naturæ formæ diſpoſitionem præce- 4.
dere, ſequi tamen actionem agentis, per quam etiam ipſum ſubiectum diſponitur. Quare,
& ſi motus liberi arbitrij, naturæ ordine, gratiæ præcedat conſequutionem, ſequitur ta-
men gratiæ infuſionem. Ad confirmationem, in motibus animi (teſte philoſopho 2. phyſ.)
motus omninò præcedit in finem actionis, ſiue in principium ſpeculationis: in exterioribus
autem motibus, impedimenti remotio, finis aſſecutionem præcedit. verùm quia motus libe-
ri arbitrij, eſt primus animi motus: prius igitur ſecundum ordinem naturæ, in Deum ſicut
in finem mouetur, quàm ad remouendum peccati impedimentum. Dixi ergo quomodo res
ſe habeat.

CAP. II.

In iuſtificatione eſt neceſſarius motus liberi arbitrij.

CVM iam perſpicuum ſit quonam pacto gratiæ infuſio, culpæ expulſionem
præcedat; quærendum nobis eſt, an ad huiuſmodi expulſionem culpæ pro-
curandam neceſſarius ſit ille duplex liberi arbitrij motus, vt impius iuſtifi-
cationem, ſiue iuſtitiam ſibi acquirere valeat: atque inprimis dicendum, v-
trum iuſtificatio impij ſit remiſsio peccatorum. Paulus ad Roman. 8. Quos

Iuſtificatio eſt remiſsio peccatorum.

vocauit, inquit, hos & iuſtificauit: hoc eſt, peccata remiſit, & gratiam contulit. Remiſſio ergo peccatorum eſt impij iuſtificatio. Cùm autem iuſtitia (vt dixi) ex ſui ratione, quandam innuat ordinis rectitudinem; bifariam vtique accipi poteſt: Vno quidem modo, vt rectum in ipſo hominis actu ordinem ſignificet; atque ita eſt virtus quædam; ſiue ſit particularis iuſtitia, quæ hominis actum ad alium hominem ſingularem, ſecundum rectitudinem ordinat; ſiue ſit iuſtitia legalis, quæ reſpicit bonum multitudinis: Alio modo iuſtitia, interioris hominis rectitudinem denotat; qua id, quod in homine excellit, Deo ſubditur, & interiores animæ vires illi nobiliori in homine, nempe ſupremæ rationi pariter obediunt: quæ quidem diſpoſitio à philoſopho 5. eth. iuſtitia metaphoricè vocatur; quæ

Iuſtitia metaphorica.

profectò in homine duobus modis inueniri poteſt: & quidem per ſimplicis generationis modum, quæ eſt ex priuatione ad formam; atq; ita ei etiam competere poteſt, qui peccato non ſubditur, modò à Deo huiuſmodi acceperit iuſtitiam, quemadmodum Adam iuſtitiam originalem accepiſſe legimus: Alio autem modo inuenitur ſecundum rationem motus, qui eſt de contrario in contrarium: ſecundum quem planè modum, quandam de iniuſtitiæ ad iuſtitiæ ſtatum iuſtificatio tranſmutationem denotat. Et hic eſt modus propri-

Iuſtificatio quid.

us, de quo Paulus loquitur ad Roman. 4. Qui credit in eum, qui iuſtificat impium. Verùm quia motus, à termino ad quem nomen potius recipit, quàm à termino à quo; hac de cauſa huiuſmodi, qua homo migrat de ſtatu iniuſtitiæ, ad ordinem iuſtitiæ, atque innocentiæ impij, iuſtificatio nominatur. Reuera, iuſtitia ſecundum quendam communiorem modũ, pro qualibet animi rectitudine accipitur, vnde & vir iuſtus appellatur: hoc autem modo iuſtitia omnem profectò virtutem continet, charitatem præſertim, per quam anima Deo grata redditur: proinde ab Ambroſio ſuper Lucam, communis virtus iuſtitia nominatur.

Iuſtificatio tribus modis accipitur.

Ab hac autem iuſtitia ſic intellecta, iuſtificatio nomen ſuum accepit. Et hæc certè tribus modis ſumi poteſt; Vno quidem modo pro actione effectiuè iuſtificantis, quæ planè eſt ipſa diuina volitio, ſiue voluntas: Alio autem modo pro iuſtificatione formali, qui eſt ipſe actus charitatis, animam informantis, atq; iuſtam, rectamq; efficientis: Tertio modo ſumitur iuſtificatio paſſiua, quæ importat motum ad iuſtitiam, ſicut calefactio motum ad calorem: & hæc quidem tripliciter: nam quandoq; eſt ad iuſtitiam præparatio: interdum iuſtitiæ ſuſceptio: nonnunquam verò in iuſtitia exercitatio. Sed ſecundus modus facit pro

Iuſtificatio paſsiua tripl.

noſtro propoſito, qui etiam bifariam intelligi poteſt: vno certè modo per ſimplicis generationis modum, quæ eſt ex priuatione ad formam: alio autem modo per mutationem formæ contrariæ, ſicut dictum eſt. Patet ergo quomodo impij iuſtificatio, ſit peccatorum remiſſio, atq; charitatis infuſio ex diuinæ beneplacito voluntatis. Non temerè ergo inter ea, quæ neceſſaria ſunt ad impij iuſtificationem conficiendam, peccatorum remiſſio numeratur. Etenim iuſtificatio eſt quidam motus, quo à ſtatu culpæ in ſtatum iuſtitiæ anima mouetur: in quo quidem motu eſt motio ipſius mouentis, nempè diuinæ gratiæ infuſio, & liberi arbitrij motus duplex, ſecundum receſſum à termino à quo, & acceſſum ad terminum ad quem: demùm huius motus finis, quæ eſt ipſa peccatorum remiſſio, atq; iuſtificatio. Itaq; ad iuſtificationem neceſſarius eſt liberi arbitrij motus: fit enim iuſtificatio

Motus liberi arbitrij neceſſarius ad iuſtificationem.

per Dei motum, quo homo mouetur ad iuſtitiam. Ab ipſo certè iuſtificatur impius. Mouet autem hominem ad hanc iuſtitiam percipiendam ſecundum modum naturæ humanæ congruentem: naturæ verò humanæ motus proprius, eſt ipſa liberi arbitrij motio: abſque cuius motu ad gratiam iuſtificantem homo minimè pertingeret: Deus ergo ſimul donum gratiæ infundit iuſtificantis, & liberum mouet arbitrium, vt tantæ donum gratiæ, & cognoſcat, & acceptet. Animus autem ſic à Deo excitatus, ad ipſum ſeſe conuertit, qui illũ excitauit, atq; reſuſcitauit; nam & ad hunc finem ab eo excitatus eſt: Deus tu conuertens

Motus fidei neceſſarius.

(ait Dauid) viuificabis nos. Proinde ad iuſtitiam impij, motus mentis eſt neceſſarius, quo ad Deum conuertitur anima iniuſti: quæ planè conuerſio ſine fide eſſe non poteſt: nam accedentem ad Deum oportet credere, & de hoc multa ſuperiùs. Nec ſolùm motus liberi arbitrij, verùmetiam & fidei neceſſarius eſt ad impij iuſtificationem motus. Eſt præter-

ea ne-

De iuſtificatione impij.

rea neceſſarius motus liberi arbitrij in peccatũ. Nam ſi motus iuſtificandi, eſt à ſtatu iniuſtitiæ ad ſtatum gratiæ; dubioprocul opus eſt, vt mens humana ad vtrumq; extremorum ſe habeat ſecundum liberi arbitrij motum, ſicut ſe habet corpus localiter motum ad duos terminos motus: in motu autem corporum locali, corpus motum recedere à termino à quo, & accedere ad terminum ad quem, patet ſatis. Quamobrem, mens humana dum iuſtificatur per liberi arbitrij motum, à peccato recedit, & ad iuſtitiam accedit: receſſus autẽ, & acceſſus in motu liberi arbitrij, ſecundum deteſtationem & deſiderium eſt intelligendus, quemadmodum docet Auguſti. ſuper illud Ioan. 10. Mercenarius autem fugit. &c. Affectiones noſtræ ſunt motus animarum, lætitia animi diffuſio eſt, triſtitia verò animi fuga: progrederis namq; animo, cùm appetis, fugis verò, cùm metuis. In iuſtificatione ergo impij duplex motus eſt neceſſarius: alter, quo per deſiderium tendit in Deum animã iuſtificandam: alter verò, quo in peccati deteſtationem proficiſcitur. hæc autem iuſtificatio cùm ſit opus ſpiritus ſancti, qui non eget temporis interuallo in operando, ſed ſubitò ſeſe inſerit hominum pectoribus; fit vtiq; in inſtanti: Factus eſt repentè de cœlo ſonus (ait Lucas Actuum 2.) tanquam aduenientis ſpiritus vehementis: Quia ſcilicet (ait Ambro.) neſcit tarda molimina ſpiritus ſancti gratia. Sanè, tota impij iuſtificatio in gratiæ infuſione originaliter conſiſtit; per eam enim & liberum mouetur arbitrium & culpa remittitur: gratiæ autem infuſio mora non indiget temporis, ſed fit in inſtanti: Nam quòd aliqua forma non ſubitò ſubiecto imprimatur, in cauſa eſſe poteſt ſubiecti indiſpoſitio, atq; agentis naturalis debilitas, cuius opus eſt tempore, vt ſubiectum diſponere valeat. Quam ob cauſam certo experimento cognouimus, mox vbi materia eſt diſpoſita, formam ſubſtantialem accedere; eadem quoq; ratione, quia diaphanum eſt natura diſpoſitum ad lumen recipiendum, ſubitò illuminatur à corpore lucido in actu. Deus autem cùm ſimul infundat gratiam, & diſpoſitionem ſufficientem operetur in anima recipientis, non eſt cauſa moræ, quin in inſtanti iuſtificationem perficiat. hoc autem ab agente naturali fieri non poteſt; aliqua enim materiæ proportio obſiſtit virtuti naturaliter agentis: proinde videmus pro virtute agentis, materiam diſponi. Cùm autem virtus agentis diuini poteſt, ſi vult, quamlibet materiam diſponere ad formam; multò autem magis liberum hominis arbitrium, propter naturæ conuenientiam, & mouendi facilitatem. Non ergo mirum, ſi iuſtificatio fiat in inſtanti. Ex hoc etiam videtur, impij iuſtificationem non eſſe opus miraculoſum: ſiquidem omne, quod eſt huiuſmodi, ſuperat vires naturales: ſed iuſtificatio impij non eſt ſupra vires, vt dicit Auguſtinus in lib. de prædeſt. Poſſe, inquit, habere fidem, ſicut poſſe habere charitatem, naturæ eſt hominum; habere autem, gratiæ eſt fidelium: Iuſtificatio ergo non eſt opus miraculoſum. Reuera, in operibus miraculoſis, tria inueniuntur: quorum vnum pendet ex parte diuini agentis; quia ſcilicet ſola Dei potentia fieri poſſunt: proinde mira dicuntur, quaſi mirabilem, atq; occultam cauſam habentia. hoc autem modo quidquid à ſolo Deo fieri poteſt, opus miraculoſum dicitur, veluti eſt creatio, iuſtificatio, & ſimilia multa. Aliud eſt, quod in quibuſdam miraculoſis operibus, forma inducta ſit ſupra naturalem talis materiæ potentiam, ſicut apparet in mortuorum ſuſcitatione; vita enim, illius materiæ naturalem potentiam ſuperat: hoc autem modo impij iuſtificatio nequit miraculoſa appellari: quandoquidem anima ſit gratiæ capax, & quidem naturaliter, eò enim ipſo quòd facta eſt ad imaginem Dei, illius gratiæ capacem eſſe, affirmat Auguſtinus. Tertio modo inuenitur aliquod opus, præter conſuetum cauſandi ordinem productum: veluti cùm aliquis infirmus, illicò integram recipit ſanitatem. Et hoc modo iuſtificatio quandoq; miraculoſa dicitur: quandoq; verò minimè. Eſt enim iſtius communis, & conſuetus iuſtificationis curſus; vt Deo interius animam mouente, homo ad ipſum conuertatur: primo quidem conuerſione imperfecta, deinde perfecta; quia charitas inchoata meretur augeri, vt aucta mereatur perfici. Quandoq; verò tam vehementer Deus animam mouet; vt ſtatim quandam iuſtitiæ perfectionem aſſequatur. Quod quidem in Pauli conuerſione lucidiſſimè apparuit: quam ob cauſam ab Eccleſia celebriter colitur.

Motus liberi arbitrij in peccatum.

Motus animæ.

Iuſtificatio fit in inſtanti.

Iuſtificatio opus ſpiritus ſancti.

Iuſtificatio nõ eſt opus miraculoſum.

Tria in operibus miraculoſis inueniuntur.

Quando iuſtificatio dicitur miraculoſa.

Conuerſio Pauli miraculoſa.

Ex his etiam colligitur, quomodo iuſtificatio impij ſit maximum Dei opus: Quemadmodum in Ioan. cap. 14. dicere videtur Auguſt. Et maiora horum faciet: Maius eſt, inquit, opus, vt ex impio iuſtus quis fiat, quàm creare cœlum & terram. Sanè duobus modis aliquod opus magnum dici poteſt: Aut quidem ex parte modi agendi; & ſic abſque dubio creatio totius inter opera Dei excellit, quandoquidē ex nihilo condiderit omnia: aut certè ex parte magnitudinis eius, quod fit; atq; ita iuſtificatio impij eſt maximum opus, terminatur enim ad bonum æternum participationis diuinæ: creatio verò orbis ad bonum naturæ mutabilis: nam cœlum, & terra tranſibunt, prædeſtinatorum autem ſalus permanebit. Præterea, donum gloriæ ſecundum abſolutam quantitatem, eſt maius, quàm donum gratiæ impium iuſtificantis: proinde glorificatio eſt maius opus iuſtificatione impiorum: At verò ſecundum proportionis quantitatem, ſicuti dicitur mons paruus, & milium magnum; ſic donum gratiæ iuſtificantis maius eſſe cernitur quàm donum gloriæ iuſtum glorificantis: plus namq; excedit impij dignitatem donum gratiæ iuſtificantis, qui erat pœna dignus æterna; quàm donum gloriæ dignitatem iuſti, qui hoc ipſo eſt gloria dignus, quòd ſcilicet iuſtificationis donum acceperit. Iudicet (inquit Auguſtinus ibidem) qui poteſt, vtrum maius ſit, iuſtos angelos creare, quàm impios iuſtificare. Certè ſi æqualis eſt vtrumq; potentiæ, hoc maioris eſt miſericordiæ. Iuſtificatio ergo impij ſecundum proportionis magnitudinem, eſt maximum opus, quod ſolius Dei eſt, & in illo ſuam miſericordiam teſtatam facit.

Iuſtificatio eſt maximum opus.

CAP. III.

Argumenta contraria.

Contra prædicta poſſet aliquis ita argumentari: Vnumquodque ab eo nomen
accipit, quod eſt in illo potiſsimum (teſte Philoſopho 2. de anima) ſed pecca-
1. torum remiſsio per fidem habetur, Act. 15. Fide purificans corda hominum,
& per charitatem, Prouerb. 10. Vniuerſa delicta operit charitas: Remiſsio
ergo peccatorū potius à fide, vel à charitate, quàm à iuſtitia, nomen debebat
accipere. Peccatum præterea non ſolùm iuſtitiæ, ſed omnibus planè aduerſatur virtuti-
bus: iuſtificatio autem, motum quendam ad iuſtitiam ſignificat. Cùm autem omnis motus
non ſit de contrario in contrarium: igitur, omnis remiſsio peccatorum, iuſtificatio dici non
poteſt. Amplius, ſubſtantia rei non connumeratur his, quæ ad rem requiruntur, ſicuti ho-
2. mo non eſt connumerandus animæ, & corpori: ſed ipſa impij iuſtificatio, eſt remiſsio pec-
catorum: inter ea ergo, quæ ad iuſtificationem neceſſaria ſunt, remiſsio peccatorum con-
numerari non debet. Sanè, idem ſibiipſi connumerari non poteſt, quia vnum multitudini
opponitur: ſed gratiæ infuſio, & culpæ remiſsio eſt idem, ſicut illuminatio, & tenebrarū
expulſio: culpæ ergo remiſsio non eſt gratiæ infuſioni connumeranda. Adde, quòd ſicut
effectus ſequitur cauſam; ita planè liberi arbitrij motum in Deum, & in peccatū ipſa pec-
catorum remiſsio: per fidem enim & contritionem, peccata remittuntur. ſed effectus non
connumeratur ſuæ cauſæ; quia nimirum ea, quæ connumerantur, quaſi ad inuicem con-
3. diuiſa, ſunt ſimul natura: Ergo quod prius. Iterum, pueri, ſine motu liberi arbitrij iuſti-
ficantur: non ergo ad iuſtificationem neceſſarius eſt motus liberi arbitrij. Ad hæc acce-
dit Auguſtini ſententia 4. confe. Dicentū quendam freneticum inſcium baptizatum, at-
que renatum. Per eandem præterea cauſam, gratia producitur in eſſe, & conſeruatur: pro-
inde dicit Auguſtinus in 8. lib. Gen. ad lit. ita hominem ad Deum conuerti; vt ab illo iu-
ſtus ſemper fiat: ſed abſq; motu liberi arbitrij, gratia in homine conſeruatur: pari ergo
facilitate, abſq; motu liberi arbitrij, infunditur. Profectò, Salomon dormiendo, donum
ſapientiæ à Deo accepit, 3. Reg. 3. & 2. Paralip. 1. Pari ergo ratione, & donum gratiæ iuſti-
ficantis, quandoq; datur homini à Deo ſine liberi arbitrij motus, ſicut accidit Salomoni: in
ſomno namq; non viget vſus rationis. Amplius, quemadmodum per fidem homo iuſtifica-
4. tur; ita etiam, per timorem, & amorem: ſic enim dicit Eccle. Qui ſine timore eſt, non po-
teſt iu-

 De iuſtificatione impii.

teſt iuſtificari : Et Lucæ 7. Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Et Ia-
cobi 4. Humilibus dat Deus gratiã : & Prouerb. 15. Per miſericordiam, & fidem purgan-
tur peccata : Non ergo fidei potius ad impij iuſtificationem, quàm huiuſmodi virtutum eſt
motus neceſſarius. Reuera, hac de cauſa motus fidei iuſtificationi neceſſarius eſſe dicitur,
quod per illam, ad Dei cognitionem pertingit animus iuſtificandi : ſed id aliunde aſſequi
poteſt, vtpotè per donum ſapientiæ, aut cognitionem naturalem : non eſt ergo motus fidei
omninò neceſſarius. Adde, quòd tunc oporteret iuſtificandum omnes fidei articulos ſci-
re; quod certè non parua eget temporis mora : Ergo quod prius. Præterea, ſola charitas 5.
deles peccatum. Prouerb. 10. Vniuerſa delicta operit charitas : igitur, non opus eſt iuſti-
ficando motu liberi arbitrij in peccatum. Tenet conſequentia : charitatis enim obiectũ non
eſt peccatum. Profectò in anteriora tendenti, non eſt illi ad poſteria reſpiciendũ, quemad-
modum docet Apoſtolus 3. Philip. Quæ retro ſunt, inquit, obliuiſcens, ad ea quæ ſunt pri-
ora extendens meipſum. ſed tendenti in iuſtitiam retrorſum ſunt peccata præterita : in ea
ergo per liberi arbitrij motum non ſe debet extendere. Adde, quòd ſi ita res ſe haberet,
tunc opus eſſet iuſtificando, motum ſui liberi arbitrij ad ſua omnia dirigere peccata : quip-
pe cum vnum peccatum, ſine altero minimè condonetur; impium enim eſt, à Deo dimidi-
am ſperare veniam. Sed id eſſet inconueniens omninò; tum quia magnum tempus eſſet
neceſſarium; tum quia, quorum eſſet oblitus, veniam conſequi non poſſet : Ergo quod pri-
us. Præterea, ſi ad iuſtificationem eſt neceſſarius motus liberi arbitrij : iuſtificatio ergo
non fit in inſtanti. Tenet conſequentia : actus enim liberi arbitrij, eſt eligere, qui planè cō- 6.
ſilij deliberationem exigit : deliberatio verò, diſcurſum : quæ omnia indigent tempore : nō
ergo illa fit in inſtanti. Sanè, motus liberi arbitrij ſine actuali conſideratione eſſe non po-
teſt; igitur iuſtificatio non fit in inſtanti, patet; quia in ea, & in Deum, & in peccatum Iuſtificatio nō
liberum arbitrium tendere debet : ſed ſimul multa intelligere, eſt impoſſibile : Ergo quod fit in inſtanti.
prius. Adde, quòd forma, quæ ſuſcipit magis & minus in ſubiecto ſucceſſiuè recipitur:
ſed huiuſmodi eſt gratia, quæ neceſſaria eſt ad impij iuſtificationem. Præterea, motus li-
beri arbitrij ad iuſtificationem neceſſarius, eſt vtiq; meritorius; quod quidem meritum à
gratia procedit, ſine qua nullum poteſt eſſe meritum : ſed prius eſt aliquid conſequi for-
mam, quàm ſecundum formam operari : prius ergo infunditur gratia, deinde liberum ar-
bitrium mouetur, non ergo in inſtanti fit iuſtificatio. Deniq;, ſi in iuſtificatione, gratia a-
nimæ infunditur: aliquod ergo datur inſtans, in quo primò animæ inſit. Similiter, ſi culpa
remittitur, vltimum inſtans, in quo homo culpæ ſubiaceat, datur : ſed non poteſt eſſe idem
inſtans; quia ſic oppoſita ſimul eſſent eidem : duo ergo erunt inſtantia ſibi ſuccedentia, in-
ter quæ à Philoſopho 6. phyſ. tempus medium interponitur : Ergo quod prius. Ampli- 7.
us, opera miraculoſa ſunt operibus non miraculoſis maiora, atq; excellentiora : ſed huius-
modi eſt impij iuſtificatio (vt dictum eſt) : eſt ergo opus miraculoſum. Sanè, ſicut ſe ha-
bet motus voluntatis in anima; ita planè inclinatio naturalis in rebus naturalibus. Igitur,
ſicut quando aliquid fit contra inclinationem naturalem, vtpotè illuminatio cæcorũ, mor-
tuorum ſuſcitatio, in operibus miraculoſis computatur; ita planè iuſtificatio impij com-
putanda eſt, cuius voluntas contra ſuam inclinationem mouetur ad bonum. Profectò, ſicut
ſapientia eſt donum Dei; ita etiam, & iuſtitia : ſed miraculo deputatur, ſi aliquis ſubitò ex
ignaro in ſapientem euadat : igitur eodem modo, ſi ex iniuſto, iuſtus fiat : Ergo quod pri-
us. Præterea glorificatio iuſti, eſt aliquid maius, quàm iuſtificatio impij; quia ſcilicet
gloria eſt maior gratia : igitur, iuſtificatio impij non eſt maximum Dei opus. Reuera, bo- 8.
num quò eſt vniuerſalius, eò magis diuiniùs, & optimum computatur, vt dicitur 1. eth. Sed
bonum vniuerſi tendit ad bonum commune, bonum autem iuſtificationis ad bonum vnius
perſonæ : igitur creatio vniuerſi eſt maius bonum, quàm impij iuſtificatio. Adde, quòd
maius ſit, aliquid ex nihilo facere, vbi nihil cooperatur agenti, quàm ex aliquo cum coo-
peratione patientis aliquid efficere : ſed in opere creationis, ex nihilo fit aliquid, ſine al-
tero cooperante; in iuſtificatione verò, non ſine noſtra cooperatione : Ergo quod prius :
nempe quòd iuſtificatio impij non ſit maximum Dei opus.

De iuſtificatione impii.

CAPVT IIII.

Soluuntur argumenta.

1. *AD 1 ſic reſpondeo: quòd quamuis fides, & charitas, mentis humanæ ad Deum,*
ſecundum intellectum, atq; affectum, ordinem eminentem ſpecialem; non ta-
men totum, atq; completum, quemadmodum iuſtitia, quæ totam ordinis re-
ctitudinem denotat. Quam ob cauſam, huiuſmodi tranſmutatio, à iuſtitia po-
tius, quàm à fide, vel à charitate nomen accepit. Ad confirmationem, cum
omne peccatum, quandam mentis Deo non ſubditæ deordinationem denotet, dubio procul,
iniuſtitia dici poteſt, iuſtitiæq; contraria. Omnis, inquit Ioan. qui facit peccatum, & ini-
quitatem facit: & peccatum eſt iniquitas: iuxta quem profectò modum, cuiuſlibet culpæ
2. *remotio, iuſtificatio nominatur. Ad 2. Quamuis impij iuſtificatio ſit ipſa peccatorum re-*
miſsio, quatenus ſcilicet omnis motus à termino accipit ſpeciem; multa tamen ſunt neceſ-
ſaria ad illius termini conſequutionem, quæ ex prædictis patere arbitror. Ad confirmatio-
nem, verum quidem eſt, ſecundum ſubſtantiam actus, idem eſſe culpæ remiſsionem, atque
gratiæ infuſionem: eodem enim actu Deus vtrunq; largitur: ſecundum verò obiectorum
conditionem, non idem, ſed aliquid inter ſe diſcriminis habere: culpa enim amouetur, gra-
tia verò immittitur. Simile quiddam in rebus naturalibus conſpicitur, in quibus generatio
atq; corruptio inter ſeſe differunt; tametſi generatio vnius, ſit corruptio alterius. Ad ali-
am confir. dico, huiuſmodi connumerationem, non eſſe ſecundum diuiſionem generis in ſpe-
ciem, in qua neceſſe eſt connumerata ſimul eſſe; ſed ſecundum eorum potius differentiam,
quæ ad alicuius complementum neceſſaria ſunt. In hac autem enumeratione, vnum qui-
dem poteſt eſſe prius, aliud verò poſterius: principiorum enim, & partium rei compoſitæ,
3. *poteſt vnum eſſe altero prius. Ad 3. Dico, pueros non eſſe motus liberi arbitrij capaces,*
ideoq; à Deo per ſolam animæ ipſorũ informationem, ad iuſtitiam moueri. Id autem abſq;
De pueris & furioſis. *ſacramento fieri non poteſt: quippe quia ſicut peccatum originale, non propria contrahunt*
voluntate, ſed per carnalem originem; ita certè per ſpiritualem regenerationem, à Chri-
ſto in eos gratia transfunditur. Eadem poteſt quoq; ratio eſſe de furioſis, & amentibus,
in quibus nunquam fuit liberi arbitrij vſus. Quòd ſi in aliquo aliquando fuerit, & poſtmo-
dum illo priuetur; gratiam iuſtificantem per ſacramentum exterius adhibitum, conſequi
non poteſt, niſi ſacramentum in propoſito prius habuerit, quod re vera abſque libe-
ri arbitrij vſu non contingit: atque hoc modo locutum fuiſſe Auguſtinum, aſſerimus. Ad
confir. in gratiæ iuſtificantis infuſione, eſt quadam animæ humanæ tranſmutatio, ideoq;
proprius animæ motus neceſſarius eſt, quo ſcilicet pro modo ſuo moueatur: ſecus autem
res ſe habet in gratiæ conſeruatione, quæ abſq; animæ tranſmutatione conſiſtere poteſt:
proinde non illi opus eſt motu ex parte animæ, ſed illi ſufficit diuini influxus continuatio.
De Salomone *Ad aliam reſpondeo, quòd Salomon dormiens, ſapientiam non meruerit, nec etiam acce-*
perit, ſed illi oſtenſum eſt, ob ſui deſiderij ardorẽ ſapientiæ munere à Deo eſſe donandum.
Optaui, inquit 7. ſapient. & datus eſt mihi ſenſus. Aut dicito, illum ſomnium fuiſſe prophe-
Somnus propheticus. *ticum, de quo loquitur ſcriptura Numeri 12. Si quis fuerit inter vos propheta Domini, per*
ſomnum, aut in viſione loquar ad eum: in quo liberi arbitrij vſum aliquis habet. Præterea
non eſt ſimilis de dono ſapientiæ, & gratiæ iuſtificantis ratio: Donum enim gratiæ iuſtifi-
cantis, ad bonum hominis mentem dirigit; quod quidem eſt obiectum voluntatis; idcirco
ſine voluntatis motu haberi non poteſt: Donum autem ſapientiæ, intellectum perficit, qui
voluntatem præcedit: Quamobrem abſq; completo liberi arbitrij motu, intellectus ſapien-
tia donari poteſt. Quando, inquit Iob. 33. irruit ſopor ſuper homines, & dormiunt in le-
4. *ctulo, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos, inſtruit diſciplinam. Ad 4. Dico, Mo-*
tum fidei non eſſe perfectum, niſi charitate formatum; ideoq; in iuſtificatione impij cum
motu fidei, eſſe motum charitatis: mouetur enim liberum arbitrium in Deum, ad hoc, vt

De iuſtificatione impij.

ei ſe ſubijciat: vnde etiam, & timoris filialis actus comitatur, & humilitatis quoq; contingit namq; vnum eundemq; liberi arbitrij actum diuerſarum eſſe virtutum, quatenus ſcilicet vna iubet, altera verò obedit; prout actus ad diuerſos fines ordinatur. Actus autem miſericordiæ per ſatiſfactionis modum circa peccatum operatur; atq; ita iuſtificationem ſequitur, non præcedit: vel per modum præparationis, quatenus ſcilicet miſericordes miſericordiam conſequuntur; quo ſanè modo iuſtificationem præcedit: aut ad iuſtificationem prædictas comitatur virtutes, quatenus ſcilicet in proximi dilectione miſericordia includitur. Ad confirm. homo per naturalem cognitionem, ad Deum, veluti ad beatitudinis iuſtificationisq; cauſam atq; obiectum minimè conuertitur: proinde ad iuſtificationem non ſufficit. Donum autem ſapientiæ, vt dictum eſt, præſupponit fidei cognitionem. Ad aliam confir. Oportet impio credere, per Chriſti meritum, iuſtificationem ſibi à Deo dari: ſic enim docetur à Paulo 4. Rom. Credenti inquit, in eum, qui iuſtificat impium, reputabitur fides eius ad iuſtitiam ſecundum propoſitum gratiæ Dei. Ad 5. Dico, eiuſdem 5.
eſſe virtutis, virtutes amplecti, & vitia deteſtari: Sic charitatis eſt, Deum diligere, & peccata, quæ à Deo deducunt, fortiter execrari. Ad confir. Præteritorum memoria nos tenere debet, vt illa deteſtemur, præſertim ſi mala extiterint; non autem, vt circa illa afficiamur. Ad aliam confir. conuenit homini præterita deteſtari peccata, quorum poteſt reminiſci: ex qua certè conſideratione præcedenti, in anima quidem iuſtificandi, quidam motus exurgit, quo vniuerſa ab eo commiſſa execratur crimina, inter quæ, & illa habenda ſunt, quorum eum tenet obliuio: nam ita diſpoſitus eſt, vt ſi illorum memoriam haberet, ſimili deteſtationis iudicio damnaret. Ad 6. Dico, liberi arbitrij motum, qui iuſtificationem 6
impij comitatur, ſubitum eſſe conſenſum, & ad peccatum deteſtandum, & ad accedendum ad Deum, iuſtitiæ authorem. Verùm interdũ fit, vt aliqua præcedat deliberatio, quæ planè ad iuſtificationis ſubſtantiam non ſpectat, ſed potius eſt ad illam; ſicut motus localis, ad illuminationem via dicitur, & ad generationem alteratio. Ad confir. 1. dico, nihil prohibere duo ſimul intelligere actu, inquantum quodammodo vnum ſunt: ſic enim intelligimus ſubiectum & prædicatum, quatenus vniuntur in ordine affirmationis. hoc ergo modo liberum arbitrium in duo mouetur, inquantum vnum ordinatur in aliud: motus enim liberi arbitrij in peccatum, in motum eiuſdem in Deum tendit. hac namq; ratione peccatum odio habet, quia Deo aduerſatur, cui adhærere contendit. vnde quemadmodum corpus ab vno loco recedendo, ſimul ad alium accedit; ita liberum arbitrium in impij iuſtificatione, ſimul peccatum deteſtatur, & ad Deum ſe conuertit. Ad 2. confir. Ratio recipienda eſt, ex parte diſpoſitionis materiæ, atq; ſubiecti, quæ in iuſtificatione, vt dixi, locum non habent. Ad confir. 3. Reſpondeo, quòd in eodem inſtanti, in quo forma acquiritur, res incipit operari ſecundum formam: ſicut ignis ſtatim cum eſt productus, ſurſum euolat, etiamſi motus illius eſſet inſtantaneus, & in eodem inſtanti compleretur. Itaq; motus liberi arbitrij, qui eſt velle, non eſt ſucceſſiuus, ſed inſtantaneus; ideoq; non opus eſt, vt impij iuſtificatio ſit ſucceſſiua. Ad 4. confirmationem: In ſucceſſione duorum oppoſitorum, quæ tempori ſubiacent, non datur vltimum inſtans, in quo forma prior ſubiecto inſit; ſed benè vltimum tempus, & primum inſtans, in quo forma ſubſequens materiæ inſit, vel ſubiecto. cuius ratio eſt, quia in tempore ante vnum inſtans, aliud ſcilicet inſtans immediatè præcedens accipi non poteſt: propterea quòd inſtantia non conſequenter ſe habent in tempore, ſicut nec puncta in linea, ſed tempus terminatur ad inſtans. Proinde in toto tempore præcedenti, quo aliquid mouetur ad vnam formam, oppoſitæ ſubijcitur formæ, & in vltimo illius temporis inſtanti, quod eſt primum inſtans temporis ſequentis, habet formam, quæ eſt terminus motus. Secus autem res ſe habet in eorum ſucceſſione, quæ ſunt ſupra tempus: in angelis namq; ſucceſſio affectuum ſeu intellectualium conceptionum, non menſuratur tempore continuo, ſed diſcreto, ſicut & ipſa, quæ menſurantur, continua non ſunt. In talibus igitur datur vltimum inſtans, in quo primum fuit, & primum inſtans, in quo eſt id, quod ſequitur; nec oportet eſſe tempus medium, quia nimirum non eſt ibi continuitas temporis.

Cognitio naturalis non ſufficit iuſtificationi.

Iuſtificatio quomodo fiat in inſtanti.

Succeſsio diuerſa.

*Itaq; mens iuſtificanda ſecundum ſe quidem eſt ſupra tempus, per accidens tamen ſubdi-
tur tempori, inquantum intelligit cum continuo & tempore ſecundum phantaſmata, in qui-
bus ſpecies intelligibiles contemplatur. Ex quo patet non dari vltimum inſtans, in quo cul-
pa inſuit, ſed vltimum tempus: ſed bene primum inſtans, in quo gratia ineſt: toto autem*
7. *tempore præcedenti culpa inerat. Ad 7. Quædam miraculoſa opera, & ſi quo ad bonum
quod ſit, impij iuſtificatione minora ſint; præter tamen conſuetum talium effectuum or-
dinem habentur, ideoq; plus miraculoſa eſſe videntur. Ad 1. confir. non quotieſcunq; ali-*
Quomodo nõ ſit miraculoſa. *quid contra ſuam mouetur inclinationem, opus miraculoſum eſt appellandum, alioqui mi-
raculoſum eſſet, aquam caleſieri, & lapidem ſurſum proijci: ſed tunc profectò, quando
hoc fieret, præter propriæ cauſæ ordinem, quæ nata eſt hoc facere. Iuſtificare autem im-
pium, nulla alia cauſa poteſt, niſi Deus; ſicut neq; aquam calefacere, niſi ignis: Quapropter
quo ad hoc, quòd iuſtificatio impij ſit à Deo, opus miraculoſum dici non poteſt, ſicut neq;
quòd ignis aquam calidam efficit. Ad 2. confir. dico, homini ineſſe aptitudinem à Deo
per proprium ingenium atq; ſtudium ſcientiæ acquirendæ: proinde, quando præter hunc
ordinem aliquis ſapiens euadit, diuino miraculo imputatur; ſed homini non ineſt aptitudo
per ſuam operationem, ſed Deo tantùm operante, ad gratiam iuſtificantem habendam:*
8. *ideo non eſt ſimile. Ad 8. patet reſponſio ex iam dictis: Ad primam confirmationem
dico, bonum vniuerſi eſſe maius bono particulari vnius, ſi eodem in genere vtrunq; intelli-
gatur: ſed bonum gratiæ vnius maius bono naturæ totius vniuerſi. Ad aliam confirmatio-
nem dicendum, rationem illam procedere ex parte modi agendi, ſecundum quem, vt dixi,
creatio totius, maximum Dei opus computatur. Verùm quia paulò antè meminimus in iu-
ſtificatione liberum hominis arbitrium ſimul moueri ad Deum, & ad peccatum, ſimulque
gratiam infundi, & culpam expelli; operepretium erit ſcire, an culpæ remiſſio, & gratiæ
infuſio ſit vna mutatio, vel plures.*

CAPVT. V.

In iuſtificatione impij gratiæ infuſio, & culpæ expulſio eſtne vna mutatio, vel plures?

Quod non ſit vna mutatio. *AN gratiæ infuſio, & culpæ expulſio, ſit vna eademq; mutatio, in dubium
vertitur apud nonnullos ingenio, & ſcientia præclaros homines: & quidam
certè, non vnam eſſe mutationem, ſed plures, ſic tueri poſſe profeſſi ſunt: I-
dem, inquiunt, realiter ſimul augeri, & minui fieri non poteſt; alioqui non*
1. *eſſet idem oppoſitum primi principij. Sed remiſſio culpæ pro earundem nu-
mero in peccatore multiplicatur: infuſio verò gratiæ, eſt vnica, ſicut & ipſa gratia, quæ
infunditur: non ergo eſt vna ſimplex mutatio. Conſequentia patet: antecedens autem pro-
batur: quia vna culpa, ſine alia remittitur, vtpote ſi in vnum, & non in aliud incidiſſet*
2. *peccatum. Amplius, idem realiter non ſeparatur ab eodem realiter: Similiter & idem ra-
tione: aliter idem, vt idem ſimul eſſet, & non eſſet: illa enim ſeparatio eſt ſecundum eſſe.
Sed remiſſio culpæ, & infuſio gratiæ, pro toto ipſarum ambitu ab inuicem ſeparari poſ-
ſunt: nam in circumciſione, ſine gratiæ infuſione culpæ originalis fiebat remiſſio; Illa au-
tem eiuſdẽ erat rationis cum ea, quæ modò ſit, quamq; gratia comitatur: Ergo quod prius.
Sanè, quemadmodũ poteſt gratia infundi, abſque alicuius præcedentis culpæ expulſione,
ſicut accidit in Adam ante lapſum, & poteſt contingere homini in puris naturalibus cõdi-*
3. *to; Sic etiam poteſt eſſe culpæ expulſio, ſine gratiæ infuſione: Præterea, quæ non ſunt for-
maliter oppoſita, nõ poſſunt eſſe formaliter, & per ſe vna mutatio. hoc autẽ patet. Sed cul-
pa, & gratia non ſunt formaliter oppoſita priuatiuè: alioqui ſicut culpa ſubeſt agenti na-
turali; ita etiã & gratia, quod eſt falſum. Cõſequentia patet: quia quicquid virtutis haberet
agens naturale in vnũ efficiendi, aut auferendi; ſimiliter, & in aliud. ſed actionẽ habet cul-*

pæ pro-

pæ producendæ, atq; extirpandæ, & gratiæ quoq; eodem modo haberet, quod omnibus modis falſum eſſe conſpicitur: gratia enim non deſinit eſſe, niſi per annihilationem tantùm: creatura autem, ſicut nec creare; ita etiam nec annihilare poteſt. Probatur adhuc iſta minor: Vnius habitus, non niſi vna eſt priuatio ſimul & ſemel in eodem ſubiecto: ſed multæ ſunt culpæ in eodem ſubiecto; gratia verò eſt vnius habitus: gratia ergo & culpa non ſunt formaliter oppoſita. Adde, quòd non fiat propriè, niſi à priuatione ad habitum mutatio, cuiuſmodi in gratiam fieri non poteſt, nam ſine aliqua culpæ poteſt expulſione infundi: ergo quod prius. Adhuc, illa non ſunt vna & eadem mutatio, quorum vnum mutatio eſſe non poteſt: ſed tale quid eſt culpa, quippe quæ non eſt aliquod reale, ſicut poſtea dicetur: Mutatio verò, eſt alicuius rei realiter exiſtentis; poſt culpam verò, gratiæ infuſio, eſt mutatio: non ſunt ergo vna eademq; mutatio. Neq; duæ ſunt mutationes reales. ſiquidem infuſio gratiæ poſt culpam, eſt vera mutatio realis, quia videlicet eſt verè tranſitus ab aliqua vera negatione in affirmationem in aliquo ſubiecto ſub negatione, etiã ſecundum durationem præexiſtente, nempè pro tempore culpæ non remiſſæ. Remiſsio autem culpæ non eſt mutatio realis; cuius cauſam atq; rationem nonnulli huiuſmodi eſſe putauerunt. Peccatum, inquiunt, non adimit homini aliquod poſitiuum reale, quod culpæ remiſsione ſit reſtituendum; ſed reatus in anima remanet, quæ planè eſt obligatio peccatoris ad pœnam æternam, quoadusq; ab illa pœna liber extiterit: quæ quidem obligatio non eſt ens poſitiuum, ideò non eſt mutatio realis, ſed eſt reſpectus rationis. verùm per illam obligationem ad pœnam poſt actum, anima formaliter peccatrix dici non poteſt; non enim eſt idem formaliter culpam remittere, & obligationem ad pœnam auferre, tametſi vnum alterum comitetur. Ex illorum præterea ſententia ſequitur culpæ remiſsionem, ſaltem rationis eſſe mutationem; quia nimirum ab obligatione, quæ eſt ens rationis, ad eius oppoſitum fit iſta remiſsio, ſicut à termino à quo, in terminum in quem: quæ planè mutatio, in aliquam realem mutationem erit reuocanda: quod illis non probatur. Adde, quòd illa obligatione ceſſante, ceſſat etiam rationis reſpectus, qui eſt effectus à diuino intellectu: quod certè fieri non poteſt: alioqui in Deum caderet mutatio. Non eſt ergo remiſsio culpæ talis obligationis amotio, nec illa obligatio deſinit eſſe; ſed eſt potius in æterna Dei notitia pro inſtanti peccati, & toto tempore habito vſq; ad remiſsionem: nec per remiſsionẽ aufertur, aut ceſſat eſſe, licet pro inſtanti remiſsionis, & toto tempore habito, non ſit ille obligatus ad pœnam, ſed vita æterna dignus, hac tamen conditione, ſi pro tunc iudicetur, & fiat in termino. Itaq;, aiunt iſti, remiſsionem culpæ, & infuſionem gratiæ vnam eandẽq; non eſſe mutationem, nec etiam duas reales; ſed infuſionem gratiæ poſt culpam, veram eſſe mutationem; remiſsionem autem culpæ, nec realem, nec etiam rationis mutationem eſſe, tametſi, ſecundum Dei ordinationem, gratiæ eam concomitetur infuſio. Non ergo gratia eſt ipſa forma, per quam fit remiſsio; veluti per albedinem, fit aliquod album, pulſa priori nigredine: gratia enim poteſt infundi, ſine præcedentis culpæ expulſione, ſicut contigit in Adam in ſtatu innocentiæ, & in Chriſto ſaluatore noſtro. Gratia igitur, & culpa non formaliter opponuntur. hæc illi. Verùm contra iſtorum ſententiam non contemnendæ militant rationes. Sanè, tranſitus à priuatione ad habitum oppoſitum, vna tantum eſt mutatio: inter duos enim terminos oppoſitos ſimul, non eſt, niſi vnica mutatio: ſed peccati remiſsio, & gratiæ infuſio, eſt tranſitus à culpa mortali, ad gratiam, quæ ſunt priuatiuè oppoſita: vna eſt ergo mutatio. Probatur minor: ſunt enim formaliter incompoſsibilia: implicat namq; eandem animam pro eodem tempore, & vita, & pœna æterna dignam eſſe. Etenim ſi in tali termino anima eſſet iudicanda, ſimul & pœnam, & vitam eſſet receptura: quod planè fieri non poſſe, omnibus perſpicuum eſſe puto. Amplius, aut gratiæ 2.
infuſio, & culpæ expulſio ſunt vna mutatio, aut plures: ſed non plures eſſentialiter diſtinctæ; alioqui tunc vna fieri poſſet, atq; ſine alia conſiſtere; & ſic in hoc homine ſub peccato degente, poſſet inueniri peccati remiſsio, ſine gratiæ infuſione, & è conuerſò, quod nullo modo probabile eſſe videtur. Ergo quod prius. Iterum, generatio, & corruptio in 3.
naturalibus

Non ſunt duę mutationes reales.

Remiſsio culpæ non eſt mutatio realis.

Qualis ſit reatus culpæ.

Infuſio gratię eſt vera mutatio.

Argumenta contraria. 1.

De Zodiaco. naturalibus, ſunt vna atq; eadẽ ſimpliciter mutatio. Idem eſt enim motus, vnius contrarij
ſimpliciter abiectiuus, & alterius inductiuus: ſimiliter ergo eadẽ eſt vnius formæ mutatio
expulſiua, & alterius ſibi incompoſſibilis inductiua. Eundem autẽ inter duo contraria mo-
tum eſſe, perſpicuum eſt: Motus enim per ſe contraria, ſicut per ſe terminos reſpicit: atq;
in hoc à mutatione diſtinguitur, quòd ſcilicet illa ambos terminos poſitiuos non habeat.
4. Item, ſi non eſſent vna mutatio, ſed plures: aliquem ergo prioris, atq; poſterioris, & ſi non
duratione, natura ſaltem, ordinem inter ſeſe haberent: non enim, vt videtur æquè ordinãtur
ad terminum: ſed huiuſmodi ordo inter eas eſſe non poteſt: ſiquidẽ ſi remiſſio eſſet prior,
quàm infuſio: in illo certè priori, homo Dei amicus, aut inimicus nequaquam dici poſſet;
nondũ enim haberet gratiam, vnde amicus Dei efficeretur. ſed nõ datur huiuſmodi ſtatus
Soluuntur argumenta. neuter: quilibet namq; ſecundum Dei ordinem, aut Dei amicus, aut inimicus ſit, neceſſe
eſt. ſimiliter ſi infuſio gratiæ eſſet prior: illa certè cum culpa conſiſteret, quod nequaquã
1. fieri poteſt: ergo quod prius. Ad hæc autem argumenta ſic illi reſpondere conſueuerunt:
& ad primum quidem dicunt, remiſſionem culpæ, & infuſionem gratiæ non eſſe formali-
ter oppoſita, ſed ex diuina potius ordinatione, qua ordinatum eſt, vt vnum alterum non
ferat, aut ſimul cohabitet: De potentia ergo Dei ordinata, hæc duo ſimul eſſe non poſſunt,
non autem de Dei potentia abſoluta. Et cùm dicis, ſimul ergo amicus eſſet, et inimicus, dico,
hoc intelligendum non eſſe ſecundũ idem: nam ſecundum culpam ſibi inhærentẽ, inimicus
quidem; ſecundũ gratiam verò, amicus cenſendus eſſet. Et cùm iterum inſtas, ſi in illo ergo
puncto eſſet iudicandus, viſionem, ac carentiam eiuſdem ſimul obtineret, quod planè im-
plicat, ac fieri non poteſt, Dico, id minimè ſequi. In cauſa autem eſt, quia viſio beata, &
eiuſdem carentia priuatiuè opponuntur: proinde circa idem poſitiuum ſimul eſſe nequе-
unt, contradictione repugnante. vnde, conceſſo, quòd ſimul ſit dignus pœna, & vita æter-
na, non tamen pro ſimul, nec ſimul poſſent ſibi ineſſe ambo coniunctim, ſed alterum illorũ,
2. quòd placeret præmianti. Ad 2. licet ſint plures mutationes, ſecundum Dei tamẽ poten-
tiam abſolutam, remiſſio culpæ poteſt eſſe ſine gratia infuſione. Nam, quòd aliquem da-
mnet pro culpa, aliquem verò ſaluet pro gratia, ex ſua quidem pendet ordinatione, cuius
3. oppoſitum pro ſua potentia abſoluta ordinare poſſet. Ad 3. Quamuis ſit vnus motus, vna-
que mutatio à contrario in contrarium, quatenus mutatio, aliquod commune inuit ad mo-
tum; generatio tamen, & corruptio non ſunt vna mutatio ſed duæ: cuius ratio eſt, quòd
motus ille, duos per ſe habeat terminos poſitiuos, illa ſcilicet contraria, vnde plures termi-
Corruptio & generatio duæ mutationes. ni ibi non ſunt: at generatio, & corruptio eodem modo ſuos terminos non habent. Corru-
ptio namq; pro ſuis terminis, priorem formam habet, eiuſq; negationem: generatio verò,
formam poſteriorem, atq; negationem eius, ſiue priuationem in materia: & ita ſunt ibi
quatuor termini, duæq; mutationes. Et cùm dicis, vnica mutatione per motum, contrariam
formam extrudi, aliamq; contrariam induci, dico, in quolibet motu de contrario in con-
trarium, duas concurrere mutationes, quarum altera eſt vnius deperditiua contrarij, alte-
ra verò, alterius contrarij acquiſitiua. Et prima quidem pro ſuis terminis, contrarium ha-
bet, quod abijcitur, eiuſq; negationem: ſecunda verò, contrarium, quod inducitur, illiuſq;
negationem, ſeu priuationem. Ex quo patet, quamlibet iſtarum mutationum ſucceſſiuam
eſſe, atq; vnam ab altera eſſentialiter diſtingui, ita, vt virtute diuina, prima poſſit fieri
ſine ſecunda, & è conuerſò. Ex his patet ſolutio. Ad 4. Argumentum ſuppone, quòd
4. ſint duæ mutationes, & id certè declaratum eſt. Præterea, quamuis res ita ſe habeat ſe-
cundum diuinam ordinationem, potentiamq; ordinatam, ſecundum verò diuinam poten-
tiam abſolutam, aliud ab eo fieri poteſt. Quomodo ergo infuſio gratiæ, & expulſio culpæ
ſint vna mutatio, vel duæ ad vtramlibet partem rationes à me poſitæ ſunt. Quomodo au-
tem anima ſit formaliter peccatrix, alterius erit inquiſitionis: cùm ſcilicet nobis agendũ
erit de pœnitentiæ ſacramento. Sed tempus eſt, vt ad noſtrum Mercurium redeamus.

Dinumeratæ ſunt ſtellæ, ſecundum eos, qui inhabitant illas, deos. Ambitus amplior curſu ſuo cum aëreo circulo conſpirauit diuino ſpiritu vectus. Quiſq; Deorum ex interna virtute aſcriptum ſibi opus impleuit.

Comment. XI.

FLuctuanti mihi inter procellas, & turbines quæſtionum, ſuper vndas deambulans Chriſtus aduenit, atq; meæ puſillanimitatis, ignorantiæq; ſpiritum, vno iuſsionis ſuæ ſermone compeſcuit. Miſit namq; manum ſuam de alto, & aſſumpſit ex perplexitatibus multis. Cùm ergo benignitate noſtri Pymandri, tenebroſi æquoris concitatos fluctus illæſus tranſierim, tota mente, poſt hac Mercurij ſapientiſsimi inſequar veſtigia, quem aliquantulum intermittere mihi opus fuit; vt mihi obuiam venientibus grauiſsimis cauſis, ſatisfacerem. Porrò, præſentia Mercurij verba, illis ſunt connectenda, quæ in tex. Com. 5. habentur: Neq; enim mihi commodum fuiſſet, ea Excuſatio. *pertractandi, quæ hactenus excuſſa ſunt, ſi illius verborum ordo mihi paſsim fuiſſet obſeruandus. Satis ergo puto eſſe Lectori, & ſi non eodem ordine; eadem tamen habere Mercurij verba, atq; ſententias dilucidatas, atq; perſpicuas, non ſine plurimorum, eo quidem clariſsimorum doctrina.* Dinumeratę, *inquit,* ſunt ſtellæ &c. *Poſtquam dictum eſt à Mercurio, igneo ſpiritu librata fuiſſe omnia, & cœlum in ſeptem circulos emicuiſſe, deinde dinumeratas eſſe ſtellas, ſecundum eos, qui habitant illas deos, de quibus omnibus tex.* Tex. expoſitio. *Com. 6. ſatis dictum eſſe, puto: occurrentibus poſtea altiſsimis quæſtionibus, de ſtellis ſcilicet, de fato, de fortuna, de prouidentia, de gubernatione, de regno, de ſcientia, de prædeſtinatione, de reprobatione, de libro vitæ, de amore Dei, de miſericordia, de iuſtitia, de iuſtificatione impij, quæ omnia ita inuicem connectuntur; vt vnius cognitio, ex alterius doctrina pendeat, verbis Mercurij dilucidandis, incumbere nequiui. Nunc ab illis erutus, & priſtinæ libertati reſtitutus, ſequentia verba perſtringam.* Ambitus, *ait,* amplior curſu ſuo cum aëreo circulo conſpirauit diuino ſpiritu vectus: *hoc eſt, octauæ ſphæræ corpus quaſi immenſum, ambitum illius corporis, motum, & circulum vectum diuino ſpiritu, ſimul conſpiraſſe, id eſt, in vnum conueniſſe, affirmat.* Aëreus circulus. *In vnum, inquam, vt pro ambitu corporis, eſſet motus velocitas, atq; aërei circuli conditio, motus, & natura. Vocat autem aëreum circulum, quia nimirum ex illius qualitate, aër diſponitur, atq; terrena omnia, ſiue elementaria gubernantur. Addit, hunc circulum diuino ſpiritu* Zodiacus. *vehi: & rectè quidem, quandoquidem ex varia illius virtute, motu, rationeq́; generationis, atq; corruptionis vices, inferiorum natura ſuſcepit. A diuino ergo ſpiritu, & ambitus illius, atq; omnium corporum cœleſtium, & motus, & circulus aëreus, regitur, & diſponitur: ſic enim dictum eſt ab eodem Mercurio Dialogo 8.* Cœleſtium, *inquit,* corpora, vnum, atq; eundem ſeruant ordinem: quem ſcilicet primum à patre Dial. 8. ſuo ſortita ſunt. *Et Dialogo 13.* Tabernaculum iſtud, inquit, ô fili eſt Zodiaco circulo conſtitutum, qui ex duodenario numero conſtat illo: numeri- Dial. 13. que ij, ſunt vnus omniformisq; ſecundum ideas naturæ ad hominis peruagationem, atq; circuitũ. *Quem prius aëreum circulum hîc proprio nomine zodiacum appellauit, eumq́; duodenario numero conſtitutum eſſe affirmat: ex quo patet, omnem propemodum à Mercurio ſapientiſsimo philoſophiam, atq; theologiam in Græcos Latinosq́; emanaſſe. Hunc autem numerum duodenarium, duodecim ſigna eſſe, quibus tẽpus omne decurrit, nemo eſt, qui dubitet. Græcè* ζῶα *animalia dicuntur; proinde Zodi-* Quid Zodiacus ſignificet.

aco. *acus, animalis dici poteſt, ab animalium vtiq; effigie: eſt enim ſignifer orbis ſiue orbis ſi-*
gnorū. Nam & circulus eſt maior, obliquus, æquinoctialem in partes æquales ſecans, cuius
vna medietas ad ſeptemtrionem, reliqua ad auſtrum declinat: in quo duodecim ſigna ſunt,
in formam animalis figurata, de quibus nobis erit diſputandum per ſingula, vt completa
Circulus quid ſit. *(quoad fieri poteſt) de cœleſtibus rebus, perſcrutatio babeatur. In primis autem, non i-*
gnorare oportet, circulum biſariam intelligi poſſe, nempè, & pro ſuperficie plana, vnica
linea circulari contenta, in cuius medio eſt punctus imaginarius, à quo omnes lineæ rectæ
ductæ ad circumferentiam ſunt æquales. Alio autem modo pro linea circulari, huiuſmodi
Duplex. *ſuperficiem planam, quæ eſt circulus in prima acceptione circumdante. Et iſto quidem*
modo dupliciter circulus accipitur, pro linea circulari, ad idem punctum redeunte; &
pro linea, non ad idem punctum, ſed ad alium ſatis propinquum, aut non multum longè
Punctus quid *poſitum reuertente. Punctus præterea duobus modis intelligi poteſt, ac proportionaliter*
linea, & ſuperficies: vno quidem modo pro indiuiſibili, tum ſecundum longitudinem, &
latitudinem, tum etiam ſecundum profunditatem: alio verò modo pro aliquo paruo cor-
Linea. *pore ex tribus illis dimenſionibus conſtante. Linea quoq; vno modo accipi poteſt pro aliquo*
ſecundum latitudinem, & profunditatem, non autem ſecundum longitudinem: alio au-
Superficies. *tem modo pro aliqua re parua quidem ſecundum latitudinem, & profunditatem, magna*
verò ſecundum longitudinem. De ſuperficie quoq; ſimilis eſt ratio habenda. Itaq; ſi pun-
ctus primo modo intelligatur, nihil planè reale eſt: alioqui eſſet ſubſtantia, vel accidens.
at ſubſtantia eſſe nequit, quandoquidem quælibet ſubſtantia, quæ habet in continuo poſiti-
onem, ſit diuiſibilis in ſemper diuiſibilia: neq; eſt accidens, aliter haberet ſubiectum ſi-
bi adæquatum, quod eſt falſum. Porrò, ſecundo modo acceptum, bene eſt aliquid, quia
Quomodo circuli cœleſtes ſint veri. *eſt aliquod paruum ſecundum trinam dimenſionem. Ex his ergo patet, an decem circuli,*
qui in ſphæra cœleſti poſiti ſunt, veri ſint nec ne: Etenim ſi ſecundum primum modum in-
telligantur, veri vtiq; dici non poſſunt, quippè quia non ſunt ſuperficies planæ, vna linea
circulari contentæ, alioqui concauitatem non haberent. Licet ergo circuli, qui in octaua
ſphæra poſiti ſunt, ſint illius partes veræ; veri tamen circuli dicendi non ſunt, præſertim
ſecundum illorum ſententiam, qui putant circulos immobiles eſſe: atqui nulla cœli pars
eſt immobilis. Vocati ſunt autem circuli, vt ſic facilius, cœleſtia corpora, motus, curſusq;
Circuli maiores. *à nobis intelligi poſſent. Numerantur autem in ſphæra, & maiores, & minores circuli:*
maior autem circulus dicitur, qui diuidit ſphæram in duo æqualia, habetq; ſuum centrum
cum centro ſphæræ, quorum numerus talis habetur: æquinoctialis, zodiacus, duo coluri,
Circuli minores. *orizon, & meridianus. Porrò, circulus minor, in duas partes inæquales diuidit ſphæram,*
habetq; centrum extra centrum ſphæræ: ſunt autem minores circuli quatuor, duo nempe
tropici, & duo circuli polares. ſed prius loquamur de zodiaco, deinde de alijs ordinatim.
Ariſt. *Zodiacus à philoſopho 2. de gen. vocatur circulus obliquus, diciturq; propter motum Solis*
Plato. *in circulo obliquo in his inferioribus generationes corruptionesq; fieri. Plato in Timæo ob-*
liquam agitationem appellat. Quoniam autem circulus zodiacus eſt obliquus, ideò alios
Poli zodiaci. *polos habet, quàm alij circuli, appellanturq; poli zodiaci, ſuper quibus orbes planetarum*
proprijs motibus, ab oriente in occidentem mouentur. Diuiditur autem zodiacus vno qui-
dem modo ſecundum latitudinem in duodecim gradus, in eoq; quædam linea intelligitur,
imaginatione ſaltim, quæ in duas partes æquales zodiaci latitudinem diuidit, ac ex vtraq;
Ecliptica. *parte ſex gradus relinquit. hæc autem linea propterea, quòd, quando Sol, & Luna ſunt li-*
nealiter ſub illa, Solis, aut Lunæ contingit eclipſis, vocatur ecliptica. Solis autem, quando
fit in nouilunio, & Luna inter corpus Solis, noſtrosq; aſpectus, rectè interponitur: Lunæ
verò, vt in plenilunio, quando nimirum Luna diametraliter opponitur Sol. vnde eclipſis
Lunæ nihil aliud eſt, quàm interpoſitio terræ inter Solem, & Lunam. Sol quidem ſemper
decurrit ſub ecliptica: omnes verò alij planetæ vel verſus Septentrionem declinant, vel
verſus Auſtrũ, quandoq; autem ſunt ſub ecliptica. De his in Almag. lib. 2. & 6. Ptolomæ-
us diſputat. Itaq; ecliptica vocatur, ob eam, vt dixi, cauſam, quòd quando Sol & Luna ſub
illa linea

Eclipſis Solis & Lunæ.

illa linea directè coniunguntur, ſiue opponuntur; tunc Solis vel Lunæ eclipſis contingat. Oportet autem imaginari quandam rectam lineam per terræ centrum tranſeuntem, lineæ eclipticæ ex vtraq; parte ſuas extremitates applicantem, ac centrum Lunæ Solisq; penetrantem: in qua quidem ſi ſit connectio, Solis eclipſis; ſin verò fuerit oppoſitio, eclipſis Lunæ continget. Id autem minime fieri poteſt, niſi Sole, in capite, vel in cauda draconis exiſtente, & Luna quoq;: aut vno illorum in capite, altero verò in cauda. Ex quo patet, quare non in qualibet oppoſitione, Lunæ eclipſis non contingat, neq; Solis in vnaquaq; cõiunctione. In cauſa enim eſt, quod plures fiant oppoſitiones, coniunctionesq;, Luna extra eclipticam exiſtente, Sol verò ab ecliptica nunquam recedit. Interdum namq; Luna, vltra eclipticam eleuatur, aliquando verò deprimitur.

Diuiſio zodiaci ſecundum longitudinẽ.

Diuiditur præterea zodiacus in duodecem partes æquales, quæ ſigna appellantur, quorum quælibet triginta gradus habet longitudinis, duodecem verò latitudinis. Explodenda ergo illorum ſententia, qui arbitrati ſunt, ſigna illa figuræ eſſe quadrata. Ex his etiam conſtat, ipſum zodiacum 360. gradus habere. Porro, pars zodiaci, quæ ab æquinoctiali verſus ſeptentrionem declinat, ſeptentrionalis, borealis, vel arctica dicitur: proinde illa ſex ſigna, quæ ſunt à principio Arietis, vſq; in finem virginis, vtpote, Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo; Septentrionalia, atq; borealia appellantur.

Signa ſeptentrionalia.

Alia verò pars Zodiaci, quæ ab æquinoctiali, verſus meridiem flectitur, meridionalis, auſtralis, vel ãtarctica appellatur: atq; illa ſex ſigna à principio libræ, vſq; ad finem piſcium, ſcilicet, Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Piſces, meridionalia, vel auſtralia appellantur.

Meridionalia.

Itaq; Sol per zodiacum circulum currens, neq; extra eum tranſiens, per ſua ſigna iter conficiens, temporibus diſtributis, mundi huius inferioris naturæ moderatur: nam ab ariete incipiens, Ver oſtendit: & taurum, & geminos tranſiens, idem ſignificat. ſed iam capitibus geminorum circulum æſtiuum tangere videtur: & per cancrum, & leonem tranſiens, & virginem, Æſtatem efficit. Et rurſus à virginis extrema parte tranſire ad æquinoctialem circulum perſpicitur. In libra autem æquinoctium conficit, & Autumnum ſignificare incipit. Ab hoc autem ſigno tranſiens ad ſcorpium, & ſagittarium, protinus incurrit in hyemalem circulum, & à capricorno, aquario, piſcibus Hyemem tranſigit. Tranſeundo igitur per zodiacum, huiuſmodi circulos attingit.

Ver. Æſtas. Æquinoctiũ Autumnus. Hyems.

DIGRESSIO PRIMA CAP. I.

De Zodiaci circulis.

Circulus æſtiuus.

Diximus zodiaci circulos tres eſſe, breuiter tamen: propterea aliquantulum diffuſius de illis loquamur, deinde de illius ſignis ad plenum. Æſtiuus circulus, qui therinos tropicos vocatur, æſtatem conficit, quiq; nobis æſtiuus eſt, nonnullis verò fit hyemalis, & è conuerſò. Inter autem æſtiuum circulum, & arcticon nos ſiemus conſtituti, non quidem ſecundum illorum ſphæram, qui ab hyemali circulo antarcticum habitantes à nobis antipodes vocantur. In æſtiuo autem circulo hæc ſigna conſpiciuntur, de quibus ad amuſſim diſſeremus: capita geminorum, aurigæ genu vtrumq; vel ſiniſtrum: Perſei crus, & humerus ſiniſter: Andromeda autem à pectore, ſed manu ſiniſtra diuiditur. Atq; ita euenit, vt caput eius cum toto corpore, & manu dextera videatur eſſe inter æſtiuum, & æquinoctialem circulum: reliquum autem inter æſtiuum, & arcticum finem. In eodem autem æſtiuo circulo pedes equi Pegaſi videntur poſiti, & caput à reliquo corpore diuiditur, & alæ ſiniſtrioris, vt volantis pars non magna Ophiulcus humeris, vt circulum ſuſtinere videtur. Virgo prope hunc contingens à capite, inter hunc æquinoctialem circulum collocata eſt, vt fulgens ad auſtrum. Leo à pectore ad lumbos diuiditur, vt caput eius, & corporis ſuperior à cruribus pars, inter hunc, & arcticum circulum videatur; inferior autem pars inter æſtiuum, & æquinoctialem circulum.

Signa æſtiui circuli.

Circulus æquinoctialis.

De zodiaco.

culum. Cancer autem ſic diuiditur medius, vt inter duos oculos eius, circulus traiectus existimetur.

Circulus æquinoctialis.

Alius autem circulus vocatur æquinoctialis, à quo diuiditur ſphæra in duas partes æquales, atque ſecundum vtramque ſuæ circumferentiæ partem, ab vtroq; mundi polo æqualiter diſtat. Etenim ſi eſſet aliquod quadratum habens duos conos oppoſitos in polis mundi, & alios duos conos oppoſitos; tunc tale quadratum eſſet rectè quadratum æquilaterum. Vocatur autem æquinoctialis, æquator diei, ac noctis, cingulus primi mobilis. Æquinoctialis autem dicitur propterea, quòd Sole in illo exiſtente, quod bis ſit in anno, nempe in principio Arietis, & Libræ, æquinoctium fiat in vniuerſa terra: æquator autem diei, ac noctis, quòd tunc temporis par ſit diei ac noctis ſpatium.

Cingulus mundi.

Cingulum autem primi mobilis appellatur, quia inſtar cinguli, cœlum ipſum cingit, & complectitur: diuidit namq; primum mobile in duo æqualia, vt dictum eſt.

Poli

Poli autem, ſecundum imaginationem noſtram, duo puncta intelliguntur axem terminantia, circa quæ vniuerſum cœlum voluitur. Accedunt ad hæc & alij duo circuli, qui vocantur coluri, quorum duplex eſt officium, vnum ſcilicet, quo diſtinguuntur æquinoctia, altero autem Solſtitia.

Colurus diſtinguens æquinoctia

Colurus autem diſtinguens æquinoctia, eſt circulus diuidens ſphæram in duas partes æquales tranſiens per polos mundi, & per principia Arietis, & Libræ, ſeu interſecans zodiacum in principio Arietis, & in principio libræ. Dicitur autem æquinoctia diſtinguere, quia ſcilicet cùm Sol ad illa puncta peruenerit, quibus zodiacum diuidit, tunc fit æquinoctium, quod quidem eſt duplex, propter illa duo puncta; vnum profectò Vernale, aliud Autumnale.

Colurus diſtinguens ſolſtitia.

Colurus autem diſtinguens Solſtitia, eſt circulus diuidens ſphæram in duas partes æquales, tranſiens per polos mundi, in principio Cancri, & in principio Capricorni, ſeu in maximis Solis eleuationibus, & declinationibus, zodiacum interſecans. Cùm autem Sol illa attigerit puncta, in quibus zodiacus ab illo coluro interſecatur; Sol quaſi ſtare videtur, propterea, quòd vltra non progreditur, ſed reuertitur potiùs.

Duo Solſtitia.

Pro illis autem duobus punctis, duo quoque Solſtitia numerantur in anno: alterum quidem Æſtiuale, in medio Iunij, Sole Cancrum ingrediente: aliud verò Hyemale, in medio Decembris, dum Sol intrat Capricornium. In huiuſmodi autem coluris, maxima Solis eleuatio, eſt arcus coluri diſtinguentis ſolſtitia, qui eſt à principio Cancri ad æquinoctialem. Maxima verò Solis declinatio, eſt arcus eiuſdem coluri, qui eſt à principio Capricorni ad æquinoctialem.

Aſcenſiones Solis.

Illæ autem duæ aſcenſiones inter ſe ſunt æquales, atq; quælibet illarum 23. gradus, minuta verò 51. continet, vt quidam Aſtrologorum ſentiunt.

Circulus meridianus.

Eſt quoque alius circulus, qui vocatur meridianus, à quo ſphæra diuiditur in duas partes æquales, tranſitq́; per zenith capitis, & per polos mundi, atq; meridianus vocatur; quia Sole illum attingente, meridies terris redditur. Hic autem circulus non poteſt idem eſſe omnibus, ſed pro acceſſu, & receſſu ab oriente, eſt conſiderandus.

Orizon.

Alius circulus appellatur Orizon, qui diuidit hemiſpherium ſuperius ab inferiori ſecundum Aſtrologos, aut partem cœli viſam à non viſa ſecundum perſpectiuos.

Rectus.

Eſt autem duplex Orizon, quidam quidem rectus, & ad illos ſpectat, quorum zenith rectè eſt in æquinoctiali, tranſitq́; per polos mundi, & æquinoctialem ad angulos rectos ſphærales interſecat.

Obliquus.

Alter verò Orizon eſt obliquus; & illis conuenit, quorum zenit eſt citra æquinoctialem, vel vltra: à quo quidem circulo æquinoctialis, ad angulos interſecatur obliquos.

Trapicus.

Inter minores autem circulos, duo tropici numerantur. Porrò circulus tropicus diuidit ſphæram in duas partes inæquales, contingitq́; zodiacum in principio Cancri, aut in principio Capricorni. Eſt autem circulus deſcriptus à Sole in maxima illius eleuatione, vel declinatione: quã ob cauſam tropicus appellatur à tropos, quod eſt conuerſio; quòd ſcilicet, circulo illo deſcripto, Sol vltra non procedit, ſed incipit reuerti.

Aeſtiualis.

Hyemalis.

ſunt autem duo, alter nempe Æſtiualis, qui à Sole deſcribitur in principio Cancri exiſtente: alter verò Hyemalis, in principio Capricorni, quando eſt maxima illius declinatio.

Poli zodiaci.

Zodiacus (vt dixi) circulus obliquus in ſphæra, habet alios polos quàm tota ipſa mundi ſphæra, appellanturq́; poli zodiaci: qui planè mouentur circa polos mundi, duos

Circuli polares.

paruulos circulos deſcribentes, qui vocantur circuli polares: & vnus quidem dicitur cir-

culus

De zodiaco.

culus Arcticus, qui à polo zodiaci circa polum Arcticū deſcribitur: alter verò Antarcticus. Itaq; his ſic elucidatis, ad ſigna redeamus, quæ in æquinoctiali conſpiciuntur. Aries vtiq; totus omnibus pedibus innixus videtur. In eodem Tauri genua, vt fixa perſpiciuntur: zona præterea Orionis, vt ipſo circulo præcinctus exiſtimetur: hydria flexu à capite primo, vt ceruicibus erectis, Cancrum contingere videatur: & ex inferiore corpore hydriæ crater cum coruo velut fixus eſſe circulo conſpicitur: item paucæ ſtellæ chelarum, Ophiulci genua à reliquo diuiduntur: Aquila ſiniſteriore penna, caput pegaſi cum ceruicibus nititur. his corporibus ſignorum æquinoctialis circulus finitur. Alius circulus Hyemalis nominatur, qui his corporibus, atq; eorum partibus finitur; nam medium Capricornum diuidens, & pede aquarij, per caudam piſtricis, vt traiectus videtur. diuidit etiam leporem fugientem, & canis ſequentis pedes, & nauis ipſius puppim, centauriq; ceruices à reliquo corpore. Scorpionis extrema cauda, quod acumen vocatur, eodem circulo coniungitur: Sagittarij arcus eodem orbe deformatur. Præter hæc animaduertendum eſt, quòd æquinoctialis cum quatuor circulis minoribus quinq; pararelli, quaſi quinq; æquidiſtantes appellantur, non quia quantum primus diſtat à ſecundo, tantum ſecundus diſtet à tertio; ſed quia duo circuli ſimul iuncti ſecundum quamlibet ſui partem æquè diſtant ab inuicem, vnde & pararellus vocatur æquinoctialis, & Solſtitij Æſtiui, & Hyemalis, & Arcticus, & Antarcticus. Quatuor autem pararelli minores ſcilicet duo tropici, & Arcticus, & Antarcticus in cœlo quinq; zonas, ſiue regiones diſtinguunt. vnde Virgilius primo Georgicorum: Quinq; tenent cœlum zonæ: quarum vna corruſco, Semper Sole rubens, & torrida ſemper ab igni. Diſtinguuntur etiam totidem plagæ in terra, prædictis zonis directè ſuppoſitis. vnde Ouidius primo Methamorphoſeos. Totidemq; plagæ tellure premuntur. Quarum vna quæ media eſt, non eſt habitabilis æſtu. Nix tegit alta duas: totidemq; inter vtraſq; locauit. Temperiemq; dedit mixta cum frigore flamma. Duæ ergo zonæ ſunt habitabiles: quarum vna eſt inter tropicum Æſtiuum & circulum Arcticum; altera verò inter tropicum Hyemalem, & circulum Antarcticum, temperata caliditate torridæ zonæ exiſtentis inter tropicos, & frigiditate zonarum extremarum, quæ ſunt circa polos mundi. Idem intelligendum eſt de plagis terræ illis directè ſuppoſitis. Eſt præterea ſciendum, quid ſibi velit illud, quod dicitur, Sol eſt in Ariete, vel in aliquo alio ſigno: perinde enim eſt, ac ſi diceretur, Sol eſt ſub Ariete (in) enim interdum pro (ſub) accipitur. aliquando verò ſignum dicitur pyramidale, cuius baſis eſt illa ſuperficies, quam ſignum appellamus, eius autem vertex eſt in centro terræ. hæc autem figura pyramidalis quadrilatera totum ſpatium ad centrum terræ includit; vnde hoc modo aſtrum verè dicitur eſſe in ſigno, propterea quòd inter duas ſuperficies eſt à ſigno incluſum. Tertio modo dicitur ſignum, quatenus intelliguntur ſex circuli, per polos zodiaci, atque principia 12. ſignorum tranſeuntes. Illi namq; ſex circuli, totam ſphæræ ſuperficiem, in duodecim partes latas in medio, Arctiores verò circa polos zodiaci diuidunt: quarum quælibet pars, ſignum appellatur, nomenq; habet ſpeciale à nomine illius ſigni, quod inter ſuas duas lineas intercipitur. Secundum autem hanc ſigni acceptionem, ſtellæ, quæ ſunt iuxta polos, extra zodiacum, in ſignis eſſe dicuntur. Amplius, intelligitur quoddam corpus, cuius baſis ſit ſignum, acumen verò eius ſit ſupra axem zodiaci. Tale igitur corpus in quarta ſignificatione, ſignum dicitur; ſecundum quam profectò ſignificationem totus mundus in 12. partes æquales, quæ dicuntur ſigna, diuiditur: atq; ita, quidquid eſt in mundo, in aliquo ſigno eſſe dicimus.

Signa æquinoctialia.

Circulis Hyemalis.

Pararelli.

Zonæ quinq;

Virg.

Ouidius.

Zonæ habitabiles.

In quid ſignificet.

Signum quomodo accipitur.

Quatuor modis.

CAP. II.

De Zodiaci Signis.

DEſcriptis, declaratiſq; circulis, atq; ſigni acceptionibus, ad ſignorum notitiam enucleandam accedamus. Signa autem duodecem eſſe, ex ſupradictis patet: quæ quidem quandam animalium ſimilitudinem proprietatemq; imitantur, idcirco & illorum vocabula gerunt. Sunt enim in illa parte zodiaci quædam ſtellæ ſic diſpoſitæ, quæ Arietis figuram componere videntur. Sanè, quemadmodum Aries valet capitis fortitudine; ita planè Sol exiſtente in Ariete, maior illius virtus in nos protenditur. Aries præterea dimidio anni iacet ſuper vnum latus; altero verò dimidio ſuper aliud; atq; ita annum in duo æqualia diuidit: ſic etiam Sol dum Arietis domum habitat, diem naturalem in duas partes æquales diuidit, nempe in diem artificialem, & noctem. Eſt autem Aries animal calidum, ſiccum, igneum, colericum; maſculinum, diurnum, orientale, cui dominatur Sol in die, & Iupiter in nocte. Similiter ſe habet Leo, & Sagittarius, qui ad eundem ordinem ſpectant. Eſt inſuper Aries animal mobile, ſicut Cancer, Libra, & Capricornus. in hoc autem ſigno Sol exaltatur, 19. gradib. dicuntur autem planetæ in ſignis, & gradibus exaltari (teſte Albumaſar) propterea quod in illis gradibus, atq; ſignis creati fuerint. Quodlibet præterea ſignũ in tres partes æquales diuiditur; quarum qualibet decem gradus continet. & primi quidem decem, vocantur prima facies: ſecundi verò, ſecunda: & tertij, tertia. Et primæ quidem Arietis faciei, Mars dominus appellatur: ſecundæ verò, Sol: tertiæ autem Venus: idcirco Aries domus Martis dicitur, ſimiliter & Scorpio. In zodiaco namque duplices domus conſiderantur, quædam quidem mobiles, nempe duodecem; quippe cùm zodiacus in partes quatuor æquales diuidatur, quarum qualibet iterum in alias partes ſecatur æquales: & tunc prima, quæ eſt in contactu orizontis in oriente, eſt prima domus: deinde ſecunda verſus angulum noctis, domus ſecunda nominatur: tertia verò, tertia domus, atq; ita de cæteris ſimile habetur iudicium. Aliæ autem ſunt domus immobiles: vnde fit, vt quilibet planeta, proprium ſignum, veluti propriam domum ſibi deligat, atq; deputet. Amplius, quodlibet ſignum, certam ſibi determinat hominis partem, in quam vehementius influit: Aries autem, caput hominis ſibi delegit. Aries in æquinoctiali circulo conſiſtens, caput ad exortũ habet euerſum; occidens à primis pedibus, & exoriens, caput infra triangulum tenet collocatum, pedibus propè contingens caput piſtricis. habet autem in capite ſtellam vnam, in cornibus tres, in ceruice tres, in pede priore vnam, inter ſcapulas quatuor, in cauda vnam, ſub ventre vnam, in lumbis tres, in pede poſteriori vnam; quæ ſunt omnes numero decem, & octo. In huius autem ortu, ſiniſtra pars Andromedæ prouenit: ara autem occidere videtur. Cum eodem ſydere exoritur & Perſei caput vſq; ad vmbilicum; vt dubium eſſe videatur, zona eius vtrum vſq; extremo Ariete, an Tauro primùm ex oriente prodeat ad lucem. Hic Aries exiſtimatur eſſe, qui Phryxum tranſtuliſſe, & Hellem dictus eſt per Helleſpontum, quem Heſiodus, & Pherecydes aiunt, habuiſſe auream pellem; ſed Hellem decidiſſe in Helleſpontum, & à Neptuno compreſſam Pæona procreaſſe. Nonnulli Edgnem dixerunt: præterea Phryxum incolumen ad Oetam peruenuiſſe, & Arietem Ioui immolaſſe, pellem in templo fixiſſe, & Arietis ipſius effigiem à Ioue inter ſydera conſtitutam. Eratſthenes ait, Arietem ipſum ſibi pellem auream detraxiſſe, & Phryxo memoriæ cauſa dediſſe, ipſum autem ad ſydera perueniſſe: hunc autem nonnulli dixerunt in oppido Horcomenio, quod eſt in Boëtia, natum. Alij, in Salorum Theſſaliæ finibus procreatum. Alij dicunt Cretea, & Athamatem cum alis pluribus Æoli filios fuiſſe. Nonnulli etiam Athamantis filium Salmonem eſſe, Æoli nepotem putauerunt. Cretea autem habuiſſe Demodicem vxorem, quam alij Biandicem dixerunt: hanc autem Phryxi Athamantis filij corpore inductam, in amorem incidiſſe, neq; ab eo, vt ſibi copiam faceret impetrare potuiſſe. Itaq; neceſſariò coactam criminari eum ad Cretea cupiiſſe. Quo facto Cretea, vt de eo ſupplicium ſumeret, Athamanti perſuaſiſſe. Numen autem interueniſſe, & ereptum Phryxum, & Hellem eius ſororem in Ariete poſuiſſe, & per Helleſpontum quàm longiſſimè poſſet, perfugere iuſſiſſe; Hellem decidiſſe, & ibi debitum naturæ reddidiſſe, ex huius no-

Aries.

Arietis natura

Prima facies Arietis.

Aries domus Martis.

Arietis ſtellæ.

Arietis ortus

Arietis hiſtoria.

Creteus.

Helleſpontus.

ius nomine Helleſpontum appellatum, Phryxum Colchos perueniſſe, & (vt dixi) Arietis interfecti pellem in templo fixiſſe. Ipſum autem à Mercurio ad Athamantem reductum, qui patri eius ſatisfecerit, eum innocentia confuſum profugiſſe. Hemiſpus autem dicit, quo tempore liber Affricam oppugnauerit, deueniſſe cum exercitu in eum locum, qui propter multitudinem pulueris Amodes eſt appellatus. Itaq; cùm in maximum periculum deueniſſet propter aquæ penuriam, cui, quid ageret cogitanti, aries fortuitu occurrit, quem illius milites inſecuti ſunt vſq; eum locum, qui Iouis Ammonis poſtea templo conſtituto, eſt appellatus: Quò cùm perueniſſent, arietem, quem inſecuti fuerant, nuſquam inuenire potuerunt; ſed quod magis hîc fuerat optandum, aquæ magnam copiam in eo loco nacti ſunt, corporibusq; recreatis, Libero ſtatim nunciauerunt: qui mox, eo nuncio recepto, ad eos fines gaudens exercitũ deduxit: & Iouis Ammonis templum cum arietis cornibus, ſimulachro facto, conſtituit: arietem inter ſydera figurauit. Vnde cùm Sol illud ſignum ingreditur, omnia naſcentia recreantur, quæ Veris tempore fiunt: hac re maximè, quòd illius fuga Liber exercitũ recreauerit. Præterea duodecem ſignorum principem voluit eſſe, quòd ille optimus exercitus ductor extiterit. Sed de Ammonis ſimulachro Leon, qui res Ægyptias conſcripſit; ait: Cùm Liber Ægyptum, & reliquos fines regno teneret, & omnia primus hominibus oſtendiſſe diceretur, Ammonem quendam ex Affrica veniſſe, & pecoris multitudinem ad Liberum adduxiſſe; quò facilius, & eius gratia vteretur, & aliquid primus inueniſſe diceretur. Itaq; pro beneficio ei Liber exiſtimatur agrum dediſſe, qui eſt contra Thebas Ægyptias: & qui ſimulachra faciunt Ammonis, eum capite cornuto inſtituunt; vt homines memoria teneant, eum primum pecus oſtendiſſe. Qui autem Libero factũ aſſignant, quòd nõ ab Ammone petierit, ſed vltrò ad eum ſit adductus, ſimulachra illi cornuta faciunt, & arietem, memoriæ cauſa inter ſydera retulerunt. Hæc de primo ſigno ſint dicta.

Templum Iouis Amonis.

Arietis cornua in tẽplo.

Amonis ſimulachrum.

CAP. III.

De Tauro, ſigno 2.

SEcunda pars zodiaci Taurus appellatur, ex eo quòd tunc temporis, Sole taurum tenente, vtpote in medio Aprilis, taurorum labores apparere incipiunt: terra namq; eo tempore eſt laboribus taurorum apta. In principio præterea Tauri plurimæ ſtellæ ſimul coniunctæ conſiſtunt, quæ quaſi capitis illius effigiem prætendunt. Adde, quòd ſicut illud animal ſcapularum fortitudine valet; ita tunc temporis, ſolis calor vigoratur, atq; fortior redditur. Eſt autem hoc ſignum frigidum, ſiccum, terreum, melancolicum meridionale, fœmininum, nocturnum, cui adeſt in die Venus, & in nocte Luna. Eodem modo ſe habent virgo, & capricornus, qui ſunt eiuſdem ordinis. Eſt ſignum fixum, ſicut leo, ſcorpius, & aquarius. Luna in 3. gradu iſtius exaltatur: eſt autem hoc ſignum domus Saturni, ſicut & libra: collum hominis in partem propriam ſibi deputat. Ad exortum ſignorum dimidia parte collocatus, vt incipere genu, ac defigere ad terram videatur. Caput eodem habens, ac tentum: genua eius reliquo corpore diuidit circulus æquinoctialis, cornu ſiniſtro coniungitur cum ſiniſtro pede, qui auriga appellatur: inter huius finitionem corporis, & arietis caudam, ſtellæ ſunt, quas Vergilias noſtri, græci autem Pleiadas vocant. hæ autem Stellæ prima die Aprilis intempeſta nocte apparent, & 19. occultantur, 21. oriuntur cum ſole, & aër valde turbatur. vij. Maij apparent mane, & aër incipit ſedari. 23. Octobris vnà cum Solis ortu occidunt & contingit pridiè maxima aëris turbatio. 6. Nouembris mane occidunt, & aër incipit ſedari. Dictæ autem ſunt Pleiades àpo tu plein, quod pluralitatem ſignificat: ſunt autem ſeptem ſtellæ ante genua tauri, ex quibus 6. videntur, vna verò latet. Vergiliæ à Latinis vocantur, à Veris temporis ſignificatione, quòd Vere exoriuntur: occaſu namq; ſuo, hyemem, ortu autem æſtatem efficiunt, primæq; nauigationis tempus oſtendunt. Et hæ quidem ſtellæ ampliorem cæteris habent honorem. Quòd earum ſigno exoriente æ-

ſtas ſi-

Taurus quid.

Natura tauri.

Eſt domus Saturni.

Pleiades.

Vergiliæ.

co. *ſtas ſignificatur, occidente autem, hyems oſtenditur, quod quidem alijs ſignis non eſt conceſſum. Hæ autem numero ſeptem dicuntur; ſed nemo amplius quàm ſex videre poteſt: cuius cauſa ſic à poëtis deſcribitur: Sex, inquiunt, cum immortalibus concubuerunt, tres cum Ioue, duæ cum Neptuno, vna cum Marte: reliqua autem Siſyphi vxor demonſtratur. quæ quia homini nupſit, ideo ſtella eius obſcurata eſt. Alij autem dicunt, electram vnam ex illis ex qua Iupiter Dardanum progenuit, & ex Maia Mercurium, & ex Tagete Lacedæmonia, non apparere, propterea quòd Troia fuerit euerſa, cuius dolore permota, ab illarum circulo ſe remouit, & in arcticum ſe addidit; vbi longo tempore luctui inſiſtens, capillo ſparſo videtur. Porrò, antiqui Aſtrologi has Pleiadas ſeorſum à tauro formauerũt,*

Quare ſex videntur.

Pleiones. *quòd, ex Pleione Nympha Oceani, & Athlante ſint genitæ. Quæ poſtquam in Boëtiam cum puellis iter faceret, Oriona conatum voluiſſe ei vim afferre, illamq́ fugere cœpiſſe, Oriona autem ſecutum eſſe annis 12. neq; eam inuenire potuiſſe: Iouem autem puellam miſertum, inter aſtra collocaſſe, & poſtea à nonnullis Aſtrologis caudam tauri appellatam.*

Orion. *Orion eas fugientes ad occaſum ſequi videtur. Sunt qui putent Pleiades dictas quaſi πλεῖοναϛ, hoc eſt, plures, quòd nunquam ſingulæ appareant, ſed ferè omnes ſimul, præter*

Nomina Pleiadum. *Meropen, quæ vix apparet. Pherecydes tradit ſeptem ſorores fuiſſe, Lycurgi filias ex Naſo inſula: & quia Liberum educauerunt, à Ioue inter ſydera fuiſſe relatas. harum nomina putantur Electra, Hilcyone, Celæno, Maia, Aſterope, Targete, Merope.*

Ouidius. *Ouidius lib. 4. faſtor. Pleiades incipient humeros releuare paternos, Quæ ſeptem dici, ſex tamen eſſe ſolent. Sed quòd in amplexus, ſex hinc venêre deorum: Nam Steropen Marti concubuiſſe ferunt: Neptuno Alcyonen: & te formoſa Celeno, Maiam, & Electram, Taygetemq́ Ioui. Septima mortali Merope tibi Siſyphe nupſit. Pœnitet & facti ſola pudore latet. Siue quòd Electræ Troiæ ſpectare ruinas Non tulit ante oculos, oppoſuitq́ manum. Habet prætere a Taurus in cornibus ſingulas ſtellas, ſed in ſiniſtro clariores, vtriſq; oculis ſingulas, in*

Hiades. *fronte media vnam, ex quibus locis cornua naſcuntur ſingularum, quæ ſeptem ſtellæ Hyades nuncupantur. Negant nonnulli duas nouiſsimas ſtellas eſſe, atq; Hyades eſſe quinque volunt. Amplius in ſiniſtro genu priore habet ſtellam vnam, & ſuper vngulam vnam, in dextro genu vnam, & inter ſcapulas tres, nouiſsimam earum cæteris clariorem, in pectore vnam, quæ ſunt omninò præter Vergilias quatuordecem. Hyades autem prima die*

Ortus Hiadũ. *Maij oriuntur ſimul cum Sole, & 19. apparent mane, vnde aër valde alteratur: Pridie autem nudius teſtaus eiuſdem diei. Oriuntur etiam die 17. Octobris veſperi, & 21. Nouem-*

Vnde dicuntur. *bris mane occidunt, & ſequenti die fit circa aërem turbatio. Dictæ ſunt autem à πο τυ ὕειν, quòd pluuiam ipſarum ortu, atq; occaſu generent. Ouidius lib. 5. Faſto. At ſimul inducent obſcura crepuſcula noctem. Pars Hyadum toto de grege nulla latet. Ora micant tauri ſeptem radiantia flammis, Nauita quas Hyadas Graius ab imbre vocat. A Latinis vo-*

Succulæ. *cantur Succulæ, quòd propter maximas, quas afferunt pluuias, luto gaudere videantur, quemadmodum ſues, Græci ὕειν, à pluuia. Taurus autem inter aſtra eſt conſtitutus, quòd Europam incolumẽ tranſuexerit in Cretam. Euripide authore. Nonnulli autem aiunt, cùm in bouem eſſet conuerſa, vt Iupiter ei ſatisfacere videretur, inter ſydera conſtituiſſe, quòd eius prior pars appareat vt tauri, reliquum verò corpus obſcurius videatur. huius oris ef-*

Nomina Hyadum. *figiem quæ continent Stellæ, Hyades appellantur. has autem Pherecydes Athenienſis Liberi nutrices, numero ſeptem eſſe demonſtrat, eaſq́ ante Nymphas Dodonidas appellatas,*

Nomina Hyadum. *quarum nomina ſunt hæc: Ambroſia, Eudora, Sitroe, Coronis, Poliſſo, Phyleto, Thyene. Hæ dicuntur à Lygurgo fugatæ, & præter Ambroſiam, omnes ad Thetym profugiſſe, dixit Aſclepiades. ſed (vt Pherecydes ait) ad Thebas Liberum perlatum, Iunoni tradiderunt. Quam ob cauſam à Ioue gratia eis eſt relata, quòd inter ſydera ſunt conſtitutæ. Mu-*

Hyas. *ſæus putat, ex Athlante & Hya Oceani filia, quindecem filias procreatas, ex quibus quinq; Hyades appellatæ ſunt, propterea quòd earum frater Hyas, à ſororibus plurimum dilectus, in venatione à Leone fuerit interfectus: quæ cùm fratrem ſic miſerè deuoratum implacabili luctu proſequerentur, doloris magnitudine occubuerunt: Iupiter autem eas in*

cœlum

cœlum tranſtulit, vt perpetuum maneret tantæ pietatis teſtimonium: vnde & à fratris nomine Hyades ſunt appellatæ. Reliquas verò decem deliberaſſe de ſororum morte, & earum ſeptem ſibi mortem intuliſſe. Hæc à Poëtis tradita ſunt, quæ latentem habent intelligentiam: olim enim ſub inuolucris fabularum tradita eſt philoſophia. Porrò, Tauro exorto ara omninò occidit, & Perſeus totus eſt ortus, & aurigæ caput cum reliquo corpore duntaxat, ad ſiniſtrum pedem videtur, & piſtrix à cauda exoriens perſpicitur. hoc ſigno primum occidere Bootes videtur: etſi cum quatuor ſignis occidit, neq; tamen totus ad terram poteſt venire. Nam manus eius ſiniſtra circulo arctico concluſa, neq; oritur, neq; occidit.

Ortus Tauri.

CAP. IIII.

De Geminis tertio ſigno.

TErtia pars zodiaci Gemini appellatur, quòd tunc animalia atq; vegetabilia, Sole in illo ſigno conſiſtente, geminari incipiunt, quòd quidem fit in medio Maij. Aſtrologi vocant geminos, Caſtorem, & Pollucem, qui à matre Læda vno partu creduntur editi, de quibus Seneca: In magna tempeſtate apparent quaſi Stellæ cœlo inſidentes, adiutoriq; ſe tunc periclitantes exiſtimant Pollucis, & Caſtoris nomine. A Columella dicitur geminum aſtrum, quod 14 Calen. Iunij Sol ingreditur. Eſt autem hoc ſignum calidum, & humidum, aëreum, ſanguineum, occidentale, diurnum, maſculinum, ſicut libra, & aquarius, quibus præeſt in die Saturnus, & in nocte Mercurius. Eſt autem ſignum commune, ſicut virgo, ſagittarius, & piſces. In tertio gradu huius ſigni caput draconis exaltatur: in homine brachia ſibi vendicat: Ab auriga parte dextra ſupra Orionem collatum videtur, ita tamen, vt Orion inter taurum, & geminos ſit conſtitutus, capita eorum diuiduntur à reliquo corpore eo circulo, qui æſtiuum diffinit, ſic inuicem complectuntur, vt ſe tenere videantur. Occidunt directi à pedibus, exoriuntur autem inclinati, vt iacentes. verùm is, qui cancro eſt proximus, habet in capite vnam ſtellam claram, in vtriſq; humeris ſingulas claras. alter autem in capite vnam, in ſiniſtro humero vnam, in dextro alteram, in vtriſq; manibus ſingulas, in dextro genu vnam, in ſiniſtro genu alteram, in pedibus vtriſq; ſingulas, & infra ſiniſtrum pedem vnam, quæ tropus appellatur: ſunt autem omnes numero 18. Itaq;, vt dixi, geminos, complures aſtrologi Caſtorem, & Pollucem eſſe dixerunt, quos demonſtrant omnium fratrum inter ſe amantiſſimos fuiſſe, quòd neq; de principatu contenderunt, neque vllam rem ſine communi conſilio geſſerunt: pro quibus officijs, Iupiter inter notiſſima ſydera eos conſtituiſſe exiſtimatur. Neptunum quoq; pari conſilio enumeraſſe: nam equos illis dedit, quibus vterentur, & poteſtatem naufragis ſaluti eſſe. Alij dixerunt Herculem eſſe, & Apollinem: nonnulli verò Triptolemum. Sed quæ de Caſtore & Polluce dicunt, hoc amplius addunt, vt Caſtor in oppido Aphidnæ ſit occiſus, quo tempore Lacedæmones cum Athenienſibus bellum gerebant. Alij autem cum oppugnarent Spartam Lynceus, & Hydas, ibi perijſſe dixerunt. Pollucem ait Homerus conceſſiſſe fratri dimidiam vitam: ſicq; alternis diebus eorũ quemque lucere. Geminis exorientibus, tota iam piſtricis, & fluminis, & eridani prior pars apparet, & orion exoriri videtur, occidit autem Ophiulcus à pedibus geminum fine.

Gemini.

Caſtor & Pollux.

Locus geminorum.

Stellæ geminorum.

Quare in cœlum ſunt poſiti.

CAP. V.

De Cancro quarto ſigno.

QVarta pars Zodiaci dicitur Cancer, propterea quòd ſicut Cancer eſt animal retrogradum; ità Sol dum hoc ingreditur ſignum, incipit retrogradus eſſe, reuerti ſcilicet: in hoc autem ſigno eſt illa ſtella, quæ vocatur Canis, de qua po-

Cancer.

De zodiaco.

ſtea dicemus. Porrò, Cancer incertam habet primam partem, denique ad vtramq; partem greſſum dirigit; ita, vt prior pars ſit poſterior, & poſterior prior.

Natura cancri.

Eſt autem Cancer animal frigidum, humidum, aqueum, flegmaticum, ſeptentrionale, nocturnum, fœmininum, ſicut ſcorpius & piſces: quibus præeſt in die Venus, & in nocte Mars: qui in 15. gradu huius ſigni exaltatur. Obtinet cancer in hominis pectus dominium, & in interiora pectoris pulmonem ſcilicet, & ſplen.

Stellæ cancri.

Hunc medium diuidit circulus æſtiuus ad leonis exortum ſpectantem, paululum ſupra caput hydræ collocatum, occidentem, & exorientem poſteriore corporis parte. habet autem in ipſa teſta; ſtellas duas, quæ aſini vocantur: in pedibus dextris ſingulas obſcuras, in ſiniſtro pede primo duas, in ſecundo duas obſcuras, in tertio vnam, in quarto primo vnam obſcuram, in ore vnam, in ea, quæ chela dexterior dicitur, tres ſimiles, non grandes, in ſiniſtra ſimiles duas: atq; ita ſtellarum cancri numerus decē & octo.

Cancri hiſtoria.

hic dicitur Iunonis beneficio inter aſtra collocatus, ob eam ſcilicet cauſam, quia cum Hercules contra Hydram lerneam conſtitiſſet, ex palude pedem eius mordicus arripuit, qua de re Hercules permotus, eum interfecit: Iuno autem inter ſydera conſtituit, vt eſſet cum duodecim ſignis. In eius deformationis parte ſunt quidam, qui aſini appellantur, à Libero in teſta cancri duabus ſtellis figurati. Liber enim à Iunone furore obiecto, dicitur mentē captus, fugiſſe per Theſprotia, cogitans ad Iouū Dodonei templum peruenire, vnde peteret reſponſum, quò facilius ad ſaniorem mentem rediret: ſed cùm ad quandam paludem veniſſet, quam tranſire non poterat, ex duobus aſellis, qui ſibi occurrerant, vnum aſcendit, atq; ita tranſuectus eſt, vt aquam omninò non attingeret. Itaq; cùm ad templum Iouis Dodonæi perueniſſet, illicò à furore liberatus, aſellis gratiam referens, inter aſtra collocauit. Eratoſthenes alio modo texuit fabulam: Ait enim, quo tempore Iupiter, bello gigantibus indicto, ad eos oppugnandos, omnes deos conuocauit, veniſſe Liberum patrem, Vulcanum, Satyros, Silenos aſſellis vectos; qui cùm non longe ab hoſtibus abeſſent, dicuntur aſelli pertimuiſſe, & ita pro ſe quiſq; magnum clamorem, & inauditum gigantibus feciſſe; vt omnes hoſtes eorum clamore in fugam verterentur.

Tritonis concha.

Huius ſimilis eſt fabula de buccina Tritonis: is namq; cùm concham inuentam excauiſſet, illius ſonitu, gigantes in fugam conuertit. Sunt autem & hi duo aſelli ſupra cancrum conſtituti. Cancer autem exoriens, obſcurat dimidiam partem coronæ, piſtricisq; caudam, & notum piſcem, & caput cum reliquo corpore ad vmbilicum eius, qui Engonas inuocatur, Ophiulcum à genibus ad humeros, & anguem totum præter caput, & ceruicem, quæ ex æſtiuo circulo tendit ad coronam: Bootem propè totum terra tenet tectum. Exoritur autem & Orionis corpus ad zonam, & eridanus totus apparet. Hæc de quarto zodiaci ſigno diximus.

CAPVT. VI.

De leone quinto ſigno.

Leo.

Natura leonis

QVinta zodiaci pars, leo nuncupatur: in cauſa autem, quia quemadmodum leo eſt animal valde robuſtum, in parte corporis anteriori, debile verò in poſteriori; ita planè Sol in prima parte leonis, viget caloris virtute, in fine autem, eius virtus debilius agit. Eſt autem ſignum calidum, ſiccum, igneum, colericum, maſculinum, diurnum, orientale, ſicut aries, & ſagittarius, cui Sol dominetur in die, & Iupiter in nocte:

Domus Planetarum.

ſiquidem leo eſt domus Solis: cancer eſt domus lunæ: gemini & virgo domus Mercurij: Taurus & libra domus Veneris: aries & ſcorpio domus Martis: piſces & ſagittarius domus Iouis: aquarius & capricornus domus Saturni.

Signa mobilia & immobilia.

Eſt præterea ſignum fixum, ſicut taurus, ſcorpius, & aquarius: mobilia autem ſunt, aries, cancer, libra, & capricornus: communia verò, virgo, ſagittarius, gemini, & piſces. Cùm enim Sol arietem ingreditur, aëris diſpoſitio mutatur, nempè Hyems in Ver; & in cancro, Ver in Æſtatem; & in libra, Æſtas in Autumnum; in capricornio autem, Autumnus in Hyemem.

De zodiaco.

Hyemem. In Leone autem, & ſimilibus, nulla fit temporis mutatio; idcirco ſigna fixa nuncupantur: Alia autem vtraq; conditione participant, ideoq; communia vocantur. Leo ſtomachum, cor, & inferiores partes pectoris ſibi in homine deputat. Hic ſpectans ad occaſum ſupra corpus hydræ, à capite, qua cancer inſtat, vſq; ad mediam partem eius conſtitutus medius, æſtiuo circulo diuiditur; vt ſub ipſo orbe pedes habeat collocatos, occidens à capite, & oriens. Hic habet in capite ſtellas tres, in ceruicibus duas, in pectore vnam, inter ſcapulas tres, in media cauda vnam, in extrema alteram magnam, ſub pectore duas, in pede priore vnam claram, & infra alteram magnam vnam, in lumbis vnam, in poſteriore genu vnam, in pede poſteriore claram vnam: omnes autem ſunt 19. Leo à Ioue conſtitutus eſt omnium ferarum princeps: ferunt autem leonem Theumeſium ab Hercule occiſum, & à Ioue in cœlum tranſlatum. Dictus eſt autem Theumeſius à Theumeſo Boëtiæ monte: addunt quòd Herculis prima fuerit hæc certatio, & quòd eum inermis interfecerit: de eo Piſandrus, & complures alij ſcripſerunt. Exortu leonis, reliqua pars occidit coronæ, cum capite & ceruicibus, anguis, & ophiulco. Engonaſin autem qui vocatur, eius præter ſiniſtrũ genu, & pedem, nihil apparet, & Bootes totus obſcuratur. Exoritur autem caput hydræ cum lepore toto, & procyon cum pedibus prioris caninis, & aquila tota. hæc de leone ſigno zodiaci quinto.

Leonis ſtellæ.

Leonis hiſtoria.

CAP. VII.

De Virgine ſexto ſigno Zodiaci.

SExta pars zodiaci appellatur virgo, propterea quòd illo tempore, quo Sol per virginem deambulat, terra ſolis ardore exuſta, inſtar virginis, ſeu ſterilis nihil pariat. Eſt autem ſignum frigidum, ſiccum, terreum, melancolicum, meridionale, fœmineum, nocturnum, ſicut diximus de tauro. Mercurius in 15. gradu huius ſigni exaltatur: virgo enim eſt domus Mercurij, ſicut & gemini: eſt inſuper ſignum commune, vmbilicum, & partes adiacentes ex homine in protectione habens. Hæc infra pedes Bootis collocata, capite, poſteriorem partem leonis, dextra manu, circulũ æſtiualem tangit: ac inferiorem partem corporis, ſupra coruũm, & hydræ caudam habere perſpicitur, occidens capite priuſquam reliquis membris. huius in capite eſt ſtella vna obſcura, in vtriſq; humeris ſingulæ, in vtriſq; pennis binæ, quarum vna ſtella, quæ eſt in dextra penna, ad humerum defixa, protrigot vocatur. Præterea habet in vtriſq; manibus ſingulas ſtellas, quarum vna, quæ eſt in dextera manu, maior, & clarior conſpicitur. In veſte autem habet paſſim diſpoſitas ſtellas ſeptem: in vtriſq; pedibus ſingulas: omnes ſunt numero 16. hanc Heſiodus Iouis & Themidis filiam dicit. Aratus autem Aſtræi & Auroræ filiam exiſtimat, quòd eodem tempore fuerit, cùm aurea ſecula hominum extiterint, vnde propter diligentiam & æquitatem, iuſtitia eſt appellata. Neq; enim illo tempore ab hominibus exteræ nationes bello petebantur. Verùm vitijs hominum offenſa virgo, ceſſit è terra, & in cœlum migrauit. Finxerunt Poëtæ, ait Lactantius lib. 5. cap. 5. à Saturni temporibus, iuſtitiam terram reliquiſſe. Quod quidem non pro poëtica fictione, ſed pro vero habendum eſt. Saturno ſiquidem regnante, nondum deorum cultibus inſtitutis, Deus colebatur: & ideo non erant diſſenſiones, neq; inimicitiæ, neq; bella. Nondum veſanos rabies nudauerat enſes, vt germanicus Cæſar loquitur in Arateo carmine: Nec conſanguineis fuerat diſcordia nota. Malebant tenui contenti viuere cultu (vt Cicero narrat) quod eſt proprium religionis noſtræ. Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum fas erat: Ouid. lib. meta. quippe cùm Deus communẽ omnibus terram dediſſet, vt communem degerent vitam, non vt rabida, & furens auaritia ſibi omnia vendicaret. Quod poëtice locuti ſunt, nos exiſtimare debemus, non quaſi nihil omninò tunc fuiſſet priuati; ſed vt intelligamus, tam liberales fuiſſe homines, vt ſua libenter proximis impartirent.

Virgo.

Virginis ſtellæ.

Virginis hiſtoria.

Saturni tempora.

Lactan.

Cicero.

Ouid.

co.

Flumina lactis.

flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant. Nec mirum, cùm promptuaria iuſtorum benignè paterent omnibus. ſed poſtquam Saturnus à filio pulſus, in Latium delatus, arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis, cùm iam populus noui regis metu, vel ſua ſponte deprauatus, Deum colere deſiſſet, regemq́ pro Deo habere cœpiſſet, cùm ipſe propemodum parricida exemplo cæteris eſſet ad violandam pietatem; deſeruit properè terram caſtiſſima virgo: ſed non, vt ait Cicero, Et Iouis regno, cœliq́ in parte reſedit: quomodo enim poterat in eius regno reſidere, qui patrem regno expulit, exulemq́ toto orbe iactauit?

Malum virus inuidia.

Ille malum virus ſerpentibus addidit atris; prædariq́ lupos iuſſit, id eſt, odium, & inuidiam, & dolum hominibus inſeuit; vt eſſent velut lupi, & ſerpentes. Tum belli rabies, & amor ſucceſſit habendi. Alij putant Erigonem Icari filiam: alij Apollinis filiam ex Chryſoſtomi natam, & infantem Parthenon nomine dictam, eamq́ quòd parua obierit, ab Apolline inter ſydera collocatam.

Ortus virginis.

Virgo autem exoriẽs non pauca ſydera obſcurat: nam ſtatim lyra occidit cum ſagitta, & delphino, & oloris à capite corpus vſq́ ad caudam propè occidit: & fluminis prior pars, & equi caput cum ceruicibus. Exoritur autem hydra ſine crateris, & canis totus, & nauis argo ſine totius veli. hæc de ſexto ſigno.

CAP. VIII.

De Libra ſeptimo ſigno.

Libra.

Virgilius.

Lucanus.

SEptima pars zodiaci dicitur Libra: quia ſcilicet Sole in tali ſigno exiſtente, æquinoctium fit 8. calen. Octobris: ad iuſtæ pondera libræ, ait Lucanus. Et vir. 1. Georg. Libra die. ſomniq́ pares, vbi fecerit horas. Eſt autem hoc ſignum calidum, & humidum, aëreum, ſanguineum, occidentale, diurnum, maſculinum, ſicut gemini, & aquarius: cui dominatur in die Saturnus, & in nocte Mercurius. Eſt autem hoc ſignum domus Veneris ſicut & taurus. Saturnus 21. gradu iſtius ſigni exaltatur: Eſt ſignum mobile, quòd in illo æſtas mutetur in autumnum: lũbos, & anchas, ac partem inferiorem ventris ſibi ſubijcit. hæc de libra ſigno.

CAP. IX.

De Scorpio ſigno octauo.

Scorpius.

Natura Scorpij.

OCtaua pars zodiaci Scorpius, ob eam profectò cauſam, quòd inſtar ſcorpionis ille menſis ſe habet: illud enim animal cauda ſua pungit, ſic in fine illius menſis frigus incipit pungere, Sole ſuum non emittente, propter receſſum ſolitum calorem. Ingreditur Sol illud ſignum quaſi in medio Octobris. Eſt autem ſcorpius animal frigidum, & humidum, aqueum, flegmaticum, ſeptentrionale, nocturnum, fœmineum, ſicut cancer, & piſces: cuius dominus eſt Venus in die, & in nocte Mars: eſt enim domus Martis, ſicut & aries: inſuper ſignum fixum, ſicut taurus, & aquarius: ex homine pudibunda, & veſicam ſibi vſurpat. Scorpij prior pars, quæ chelæ dicitur, ita premitur ab æquinoctiali circulo; vt eum ſuſtinere videatur: ipſe autem pedibus ophiulci ſubditus, extrema cauda circulum hyemalem contingere videtur.

Chelæ.

Scorpij ſtellę.

Occidit autem inclinato capite, exoritur erectus à chelis. hic habet ſtellas in his, quæ chelæ dicuntur, in vnaquaq́ earum binas, ex quibus primæ ſunt clariores: habet præterea in frõte ſtellas tres, quarum media eſt clariſſima, inter ſcapulas tres, in ventre duas, in cauda quinq́, in cacumine ipſo, quo percutere exiſtimatur, duas: omnes ſunt decem, & nouẽ. hic propter magnitudinem corporis in duo ſigna diuiditur ab aſtrologis, quorum vnius effigiem, noſtri libram dixerunt. ſed omninò totum ſignum hac de cauſa ſtatutum aſſignatur,

Scorpij hiſtoria.

quòd Orion cùm venaretur, & in eo exercitatiſſimum ſe oſtenderet, fertur Dianæ dixiſſe, ſe

xiſſe, ſe

De zodiaco.

xiſſe, ſe omnia, quæ ex terra oriuntur interficere poſſe: quare terra permota, ſcorpionem eduxit, qui eum interficere oſtenditur. Iupiter autem vtriuſq; animum admiratus, ſcorpionem inter aſtra collocauit; vt ſpecies eius hominibus documento eſſet, ne quis eorum aliqua re ſibi confideret. Diana autem propter ſtudium Orionis petiit à Ioue, vt idem illi beneficium daret petenti, quod terra vltrò tribuiſſet: itaq; ſic à Ioue conſtitutus eſt, vt ſcorpio oriente, occidat Orion. Chelis orientibus, videtur & Bootes exoriens totus, & tota nauis apparet argo, hydraq; præter cacumen extremum caudæ, quod eſt ſub terra. Exoritur etiam genu, & ſura eius dextra, qui engonaſin vocatur. hunc eadem nocte occidere, & exoriri licet videre. Reliquum autem corpus cum ſcorpionis, & ſagittarij prouenit parte. Præterea cùm chelis exoritur cauda centauri, & occidit reliquum pegaſi corpus, & oloris extrema cauda, & Andromedæ caput cum vmbilico pegaſi, & piſtrix reliquo corpore ad ceruices, vt caput eius ſolum videatur, & caput Cephei pendens ad piſtricis occaſum cum manibus, & humeris peruenit ad terram. hæc de ſcorpio octauo ſigno diximus.

Ortus Scorpij

Chelis ortus.

CAP. X.

De Sagittario ſigno nono.

Sagittarij natura.

NOna pars zodiaci Sagittarius vocatur, quia nimirum Sole per ſagittarium decurrente, inſtar ſagittarum, niues, & pluuiæ è cœlo in terram mittuntur. Eſt autem animal calidum, ſiccum, igneum, colericum, maſculinum, diurnum, orientale, ſicut aries, & leo, cui Sol in die, & Iupiter in nocte dominatur: eſt enim domus Iouis ſicut piſces, ſignum commune, ſicut gemini, virgo, & piſces: in crura hominis ſuas exerit vires. Aſpectans autem ad occaſum, centauri corpore figuratur, velut emittens ſagittas, incipiens à pedibus vſq; ad humeros. In hyemali circulo ſic eſt collocatus; ita vt caput eius ſolum extra illum circulum apparere videatur, cuius arcus lacteo circulo medius diuiditur: ante pedes eius eſt quædam corona ſtellis effecta. hic præceps occidit, exoritur directus. habet autem in capite ſtellas duas, in arcu duas, in ſagitta vnam, in dextro cubito vnam, in manu priori vnam, in ventre vnam, inter ſcapulas duas, in cauda vnam, in priori genu vnam, in pede vnam, in inferiori genu vnam, in pollice vnam: omnes ſunt numero 15. Corona autem centauri eſt ſtellarum ſeptem. Sagittarium complures centaurum eſſe dixerunt: alij autem hac de cauſa negauerunt, quòd nemo ex centauris ſagittis ſit vſus. Dicunt nonnulli hunc eſſe Crotum nomine, Euphemes muſarum nutricis filium (authore Soſteo tragœdiarum ſcriptore) domicilium in monte Helicone habentem, & cum muſis ſolitum delectari, nonnunquam etiam ſtudium venationis exercuiſſe. Itaq; pro merita diligentia, magnam laudem aſſecutus eſt: nàm celerrimus in ſyluis, & acutiſſimus in muſis euaſit: pro cuius ſtudio muſæ petierunt à Ioue, vt in aliquo aſtrorum numero deformaretur. Iupiter ergo omnia illius artificia ſub vno corpore depinxit. Crura enim equina illi fecit, quòd ſcilicet equo multum ſit vſus: ſagittas pro ingenio adiunxit, vt ex his, & acumen, & celeritas illius cognoſceretur: caudam ſatyricam in corpore finxit, quòd non minus hic muſis, quàm Liber ſatyris ſit delectatus. Ante huius pedes ſtellæ ſunt paucæ in rotundo deformatæ, quas coronam eius, vt ludentis abiectam nonnulli dixerunt. Sagittarium exorientem, Ophiulcus totus exoriens inſequitur, & anguis, qui ab eo tenetur, caput eius, qui engonaſin vocatur, & ſiniſtra manus eiuſdem. Lyra tota cum Cephei capite, & humeris exit ad lucem. occidit autem canis maior cum Orione toto, & lepore, & aurigæ ſuperiore parte corporis: caput præterea, & pedes ſtus. occidit etiam totus Perſeus præter crus, & pedem dextrum: Argo autem puppim ſolam relinquens, peruenit ad terram. De ſagittario ſic locuti ſumus.

Stellæ Sagittarij.

Hiſtoria ſagittarij.

Sagittarij ortus.

Ortus aquarij

CAP. XI.

De zodiaco.

De Capricorno ſigno decimo.

Capricornus.

DEcima pars zodiaci capricornus nominatur, eſt enim cœleſte ſignum brumale: in quo Sol exiſtens ad nos aſcendere incipit, ſicut & illius eſt animalis natura, vt arborum ſummitatem petat, ſtirpiumq́ cacumina aſcendat. Eſt autem animal calidum, humidum, aëreum, ſanguineum, occidentale, diurnum, maſculinum, ſicut taurus, & virgo, cui præeſt in die Saturnus, & in

Capricorni natura.

nocte Mercurius: eſt enim domus Saturni, ſicut & aquarius: ſignum mobile, ſicut aries, cancer, & libra. Mars in 28. gradu illius exaltatur: in genua hominis virtutem exercet: ſpectans ad occaſum, totus in zodiaco circulo deformatur, & cauda, & toto corpore medius ab hyemali circulo diuiditur, ſuppoſitus aquarij manui ſiniſtræ. occidit autem præ-

Stellæ illius.

ceps, exoritur verò directus. habet ſtellam in naſo vnam, infra ceruicem vnam, in pectore duas, in priore pede vnam, in priore eodem alteram, inter ſcapulas ſeptem, in ventre ſeptem, in cauda duas: omnes ſtellæ viginti duæ. huius figuram ideò inter ſydera finxerunt, quòd Panea poſteriorem partem in effigiem piſcis, priorem verò in formam hirci commutauerit: cuius ingenium admiratus Iupiter, in cœlum tranſtulit. vel hac de cauſa in piſce poſterior pars illius vergit, quia nimirum in fine illius menſis magna conſueuit eſſe aqua-

Hiſtoria capricorni.

rum abundantia: prior verò, capram Iouis nutricem imitatur. Dicunt enim nonnulli capricorni effigiem ſimilem eſſe Egipani, quem Iupiter, quia cum eo erat nutritus, cum eo vtiq; eſſe voluit. Ægyptij Sacerdotes, & nonnulli poëtæ dicunt, eum, cùm plures dij in Ægyptum, repente veniſſe eodem Typhona acerrimum gygantem, & deorum maximè inimicum: quo timore permotos in aliam figuram ſe conuertiſſe, Mercurium nempè in Ibin, Apollinem in Thraeciam, auem, quæ grus dicitur, & ſimilia. Quare Ægyptij huiuſmodi

Pan.

aues violari non ferunt, ex eo quòd deorum imagines præſeferant. Eodem tempore Pana dicunt in flumen ſe deieciſſe, & poſteriorem partem corporis effigiem piſcis feciſſe, al-

Ortus.

teram verò hirci, & ita à Typhone profugiſſe: cuius ingenium Iupiter admiratus, effigiem eius inter ſydera collocauit. Capricornus exoriens, reliquum corpus occidit Perſei, exoritur olor cum aquila, & ſagitta, & ara. hæc de ſigno decimo.

CAP. XII.

De Aquario ſigno vndecimo.

Aquarius.

VNdecima pars zodiaci aquarius dicitur, ob nimiam aquarum copiam, quæ tunc temporis in terram decidere ſolita eſt. Ab imbribus ergò temporum aquarius vocatur, quòd hyeme, quando Sol in illo vertitur maiores pluuiæ

Natura.

profundantur. Eſt autem ſignum calidum, & humidum, aëreum, ſanguineum, occidentale, diurnum, & maſculinum, ſicut gemini, & libra: cui in die præeſt Saturnus, in nocte Mercurius: eſt enim domus Saturni, ſicut & capricornus: ſignum fixum, ſicut taurus, & ſcorpius: in tibias, & canellas pedum influit. habet pedes in hyemali circulo fixos: manum autem ſiniſtram, vſq; ad capricorni porrigens tergũ, dextram iubæ pegaſi propè contingens: ſpectat ad exortus. qui cùm ita ſit figuratus, neceſſe eſt eum corpore reſupinato videri. Effuſio aquæ peruenit ad eum piſcem, qui ſolitarius figuratur. occidit, & exoritur aquarius capite prius quàm reliquis membris, habet in capi-

Stellæ Aquarij.

te ſtellas duas obſcuras, in vtroq; humeris ſingulas magnas, in ſiniſtro cubito vnam grandem, in manu priori vnam, in vtroq; mammis ſingulas obſcuras, in lumbo interiore vnam,

Effuſio aquæ 30. ſtellarum.

in vtroq; genibus ſingulas: quæ omnes ſunt quatuordecim. Effuſio aquæ cum ipſo aquario eſt triginta ſtellarum: & in his omnibus prima, & nouiſſima clara. hunc complures Ga-

Deucalio.

nymedem eſſe dixerunt, quem Iupiter propter pulchritudinem corporis, ereptum parentibus, deorum miniſtrum feciſſe exiſtimatur. Quamobrem oſtenditur, vt aquam aliquo- modo

modo infundens. Hegeſinax autem, Deucalionem dicit eſſe, Chriſtiani Noë, quòd eo regnante tanta vis aquæ ſe de cœlo profuderit, vt cataclyſmus factus eſſe diceretur. Eubolus autem Cecropem demonſtrat eſſe, antiquitatem generis commemorans, & oſtendens, antequam vinum traditum ſit hominibus, aqua in ſacriſicijs deorum vſos eſſe, & ante Cecropem regnaſſe, quàm vinum ſit inuentum. Aquarius exoriens, ad dimidiam partẽ corporis equi pedes ſecum de terra ducit: & caput eius cum ceruice pegaſi. At etiam centaurus à cauda ad humeros virilis corporis occidit cum hydræ capite, & ceruicibus. hac de ſigno vndecimo diximus. De zodiaco. Deucalio. Ortus Aquarij

CAP. XIII.

De Piſcibus ſigno duodecimo.

DVodecima pars zodiaci dicta eſt Piſces, ob eandem planè rationem, quæ Aquario eſt attributa, atq; ob piſcium generationem, quæ illo tempore producitur. Eſt autem ſignum frigidum, & humidum, aqueum, flegmaticum, ſeptentrionale, nocturnum, fœmineum ſicut Cancer, & Scorpius: cuius domini ſunt in die Venus, & in nocte Mars: eſt præterea domus Iouis, ſicut & Sagittarius, ſignũ commune, ſicut Virgo, Sagittarius, & Gemini. in 27. ipſius gradu exaltatur Venus: ex homine determinat ſibi pedes. horum alter Notus, alter Boreus appellatur. Etenim vnus eorum, qui Boreus dicitur, inter æquinoctialem, & æſtiuũ circulum ſub Andromedæ brachio collocatus, & arcticum polum ſpectãs conſtituitur: Alter autem eſt in zodiaco circulo extremo ſub ſcapulis equi non longè ab æquinoctiali collocatus; ſpectans ad occaſum. hi Piſces quibuſdam ſtellis, vt lineola ab Arietis pede primo coniunguntur: quorum inferior antè occidere, & exoriri videtur. habet autem ſtellas decem & ſeptem, & Boreus duodecim. Coniunctio eorum habet ad aquilonem ſpectans ſtellas tres, ad exortum tres, in commiſſura tres. Diogenites Erithrarchus ait, quodam tempore Venerem cum Cupidine filio in Syriam ad flumen Eufratem veniſſe, ibiq; Typhonem gigantem apparuiſſe, Venerem autem cum filio in flumen ſe proieciſſe, & ibi figuram piſcium accepiſſe: atq; ita Gigantis manus euaſiſſe: Quam ob cauſam piſces huiuſmodi inter ſydera collocati ſunt. Piſcibus exorientibus, occidit reliquum hydræ corpus, & ipſe centaurus. Exoritur autem piſcis, qui notus vocatur, & Andromedæ dextera pars corporis. Hæc de duodecim ſignis zodiaci ſcripſimus, etiam ſecundum poëtarum figmenta, qui ſub huiuſmodi fabularum tegmine, philoſophiæ ſecreta abſconderunt, de quibus non eſt præſentis ſpeculationis diſputare de ſingulis; tum quia libri præſentis paupertas non patitur, tum quia multa alia nobis ſunt ſcribenda, & vtiliora, & clariora legenti. Piſces. Natura. Notus. Boreus. Stellæ piſciũ. Ortus.

DIGRESSIO SECVNDA CAP. I.

De Vrſa, & aliis ſignis cœleſtibus.

POſtquam de zodiaco locuti ſumus, operæpretium me facturum putaui, ſi de alijs ſignis verba facerem; vt ſic conſultum eſſet vtilitati legentium, de quibus quidẽ breuiter antea diſputauimus, nunc autẽ pleniori tractatu loquendum eſſe putaui. Porrò, de ſphæræ deſcriptione, ſic ab alijs inuenimus argotatum: Sphæra eſt ſolidum quoddam vna ſuperficie contentum, in cuius medio punctus eſt, à quo omnes lineæ rectæ ductæ ad circumferentiam ſunt æquales. Et ille punctus dicitur centrum ſphæræ. linea verò tranſiens per centrum ſphæræ, applicans extremitates ſuas ad circumferentiam ex vtraque parte, dicitur axis ſphæræ: duo quidem puncta axem terminantia, dicuntur poli mundi: quorum vnus, qui nobis ſemper appa- Sphæra quid. Centrum. Axis.

ret ſe-

Virg. *vel ſeptentrionalis vocatur, arctous, vel Borealis. vnde Virg. 1. Georgicorum Hic vertex*
nobis ſemper ſublimis. At illum ſub pedibus ſtix atra vident, manesq́ profundi. Loquitur
Mercurius. *& de hoc preclarè noſter Mercurius Dial. 5. Pymandri proprio nomine vocans:* Arctu-
rus, *inquit*; idem ſe perpetuò vertens, totamq́ trahens mundi machinam.
Vrſa. *Vrſa enim Arctos dicitur, ſignum cœleſte, habens figuram ſimilem plauſtri: proinde no-*
ſtri à bobus iunctis ſeptentriones appellauerunt à ſeptem ſtellis, ex quibus quaſi iuncti tri-
Polus Boreus *ones figurantur. itaq́ polus Boreus; qui nobis apparet, quique à Mercurio Arcturus ap-*
pellatur, à quo trahitur mundi machina, vtrasq́ Arctus vehit Arctico circulo clauſas, at-
que ita collocatas; vt alterius vnaquaq́ earum reſupinata, caput alterius tegere videatur,
Vrſa maior. *& quæ ſuperior fuerit, ad caudam inferioris contendat. harum maior in extremo circulo*
Stellæ vrſæ *pedes habet fixos, & in capite ſtellas ſeptem, omnes obſcuras, in vtriſq́ auribus binas, in*
maioris, *humero claram vnam, in pede de poſterioribus nouiſſimo duas, in ſummo inter ſcapilio v-*
nam, in crure de poſterioribus primo vnam, in pede priori duas, in cauda ipſa tres: om-
nes ſunt 21. Hanc autem Heſiodus ait eſſe Caliſto nomine, Lycaonis filiam, eius, qui in
Archadia regnauit: eamq́ ſtudio venationis inductam ad Dianam ſe applicuiſſe: à qua
non mediocriter eſt dilecta propter ſimilem vtriusq́ naturam: Poſtea à Ioue compreſſam,
Caliſto. *veritam Dianæ ſuum dicere euentum, quod diutius celare non potuit, iam enim vtero gra-*
ueſcente propèdiē partus, in flumine corpus exercitatione defeſſum cùm recrearet, à Di-
Arctos. *ana cognita eſt non ſeruaſſe virginitatem: cui dea pro magnitudine ſuſpicionis, non mino-*
rem retribuit pœnam: erepta enim facie virginali, in vrſæ ſpeciē eſt conuerſa, quæ Græ-
Archos. *cè Arctos dicitur: in eaq́ figura Archada procreauit hæc cùm in ſyluis vt fera vagare-*
tur à quibuſdam Etholorum capta, ad Lycaonem pro munere in Archadiam cum filio eſt
deducta. vbi inſcia legis, Iouis Lycæi templum cum filio, qui eam ſecutus fuerat, ingreſ-
ſa eſt. Quam ob cauſam cùm eam Archades interficere conarentur, Iupiter illius miſer-
tus in cœlum vna cum filio tranſtulit. vnde eam Arctum, filium verò eius Arctophila-
Filius vrſæ. *ca nominauit. Minor vrſa habet in ſtationis vnoquoq́ loco ſtellas ſingulas clarè lucentes,*
& ſuper caudam tres, omnes ſunt ſeptem. ſed in prioribus caudæ ſtellis vna eſt, à qua po-
lus appellatur, per quem locum mundus vertitur: reliquæ verò duæ circa polum verſan-
Vrſa minor, *tur. hanc Agloaſthenes ait Cynoſuram eſſe vnam de Iouis nutricibus ex ideis nymphis,*
ſtellæ illius. *atq́ ab eius nomine, & vrbem, quæ Hiſtos vocatur, à Nicoſtrato, & ſodalibus eius con-*
Cynoſura. *ſtitutam, & portum, qui ibi eſt, & agri maiorem partem, Cynoſuram appellatam. Non-*
nulli, & Helicen, & Cynoſuram nymphas eſſe, Iouis nutrices dicunt: Quam ob cauſam
pro beneficio, in cœlo collocatæ ſunt, & vtraq́ arcti nuncupatæ, quam noſtri ſeptentriones
dixerunt: ſed maiorem arctum, plauſtro ſimilem putant, quam Græci ἅμαξαν appellant.
Plauſtrum. *Etenim, antiqui Aſtrologi, non arctum, ſed plauſtrum nominauerunt: Ex ſeptem namq́*
ſtellis, duæ quæ pariles, & maximè in vno loco videntur, pro bobus habentur, reliquæ ve-
rò quinq́, figuram plauſtri ſimilant: proinde proximum ſignum Bootem nominarunt. A-
Aratus. *ratus autem, non ideo Bootem, nec illud plauſtrum dicit appellari; ſed quòd arctus vi-*
deatur, vt plauſtrum circa polum verſari, qui Boreas appellatur, & Bootes eam agitare:
in quo non mediocriter errat: nam iisdem temporibus, quibus fuit Homerus, hæc arctus
Thales. *eſt dicta, & plauſtrum, Bootis autem nuſquam meminit Arctophilaca dixit. Thales, qui*
diligenter de his exquiſiuit, & hanc primam arcton appellauit, natione fuit Phœnix, vt
Phœnice. *Herodotus Mileſius dicit, hinc arctos minor Phœnice appellata eſt; & illi, qui hanc ob-*
ſeruant, veriùs, certiùsq́ nauigare dicuntur. Igitur omnes, qui Peloponeſum incolunt, pri-
ore vtuntur arcto: Phœnices verò, quam à ſuo inuentore acceperunt, obſeruant: & hanc
Draco. *ſtudioſius perſpiciendo, diligentiùs nauigare exiſtimantur. Draco inter duas arctos collo-*
catus videtur corporis ſinu facto arctum minorem ita concludere, vt penè pedes eius
tangere videatur; cauda autem flexa, caput maioris attingere, corpus autem in ſphæram
complicari: & ſi quis diligentiùs attenderit, videre poterit caput Draconis ad maioris ver-
Stellæ Draconis. *ſæ regionem caudæ collocari. habet in vtroq́ tempore ſtellas ſingulas, in oculis ſingulas, in*

mente

mento vnam, & toto corpore reliquo paſſim claris decem; omnes ſunt numero quindecem. hic vaſto corpore oſtenditur inter duas arctos, qui dicitur aurea mala Heſperidum cuſtodiſſe, & ab Hercule interfectus, à Iunone inter ſydera collocatus, quòd illius opera Hercules ad eum eſt profectus, qui hortum Iunonis tueri ſolitus exiſtimatur. Ait enim Pherecydes, cùm Iupiter Iunonem vxorem duceret, terram inueniſſe ferentem aurea mala cũ ramis: inde admiratam petiiſſe à terra, vt in ſuis hortis ſereret, qui erant vſq; ad Atlantem montem: cuius filiæ cùm ſæpiùs de arboribus mala decerperẽt, Iuno dicitur hunc ibi cuſtodem poſuiſſe. hoc etiam confirmat, authore Eraſtone, quòd in ſyderibus ſuper illum draconem Herculis ſimulachrum oſtenditur. Nonnulli autem dixerunt hunc draconem à gigantibus Mineruæ obiectum eſſe, cùm eos oppugnaret: Mineruam verò arreptum draconem contortũ ad ſydera ieciſſe, & ad ipſum axem cœli fixiſſe. Arctophilax, id eſt, cuſtos arcti, more bubulci plauſtrum ſequi videtur, vnde & Bootes, ſiue Boetus dictus eſt, à boue nomen deductum habens, latinè bubulcus. Ouidius, Arctophilax formam terga ſequentis habet. Cicero 2. de natura deorum. Septemtriones autem ſequitur Arctophilax. huius manum ſiniſtram circulus arcticus includit, ita, vt neq; occidere, neq; exoriri videatur: ipſe enim poſitus ab arctico circulo, ad æſtiuum definitur, inclinatus in longitudinem, dextro pede, æſtiuo circulo nixus. huius humeros, & pectus à reliquo diuidit circulus, qui per vtroſq; polos tranſiens, tangit Arietem, & chelas. hic quidem cum Tauro, & Geminis, & Cancro, & Leone occidit: ideò ſerò occidere dicitur, quòd magis erectus à pedibus peruenit ad terram: at exoriens citiùs quàm chelæ videtur. habet autem in ſiniſtra manu ſtellas quatuor, quæ nunquam occidere videntur, in capite ſtellam vnam, in vtroq; humero ſingulas, in vtraq; mamma ſingulas, ſed clariorem dexteram, & ſub ea alteram obſcuram, & in cubito dextro claram vnam, in zona vnam clarius cæteris lucentem, quæ arcturus appellatur, quæq; oritur die 17. Septembris, & alterat ſequenti die aërem. Apparet etiam veſperi die 25. Februarij, die autem 6. Iunij occidit. De hoc fertur, quod fuerit Archas Caliſtonis, & Iouis filius, quem dicitur Licaon, cùm Iupiter ad eum in hoſpitium veniſſet, cum alia carne conciſum pro epulis appoſuiſſe; ſtudebat enim ſcire, ſi Deus eſſet, qui ſuum hoſpitium deſideraret. Quo facto, non minori pœna eſt affectus: nam ſtatim menſa à Ioue proiecta, ſimul & fulmine illius domus accenſa eſt, ipſo in figuram lupi conuerſo. At pueri membra collecta, & compoſita in vnum, cuidam Ethelorum dedit alendum: qui adoleſcens effectus, in ſyluis cùm venaretur, inſcius vidit matrem in vrſæ ſpeciem conuerſam, quam interficere cogitans perſequutus eſt in Iouis Licæi templũ: quò, & qui acceſſiſſet mors pœna erat Archadum lege. Itaq; cùm vtrumq; neceſſe eſſet interfici, Iupiter eorum miſertus, ereptos inter ſydera (vt dixi) collocauit. Coronam humero ſiniſtro Arctophilax propè contingere videtur, quæ ante Engonaſin dextri pedis calce coniungit. hæc Cancro, & Leone exoriente occidere, cum Scorpione exoriri perſpicitur. habet autem ſtellas nouem rotundo diſpoſitas, ſed ex his tres clariùs cæteris lucentes, die 6. Octobris mane oritur, & eſt vehemens aëris mutatio, die autem 27. Nouembris, Orion oritur, & hæc occidit. hæc exiſtimatur Ariadnæ fuiſſe à Libero patre inter ſydera collocata: nam cùm in inſula Diacum Libero nuberet, hanc à Venere accepit, cùm omnes dij in eius nuptiis dona conferrent. Aiunt nonnulli, Liberum ad Minoæ regna proficiſcentem, hanc Ariadnæ dediſſe: quam Vulcanus confecerat ex auro, & Indicis gemmis, per quas Theſeus exiſtimatur de tenebris Laberynthi ad lucem veniſſe, quòd aurum, & gemmæ in obſcuro, fulgorem luminis efficiebant. Engonaſin poſitus eſt inter duos circulos, arcticum, & æſtiuum, vtriſq; pedibus, & dextro genu arcticum circulum terminat. Ita tamen, vt dextro pede prioribus digitis circulum finiat, ſiniſtro autem toto, caput Draconis opprimere conetur. humeris autem velut ſuſtinens circulum æſtiuum, & manu dextra porrecta tangens, leua autem è regione ad ſiniſtrum genu porrigens, æquali interuallo circuli æſtiui, & genu ſiniſtri. hic occidens capite prius, quàm reliquo corpore, deuenit ad terram: qui cum totus occidit, vt pendere pedibus ex arctico videatur, exoriens

Pherecydes.
Minerua.
Arctophilax.
Bootes.
Stellæ Bootis
Arcturus.
Hiſtoria Bootis.
Corona.
Stellæ.
Hiſtoria coronæ.
Engonaſin.
Hercules.

ante

De Hercule. Stellæ illius.

niteè pedibus, quàm reliquis membris: habet autem in capite ſtellam vnam, in ſiniſtro brachio vnam, in vtroq; humero ſingulas clarè lucentes, in manu ſiniſtra vnam, in dextro cubito vnam, in vtroq; latere ſingulas, ſed clariorem in ſiniſtro, in dextro femore duas, in genu vnam, in poplite vnam, in crure duas, in pede vnam, quæ eſt clarior, in ſiniſtra manu quatuor, quas pellem Leonis nonnulli eſſe dixerunt: atq; ita ſunt omnes decem & nouē.

Hiſtoria.

hunc Eratoſthenes Herculem appellat ſupra draconem collocatum, eumq; paratum, vt ad decertandum ſiniſtra manu, pellem Leonis, dextra clauam tenentem, draconem interficere conantem. horum igitur pugnam Iupiter admiratus, inter aſtra conſtituit: habet enim draco caput erectum, Hercules verò dextro genu nixus, ſiniſtro pede, capitis eius dexteram partem opprimere conatur, dextra manu ſublata vt feriens, ſiniſtra proiecta cum pelle Leonis.

Lyra.

Lyra menſe Maij die quarta veſperi oritur, & aër multum turbatur, decimaquinta Auguſti de mane occidit. hæc poſita eſt contra regionem eius loci, qui eſt inter genu, & manum ſiniſtram eius, qui Engonaſin vocatur, cuius ipſa teſtudo ſpectat ad arcticum circulum: ſummum autem cacumen ad polum notium contendere videtur.

Ortus.

hæc lyra, Virgine exoriente, occidere videtur, & cum Sagittario oriri perſpicitur.

Stellæ.

habet autem in ipſis teſtudinis lateribus ſingulas ſtellas, in ſummis cacuminibus eorum, quæ in teſtudine, vt brachia ſunt coniuncta, ſingulas: in mediis iiſdem, quos humeros Eratoſthenes fingit, ſingulas: in ſcapulis ipſius teſtudinis duas, in ima lyræ, quæ vt baſis totius videtur, vnam, ſicq; omnes ſunt numero nouem.

Hiſtoria.

Lyra autem inter aſtra collocata eſt (authore Eratoſthene) quia ab initio à Mercurio facta de teſtudine, Orpheo eſt tradita, cuius maximè fuit ſtudioſus. vnde exiſtimatur ſuo artificio, feras etiam ad ſe, audiendi cauſa allicuiſſe.

Orpheus.

Is querens vxoris mortem, ad inferos fertur deſcendiſſe, ibiq; deorum progeniem ſuo carmine laudaſſe: præter Liberum patrem, quem obliuione ductus, prætermiſit. Poſtea igitur Orpheus in Olympo monte, qui Macedoniam diuidit à Thracia, ſedens, cùm cantu delectaretur, dicitur ei Liber baccas obieciſſe, quæ corpus eius diſcerperent: Muſas autem collecta membra ſepulturæ mandaſſe: & lyram, quo maximè potuerunt beneficio, illius memoriæ cauſa, figuratam ſtellis, inter ſydera conſtituiſſe, idque Apollinis, & Iouis voluntate, quod Apollinem maximè laudauerit, Iupiter verò filio beneficium conceſſit.

Lyra Orphei.

Mercurius.

Alij autem dicunt, Mercurium, cùm primùm lyram feciſſet, in Cyleno monte Archadia, ſeptem cordas inſtituiſſe ad Atlanticum numerum, quod Maia vna ex illarum numero eſſet, quæ Mercurij eſt mater. Deinde, cùm Apollinis boues abegiſſet, deprehenſus ab eo, quò ſibi faciliùs ignoſceret, lyram Apollini conceſſit, quam Orpheo, qui cytharam inuenerat, tradidit.

CAPVT II.

De Olore, ſeu Cygno.

Olor.

OLoris vna ala eſt ad circumductionem circuli, qui Arctos vocatur, contingens extremum pedem ſiniſtrum eius, qui Engonaſin nominatur: ſiniſtram verò alam habet paululùm extra circulum æſtiuum, coniungens penè pegaſi pedibus: æſtiuus verò circulus roſtrū eius à reliquo corpore diuidit: extrema autem cauda cum capite Cephei iungitur.

Ortus.

hic cùm virgine, & chelis occidens, prius capite, quàm reliquis membris deuenit ad terram: exoritur autem cū Capricorno.

Stellæ.

habet in capite ſtellam clarè lucentem vnam, in collo alteram pari fulgore, in vtriſq; pennis quinas, ſupra caudam vnam: omnes ſunt numero 13. hunc Olorem, Græci Cygnum appellant, quem complures propter ignotam hiſtoriam, Ornim nominauerunt.

Fabula.

fabulantur namq; poëtæ Iouem Nemeſin amare cœpiſſe, atq; hac arte vſum fuiſſe. Iuſſit Venerem aquilæ formam ſimulatam ſe ſequi, ipſe in olorem conuerſus, vt aquilam fugiens, ad Nemeſim peruenit, quem Nemeſis non aſpernata, amplexu tenens, & ſomno correpta,

Iupiter

De Caſſiopeia, Andromeda, Perſeo.

Iupiter ſuam voluptatẽ expleuit, inde fugiens, quia ab hominibus altè volans, cœlo proximus videbatur: inter ſydera dictus eſt eſſe conſtitutus. Quod ne falſum quidem videretur, Iupiter inter aſtra collocauit, & aquilam conſequentem ediuinxit. Nemeſis autem menſibus exactis, vt quæ auium generi eſſet iuncta, ouum procreauit, quod Mercurius auferens, detulit Spartam, & Ledæ ſedenti proiecit in gremium, ex quo naſcitur Helena, cæteris corporis ſpecie præſtans, quam Leda ſuam filiam nominauit.

Leda. Helena.

Cepheus à tergo minoris arcti conſtitutus, includitur arctico circulo à pedibus ad pectus, vt præter humeros, & caput eius, nihil occidere videatur: nec longè abeſt à flexu draconis, quem capite primum efficere videtur.

Cepheus.

Cepheus autem manibus vtriq; proiectis figuratur, tantóq; diſſidet interuallo à pedibus arcti minoris, quantum ſpatium inter pedes Cephei videtur.

Situs.

huius caput, Scorpione exorto, occidere, cum Sagittario exoriri videtur.

Ortus.

habet in capite ſtellas duas, in manu dextera vnam, in cubito obſcuram vnam, in ſiniſtra, & in humero ſingulas, in dextro humero vnam, in zona, quæ medium ipſius diuidit corpus, tres ſtellæ claræ videntur, in latere dextro obſcuram vnam, in ſiniſtro genu duas, in vtriq; pedibus ſingulas, ſupra pedes ſtellæ quatuor: numerus ſtellarum 19.

Stellæ.

hunc Euripides cum cæteris Phœnicis filium Æthiopum Regem eſſe demonſtrauit, Andromedæ patrem. hanc autem Perſeus à periculo ceti liberatam, in vxorem duxit: ita, vt totum genus eorum perpetuò maneret: ipſum verò Cepheum inter ſydera numerauit.

Hiſtoria.

Caſſiopeia ſedens in ſiliquaſtro collocata eſt, cuius ſedilis, & ipſius Caſſiopeiæ pedes poſiti ſunt in ipſa circumductione circuli, qui arcticos vocatur.

Caſſiopeia. Situs.

Effigies autem corporis ad æſtiuum circulum peruenit, quẽ capite, & dextera manu tangit. hanc propè mediã diuidit circulus lacteus: hæc occidens cum Scorpione, cum ſedili reſupino ferri perſpicitur; exoritur autẽ cum Sagittario.

Ortus.

huius in capite ſtella oſtenditur vna, in vtroq; humero vna, in mamilla dextra clara vna, in lumbis magna vna, in ſiniſtro femore duas, in genu vna; in pede ipſius dextro vna, in quadrato, quo ſella deformatur, vna: in vtriſq; ſingulæ clariùs cæteris lucentes: ſtellarum numerus 13.

Stellæ.

De hac Euripides, & Sophocles, alijq; plures dixerunt, quòd gloriata fuerit, ſe forma Nereidas vincere: quã ob cauſam inter ſydera ſedens in ſiliquaſtro conſtituta eſt: quæ propter impietatem, vertente ſe mundo, reſupinato, ferri videtur.

Andromeda propè Caſſiopeiam ſupra caput Perſei, breui interuallo diſſidente, perſpicitur collocata, manibus diuerſis vincta, vt antiquis hiſtoriis eſt traditum, caput equi pegaſi ventri coniungitur: eadem enim ſtella, vt vmbilicus pegaſi, & Andromedæ caput appellatur.

Andromeda. Situs.

huius medium pectus, & manum ſiniſtram circulus æſtiuus diuidit. Occidit autem cum Piſce de duobus, ſecundo, qui eſt eiuſdem brachio ſubiectus. Exoriente Libra, & Scorpione, capite prius, quàm reliquo corpore peruenit ad terram. Exoritur autem cum Piſcibus, & Ariete.

Occaſus. Ortus.

hæc (vt dixi) habet in capite ſtellam vnam clarè lucentem, in vtroq; humero vnam, in cubito dextro vnam, in ipſa manu vnam, in ſiniſtro cubito, vel brachio vnam, in manu alteram, in zona tres, ſuper zonam quatuor, in vtroq; genu vnam, in pedibus autem binas: omnes ſunt viginti.

Stellæ.

hæc dicitur Mineruæ beneficio inter aſtra collocata propter Perſei virtutem, quòd eam ceto obiectam, liberauerit.

Hiſtoria.

Perſei ſiniſtrum crus, & humerum læuum circulus æſtiuus à reliquo corpore diuidit: ipſe autem manu dextra arcticum circulum tangit, dextro verò pede, caput aurigæ premere velut currens videtur.

Perſeus. Situs.

Idem occidens, Sagittario, & Capricorno exorto, inclinat ad caput verſus: cum Ariete autem, & Tauro rectus exoritur.

Occaſus & Ortus.

habet autem in vtroq; humero ſtellam vnam, in manu dextera clarè lucentem vnam, qua falcem tenere dicitur, quo telo Gorgona interfecit, in ſiniſtra alteram, quæ caput Gorgonis tenere exiſtimatur, in ventre ſtellam vnam, in lumbis alteram, in dextro femore vnam, ad genu in tibia vnam, in pede vnam obſcuram, in ſiniſtro femore vnam, in genu alteram, in tibia duas, in ſiniſtra manu, quod caput Gorgonis vocatur, ſtellas quatuor, caput eius, falx ſine ſyderibus apparent: numerus ſtellarum omnium decem & ſeptem.

Stellæ. Caput Gorgonis.

hic à Polydecte Magnetis filio ad Gorgonas miſſus, à Mercurio, qui eum diligebat, talaria, & petaſum accepit, galeam præterea,

Hiſtoria.

qua in-

De Æſculapio ſagitta & aquila.

quâ indutus ex aduerſo videri non poterat; à Vulcano ſalcem ex adamante factam, quâ Meduſam Gorgonem interfecit. Heniochus, ſiue auriga, circulo æſtiuo, geminis ſine humero præterea ſiniſtro vſque ad zonam diuiditur. huius dexter pes, Tauri cornu ſiniſtro ſtella coniungitur, ideò vna manu, vt lora tenens figuratur.

Auriga. Situs.

In huius humero ſiniſtro, capra; in manu autem duo hedi ſtellis formati dicuntur: totus autem pedibus perſei ſubiectus; caput habet contra vrſæ maioris aſpectum. hic occidere, ſagittarij, & capricorni exortu, videtur: exoritur autem ophiuleo, & engonaſin occidente.

Occaſus & Stellæ.

habet ſtellam vnam in capite, in vtroque humero vnam, in ſiniſtro clariorem, quæ vocatur capra, in vtroque cubito vnam, in manu duas; quæ hedi vocantur, ſtellis propè occidentibus formati: omnes ſunt numero ſeptem.

Capra Hædi.

Ortus & occaſus hædorũ.

Hædi ſeptima die Octobris oriuntur veſperi, decima decembris mane occidunt. Capra ſexta die menſis Maij oritur, & valdo alteratur aër. Eiuſdem menſis 24. veſperi occultatur, & nudiuſtertius eiuſdem diei aër mouetur. ſeptima menſis Septembris eadem veſperi oritur, vndecima Decembris, occidit mane, & poſtridie fit aëris turbatio.

Hiſtoria ſeu fabula.

hunc Eratoſthenes Erichthonium eſſe putat; quem Iupiter cùm vidiſſet primum inter homines, equos, & quadrigas iunxiſſe, admiratus eſt ingenium hominis ad ſolis inuenta acceſſiſſe, ideóq; in cœlum tranſtulit. Parmeſius autem ait, Meliſſeum quendam fuiſſe Cretæ Regem, cuius filiabus traditus eſt Iupiter alendus, quæ quia lac non habebant, capram ei admiſerunt, Amaltheam nomine, quæ eum dicitur educaſſe: hæc autem geminos hædos ſolita eſt procreare, & eo tempore peperit, quo Iupiter nutriendus eſt allatus. Itaq; propter beneficium matris, & hædos quoq; dicitur inter ſydera collocaſſe.

Serpentarius.

Ophiulcus, ſiue ſerpentarius inclinatus à capite, vt qui reſupinari videtur, manibus anguem tenere depingitur. huius autem humeri ab æſtiuo circulo diuiduntur à reliquo corpore; ipſe geminum ſine ab æquinoctiali terminatur circulo, pede ſiniſtro premens oculos, dextro autem teſtudini ſcorpionis innixus.

Situs.

Anguis autem qui ab eo tenetur, propè extremo ore coronam contingens, medium præcingit Ophiulcum, à cauda breuior, quàm ſuperiore corpore, qua manus ſiniſtra ipſius ſigni figuratur; ita tamen, vt extrema cauda circulum æquinoctialem cum aquilæ cauda iungat. Occidens autem ex ortu geminorum, cancri, & leonis, peruenit ad terram. Exoriens autem, cum ſcorpione, & ſagittario apparet.

Occaſus & ortus. Stellæ.

hic habet in capite ſtellam vnam, in vtroque humero ſingulas, in ſiniſtra manu tres, in dextera manu quatuor, in lumbis duas, in vtroq; genu ſingulas, in dextro crure vnam, in vtroq; pede ſingulas, ſed clariorem in dextro. Numerus omnium 17.

Stellæ anguis

Anguis autem habet in ſummo capite ſtellas duas, ſub capite tres, omnes vno loco, ad manum ipſius Ophiulci ſiniſtram, duas, ſed quæ maxime ad corpus eius accedit, clariorem: & in dorſo anguis ad ipſam corporis coniunctionem, quinq;, & in prima curuatura caudæ quatuor, in ſecunda verſus caput ſex. omnes ſunt 23.

Ophiulcus.

Vocatur Ophiulcus, quaſi angui tenens dictus, ſupra ſcorpionem conſtitutus, manibus anguem tenens medium corpus eius implicantem.

Phorbas.

hic dicitur fuiſſe Phorbas, qui Hiodijs auxilio maximo fuit. Nam cùm eorum inſulam ſerpentum multitudine occupatam, ciues Ophiuſam appellaſſent, & in ea multitudine ferarum, draco fuiſſet ingenti magnitudine, qui plurimos eorum interfeciſſet, & patria denique deſerta, carere coegiſſet; dicitur Phorbas Triopæ filius ex Hyſocla Mrmidonis filia natus, eo repente delatus, omnes feras, & draconem interfeciſſe. Qui cùm maximè Apollini eſſet charus, inter ſydera eſt collocatus.

Hiodij.

Quamobrem Hiodij quotieſcunq; à littore longius prodeunt, priùs ſacrificant; vt ſimilis euentus inopinatæ virtutis illis contingat.

Æſculapium.

Complures Aſtrologi hunc Æſculapium finxerunt, quem Iupiter Apollinis cauſa inter aſtra collocaſſet. Æſculapius enim, cùm cæteris omnibus medicina præſtaret mortalibus, fertur etiam Hyppolitum nouercæ impietate peremptum, ad vitam reuocaſſe, ſic Eratoſthenes ait. Alij verò Glaucum Minos filium, eius opera reuixiſſe.

Quomodo dicitur mortuũ ſuſcitaſſe.

Cùm enim Glaucum ſanare cogeretur, clauſus quodam loco ſecreto, baculum manu tenens, cogitans quid ageret, dicitur anguis ad baculum acceſſiſſe, quem Æſculapius mente commotus interfecit. Deinde alter anguis eò venit ore ferens herbam, quam in caput interfecti ſerpentis impoſuit, quo facto, illico ſurrexit.

De eridano, lepore, Orione.

ſurrexit. Quare Æſculapius eadem herba vſus, Glaucum ad vitam redaxit, Itaq; anguis, & in Æſculapij tutelam, & in aſtris dicitur collocatus: qua conſuetudine inducti poſteri ſunt; vt reliqui medici anguibus viterentur. Sagitta inter duos circulos, æſtiuum, & æquinoctialem, ſigno aquilæ ſuppoſita, diuiditur ab eo circulo, qui vtroq; polo ſubiectus, ad cancrum, & capricornum peruenit. huius cacumen ad equipedum regionem ſpectat, altera pars ad humeros Ophiulci tendit. hæc occidit virginis ortu: oritur autem cum ſcorpione, habet ſtellas quatuor, quarum vna eſt in principio materiæ, altera in medio, duæ reliquæ in eo loco, quò ferrum ſolet affigi. hanc vnam de Herculis telis eſſe dicunt, qua aquilam interfecit. Aquila ala dextra non multum extra circulum æquinoctialem prodire; ſiniſtra verò non longè à capite Ophiulci figurata videtur. Roſtrum præterea eius, à reliquo corpore diuidit circulus, qua à cancro ad capricornum peruenit: media autem finitur à circulo lacteo. hæc exorto leone, occidit: exoritur autem cum capricorno, habens in capite ſtellam vnam, in vtraq; pennam vnam, in cauda vnam: numerus earum 4. hæc dicitur Ganimedem rapuiſſe, & Ioui tradidiſſe: hanc etiam Iupiter primus ex auium genere ſibi delegiſſe exiſtimatur, quæ ſola contra ſolis orientis radios contendere valet; vnde ſuper aquarium volare videtur, quem complures Ganimedē eſſe finxerunt. Aglaoſthenes ait, Iouem Cretæ ſurreptum, Naxum delatum, & ibi eſſe nutritum: qui poſtquam peruenit ad virilem ætatem, & bello laceſſere Titanas vellet, ſacrificanti ei aquilæ auſpicium accepit, quo vſus eſt, eamq; inter aſtra dicitur collocaſſe. Delphinus non longè ab aquilæ ſigno figuratur in curuatione caudæ nouiſſimæ æquinoctialis circuli, capite propè contingit equi pegaſi roſtrum. hic exoritur cum ſagittarij poſteriore parte, occidit autem cum virgo exorta eſt à capite. habet autem in capite ſtellas duas, ſupra caput ad verticem duas alias, ad ea, quæ in ventre, velut pennæ videntur, habet ſtellas tres, in ſcapulis vnam, in cauda duas. Die nona Iunij veſperi oritur: 19. Auguſti mane occidit, & eſt mutatio æſtatis ad frigiditatem, oritur etiam die 4. Ianuarij. Aquila menſe Iunij die ſecunda veſperi oritur: vigeſima quinta Iulij de mane occidit. Eratoſthenes dicit Neptunum voluiſſe Amphitricem ducere vxorem, quæ cùm fugiſſet ad Atlanta cauſa virginitatis ſeruandæ, ad eam quærendam plures miſiſſe, inter quos & Delphinum quendam nomine; qui peruagatus inſulas, aliquando ad virginem peruenit, eiq; perſuaſit, vt Neptuno nuberet, & ipſe nuptias eorum adminiſtrauit. Quamob cauſam Neptunus inter ſydera Delphini effigiem collocauit: hæc de his ſignis dicta ſunt.

Sagitta. Situs. Occaſus, & Ortus. Stellæ. Ganimedes. Aquila auis Iouis. Delphin. Occaſus, & Ortus. Stellæ. Hiſtoria.

CAP. III.

De equo & triangulo.

EQuus, arcticum circulum ſpectans, pedibus æſtiuo orbi niti, extremo ore caput delphini tangere videtur, aquarij manum dexteram ſuæ ceruici coniungens, vtriſq; piſcibus clauditur: huius in ſtellis corpus apparet vſq; ad vmbilicum deformatum. hic occidit cum piſce de duobus primo, qui ſupra tergum eius eſt fixus. Exoritur cum aquario toto, & piſce, & manu aquarij dextera. hic habet in roſtro ſtellas duas obſcuras, in capite vnam, in maxilla vnam, in vtriſq; auribus ſingulas; in ceruicibus quatuor obſcuras, ſed maximè lucet; quæ capiti proxima apparet in humero claram vnam, in pectore vnam, in ſcapilio vnam, in vmbilico nouiſſimam vnam; quæ Andromedæ vocatur: in genibus vtriſq; ſingulas, in vtriſq; poplitibus ſingulas: omnes ſunt numero decem & octo. Menſis Martij die 19. de mane oritur ſimul cum Sole. hunc Aratus, & alij complures pegaſum Neptuni, & Meduſæ Gorgonis filium dixerunt, qui in Helicone Bœtiæ monte, vngula ſaxum feriens, fontem aperuit, qui eius nomine hypocrine eſt appellatus. Delteton, ſiue triangulus, æquis quodammodò lateribus duobus, vno breuiore, ſed propè æquali reliquis, inter æſtiuum, & æquinoctialem circulum ſupra caput arietis, non longè ab Andromedæ dextro crure, & Perſei manu ſiniſtra collocatur:

Equus. Situs. Stellæ. Ortus, & Occaſus. Aratus. Triangulus. Stellæ ortus.

catur cum ariete toto occidens, exoriens verò cum eiuſdem dimidia priore parte. habet
autem ſtellas in vnoquoq; angulo vnam. hoc ſydus velut litera eſt græca in triangulo po-
ſita, vnde Deltoton vocatur. Supra caput arietis à Mercurio collocatum fuiſſe, quidam
aiunt, vt obſcuritas arietis huius ſplendore, quo loco eſſet, ſignificaretur: & Iouis nomen
Græcè dios primam literam deformaret. Nonnulli Ægypti poſitione, alij qua Nylus ter-
Sicilia. *minaret Æthiopiam, & Ægyptum, eſſe dixerunt: alij Siciliam, quæ Trinaclia dicitur,*
Signa auſtralia. *figuratam putauerunt. Hæc, quæ hactenus numerauimus ſeptentrionalia, poſt hæc verò*
auſtralia ſigna, ſeu imagines numerabimus, ex quibus vnum, cetus, ſiue piſtrix appella-
Cœtus. *tur: quod quidem ſignum à media cauda diuiditur ab hyemali ſpectans ad exortus, ro-*
ſtro propè poſteriorem arietis pedem iungens. huius autem priorem corporis partem, quæ
Situs. *ſpectat ad exortus, propè alluere flumen Eridani videtur. hoc ſignum cadit, exorto can-*
Ortus, & Occaſus. *cro, & leone; exoritur verò cum centauro, & Geminis. habet autem in extrema cauda*
ſtellas duas obſcuras: ab eo verò loco, vſq; ad reliqui corporis curuaturam, quinq;, ſub ven-
Stellæ. *tre ſex: numerus omnium 13. De hoc dicitur, quòd à Neptuno miſſus fuerit, vt Andro-*
medam interficeret, ſed à Perſeo fuerit peremptus: propter corporis tamen immanita-
Eridanus. *tem, virtutemq; inter ſydera eſſe collocatum. Eridanus, à ſiniſtro pede profectus Orionis,*
& perueniens vſq; ad piſtricem, rurſus diuiditur vſq; ad leporis pedes, & proximus ad an-
tarcticum tendit circulum. huius figurationem circulus hyemalis diuidit ab eo loco, in
Situs. *quo quaſi cum ceto coniungitur. hic ſcorpione, & ſagittario exortis, occidere, cum gemi-*
Occaſus, ortꝰ. *nis autem & cancro exoriri videtur. habet ſtellas in prima curuatura, tres, in ſecunda tres,*
Stellæ. *in vltima ſeptem: omnes ſunt 13. hunc autem Nilum nonnulli dixerunt, propter illius ma-*
gnitudinem, atq; vtilitatem: deniq; quòd infra ſe ſit quædam ſtella, clariùs cæteris Cano-
pos nomine: Canopos autem inſula eſt, quæ flumine Nilo abluitur. Lepus infra ſiniſtrum
Canopos. *pedem Orionis per hyemalem circulum fugiens, ab eo, inferiore corporis parte diuiſus eſt.*
Lepus. *occidit, ſagittario exorto, oritur autẽ leone. habet autẽ ſtellas in vtriſq; auribus ſingulas, in*
Ortus occaſus. Stellæ. *corpore diſpoſitas duas, in pedibus prioribus ſingulas. hic dicitur Orionis venantis canem*
Orion. *fugere: proinde ad pedes ipſius fugientem finxerunt. Orion à zona, & reliquo corpore, ab*
æquinoctiali circulo diuiditur. Is cum tauro decertans collocatur, dextra manu clauam
Ortus. *tenens, enſeq; accinctus, ad occaſum ſpectans occidit, exorta ſcorpionis poſteriore parte,*
Stellæ. *& ſagittario exoriente: cum cancro autem toto corpore pariter exurgit: Iunij enim 25.*
mane incipit oriri: Iulij autem 3. totus exoritur: idem 26. Nouembris oritur, & 27. Apri-
lis occidit. hic habet in capite ſtellas tres claras, in vtriſq; humeris ſingulas, in cubito de-
xtro obſcuram vnam, in manu ſimilem vnam, in zona tres, in eo, quo gladius eius defor-
Fabula. *matur, tres obſcuras, in vtriſq; genibus ſingulas claras, in pedibus ſingulas obſcuras: nu-*
Vrion. *merus omnium decem & ſeptem. hunc Heſiodus Neptuni filium appellat, ex Vriali Mi-*
Onopeius pater Orionis. *nois filia natum: cui conceſſum eſt, vt ſuper fluctus curreret: quemadmodum Phyclo da-*
tum dicitur, vt ſuper ariſtas curreret, nec eas infringeret. Ariſtonicus autem dicit quen-
dam Erithrææ fuiſſe Thebis: Pindarus verò in inſula Chio; qui cum Iouem, & Mercuri-
um hoſpitio recepiſſet, ab ipſis petijt, vt aliquis illi liber naſceretur. Quod vt facilius im-
petraret; fertur bouem immolaſſe, atq; pro epulis eis appoſuiſſe: Iouem verò, & Mercu-
rium bouis corium popoſciſſe, & quod fecerant vrinæ in corium infundiſſe, & id ſub ter-
ra poni iuſſiſſe, ex quo poſtea natum puerum, Vriona nomine appellauit: ſed vetuſtate, &
conſuetudine factum eſt, vt Orion vocaretur. Sunt autem qui græcè ab aquarum inunda-
Turbo. *tione ſic dictum velint, quòd eius tempore habet ortum hyems, & mare, ac terras tem-*
Virgil. *peſtatibus turbent. Orion enim, perinde eſt ac Turbo, Virgil. 1. Æneid. Fluctus nimboſus*
Iugulam. *Orion. Plautus, iugulam vocat, quòd ſit armatorum gladius, ſtellarum fulgore terribilis.*
Quam ob cauſam ſi hic fulgeat, ſerenitatẽ, ſiue verò obſcurus ſit, tempeſtatẽ denotat. hunc
in Cretam inſulam veniſſe dicunt nonnulli, ibiq; venatu cum Diana cœpiſſe, atq; ab ea in
Canis maior. *cœlum collocatũ fuiſſe. Canis leporem fugientẽ conſequens, poſterioribus pedibus ab hye-*
mali circulo diuiditur, pedẽ dextrũ Orionis, ſuo capite quaſi attingit: quo etſi ad occaſum

ſpectet,

De Centauro Ara Hydra.

ſpectet, ad æquinoctialem tamen tendit. Canis oritur 19. Iulij, & contingit maxima aëris turbatio, aliquando etiam nudiuſtertius eius diei: Et die prima Decembris mane occidit. Ortus caniculæ.
vnde obſeruatum eſt à multis, quòd ſi tempeſtuoſa fuerit hæc dies, perſeueret plerunque aëris turbatio ad dies 37. ſin verò ſerena, per totitidem dies ſerenitatem fore, ſignificat. Stellæ Canis.
occidit oriente ſagittario: habet in lingua ſtellam vnam, quæ canis appellatur, in capite alteram, quam nonnulli Syrion vocant, in pectore duas, in pede priore tres, inter ſcapulas tres, in ſiniſtro lumbo vnam, in pede poſteriore vnam, in pede dextro vnam, in cauda quatuor: omnes ſunt decem, & nouem. hic dicitur à Ioue cuſtos Europæ appoſitus eſſe, & Fabul.
ad Minoa perueniſſe, quem Prochri Cephali vxor laborantem ſanauit, ac pro eo beneficio canem munere accepit, quòd venationis ſtudioſa fuerit: poſt cuius obitum, canis ad Cephalum peruenit, quem ille Thebas ducens ſecum, ad locum peruenit, vbi erat vulpis, quam nullus canis apprehendere poterat: cumque in vnum perueniſſent, Iupiter vtrunque in lapidem conuertit. Canis Orionis
Alij autem dixerunt, hunc canem Orionis fuiſſe, qui cum eo eſt inter ſydera collocatus. Procyon ſiue canicula in lacteo circulo defixis pedibus æquinoctialẽ circulum tangit. ſpectat ad occaſum, vt inter geminos & cancrum conſtitutus, qui quòd ante maiorem canem exoritur, Procyon eſt appellatus: die namque quartadecima Iulij oritur de mane. hic namque occidit cum exortu capricorni, oritur verò cum leone: habetque vnam ſtellam in capite, & aliam in pectore, & vnam in lumbo. Canicula. Procyon. Stellæ.
Scribit Plinius lib. 2. cap. 11. caniculæ exortu, accendi Solis vapores, eiuſque ſyderis effectus ampliſſimos in terra ſentiri, feruent maria exoriente eò, fluctuant in cellis vina, mouentur ſtagna. Orygem appellat Ægyptus feram, quam in exortu eius contraſtare, & contueri tradit, ac velut adorare, cùm ſternuerit. canes quidem toto eo ſpatio maximè in rabiem agi, non eſt dubium. hæc etiam anticanis, & Syrus dicitur. Anticanem Procyon Graio qui nomine fertur. Plinius. Anticanis.
Argo, ſiue nauis, huius puppis hyemalem circulum, & maioris canis caudam contingens inferiore parte, nouiſſimè nauis inclinata antarcticum circulum tangit. hæc occidit ſagittario, & capricorno exortis. malus nauis die 22. Februarij occidit, & eſt turbatio aëris maxima: oritur autem cum virgine, & chelis. hæc habet in puppi ad ſingula gubernacula, ad primum ſtellas quinque, ad alterum quatuor, circum carinam quinque, & ſub reiectum quinque, ad malum quatuor: atque ita tota eſt ſtellarum viginti trium. hanc nonnulli propter celeritatẽ Argo dixerunt Græcè appellari: alij, quòd Argus eius fuerit inuentor. hunc autem primam in mari fuiſſe complures probauerunt, ideoque ſtellis eſſe figuratã: Pyndarus dicit factã in Magneſia oppido, cui Demetria nomen eſt: Callimachus autẽ in eiſdem finibus ad Apollinis Actij templũ, quod argonautæ proficiſcẽtes ſtatuiſſe exiſtimantur in eo loco, qui Pagaſe vocatur: ideoque nauis ibi primum compacta Argo dicta eſt, quod eſt Græcè Pagaſe. Homerus hunc eundem locum in Theſſaliæ finibus eſſe demonſtrat. hæc de naui. Nauis. Ortus. Stellæ. Argo. Pyndarus. Callimachus. Homerus.
Centaurus, ſeu Phyllirides ſic figuratur, vt antarctico circulo pedibus niti, humeris verò hyemalem ſuſtinere circulum videatur. capite quaſi hydræ caudam contingit, hoſtiam verò dextra manu tenens ſupinam, quã pedibus, & extremo ore, circulum hyemalem tangit, inter eum, & antarcticum orbem collocatam. Centauri autem crura à reliquo corpore diuidit, qui lacteus appellatur. hic ſpectans ad ortus ſignorum, totus occidit, aquario, & piſcibus exortis: exoritur autem cum ſcorpione & ſagittario. habet autem ſtellas ſupra caput tres obſcuras, in vtroque humeris ſingulas claras, in cubito ſiniſtro vnam, in manu vnam, in medio pectore equino vnam, in prioribus poplitibus vtrique ſingulas, inter ſcapulas quatuor, in ventre duas claras, in cauda tres, in lumbo equino vnam, in genibus poſterioribus ſingulas, in poplitibus ſingulas: numerus omnium viginti quatuor. Centaurus. Situs. Occaſus ortus. Stellæ.
Hoſtia autem habet in cauda duas, in pede de poſterioribus primo, vnam, in vtrique pedibus vnam, inter ſcapilio vnam claram, & in priore parte pedum vnam, infrà alteram, in capite tres depoſitas: numerus omnium 10. hic dicitur nomine Chyron Saturni, & Phyllire filius eſſe, qui non modò centauros, verùmetiam homines quoque iuſtitia ſuperauit. Nam & Æſculapium, & Achillem nutriuit, ſuaque pietate, & diligentia effecit; vt inter ſydera computetur. hunc Hoſtia. Fabula. Chyron.

terur. hunc alij Phonon eſſe dixerunt, eumq́; auſpicio præcæteris plurimùm valere, proinde ad aram cum hoſtia venire Iouis voluntate figuratur. **Ara.** Ara, antarcticum circulum propè tangit, inter hoſtiæ caput, & ſcorpionis caudam collocatur. occidit arietis exortu, exoritur autem cum capricorno. **Stellæ.** habet in ſummo cacumine vbi formatur ſtellas duas, & in imo alteras: quatuor ergo ſtellis fulget. **Hiſtoria.** In hac exiſtimantur dij ſacra, & coniurationem feciſſe, cùm Titanas oppugnare conarentur. vnde ab ea conſuetudine inducti ſunt poſteri, vt cùm aliquam rem efficere cogitant, prius ſacrificent, quàm agere incipiant. **Hydra.** Hydra trium ſignorum longitudinem occupans, cancri ſcilicet, leonis, & virginis, inter æquinoctialem circulum, & hyemalem collocatur. **Situs.** caput eius ad id ſignum contendit, quod Percion vocatur, totius verò hydræ quarta pars inter æſtiuum, & æquinoctialem circulum videtur. **Coruus.** Cauda extrema centauri penè caput tegens, ſuſtinet in dorſo Coruum, roſtro corpus eius tangentem, & toto corpore ad Craterem tendentem: Qui propter longum interuallū, inter leonem, & virginem conſtitutus videtur, inclinatior tamen ad hydræ caput. Occidit hydra, aquario, & piſcibus exortis: oritur autem cum his ſignis, de quibus ſupra diximus. **Stellæ.** habet autem in capite ſtellas tres, in prima autem capitis curuatura, ſex, ſed earum nouiſſimam claram. In ſecunda autem curuatura, tres, in tertia quatuor, in quarta duas, in quinta vſq; ad caudam, octo, omnes obſcuras. Ita ſunt numero viginti ſex. **Stellæ. Corui.** Coruus autem habet in gutture ſtellam vnam, in pennis duas, infrà pennam, caudam verſus duas, in vtriſq; pedibus ſingulas: omnes ſunt ſeptem. **Crater.** ſupra primam hydræ curuaturam Crater poſitus, habens in labris ſtellas duas. Infra anſas duas obſcuras, in medio cratere duas, ad fundum duas: omnes ſunt octo.

CAP. IIII.

De Piſce. De Circulo lacteo.

Piſcis. PIſcis, qui notus dicitur, inter hyemalem, & auſtralem circulum media regione collocatus, ad exortum ſpectare videtur inter capricornum, & aquarium, ore excipiens aquam, quæ funditur ab aquario. hic occidit oriente cancro, exoritur autem cum piſcibus. **Stellæ.** habet ſtellas duodecem, qui laborantem quondam Iſin ſeruaſſe exiſtimatur, pro quo beneficio fabulantur inter aſtra fuiſſe conſtitutum. **Lacteus circulus.** Oſtenditur præterea quidam in ſyderibus circulus candido colore; quem lacteum eſſe nonnulli dixerunt. Eratoſthenes autem dicit Mercurio infanti inſciam Iunonem lac dediſſe: ſed poſtquam reſciuit eum Maiæ filium eſſe, à ſe reieciſſe: ideoq́; lactis profuſi ſplendorem inter ſydera apparere. Alij dixerunt, dormienti Iunoni, Herculē ſuppoſitum, & experrectam, ei, quod ſupra diximus, feciſſe. Alij Herculem propter nimiam auiditatem, multitudinem lactis appetiuiſſe, neq; in ore continere potuiſſe, propterea ex ore eius profuſum circulum ſignaſſe. **Ptolomæus.** Ptolom. in Almag. lib. 8. cap. 2. Lacteus, inquit, circulus, non ſimpliciter circulus, ſed zona quædam eſt, quaſi colorem tota retinens lactis. vnde nomen quoq; ſibi attributum eſt, quòdq́; zona huiusmodi non æqualis, & regulata eſt, ſed & latitudine, & colore, & ſtellarum frequentia, & ſitu deniq; differens, atq; varia. **Duplex zona lactei circuli.** Duplex namq; eſt huius zonæ pars, quarum alteram habet coniunctam vſq; ad turribulum, alteram verò vſq; ad auem gallinam. Et præcedens quidem zona nequaquam alteri copulatur; defectus enim habet in coniunctionibus tam ad turribulum, quàm ad auem: ſequens autem reliquæ lactei circuli parti coniuncta eſt: & vnam efficit zonam, per quam propè, qui per mediam ipſam proximè deſcribitur, circulus pertranſit. ſiquidem quæ per pedes centauri feruntur, rariores, atq; obſcuriores partes ſunt: **Auſtralis pars** & ea quidem, quæ in poplite poſterioris dextri pedis eſt, paulò auſtralior, quàm borealis linea lactis. ſimiliter, quæ in genu ſiniſtro eſt, & quæ ſub poſteriore dextro talo. Quæ verò in poſteriore ſiniſtro brachio aſpicitur; ea in medio lacte collocata eſt. ſed illa, quæ in

De circulo lacteo.

eodem talo inuenitur, & quæ in anteriore dextro talo, vtraq; diſtant ab extremitate au-
ſtrali ad ſeptemtrionem duabus proximè partibus, quas maximus circulus habet 360.
ſunt autem partes poſteriorum pedum mediocriter denſiores: deinde borealis quidem ex- Borealis pars
tremitas lactis 130. proximè grad. ab illa diſtat, quæ infera lumbis eſt. Auſtralis autem
eam quidem intercipit, quæ in concauitate turribuli eſt. De duabus autem contiguis, quæ
in ipſo igne ſunt, borealem tangit, & ſimiliter auſtraliorem de duabus, quæ ſunt in baſi.
Quæ verò in borealis ignis parte, & quæ in igne medio collocatur, in ipſo lacte vtraq; ſi-
tæ ſunt, & partes rariores magis ſunt: deinde borealis pars lactis tres ſcorpionis ſpondi-
les intercipit, qui ad ſpiculum ſunt, & ſuccedentem ſpiculo nebuloſam conuerſionem. Me- Meridionalis.
ridionalis verò extremitas eam quidem tangit, quæ in anteriori dextro talo ſagittarij: in-
tercipit autem illam, quæ in manu ſiniſtra eſt. Illa verò quæ in auſtrali ſagittarij parte lo- Galaxia.
catur, extra lac omninò eſt: quæ verò in ſpiculo ſagittæ cernitur, ea in medio lactis eſt.
hæc, & ſimilia, abundè, copioſeq; à Ptolomæo ibidem deſcribuntur. Auer. de ſubſtantia Auerroes.
orbis, lib. 2. Et partes, inquit, cœli diuerſantur in hoc indiaphanitate, ita quòd in eis ſit
aliquod ſimile colori ſicut in galaxia. Eſt ergo, ſecundum Auerroem, galaxia, ſiue cir-
culus lacteus: galaxia enim lac ſignificat, pars cœli, nō elementaris: Omnes, inquit, partes Quod ſit pars
cœlicæ ſunt eiuſdem ſpeciei: quoad verò ſunt magis minusq; denſæ, aliquo modo diuerſa cœli.
eſſe dicuntur. Idem in ſua paraphraſi lib. metheororum. Alexander in eodem libro putat Alexander.
eſſe rem elementariam. Ariſt. videtur ſentire galaxiam eſſe ſimilem Cometæ, qui eſt ex- Ariſtoteles.
halatio accenſa: Lac, inquit, fit, vt Cometa diſgregato aëre ab accenſione aëris. Differunt Cometa, lac
autem ab inuicem, quia cometa eſt circa vnam duntaxat ſtellam, lac verò circa totum il- differunt.
lum circulum, qui ſporadeus appellatur. Arguit Auerroes in paraphraſi ſuper lib. me-
theor. Si, inquit, lac eſſet exhalatio accenſa, ab omnibus eodem modo videri non poſſet: his
enim, qui eſſent in oriente, ſicut & his, qui ſunt in occidente non ſimul videretur. conſe-
quens eſt falſum: ergo, & antecedens. Sanè, ſi lac eſſet exhalatio inflammata; tunc cer- Quod circulus
tè temporibus calidioribus, aliquid augmenti reciperet, frigidioribus verò decrementi: et lacteus non
ſimile quiddam accideret pro anni qualitate diuerſa: Amplius, ſi ita res ſe haberet, eſſet ſit exhalatio.
profectò aliqua exhalatio perpetua, atq; ita paulatim totus aër in ignem verteretur, vel 1.
ſaltem fontium atq; aquarum magna eſſet ſiccitas, atq; penuria: ſic enim accidit tempori-
bus, quibus cometæ apparent. Præterea, omne intranſmutabile, quod circulariter moue- 2.
tur, eſt cœlum, vel aliquod cœlicum. ſed lac hoc modo mouetur: igitur, eſt cœlum, vel
aliquod cœlicum. Verùm ab aliquibus Ariſtoteles ſic exponitur. Ariſtoteles, inquiunt, 3.
in lib. met. in primis oſtendit, aërem, lunari globo proximum, eſſe accenſum, deinde in ea Mens philoſo
cœli parte, quæ lacteum circulum reſpicit, plures ſtellas eſſe, quàm cæteris in partibus eſ- phi declara-
ſe videantur: vnde fit, vt plus exhalationis inde attrahatur, illarum ſtellarum virtute, tur.
quàm, vbi rarior eſt ſtellarum numerus, & lumen minus denſum, & clarum. Tenet con-
ſequentia: vbi enim virtus attractatiua eſt maior; ibi quoq; maior erit virtus combuſti-
ua, atq; attractum maius, & combuſtum. Stellæ ergo in circulo ſporadeo, lumen diffun- Circulus ſpo-
dunt, ad exhalationem vſque ab ipſo lumine attractam, atque accenſam: quæ quidem radeus.
propter combuſtionem, & rei attractæ conſiſtentiam, in omne ſibi emiſſum reflectendi
acquiſiuit potentiam. Quare, circuli ſporadei lumen, in octauam vſq; ſphæram reflectit.
Quoniam ergo huiuſmodi lumen, aptiorem circulo ſporadeo locum in vniuerſo cœlo inue-
nire non valet; hac de cauſa ille circulus lumen illud recipiens, ex exhalatione elementa-
ri, & virtute ſtellarum mixtum, albeſcit, vt lac. Cauſæ ergo huius lactis effectrices, eſt Cauſæ illius
ille circulus, vt luminis emiſſor, & exhalatio attracta, vt ſcilicet reflectens. Materia ve- lactis.
rò, & ſubiectum, eſt illa octaui cœli portio, quæ cum circulo illo conſiſtit: illa enim lu-
cet, atq; alba cernitur, non autem exhalatio; forma verò eſt albedo, quæ luci additur;
quæ quidem ex exhalationis accenſione luci ſporadarum additur. Rationes autem ſic for- Rationes.
mari poſſunt. ſtellæ accendunt partem ſibi proximiorem: ſed in via lactea ſunt plurimæ
ſtellæ: partem ergo illis coniunctiorem accendunt. Tunc vltra, lac illud fit ex reflexione

*luminis: igitur, circulus lacteus, tum ex ſtellarum virtute, tum etiam ex accenſa exha-
latione commixta, conſiſtit. Sed dices, illa exhalatio accenſa, quæ eſt ſpeculum reuerbe-
rans, eſt rara: non ergo poteſt ad cœlum vſq; reflectere. Deniq; quare ad ſporadeum cir-*
Obiectio. *culum, & non in aliam cœli partem reflectit? Reſpondeo, Ariſtotelem velle, exhalatio-*
Solutio. *nem illam rariorem eſſe exhalatione, ex qua fit cometa: alioqui ſi tanta eſſet, tunc cer-
tè proprio cerneretur colore, veluti & cometa cernitur: Eſſe nihilominus aliquantulum
denſam, vt emiſſum lumen reflectere valeat, ipſumq;, & album, & viſibile efficere. Ad
illud reflectendum occultam habet virtutem: ſitus quoq; illius circuli, non paruo illi eſſe*
Duplex cauſa *poteſt adiumento. Duplex ergo cauſa iſtius rei eſſe videtur: altera quidem occulta, nem-*
lactis. *pe attractiua illius luminis virtus; altera verò manifeſta, quòd ſcilicet illic illud lumen
genitum fuerit, atq; illinc proficiſcatur. Lac ergo ſecundum Ariſtotelem, eſt apparentia
non quidem luminis ſimplicis, ſed commixti, vt dictum eſt. Exhalatio eſt ergo neceſſaria,
vt concauſa effectrix, quatenus, vt corona circuli ſporadei, lumen illud reflectit, album,
ac viſibile reddit: Lac verò eſt apparentia, quæ in illo circulo collocatur: quippe qui illi-
us ſit apparentiæ ſubiectum. Patet ergo, quomodo lac ſit exhalatio accenſa, nempè con-
cauſa illius lactis: & quomodò lac ſit in circulo ſporadeo, tanquam in materia, & ſubie-*
Soluuntur pri- *cto viſibili. Ex hiis ergo primæ obiectiones facilè ſolui poſſunt: & prima quidem hoc mo-*
mæ rationes. *do: Lac eſt in cœlo ſtellifero, vti in ſubiecto, quia vſq; ad illud exhalatio ſuam reflexio-*
1. *nem protendit, ob cauſas iam dictas. Illa autem exhalatio creſcit & decreſcit, non ita ta-
men, vt videri poſſit, propter virtutem illam occultam, cœlicam, attractiuam, vniformi-*
2. *ter ſe habentem. Ad 2. continuè in illa regione aër corrumpitur: ſed virtute, qua regitur
vniuerſum, quantum de igne hîc augetur, & in exhalatione conuertitur, tantùm alia ex*
3. *parte imminuitur, atq; ita conſeruatur æqualitas. Ad 3. lumen, lac, exhalatio viciſſim
mutantur, vt multorum ex obſeruatione deprehenſum eſt. Hæc de lacteo circulo ſecun-
dum philoſophum.*

Digressio tertia cap. I.

De ortu, & occaſu ſignorum.

Ortus & oc- *Poſtquam de circulis, atq; ſignis cœleſtibus diſputauimus, neceſſarium eſſe*
caſus ſignorũ *putamus, de illorum ortu, & occaſu, aliquantulum etiam longiorem inquiſi-*
ſecundum *tionem texere; vt quæ ſuperiùs paulò obſcuriùs dicta ſunt, deinceps clario-*
Poëtas. *ra reddantur. Ne autem Poëtarum labores, à nobis paruifieri videantur,
quid de hac re ſenſerint, primum enucleandum ſuſcepimus. Eſt autem apud*
Ortus Coſmi- *poëtas, ſignorum ortus, & occaſus triplex, nempè Coſmicus, Chronicus, & Heliacus. Co-*
cus. *ſmicus verò ortus, ſiue mundanus eſt, quando ſignum, ſeu ſtella ſupra orizontem ex par-
te orientis de die aſcendit: & licet in qualibet die artificiali ſex ſigna ſic oriantur; per
antonomaſiam tamen, ſignum illud coſmicè oriri dicitur, cum quo, & in quo Sol mane ori-
tur. hic autem ortus, proprius, principalis, ac quotidianus dicitur. Dies hîc eam moram*
Occaſus Co- *denotat, qua Sol ſuper hemiſpheriũ noſtrum fertur. Occaſus coſmicus eſt deſcenſio ſigni,*
ſmicus. *vel ſtellæ ſub noſtrum orizontem, dum Sol noſtrum occupat hemiſpherium, idq; maximè
coſmicè occidere dicitur, quòd ſole diluculo ſenſim ex parte orientis emergente, continuò*
Virgilius. *pronum abit in occaſum. De ortu huiuſmodi, & occaſu Virgilius in Geor. lib. 1. vbi docet
tempus Veris aptum ſeminationi fabarum, & millij: Vere fabis ſatio: tunc te quoq; medi-
ca putres. Accipiunt ſulci, & millio venit annua cura. Et circumloquens tempus Veris,
ait: Candidus auratis aperit cum cornibus annum, Taurus, & aduerſo cedens canis occidit
aſtro. Aſi triticeam meſſem, robuſtaq; farra Exercebis humum: ſoliſq; inſtabis ariſtis.
Antè tibi Eoæ Atlantides abſcondantur gnoſia ardẽtis decedat ſtella coronæ: Debita quàm*
Ortus chroni- *ſulcis committas ſemina, quanquam inuite properes anni ſpem credere terræ. Ortus Chro-*
cus. *nicus, qui*

De ortu, & occaſu ſecũ. poë.

nicus, qui & temporaneus dicitur, eſt aſcenſio ſigni, aut ſtellæ ſuper orizontem, poſt Solis occaſum: eo enim tempore, quod à crepuſculo veſpertino, principium ſumit, mathematici vtuntur: non qui arithmeticen, muſicen, geometriam, aſtronomicam dignitatem profitentur; ſed quos vanos veneficosq́; nuncupamus, qualem fuiſſe Circen, Medeam, hiſ verbis fingit Ouidius: Diiq́; omnes noctis adeſte: Quorum ope cum volui, ripis mirantibus, omnes In fontes rediere ſuos: concuſſaq́; ſiſto, ſtantia concutio, cantu freta nubila pello. Nubilaq́; induco, ventos abigoq́; vocoq́;. Viperas rumpo verbis, & carmine fauces, Viuaq́; ſaxa ſua conuulſaq́; robora terra, Et ſyluas moueo: iubeoq́; tremiſcere montes. Et mugire ſolum, maneſq́; exire ſepulchris. De hoc ortu in Faſtis loquitur idem poëta de Ponto epiſtola nona ad Seuerum. Vt careo vobis ſcyticas detruſus in oras, Quatuor autumnos pleias orta facit. In Autumno autē pleiades in principio noctis oriri incipiunt: atq; ita de chronico ortu locutum fuiſſe poëtam, patet ſatis. Nam Coſmicè Virgilius voluit occidere, ſicut dictum eſt: Ante tibi Eoe athlantides abſcondatur. Occaſus chronicus, eſt deſcenſio ſigni, aut ſtellæ ſub orizontem poſt Solis occaſum: De quo quidem occaſu locutus eſt Lucanus: Tunc nox Theſſalicas vrgebat parua ſagittas. Parua autem nox in zona hac ſeptemtrionali eſt in principio cancri; qua de cauſa antequam Sol cum cancro oriatur, occidit Sagittarius. Cancro namq; oriente, occidit Capricornus, quem in occaſu præceßit ſagittarius: ſed ante ortum Solis, eſt nox. quando igitur Sol eſt in cancro, & nox parua, ſagittarius occidit in fine noctis. Senſus ergo eſt: Tunc nox parua, Sole cancrum tenente, vrgebat; id eſt occidere, & deſcendere faciebat, Theſſalicas ſagittas, hoc eſt, ſagittarius, qui fuit de Teſſalia. Heliacus ortus, qui & ſolaris dicitur, eſt cùm ſignum, aut ſtella à radiis Solis emergens incipit apparere, quam prius Solis præſentia, vicinitaſq́; videri non ſinebat. Inſignius enim lumen, minus offundit, atq; ſuæ magnitudine lucis obſcurat, videriq́; non permittit. De quo quidem ortu Ouidius ſecundo lib. faſtorum loquitur: Vbi in medio Februarij ponens ingreſſum Solis in piſcibus, ex quo ab aquario receſſerat, aquarius incipit oriri, hoc eſt, videri, Iam leuis obliqua ſubſedit aquarius vrna. Proximus æthereos excipe piſcis equos. Aquarius enim obliquè oritur, vt dixi, & paruo tempore: ideò leuis eſt, & velox in ortu. Item Virgilius primo Georg. deſcribens tempus, in quo frumentum ſeri debet: poſtquam dixit, Ante tibi Eoe athlantides abſcondantur, ſubdit: Gnoſiaq́; ardentis decidat ſtella coronæ, Debita quàm ſulcis committas ſemina. Senſus eſt, antequam ſemines frumentum, fac, vt corona ſeptemtrionalis oriatur. Eſt namq; huiuſmodi corona in principio ſcorpionis, quæ ſole ibidem exiſtente, non videbatur. Sole verò recedente à ſcorpio, quod fit circa finem Octobris, & principium Nouembris, oritur corona heliacè, tempuſq; oſtendit frumenti ſerendi. Heliacus occaſus eſt, cùm prius aſtrũ, aut ſtella videbatur: haud quaquam videri ſinit Solis vicinia: ſicut in coitu Solis & Lunæ contingit Lunam non videri. huius occaſus Virgilius meminit prim. Georg. vbi vult, fabas cum milio ſeri in medio Aprilis, quando Sol taurum poſſedit, & canis heliacè occidit. loquitur autē de cane maiore, qui propterea quod eſt in fine gemmorum, ob Solis in tauro exiſtentis vicinitatem, videri non poteſt: proinde heliacè occidere dicitur. In menſe igitur Aprilis, quando canis ita occidit ſunt fabæ ſerendæ. vnde dixit, Taurus, & aduerſo cedens canis occidit aſtro. Hæc de ortu, & occaſu ſignorum, ſecundum poëtas dixiſſe ſufficiat: Poſthac ad mentem aſtrologorum de eiſdem rebus erit nobis loquendum; vt quiſq; quod ſibi lubet, atq; arridet, accipere queat.

[Marginal notes: Ouidius. — De Ponto. — Virgilius. — Occaſus chronicus. — Lucanus. — Ortus heliac. — Ouidius. — Virgilius. — Corona. — Heliacus occaſus. — Virgilius.]

CAP. II.

De ortu, & occaſu ſignorum ſecundum Aſtrologos.

De ortu ſignorum, & occaſu ſecundum Aſtrolo.

DE ortu, & occaſu ſignorum ſecundum Aſtrologos locuturi; in primis nobis ſciendum eſt, tum in ſphæra recta, tum etiam in obliqua, æquinoctialẽ circulũ ſemper vniformiter aſcendere, nempe in temporibus æqualibus, æquales arcus aſcendere. Motus enim cœli eſt vniformis: & angulus, qui ab æquinoctiali fit cum orizonte obliquo, non diuerſificatur in aliquibus horis. Sanè,

Ortus Aſtronomicus.

ad motũ primi mobilis, & æquator mouetur, & zodiacus: diuerſimode tamen: nam æqua-

Motus æquatoris.

tor, ſeu æquinoctialis, tam in ſphæra recta, quàm in obliqua, oritur vniformiter, & occidit etiã. hoc eſt, in temporibus æqualibus, æquales portiones oriuntur, & arcus ſimiliter, & occidunt, quia nimirũ totus voluitur in 24. horarũ ſpatio. zodiacus verò in vtraq; ſphæra, & oritur, & occidit inæqualiter; eius enim partes atq; arcus, in æqualibus tẽporibus, æquales

Zodiaci motꝰ

aſcendere, minimè neceſſe eſt. Siquidem quantò aliqua zodiaci pars rectius oritur, tantò plus tẽporis in ſuo ortu exigit: non igitur vniformiter mouetur. Reuera, ſex ſigna in die artificiali longa oriuntur, & totidẽ in breui: ſex in die, & totidẽ in nocte: & ſi ſine inæqua-

Motus zodiaci non habet æquales arcꝰ

les, ſimiliter occidũt. Etenim Sole exiſtente in Cancri initio, dies longiſsima eſt, quæ ab ortu Solis in principio Cancri, vſq; ad occaſum protenditur. ſed Sole cùm principio Cancri occidente, ortum initiũ Capricorni, iuxta Ptolomæi in Almeg. ſententiam, dicentis ſex ſigna ſuper orizontẽ ſemper eſſe: erunt igitur orta ſex ſigna in hac maxima die, quæ ſunt ab initio Cancri, vſq; ad finem Sagittarij, ſex aliis oppoſitis ſub terra conſiſtentibus: hæc enim eſt

Dies artificialis,

lex ſignorum, vt vno ortu, oppoſitum occidat, & è diuersò. Sed in die minori, Sole exiſtente in principio Capricorni, ſex ſigna quoq; oriuntur, extenditurq́; dies illa artificialis, qui eſt tempus menſurans motum Solis ſuper orizontem: Sole ergo occidente cum initio Capricorni, erit initium Cancri ſigni oppoſiti in oriente. Itaq́;, cùm tempora ſint inæqualia, partes verò ſint æquales; ſequitur, vt harum ortus, atq; motus partium ſit inæqualis. Ortus ergo, ſiue occaſus alicuius ſigni, aliud eſt nihil, quàm illam partem æquinoctialis oriri, quæ quidem cum ſigno oriente, ſiue aſcendente ſuper orizontem, oritur, ſimiliter &

Occaſus Aſtronomicus.

de occaſu ſentiendum eſt. Ortus ergo, & occaſus ſigni, ac cuiuſlibet partis zodiaci, ex ortu, & occaſu æquinoctialis pendet, atq; menſuratur: æquinoctialis enim eſt metrum, & menſura zodiaci. Cùm ergo orbis ſignorũ æqualis ſit ab oriente in occidentem ſuper axes æquinoctij diei, id eſt, ſuper polos mũdi; vt partes æquales ſint circuli zodiaci, ſuper directus, decliuos orizontes temporibus inæqualibus, neceſſe eſt: non enim à polis mundi zodiacus æquè diſtat: neq; cum vtroq; orizonte, æqualem ſemper cauſat angulum. porrò tempora æqualia à volubilitate æquinoctij, ſuper eius axe accipiuntur, æqualiter enim oritur,

Aequinoctialis mouetur æqualiter.

& occidit: ortus ergo, & occaſus cuiuſlibet partis zodiaci, per partem æquatoris, quæ ſecum oritur, & occidit, habetur: oriuntur namq; & occidunt in tempore æquali. Æquinoctialis autem tum in ortu, tum etiam in occaſu mouetur regulariter, propterea quòd æquè diſtet à polis mundi, & cum vtroq; orizonte, angulum inuariabilem efficiat: zodiacus autem, & æquinoctialis, cùm ſint circuli maiores, & æquales, ita vt vnus gradus zodiaci æquetur vni gradui æquinoctialis: rectè igitur ab æquinoctiali dicitur circulus zodiacus menſurari. Adde, quòd vterq; ab vtroq; orizonte in Geminas partes ſecetur: quare vtriusque altera ſupra orizontem, & altera infra intercipitur; ſicq́; altera melius reliquam mẽſurat, quàm alij circuli, qui ab orizonte obliquo in duo media minimè ſecantur.

Sphæra recta.

Cæterùm, ſphæra recta appellatur, ſiue habere dicuntur ij, quibus neuter polorum magis altero eleuatur: aut quorum orizon interſecat æquinoctialem, & interſecatur ab eodem

Sphæra obliqua.

ad angulos rectos ſphærales. Illi verò ſphæram obliquam habere putantur, qui citra, ſiue vltra æquinoctialem habitant, quia nimirum eis ſupra orizontem, alter polorum ſemper eleuatur, reliquus verò ſemper deprimitur: vel quorũ orizon artificialis interſecat æquinoctialem, & interſecatur ab eodem ad angulos impares, & obliquos. Ex quo patet, quid

Signum oriri rectè.

ſit ſignum oriri rectè, & obliquè: Signum enim oriri rectè dicitur, cum quo maior pars æquinoctialis oritur: obliquè verò cum quo minor. Similiter de occaſu eſt intelligendum.

Ortus, & occaſus triplex.

Rectus itaq́; ortus eſt, quando cum aliquo ſigno zodiaco oriuntur plusquam triginta gra-

dus

De ortu, & occaſu ſignorum

dus æquatoris: obliquus verò, quando cum ſigno zodiaci, pauciores triginta: medius autem, quando præcisè triginta. In tempore quoq; eadem propè ratio habetur: nam ſignum zodiaci, quòd plus temporis in ſuo ortu, duarum horarum interuallo; interponit, rectè oriri dicitur, obliquè verò è contrà: at æqualiter, quando infra duas horas oritur: de occaſu quoq; ſimile poteſt eſſe iudicium. Eſt præterea ſciendũ quartas zodiaci, quæ à quatuor punctis, nempe à duobus ſolſtitiis, & duobus æquinoctionalibus inchoantur, ſuis eſſe aſcenſionibus æquales: quantum enim temporis in ſuo zodiaci quarta conſumit, idem & quarta æquinoctionalis, quæ ad ſitum illius eſt poſita. Sanè, colurum diſtinguentem æquinoctia per principia Arietis, & Libræ tranſire, ſicq; æquinoctialem, atque zodiacum in duo æqualia diuidere, notum eſt ſatis: Item alterum colurum ſolſtitia diſtinguentem, per polos mundi, & zodiaci tranſire, atq; ita cauſare angulos rectos; tranſit enim per puncta æquatoris, & zodiaci, quartis ab initio Arietis & Libræ diſtantibus: Ex quo patet, partes zodiaci, & æquinoctialis inter duos coluros contentas, æquales eſſe: Quoniam autem orizon rectus, atq; etiam meridianus, per mundi polos, veluti vterq; colurus, tranſit, & cum eis vnitur: Inde fit, vt poſito quartæ zodiaci principio in orizonte recto, ſeu meridiano, in iiſdem quoq; & quartæ initium ſit æquatoris. Itaq; orta quarta zodiaci, ita, vt eius finis ſit in orizonte, ibidem & æquinoctialis ſibi terminalis ſimiliter terminus inuenitur eodem tempore ortus. In æquali igitur tempore quælibet quarta zodiaci à puncto alterius coluri inchoata, & quarta æquatoris ſibi contermina in ſphæra recta oritur. Quia verò quarta æquinoctialis in ſex horarum ſpatio aſcendit, ſcilicet quarta parte diei naturalis; in eodem quoq; tempore ſingulas zodiaci quartas aſcendere, perſpicuum eſſe poteſt. Verùm, & ſi illarum partes quartarum idem tempus habeant: non tamen eaſdem penè, atque æquales aſcenſiones. Nam & ſi quartæ zodiaci, ortu, & occaſu in ſphæra recta, quartis æquinoctialis ſibi conterminis æquales ſint; earum tamen quartarum partes, aliter ſe habent. Etenim, ſi quarta zodiaci à principio Arietis, ad finem vſq; Geminorum cum quarta æquinoctialis accipiatur, ſimulque oriri incipiant; proculdubio, maior pars de quarta zodiaci, quam de quarta æquinoctialis in lucem venit. Quare, ſi totus Aries oriatur, cum eo certè pauciores gradus æquinoctialis, quam triginta, orientur: vnde & conſequenter Aries obliquè oritur, atq; paruo tempore. In cauſa autem, quia Aries reſpectu æquinoctialis ſituatur obliquè: ſiquidem eius principium eſt in æquatore, finis verò polum arcticum verſus obliquatur; proinde obliquè, & ſecundum latitudinem oritur. ob eandem quoq; cauſam quarta inchoans ab initio Libræ, maior vtiq; de zodiaco, quàm de æquinoctiali portio oritur: tametſi quartæ completæ ſimul oriantur. At in quarta ab initio Cancri contrario modo res ſe habet: maior enim tunc æquinoctialis portio oritur: cũ Cancro namq; plures triginta gradus oriuntur: quia nimirum reſpectu æquatoris directè quaſi ſitus, ac poſitus eſt, parum vtiq; ab eo declinans. Igitur orto Cancro, quoniam colurus ſolſtitia diſtinguens, & orizon rectus ſeſe ſecant in polis; in fine ſectionum, vbi eſt æquinoctialis, maximè ab inuicem diſtant. Quare pars æquinoctialis à coluro ad orizontẽ maior eſt, quàm Cancer: pars zodiaci orta, cùm Cancro igitur maior triginta gradibus pars æquinoctialis oritur: atq; de quarta parte zodiaci à Capricorno inchoata, ſimilis ratio reddi poteſt. In ſphæra ergo recta, omnia ſigna æquinoctiali propinqua, obliquè oriuntur: quoniam zodiacus maximam ibi, atq; vltimam declinationem habet. huiuſmodi ſunt quarta à medietate Aquarij ad medietatem Tauri: & oppoſita à medio Leonis ad medium Scorpionis: ea verò, quæ tropicis vicina ſunt, directè aſcendunt, quia ibi zodiacus, quaſi inſenſibiliter declinat. veluti eſt quarta zodiaci à medio Tauri ad medium Leonis, & à medio Scorpionis ad medium Aquarij. Ex quo patet, quòd & ſi quartæ æquentur in ortu, non tamen quartarum partes eodem modo ſe habeant. Signa autem ſibi inuicẽ oppoſita ſunt hæc: Libra Arieti opponitur, Scorpius verò Tauro, Sagittarius Geminis, Capricornus, Cancro, Aquarius Leoni, Piſces Virgini. Iam ergo puto manifeſtum eſſe, quomodo partes quartarum, æquales aſcenſiones nõ habeant: poſthac dicemus de his, quæ

Quartæ zodiaci, & æquinoctialis.

Idem eſt tempus illarum.

Aſcenſiones inæquales.

Partes quartarum non ſunt æquales.

Signa vicina æquinoctiali.

Quartæ zodiaci.

Signorum oppoſitio.

arcus

arcus æquales deſcribunt, de quibus talis regula perſcribitur. Quilibet duo arcus zodiaci æquales, & æqualiter diſtantes à duobus æquinoctialibus, & duobus ſolſtitialibus, æquales habent aſcenſiones: In cauſa enim eſt, quoniam punctus ſolſtitij æſtiui, eſt punctus zodiaci ab æquatore maximè declinans, à quo vndecunq; remoueatur, æquatori magis propinquat. Quare Gemini & Cancer, quoniam æqualiter, & appropinquant, & remouentur ab æquatore, conſimilemq́ue habent ſituationem reſpectu eiuſdem; hac de cauſa cùm ſint æquales, pares vtiq; aſcenſiones habent. Taurus quoq; & Leo, quia à prædicto puncto æqualiter diſtant, æqualiterq́ue declinant, habentq; parem ſitum reſpectu æquatoris in ortu, & occaſu conueniunt. Aries & Piſces, partes æquales; & æquè diſtantes à puncto æquinoctii habentes, initio ſcilicet Arietis, aſcenſiones habent æquales. Etenim ab illo puncto, zodiaci declinatio inchoatur, & ad vtramque partem æqualiter extenditur. Itaq; partes æquales, ab illo puncto æqualiter diſtantes, æquales vtique habeant aſcenſiones, neceſſe eſt. Ex quo ſequitur, quòd ſigna oppoſita æquales habeant aſcenſiones: nam oppoſita, cum aliquo tertio ſigno conueniunt in diſtantia ab aliquo punctorum: æquales ergo aſcenſiones habent: ſiquidem quæ conueniunt vni tertio, conueniunt etiam inter ſe. Exempli gratia: Aries & Libra, quæ ſunt ſigna oppoſita, habent aſcenſiones æquales: nam Aries, & Virgo, cùm æquè diſtent à principio Cancri, vterq; vtiq; per duo ſigna, habent aſcenſiones æquales. Quia verò Libra & Virgo æquè diſtant à puncto æquinoctij autumnalis; æquales habent aſcenſiones: conueniunt ergo in aſcenſione cum Virgine Aries & Libra: igitur inter ſe: atq; ita æquales aſcenſiones habent. Pari quoque ratione Taurus, & Scorpio in Leone conueniunt: Taurus namq; & Leo æquè diſtant ab initio Cancri, & Scorpio & Leo ab initio Libræ: conueniunt ergo inter ſe, habentq́; aſcenſiones æquales, quippe quæ ſigna ſint oppoſita. De cæteris verò ſimile poteſt eſſe iudicium. In eadem ergo aſcenſione quatuor ſigna conueniunt, Aries, Virgo, Libra, & Piſces: Aries namq; & Piſces, quia à puncto æquinoctij vernalis æqualem ſitum habent, Virgo autem & Libra quia illis opponuntur. Eodem quoq; modo Taurus, Leo, Scorpius, & Aquarius: Taurus quidem & Leo, quoniam æquè diſtant ab initio Cancri: Scorpio verò & Aquarius quia illis oppoſiti ſunt. Similiter Gemini, Cancer, Sagittarius, & Capricornus; quia nimirum Gemini & Cancer à puncto ſolſtitij æſtiui: alia verò duo, quoniam eis opponuntur. Hoc à Lucano deſcriptum eſt, quādo loquitur de proceſſu Catonis ſub æquinoctiali in ſphæra recta, vbi ſigna oppoſita habent aſcenſiones æquales: neq; aliud rectius, vel obliquius oritur reliquo, ſed vniformiter: Non obliqua meant: nec Tauro rectior exit Scorpius, aut Aries donat ſua tempora Libræ: Aut aſtrea iubet lentos deſcendere Piſces Par Geminis chiron Sagittarius, & idem quod Cancer carcinius ardens. humidus ægloceros Capricornus, nec plus Leo tollitur vrna. Senſus eſt: Nec Scorpius exit, hoc eſt, oritur rectius Tauro, veluti in ſphæra obliqua: nec Aries donat ſua tempora Libræ; æquale enim tēpus in ortu conſumunt. Nec aſtrea, id eſt, Virgo, iubet Piſces deſcendere, occidere lentos, tardè, & in magno tempore, veluti in ſphæra obliqua, chiron, id eſt, Sagittarius par eſt in ortu, & occaſu Geminis, & gloceros, nempe Capricornus cum Cancro. Quomodo ergo huiuſmodi ſigna habeant aſcenſiones æquales, dixi.

Signa habentia æquales aſcenſiones.

Signa oppoſita habent aſcenſiones æquales.

Signa quæ in aſcenſione cōueniunt.

Lucani carmina.

CAP. III.

De ortu, & occaſu ſignorum.

Obiectio.

Diximus, quartas zodiaci, & æquinoctialis ſimul oriri, ſimulq́; in aſcenſionibus æquari: quartarum verò partes minimè, imò poſſe fieri; vt maior pars de vna, quàm de alia oriatur: tametſi in fine ſimul deſinant oriri. Id autem perſuaderi omnibus nequaquam facilè poteſt; ſiquidem natura comparatū eſt, vt duo homines ſpatium inchoent ſimul viæ ad ambulandum, quorum

alter

alter citius altero pergens, in finem profectò citius venturus iudicatur: Non valet tamen talis argumentatio: Iſti duo arcus ſunt æquales, & ſimul incipiunt oriri, & ſemper maior pars oritur de vno, quàm de reliquo: ille ergo citius orietur.

Solutio.

Sanè huiuſmodi inſtantia argumentationis, in prædictarum quartarum partibus patet ſatis. ſi enim ſumatur, vt dixi quarta pars zodiaci à principio arietis vſq; ad finem geminorum; ſemper profectò maior pars oritur de quarta zodiaci, quàm de quarta æquinoctialis ſibi proxima: & nihilominus illæ duæ quartæ ſimul oriuntur.

Quartæ quomodo ſimul oriantur.

Idem eſt intelligendum de quarta zodiaci, quæ eſt à principio libræ vſq; in finem ſagittarij. Item ſi ſumatur quarta zodiaci, quæ eſt à principio cancri, vſq; in finem virginis, ſemper maior pars oritur de quarta æquinoctialis, quàm de quarta zodiaci: & tamen duæ quartæ ſimul oriuntur. De quarta quoq; zodiaci, quæ eſt à primo puncto capricorni, vſq; in finem piſcium, ſimile poteſt eſſe iudicium, ac ratio reddi. Reuera, quando alter illorũ, qui ſimul ſpatium peragendum acceperunt, regulariter ſemper, atq; vniformiter moueatur, à principio, vſq; ad finem motus; alter verò à principio, vſq; ad medium itineris citius, deinde curſum ſuum temperet tardiori greſſu, vt tantum addat de tarditate, quantum prius de velocitate exhibuit; dubio procul, ſicut par fuit principium ambulandi, ita quoque & par erit finis abſoluendi.

Partes quomodo æquentur.

Itaq; ſi accipiantur partes ab initio arietis, ſiue quartæ & æquatoris, & zodiaci ad finem Geminorum: ſimulq́; oriri incipiant, æquatore regulariter incedente; zodiacus verò velociter oriri incipiat, atq; obliquè, ab initio arietis ad medium tauri, atq; ita ſemper præcedat pars zodiaci, in fine verò Geminorum tardius oriatur, ac priorem velocitatem, tardiori curſu recompenſet; ſic certè in fine fiet æqualitas, tametſi in medio curſus erat diſſentio. Hæc autem de ortu & occaſu ſignorum in ſphæra recta dixiſſe, ſufficiat.

Ortus, & occaſus in ſphæra obliqua.

In ſphæra autem obliqua, ſiue declui duæ medietates zodiaci, ſuis aſcenſionibus adæquantur: Medietates, inquam, quæ à duobus æquinoctialibus ſumuntur. Medietas enim zodiaci, quæ à principio arietis vſq; in finem virginis cum medietate æquinoctiali ſibi conterminali oritur. Similiter etiam alia medietas zodiaci cum reliqua medietate æquinoctialis oritur. Etenim æquinoctialis, & zodiacus cùm ſint circuli maiores in ſphæra ſeſe in partes æquales ſecantes, in principio vtiq; Arietis, & libræ; ita vt puncta ſectionum, termini ſint communes vtriuſq; partis; inde fit, vt quando medietas æquinoctialis, quæ eſt ab initio arietis ad finem virginis, oriri incipit, medietas quoq; zodiaci ſibi conterminalis, aſcendere quoq; incipiat: Cùm idem punctus ſit terminus vtriusq;. Et quando altera deſinit oriri, ſimiliter & reliqua: quippe quæ ad eundem punctum terminentur, nempè ad finem virginis. De alia quoq; medietate à principio libræ vſq; ad finem piſcium ſimile eſt iudicium.

Partes mediæ tantum variantur.

Verùm partes illarum medietatum ſecundum ſuas aſcenſiones variantur: quandoquidem in illa medietate zodiaci, quæ eſt à principio arietis vſq; ad finem virginis, maior pars de zodiaco, quàm de æquinoctiali oritur; cùm nihilominus illæ medietates ſimul oriantur. Etenim, quoniam huiuſmodi medietas verſus polum borealem declinat, & orizontis obliqui pars borealis ſub recto deprimitur; maior ergo ab initio arietis, propter depreſſionem ad locum ortus zodiaci, eſt diſtantia; quàm ab eodem arietis initio ad locum ortus æquinoctialis: & conſequenter orta eſt maior portio zodiaci, quàm æquinoctialis, tametſi in fine ſimul deſinant moueri, ſimulq́; oriantur.

Alia medietas contrario modo ſe habet.

E contrario verò modo ſe habet regula in reliqua medietate zodiaci, quæ eſt à principio libræ vſq; ad finem piſcium: in illa enim ſemper maior pars oritur de æquinoctiali, quàm de zodiaco: & tamen illæ medietates ſimul oriuntur. In cauſa autem eſt, quoniam huiuſmodi medietas zodiaci ab æquatore declinat ad auſtrum, & orizontis obliqui pars auſtralis ſupra orizontem rectum eleuatur, propterea à principio libræ, ad locum ortus æquinoctialis eſt maior diſtantia, quàm ad locum ortus zodiaci: proinde maior pars æquinoctialis oritur.

Æquinoctiali maior diſtantia.

Ex his ergo clariſſimè ſoluitur inſtantia ſuperius facta. Arcus enim qui ſuccedunt arieti vſq; ad finem virginis in ſphæra obliqua, ſuas minuunt aſcenſiones ſupra aſcenſiones eorundem arcuum in ſphæra recta, quia minus oritur de æquinoctiali.

Exemplum.

Exempli gratia, Aries in ſphæra recta 28. graduum aſcenſionem habet, ſimiliter

& libra

Tudertum.

& libra,ſignum illi oppoſitum: in ſphæra autem obliqua aries oritur cum ſedecim gradibus,vtpote Tuderti, cuius aſcenſio minor eſt aſcenſione euiſdem in ſphæra recta: 12. grad. & eadem latitudine oritur libra cum 40. grad. augens ſupra vigintiocto grad. eius aſcenſionis in ſphæra recta eſt 12. grad.patet ergo,quòd quantum ex illis adimitur, tantum ex iſtis additur. Quam ob cauſam amborum aſcenſiones ſimul iunctæ in ſphæra obliqua, aſcenſionibus in ſphæra recta ſimul iunctis æquantur. Nam ſi in ſphæra recta libræ & arietis aſcenſiones vniantur:56 gra: efficiunt. In ſphæra verò obliqua,ſi aſcenſio arietis ſexdecim grad.cum 40. libræ iungantur; proculdubio idem inde graduum numerus exurget. Quamuis eorum aſcenſiones in ſphæra obliqua ſeparatæ,aſcenſionibus eorundem in ſphæra recta ſeparatis minimè æquales ſint; ad inuicem tamen coniunctæ æquantur. ſiquidem

Regula arithmetica.

quantò altera eſt minor, tantò vtiq; altera eſt maior : ſic enim docet proportio arithmetica,ſcilicet quod fit ex medio duplato, æquale ei,quod reſultat ex additione duorum extremorum à medio æquidiſtantium : vt quod fit ex duplatione quatuor , æquetur ei , quod fit ex additione,duo cum ſex , quæ etiam ſunt octo. Itaq; pars zodiaci , quæ eſt ab initio arietis ad finem geminorum velocius pergit quàm pars æquatoris ſibi proxima . reliqua verò à principio cancri ad finem virginis contrario modo ſe habet:propterea fit æqualitas. Porrò pars zodiaci,à principio libræ ad finem ſagittarij tardius pergit,& oritur directè: reliqua verò ab initio capricorni ad finem piſcium , velociùs , & obliquè : ſicq; ambæ in fine ſimul cum æquatore conueniunt. Arcus præterea zodiaci ſi abſolutè intelligantur, abſq; aliquo reſpectu ad præcedentes, ſeu conſequentes aſcenſiones : exempli gratia, vt ſi

Arcus zodiaci quomodo fiant minores.

tauri aſcenſio conſideretur , nullo ad arietis aſcenſionem habito reſpectu ; hoc modo non omnes arcus, qui ſuccedunt arieti minuunt ſeu minores habent aſcenſiones , niſi aries,taurus, & gemini tantùm,qui obliquè oriuntur: Cancer vero,leo,& virgo, quoniam rectiùs oriuntur quàm in ſphæra recta,ſuas vtiq; augent aſcenſiones. Pari quoq; ratione,non omnia ſigna libræ ſuccedentia,augent aſcenſiones,niſi libra,ſcorpius,& ſagittarius : capricornus autem, aquarius, & piſces, quia obliquiùs,quàm in ſphæra recta,non augent,ſed minuunt aſcenſiones. Quòd ſi huiuſmodi arcus ad alios comparentur , vtpote ſi aſcenſio tauri cum

Quomodo maiores.

aſcenſione arietis coniungatur , & aſcenſio geminorum vtriuſq; aſcenſionibus miſceatur , atq; ita de reliquis ſimile habeatur iudicium ; tunc profectò omnes arcus arieti ſuccedentes minuunt aſcenſiones : & cancer quidem minuit ſuam aſcenſionem ; quoniam aſcenſio correſpondens ei in ſphæra obliqua , eſt minor quàm in ſphæra recta ; licet enim oriatur

Quomodo vna aſcenſio ſit maior, & minor.

directè, habeatq; aſcenſionem magnam: quoniam autem eius aſcenſio cum arietis,tauri,& geminorum aſcenſionibus coniuncta eſt, quæ quidem ſigna obliquè oriuntur ; tota ipſius aſcenſio redditur diminuta. ſimile quoq; poteſt eſſe de aſcenſione leonis iudicium. Capricornus præterea, etſi ſuam minuat aſcenſionem non comparatam , atq; alteri coniunctam, eam tamen auget, aſcenſionibus coniunctam præcedentium : Coniungitur enim cum libræ aſcenſione,ſcorpionis,& ſagittarij,quæ auctæ ſunt: & ita de alijs eſt ſentiendum. omnes igitur arcus zodiaci æquidiſtantes ab initio arietis & libræ in ſphæra obliqua,æquales habent aſcenſiones,quia nimirum reſpectu orizontis obliqui, æqualem ab æquatore declinationem obtinent. Eodem quoq; modo ſe habent aries & piſces,taurus & aquarius , gemini

Regula in ſphæra obliqua.

& capricornus,cancer & ſagittarius, leo & ſcorpio,virgo & libra. Ex quibus patet,quare dies naturales ſint inæquales. Eſt autem dies naturalis reuolutio æquinoctialis circa terram ſemel, cum tanta zodiaci parte , quantam interim ſol pertranſit motu proprio contra firmamentum. Cùm autem illorum arcuum, vt dictum eſt, aſcenſiones ſint inæquales tam in ſphæra recta,quàm obliqua, & penes illarum aſcenſionum additamenta dies naturalis conſiderentur ; illi vtiq; neceſſariò erunt inæquales. In ſphæra quidem recta propter zodiaci obliquitatem, in obliqua verò tum propter zodiaci obliquitatem , tum propter obliquitatem orizontis obliqui. Adde etiam tertiam cauſam , quæ eſt eccentricitas

Dies naturalis quid ſit.

circuli ſolaris. In Almageſti. dies naturalis ita deſcribitur : Dies naturalis eſt tantū tempus,per quantum ſol mouetur ab oriente per meridiem,per occidentem,& per ſeptentrionem, quo-

De diebus naturalibus.

neni, quoadvſq; ad punctum redeat, à quo exiuit, vel ad aliud ſimilè. hoc autem dico, quia non eſt idem diei principium apud omnes: nam aliqui à media nocte, aliqui verò à meridie, diem inchoant. Quoniam autem de diebus naturalibus certas regulas habere non valemus, niſi ex æquatoris reuolutione, quæ cùm ſit æqualis, & vniformis, ſi aliunde dierum naturalium inæqualitas non manaret, omnes profectò dies naturales eſſent æquales: rectè ergo dictum, quòd ſit reuolutio æquinoctialis, cum tanta parte eiuſdem, quantam deſcribit Sol motu ſuo proprio de zodiaco contra firmamenti motum. Inæqualitas ergo in diebus naturalibus, ex arcus deſcripti à Sole in zodiaco additamento dependet. Tribus autem de cauſis ad reuolutionem æquinoctialis de arcu deſcripto à ſole, minus in vna, quàm in altera die additamentum fieri ſolet: ex diuerſa vtiq; ſignorum zodiaci aſcenſione, de qua quidem paulò ante locuti ſumus, vnum quidem ſignum breuiori tempore quàm aliud aſcendit: iccirco arcus deſcriptus à ſole in tali ſigno exiſtente, maior certè eſt: proinde cùm talis arcus æquinoctialis reuolutioni additur; fit additamentum maius. Eccentricitas præterea Solis in cauſa eſt: orbes autem ſolis fol. 191. huius deſcripti ſunt. Sol namq; mouetur in ſphæra eccentrica, cuius pars remotior à centro mundi, quæ aux vocatur, eſt circa finem geminorum: & alia propinquior, quæ vocatur oppoſitum augis, eſt circa finem ſagittarij. Sol præterea circa centrum ſui eccentrici, æqualiter, atq; vniformiter mouetur, nempè in æqualibus temporibus, æquales circa tale centrum, angulos deſcribendo. Exempli gratia, ſit centrum Solis a. & centrum ſui eccentrici b. & in 30. diebus deſcribat Sol circa centrum b. angulum, qui ſit tertia pars anguli recti; ita vt in fine triginta dierum ſol ſit in puncto c. deducantur linea a.b & b.c. conſcriptum angulū continentes; tunc planè dicere neceſſe eſt, in alijs triginta diebus, æqualem angulum à Sole deſcribi, atq; ita pergere, quoaduſq; ad ſuum redeat locum. Cùm ergo iſta ita ſe habeant, vt dierum naturalium inæqualitas ſeruari poſſit; à ſole circa centrum mundi inæquales angulos deſcribi, nempè maiores in oppoſito augis, & minores in auge, neceſſarium eſt. Patet hoc ex vigeſima prima primi Euclidis. Quoniam autem cum maiori angulo circa aliquod centrum, alicuius circuli maior circumferentia ſubtenditur, vt dicitur in vltima propoſitione 6. Euclidis: inde fit, vt maiorem Sol portionem deſcribat de zodiaco, dum eſt in oppoſito augis, in hyeme ſcilicet, quàm dum eſt in auge, hoc eſt, in æſtate: atq; ita æquinoctialis reuolutioni additamentum adiungitur maius in hyeme, quàm in æſtate. hæ autem duę cauſæ locum in ſphæra recta habent. in ſphæra autem obliqua, tertia cauſa eſt obliquitas orizontis: propter enim obliquitatem orizontis, fit maior diuerſitas in aſcenſione ſignorum. Vnde ergo inæqualitas dierum naturalium proficiſcatur, & quæ ſint illius cauſæ, dixi.

Inæqualitas dierum naturalium.

Eccentricitas ſolis.

Anguli recti ſolis.

Euclides.

Tres cauſæ numerantur.

CAP. IIII.

De dierum naturalium inæqualitate.

QVoniam huiuſmodi res eſt ſcitu digna, atq; à præſentis tractatus inquiſitione nequaquam abhorret; propterea paululum immorari non tedet. Pro huius autem inquiſitionis intellectu, non inutile erit ſcire: aliquot dies naturales, ſenſibiliter inæquales eſſe, qui planè ab Aſtrologis dies deferentes vocantur.

Id autem contingit, quando Sol ingreditur cancrum, nempè in auge, in æſtate: & dum ingreditur capricornum, in oppoſito augis, in hyeme; iſti ſunt duo dies ſenſibiliter inæquales, atq; ab inuicem differentes. Aliqui ſunt dies differentes inæquales, inſenſibiliter tamen, vt duo dies proximi: atq; tales dies medij, ſeu mediocres nominantur. In æquinoctijs autem ſunt dies æquales: diuerſitas enim ſignorum tunc temporis nequaquam inæqualitatem producit; quandoquidem aries, & libra æqualiter oriantur. Neq; eccentricitas ſolis cauſat diuerſitatem: in illis enim punctis, eſt in longitudinibus rectè medijs ſui eccentrici. Itaq; dies naturales in diuerſis anni temporibus, ſunt ad inuicem æquales: dies

Dies ſenſibiliter inæquales

Dies æquales.

ſiquidem naturales ab vnius medietatis anni principio, ad finem vſq; eiusdem procedunt decreſcendo. Cùm ergo in vtroq; proceſſu fiat tranſitus de extremo in extremum: bis igitur erit tranſitus per medium: atq; ita ambo erunt æquales adinuicem, nempè vnus, qui in vnius medietatis dimidio ſitus eſt, & alter, qui in alterius.

Dies proximi

Præterea, in quolibet orizonte, in quo ſunt diuerſi dies naturales, tunc etiam quicunq; dies naturales proximi, ſunt ad inuicem inæquales: eccentricitas enim Solis eſt maior cauſa pro dierum naturalium inæqualitate procuranda, quàm alia qualibet cauſa. Sed in quibus duobus diebus proximis: aut ſol magis appropinquat ad centrum in primo, aut in ſecundo: aut è contra: Illi ergo proximi dies ſunt inæquales.

Proximi dies ſunt inæquales.

Conſtat ergo, in quolibet orizonte, in quo plures ſunt dies naturales diuerſi, aliquot inæquales eſſe. Siquidem ſimplicium æquinoctialis reuolutionum tempora propemodum omnia æqualia habentur ad inuicem. At tempora aſcenſionum zodiaci, ſimplicibus æquinoctialis reuolutionibus addita, ſunt inæqualia: dies ergo naturales ſunt inæquales, quippe qui ex illis additamentis fiant. valet conſequentia per illam animi conceptionem: videlicet, ſi æqualibus inæqualia addas, quæ inde reſultant, ſunt inæqualia.

182. Pararelli.

Itaq; Sol tendens à primo puncto capricorni per arietem vſq; ad primum punctum cancri raptu firmamenti 182. pararellos deſcribit: ſimiliter & totidem à primo puncto cancri deſcendens per libram, vſq; ad primum punctum capricorni: qui planè circuli diebus naturalibus attribuuntur: arcus autem, qui ſunt ſupra orizontem, artificialium dierum eſſe dicuntur: quia nimirum dies artificialis eſt latio Solis ſuper terram: arcus autem, qui ſunt ſub orizonte, noctibus applicantur.

Circuli dierũ naturalium.

In ſphæra igitur recta partes ſunt æquales, ipſius enim orizon tranſit per polos mundi: proinde arcus dierum atq; noctium æquales ſunt. In ſphæra autem decliui, orizon obliquus, æquinoctialem, in duas partes tantùm diuidit æquales: Sole namq; exiſtente in altervtro punctorum æquinoctialium, fit æquinoctium in vniuerſa terra: Alios verò circulos omnes, in partes inæquales: ita, vt in omnibus circulis, qui ſunt ab æquinoctiali vſq; ad tropicum cancri, & in ipſo tropico cancri, maior ſit arcus diei, quàm noctis, hoc eſt, arcus ſupra orizontem, quàm ſub orizonte.

Tempus in quo dies fiunt maiores.

Quamobrem tempore, quo mouetur Sol à principio arietis vſq; in finem virginis, dies ſpacio longiori, noctem ſuperat: eoq; magis, quò ad cancrum propiùs accedit; & eò minus, quò ab illo recedit. Contrario autem modo ſe habet res, Sole in ſignis auſtralibus commorante: in omnibus namque circulis, qui à Sole, inter æquinoctialem, & tropicum cancri deſcribuntur, maior eſt ſub orizonte circulus, minor verò ſuprà: proinde arcus diei eſt minor, quàm arcus noctis; atq; ita pro arcuum proportione, dies minorantur ſupra noctes.

In quo tempore fiant minores.

Denique quantò circuli ſunt tropico hyemali propinquiores, tantò magis dies minoratur. Quare, ſi ſumantur duo circuli ex diuerſis partibus ab æquinoctiali æquidiſtantibus; quantus certè eſt arcus diei in vno, tantus profectò erit arcus diei in altero. Ex quo ſequitur, vt ſi duo dies naturales in anno ſumantur, ab alterutro æquinoctiorũ in oppoſitis partibus, æqualiter remoti: quanta eſt dies artificialis vnius, tanta ſit nox alterius: & è conuerſo. etenim, quantò polus mundi magis eleuatur ſupra orizontem, tantò maiores ſint dies æſtatis: quando ſcilicet ſol eſt in ſignis ſeptentrionalibus. Sed è conuerſo quando eſt in ſignis auſtralibus, tunc enim dies minorantur ſupra noctes.

Quæ ſigna oriantur rectè & obliquè.

Quam ob cauſam ſigna, quæ ſunt à principio cancri per libram, vſq; in finem ſagittarij, in ſphæra obliqua, ſimul iunctas aſcenſiones habent: maioresq; aſcenſionibus ſex ſignorum, quæ ſunt ab principio, per arietem vſq; ad finem geminorum: idcirco illa ſex rectè, hæc autem obliquè oriri dicuntur.

Virg.

Sic namq; loquitur Virg. in georgicis: Recta meant, obliqua cadunt à ſydere cancri, donec finitur chiron .i. vſq; ad finem ſagittarij. Illa ergo ſigna rectè oriuntur, à cancro autem, ad finem vſq; ſagittarij, cadunt obliquè.

Quando oriũtur in die.

Quando in æſtate nobis eſt maxima dies, ſole ſcilicet in principio cancri exiſtente, tunc ſex ſigna in die rectè oriuntur, obliquè verò ſex alia in nocte. At, quando nobis eſt minimus, vtpote in principio capricorni: contrario modo res ſe habet. Quando autem ſol eſt in alterutro punctorum æquinoctialium; tunc temporis, tria ſigna directè, tria verò obliquè in die oriuntur: ſimiliter etiam & in nocte.

Regula.

Quapropter eſt huiuſmodi regula. quam-

gula. quamlibet ſit breuis, ſeu prolixa dies, ſimiliter & nox; ſex ſigna ſemper oriuntur in
die, & totidem in nocte: vnde nec propter prolixitatem breuitatemque diei, ſeu noctis,
plura, ſeu pauciora oriuntur. Sanè, cùm hora naturalis ſit ſpatium temporis, in quo medie- Hora naturalis.
tas ſigni oritur; in qualibet autem die artificiali, ſimiliter & in nocte, ſint horæ 12. natura-
les: in omnibus autem circulis, qui ſunt à latere æquinoctialis, vt ex parte auſtrali, vel
ſeptentrionali minorantur dies, ac noctes: quatenus ſcilicet plura, vel pauciora ſigna in die
vt in nocte, rectè, ſiue obliquè oriuntur. Sed dicet aliquis. Dies naturalis eſt tempus 24. Obiectiones.
horarum: ſed omnes 24. horæ ſunt omnibus alijs 24. horis æquales: omnes ergo dies natu- 1.
rales ſunt æquales. Maior patet ex diffinitione diei naturalis, qui quidem eſt 24. horarum
ſpatium. Minor verò patet, quia ſcilicet qualibet hora, cuilibet horæ eſt æqualis: omnes er-
go ſunt æquales. Conſequentia eſt nota, & antecedens patet: hora enim eſt tempus 60.
minutorum, vt dicunt Aſtrologi. ſed 60. minuta ſunt in omnibus horis æqualia: Omnis er-
go hora eſt omni horæ æqualis. Amplius, ſi ita res ſe haberet, vna ergo anni medietas eſſet
alteri inæqualis medietati: Maior vtiq; ſeu minor. ſed conſequens implicat contradictio- 2.
nem; ſiquidem quodlibet integrum, eſt ad quamlibet ſuarum medietatum præciſè du-
plum. Adde, quòd tunc menſes eſſent inæquales, imò ipſæ horæ, atque minuta, quod ſimili
ratione probari poteſt. ſed hoc eſt falſum: ergo quod prius. Iterum, tunc in hyeme eſſent 3.
dies longiores quàm in æſtate: medietas enim anni, quæ à principio libræ, vſq; ad princi-
pium arietis per capricornum, maior eſſet medietate, quæ eſt à principio arietis per can-
crum vſq; ad principium libræ; cuius oppoſitum videtur propter augem, quæ eſt iuxta
principiũ cancri: propterea diutius Sol in illo zodiaci medietate immorari videtur. Conſe-
quẽtia patet, quia Sol in hyeme eſt terræ proximior, quàm in æſtate: maiorẽ ergo portionẽ
de zodiaco in hyeme, quàm in æſtate deſcribit. Illa ergo addita cũ reuolutione æquinoctia-
lis pro tanta parte, quanta à ſole de zodiaco deſcribitur, in hyeme vtiq; dies naturalis lon- Soluuntur.
gior eſſet, quàm in æſtate: quod falſum eſſe, experientia ſatis docet. Reſpondeo ad primum, 1.
negoq; omnes horas eſſe æquales: hora enim eſt ortus medietatis vnius ſigni ſuper orizon-
tem. ſed ſignorum medietates, difformiter, ſiue inæqualiter oriuntur: non ergo ſequitur
illatio. Ad 2. Anni medietas bifariam intelligi poteſt: vno quidem modo pro medietate 2.
numeri dierum totius anni; atq; ita vna anni medietas eſt alteri æqualis medietati: alio
modo pro tempore ingreſſus ſolis ad aliqud ſignum, vſq; ad tempus ingreſſus eiuſdem ad
oppoſitum ſignum: & ſic conſequentia non valet, confirmatio tota admittitur. Ad 3. patet 3.
ſolutio ex dictis: Sol enim in auge magis diſtat à centro, & minorem circulum deſcribit,
quàm in oppoſito augis. Sed iterum argues: in ſphæra recta ſemper eſt æquinoctium: in Aliæ obiectiones.
quo tam dies artificialis, quàm nox ad inuicem ſunt æquales. ſed qualibet dies naturalis in-
tegratur ex die artificiali cum ſua nocte: qualibet ergo dies naturalis, eſt æqualis cuili- 1.
bet diei naturali: ſiquidem omne integrum ex æqualibus partibus in numero, & magni-
tudine, eſt alteri æquale. Quoniam autem dies incipit à Meridie, ſecundum Aſtrologos,
per quem ſigna tranſeunt, veluti per rectum orizontem: igitur, ſi dies naturales ſunt æ-
quales in ſphæra recta, & in obliqua etiam ſimiliter ſe habebunt. Item, dies naturalis eſt 2.
completa circa terrã æquinoctialis, atq; circulorũ ab eo æquè diſtantiũ reuolutio, ſic enim
ab omnibus defenditur, ſuperiorem huiuſmodi circulorũ arcum, diurnũ appellari; inferio-
rem verò nocturnum, ac pro arcuum proportione, diei ac noctis ſpatia temperari. ſed di-
ctorum circa terram circulorũ eſt æqualis reuolutio: igitur omnes dies naturales ſunt æ-
quales ad inuicẽ. Amplius, dies naturales dicuntur eſſe inæquales, propter ſolis motũ in zo- 3.
diaco inæqualẽ, atq; difformẽ, & aſcenſionis quoq; illarũ partium inæqualitatem: ſed fieri
poteſt, vt in aliquo dierum, aſcenſiones huiuſmodi ſint æquales; atq; tunc fiat dierum æ-
quatio: non omnes ergo dies naturales ſunt inæquales. Reſpondeo ad primum, atq; dico, du- Solutio.
plex eſſe æquinoctium, vulgare ſcilicet, & verum: & vulgare quidem eſſe diei artificia- 1.
lis cum ſua nocte æqualitatem; aut inſenſibilem alterius ſuper alterum exceſſum, qui pla-
nè ex illius additionis cauſa procedit. Cùm enim illa additio parua ſit, atq; inſenſibilis, ex-

dus ſit ſphæricus

Duplex æquinoctium.

2.

Dies habet plus viginti quatuor horis.

3.

ceſſusquoq; ſimiliter ſe habet. Quomodo autem vulgaribus non ineſt illa viuacitas, quemlibet paruum exceſſum contemplandi; hac de cauſa in ſphæra recta affirmant, æquinoctium ſemper haberi. At æquinoctium verum, eſt æqualitas diei cum ſua nocte; ita vt nec ſenſibiliter, nec inſenſibiliter ſeſe ſuperent: atq; ita in ſphæra recta huiuſmodi æquinoctium non ſemper habetur, niſi vnius tantùm diei cum ſua nocte. Ad 2. Dies naturalis non eſt præciſè illa reuolutio, ſed ſuprà illam eſt additio motus Solis. Et cùm dicitur, quòd arcus ſuperior &c. Verùm quidem eſt, nihilominus vltrà illum additur portio motus ſolaris, quæ parua eſt, & inſenſibilis, ideoq; ab illis neglecta. Ex quo licet animaduertere, ſingulos dies naturales, quoad ſenſum vulgarium, viginti quatuor horas continere: quoad veritatem autem, diem quemlibet plus aliquid habere: & tantò quidem plus, quantum eſt illud additum, quod ſimul aggregatum in anno, viginti ſpatium complet horarum. Ad 3. omnes dies, omnibus diebus eſſe inæquales, ab Aſtrologis negatur: imò aliquot adinuicem æquari, affirmatur: ſed illos eſſe inæquales, qui eas habent conditiones, quæ ante non ſemel à nobis dictæ ſunt. Porrò, quare Aſtrologi incipiunt dies à meridie; hæ à Ptolom. 2. & 3. Almeg. & ab Alphag. rationes reddi ſolent. Quoniam, inquiunt, dies naturalis, vltra motum æquinoctialis completum, motum partis continet, qua Sol mouetur: & meridiani in omnibus fermè habitationibus ſunt vniformes, ex quo omnes tranſeunt per polos, & quælibet zodiaci pars aſsignata, per quemuis meridianum æqualiter tranſit; ſequitur, vt illa additio in omni habitatione ſit æqualis: quod certè in orizontibus obliquis contingere nequit. Hanc ergo ob cauſam Aſtrologi à meridie diem inchoandum eſſe docent. Hæc de ortu ſignorum dixiſſe, puto præſenti ſpeculationi, ac libri extremitati, & penè fini ſufficere.

Quare dies incipit à meridie.

Mercvrivs.

Pater ipſe corporeum faciens Mundum, & in molem cogerens, id totum ſphæricum reddidit, inprimens qualitatem materiæ exiſtenti immortali: in ſphæram, velut in gyrum omni qualitate illam circumſepſit.

Comment. XII.

Dialogo. 8.

QVID ſit circulus zodiacus, & arcturus, ſecundum Mercurium, audiuimus: nunc ex eodem audire lubet, quomodo mundus ſphæricam habeat figuram: de qua quidem octauo Pymandri ita loquitur: Primus omnium, *inquit,* verè ſempiternus, immortalis, ingenitus Deus, omnium autor. *Et eſt ſenſus: Omnia, Deo duntaxat excepto, non ſunt verè æterna, & immortalia: quia nimirum à ſeipſis non habent eſſe; ſed à deo omnium authore acceperunt, vt ſint; vtq; in eorum eſſe permaneant. At Deus, eſt ſibi ſuum eſſe, ſuaq; eſſentia ab eſſe non diſcrepat: igitur ipſe eſt verè æternus, ingenitus, atq; immortalis. Tex.* Deinde ſecundus ad illius imaginem, mundus ab eo genitus, & ab eodem ſeruatus, nutritus, & immortalitate donatus, velut à proprio parente, viuens quidem ſemper, & immortalis. *Senſus eſt. Mundus non eſt æternus à parte antè, ſed à parte pòſt, quod quidem immortalitatis donum à Deo accepit, ad quem mundus ſe habet, veluti filius ad proprium parentem. Sæpius apud Mercurium, & Platonem, Deus pater mũdi nominatur: quò vtiq; eius erga mundum affectus, cura, atq; ſolicitudo clariùs nobis innoteſceret. Tex.* Etenim ſemper viuens, & ſempiternum hoc, inuicem differunt:

Deus ſolus eſt verè immortalis.

Deus pater mundi.

Quòd mũdus ſit ſphæricus

rũnt: quod ſempiternum quidem, ab altero factum non eſt. ſin autẽ ã fiebat à ſeipſo, non aliquando factum fuit, ſed fit ſemper. ſempiternum enim quatenus ſempiternum, eſt omne. Pater autem ille ſuiipſius ſempiternus. At verò mundus à patre ſemper viuens, immortalisq́; factus eſt. *Senſus eſt: eſſe ſempiternum, & immortaliter viuere, non ſunt idem: illud Dei eſt ſolius, qui eſt ſuiipſius ſempiternus: Mundus verò ex eo, quòd à Deo eſt factus, & ab eodem immortalitate donatus, & nutritus; ſempiternus, nec dici, nec eſſe poteſt.* Eſt, *inquit*, factus à patre ſemper viuens, atq; immortalis: *quia penitus non interibit. Tex* Quantumq́; materiæ fuerat ſubiectus patri: pater ipſe corporeum agens, & in molem congerens, id totum ſphæricum reddidit: imprimens qualitatem materiæ exiſtenti immortali rationemq́ue materiæ ſempiternam habenti.

Mũdus à Deo factus.

Senſus eſt: Materia qua conſtat mundus, à Deo producta, eiusq́; voluntati ſubiecta: ex ea mundum corporeum fecit, vt eſſet viſibilis: deditq́; illi formam ſphæricam, omnium vtiq; aptiſſimam, ac tanto corpori congruentem. Imprimens *&c. hoc eſt, materiæ qualitatem conceſſit, qua poſt ſui conditionem perpetuò conſiſtere poſſet. Tex.* Plenus autem ideis omnibus, qualitates pater inſerens, in ſphæram, veluti in gyrum omni qualitate illam circumſepſit. *Senſus eſt, Mundus eſt plenus omni formarum genere, in hoc præſeferens patris, atque conditoris imaginem, qui ab eodem Mercurio, & à Platone vocatur mundus archetypus. Et Dialogo. 13.* Mundus intelligibilis. Qualitates inſerens in ſphæram, *hoc eſt, non ſolùm donatus eſt mundus à ſuo opifice omnium plenitudine formarum; verùm etiam, & congrua formæ ſphæricæ diſpoſitione; vt ſic etiam ſuum autorem, quoad ſibi poſſibile eſt, imitari videretur: Deus enim à Mercurio vocatur ſphæra intelligibilis 13. Pymandri:* Audite, *inquit*, cœli, quieſcite venti, circulus immortalis Dei, orationem iſtam exaudiat. *Itaq́; mundus iſte ſenſibilis factus eſt ad ſimilitudinem mundi archetypi, in quo non eſt principium, neq; finis. Etenim effectus, quoad fieri poteſt, debet ſuæ cauſæ aſſimilari: ſed mundus eſt Dei effectus: igitur, quantum poteſt, debet illius ſimilitudinem gerere. Deus autem eſt infinitus duratione, vigore, perfectione: Mundus verò cùm ſit conditus, duratione infinitus eſſe nõ poteſt; habet enim principium ſui: Neq; etiam poteſt eſſe infinitus vigore, propterea quòd eſt corpus; & de infinito perfectione, ſimilis eſt ratio: Igitur eſt infinitus figura ſphærica: in qua cùm non ſit angulus, non datur initium, neq; finis. Itaq́; Deus mundi opifex, optimusq́; architectus, hunc in modum orbem locauit, & diſſociata locis, concordi pace ligauit, mundumq́; gyrotornando æquauit. Omnium præterea corporum iſoperimetrorum, hoc eſt æqualium circumdantium ſuperficierum, rotunda figura capaciſſima eſt: Igitur talem decuit mundum habere, qui intra ſe omnia eſſet contenturus. Item ſi mundus, ſiue cœlum eſſet trilateræ figuræ, quadrilateræ, aut multilateræ; plurima profectò ſequerentur abſurda: orbem ſcilicet in orbe ſine vacuo eſſe non poſſe, & circumdatum ab altero corpus, ſine loco eſſe, & orbes inuicem non ſine offenſione, ſectionisq́; iniuria, poſſe moueri. hæc profectò omnia ſequerentur abſurda; ſi primi mobilis concauum, & alicuius inferioris conuexum, ſphæricam non haberet figuram. Item primo corpori, prima debetur figura: ſed cœlum eſt primum omnium corporum, quia perpetuum ſcilicet, & aliorũ corporum cauſa; figura verò ſphærica, eſt prima figurarum, ſecundum geometras: cœlum ergo eſt figuræ ſphæricæ. ſimiliter corpori ſimpliciori, ſimplicior conuenit figura: ſed cœlum eſt corpus ſimplex; figura verò ſphærica eſt ſimpliciſſima, quippè quæ vnica linea continetur: ergo quod prius. Sanè perfectiori corpori, perfectior erat figura attribuenda. ſed cœlum eſt corpus perfectum: ſphærica verò figura eſt perfectiſſima, quia ſcilicet eſt additionis expers, inter omnes capaciſſima, & ad motum cœli aptiſſima: ergo. Plato in Timæo, Mercurium ſecutus, de forma mundi loquens, ſic ait: Deus mundo, inquit, figuram maximè congruam, & decoram dedit: Animal quippè hoc, quòd intra ſuum ambitum, erat animalia omnia contenturum, eam figuram præcipuè requirebat, in qua*

Mundus eſt ſphæricus.

Mundus plenus ideis.

Deus ſphæra intellectualis.

Quare mundus eſt ſphæricus. 1. 2. 3. 4.

Figura ſphærica eſt ſimplex, perfecta & prima.

Plato de forma ſphærica.

 Quòd cœlū ſit ſphæricum.

& in ipſo conſiſtunt omnia, atq; à bonorum ſuorum ſtatu immota ſeruantur. Quid autem, quando hunc procedere ad omnia, & moueri theologi dicunt, qui eſt immobilis? Nonne id quoque piè eſt intelligendum? Moueri enim eum religioſè putandum eſt, non per corruptionem, aut immutationem, aut variationem ſeu ſucceſſorium, localemue motum: non rectum, non orbicularem, non ex vtriſq; conſtantem: non intelligibilem, non animalem, non naturalem; ſed ex eo quòd ad ſubſtantiam perducat Deus, & cuncta contineat, & modis omnibus, omnium prouidentiam gerat, adſitq; omnibus, cuncta abſolutè continens prouidentiſſimis ſuis (ad ea quæ ſunt) proceſſibus, atq; operationibus. Sed & motus immobilis Dei dignè, & piè laudari conuenit: Ac rectum quidem intelligere oportet in Deo, indeflexibilem conſtantiam, proceſſumq; actionum nuſquam inclinantem, & quæ ex eo prodit, omnium generationem. Porrò flexuoſum progreſſum, ſtabilem fœcundumq; ſtatum. Orbicularem verò, identitatem, & quòd continet media, atq; extrema, quæ ambiunt, atq; ambiuntur, & eorum (quæ ab ipſo proceſſerunt) ad ipſum conuerſionem. Itaq; cœlum eſt ſphæricum, vt ſua quidem ſphærica figura, motum illum circularem, quò omnia à Deo dependentia, ad ipſum reuerti affectant, oſtenderet: quò enim diuinis illis ſpiritibus proximiora ſunt corpora; eò magis illorum motum imitari geſtiunt. Quamobrem rectè dictum ab eodem Dionyſio cap. 2. de diuinis nominibus, Deum eſſe omnium centrum, circa quod omnia voluuntur, & in quo omnia quietem obtinent, à quo omnes circuli extenti procedunt, & in quo, omnes circuli firmamentum habent. omnis enim creatura ad id ſponte nititur, vt eò redeat, vnde proceſſit. ſed à Deo omnia condita ſunt: ad ipſum ergo, veluti ad ipſorum principium, medium, & finem, cuncta redire feſtinant.

Deum moueri quomodo intelligatur.

Motus Dei rectus.

Obliquus motus.

Orbicularis.

Deus eſt centrum omniū.

Digressio prima cap. I.

Ariſt. 2. cœli, tex. com. 22. docet cœlum eſſe ſphæricum.

MVndum eſſe ſphæricum 2. cœli tex. comm. 22. plurimis oſtendit Philoſophus rationibus, quas paulò antè adduximus. Figuram, inquit, ipſum cœlum rotundam habere, neceſſe eſt: tum quia hæc commodiſſima eſt, tum etiā quia ſubſtantia, atq; natura eſt prima. hæc enim figura (teſte commentatore ibidem) ita ſeſe habet ad cæteras; ſicuti cœlum ad alia corpora: ſed cœlum eſt aptiſſimum omnium corporum, capaciſſimum, atq; commodiſſimum: ſphærica ergo figura eſt omnium aptiſſima, capaciſſima, atq; commodiſſima. Tex. Ariſt. Omnis itaq; figura plana, aut recti linea eſt, aut curui linea: atq; recti linea quidem à pluribus continetur lineis, curui linea autē ab vna tantum. Et reuera linea recta neceſſariò eſt inter duo puncta: circulus verò circa vnum vt dicunt Geometræ. Cùm itaq; in vnoquoq; genere, vnum, multis, atq; ſimplex compoſito natura ſit prius: planarum profectò figurarum circulus erit prima. Senſus eſt ſecundum Auerroem: primum ſecundum ſubſtantiam eſt prius ſecundum accidentia propria, & eſſentialia. ſed figura eſt eſſentiale accidens cœlo: Igitur vt cœlum cæteris præſtat ſubſtantia corporibus; ita etiam figura antecedere debet. Quòd autem figura ſit accidens cœlo, patet, quia ſcilicet eſt maximè à materia remotum, quæ omnis eſt capax figuræ. Quam ob cauſam elementa poſſunt multas figuras admittere, propterea quòd materiæ propinquiora ſunt, cœlum verò formæ potius, quàm materiæ. Ex quo intelligi poteſt, omne accidens cœli eſſe inuariabile: elementorum verò, atq; mixtorum variabile. In cauſa autem eſt, quia in cœlo eſt plus de forma, quæ eſt inuariabilitatis cauſa: in alijs verò plus de materia, à quo eſt omnis varietatis ratio. Porrò circulus eſt prima figura perfectione, cuius ſignum eſt, quia rectum non continet circulare, ſed bene circulare continet rectum: circulare enim ſeipſo finitur, rectum verò ad aliud. Præterea, ſicut compoſitum habet plura, ita & cæteræ figuræ plura habent, quàm circulus. Deinde, vt com-

Ariſt. rationes

Auerr.

Circulus eſt pͥma figura.

Quòd cœlũ ſit ſphæricum.

vt compoſitum præſupponit ſimplex; ita omne rectum præſupponit circulare. Tex. Ariſt. Præterea, ſi perfectum eſt, extra quod nihil ipſius accipi poteſt: & rectæ quidem lineæ

Secunda ratio.

additio ſemper fieri poteſt, circulo autē nequaquam: perſpicuum eſt, eam lineam eſſe perfectam, quæ circulum ipſum continet. Quare, ſi perfectum prius eſt imperfecto; propter hæc & circulus prima eſt figurarum. Lineæ namque rectæ poteſt fieri additio, propterea quòd nouum terminum ſuſcipere poteſt: at circulus facta quauis additione, ad eundem ſemper punctum terminatur. Porrò, imperfectum reſpectu eiuſdem, via generationis, ipſum præcedit perfectum: puer namque prius eſt homo, quàm vir: At abſolutè

Ariſt.

perfectum, ſubſtantia, atq; natura, eſt prius imperfecto. Tex: Eodem quoq; modo ſphæra ſolidarum figurarum prima erit: ſola namque hæc vna à ſuperficie continetur, recti lineæ vera è pluribus: vt enim in planis circulus ſeſe habet; ita ſphæra in ſolidis ipſis. Senſus eſt, ſicut circulus in ſuperficiariis; ita certè ſphæra in corporeis. ſed circulus eſt illarum fi-

Sphæra eſt prima figura corporum.

gurarum prima: igitur ſphæra erit prima corporearum. Etenim, vt circulus vna linea, ita ſphæra, vna ſuperficie continetur. Tex. Ariſt. Præterea, & qui ſolida diuidunt in plana, atq; ex planis ipſis corpora generant, his aſtipulari videntur. Solam ſiquidem ſolidarum figurarum ſphæram non diuidunt, ac ſi non plures ſuperficies, quàm vnam habeat. Diuiſio enim in plana non ita efficitur; vt ſi quis diuidens aliquod totum, in partes diuideret. ſed

Sphæra eſt figurarum ſolidarum prima

vt in ſpecie diuerſa. ſphæram ergo eſſe figurarum ſolidarum primam, perſpicuum eſt. Et eſt ſenſus: Qui corpora ex ſuperficiebus componi dixerunt, ij planè ſolam ſolidarum figurarum ſphæram indiuiſibilem eſſe dixerunt, quippe quæ non plures, ſed vnam tantùm ſuperficiem habeat. Eſt autem (ſecundum antiquos) duplex corporis diuiſio: altera quidē in partes, altera verò in principia. veluti ſi quis lignum infruſtra diuidat, in partes diuidere dicitur: qui verò in ſuperficies, in principia, in quæ ipſum reſoluit. Et primam quidē diuiſionem, corruptionem nequaquam appellarunt, ſed ſecundam; quia per ipſam fit ad principia reſolutio. Itaq; diuiſio in plana, non ita efficitur, vt ſi quis diuidens aliquod totũ, in partes diuideret: quia ſic non fieret in principia reſolutio, ſed vt in ſpecie diuerſa. ſphæra igitur eſt figurarum ſolidarum prima: ac proinde primo corpori debetur. Amplius,

Vnitas conuenit circulo.

Tex. Maximè rationi conſentaneum eſt, ſi & ordo per numerum conſtituatur (vt dicunt ſcilicet pythagorici) ſphæram ipſam hoc modo aſſignare: vnitatem quidem circulo, dualitatem autem triangulo tribuendo, cum duobus rectis, ſuos angulos habeat æquales. Quòd ſi vnitas triangulo tribuatur, circulus nullatenus erit figura; quia cùm ſit triangulo ſimplicior, poſt illum poni non poteſt; atq; ita, ex figurarum numero excideret. Cùm autem prima figura primi ſit corporis, primum verò corpus eſt, quod eſt in vltima circumferentia; rotundum profectò erit, quod latione ipſa circumfertur. Hactenus de vltimi cœli ro-

Omnes orbes eſſe ſphæricos

tunditate ſecundum philoſophum: poſthac cum ipſomet, alios quoq; orbes, atq; elementa ſphærica eſſe oſtendemus. Sequitur tex: comment. 26. Et id igitur, inquit, quod illi continuum eſt, hoc eſt, eiuſdem naturæ, ουνεχ.., enim Græcè interdum pro conſimili in natura ſpecifica, accipitur. Senſus eſt: Reliqui orbes, qui ſunt illi continui, hoc eſt, eiuſdem naturæ, atq; ſpeciei: ſunt etiam figura ſphærici Nam quod rotundo continuum, id eſt, vnigenum exiſtit, & eiuſdem naturæ; eandem profectò poſſidet figuram. Similiter & ea, quæ in horum, ſcilicet orbium medio collocantur, quatuor videlicet elementa. Ea namque,

Elementa eſſe ſphærica.

quæ rotundo continentur, atq; tanguntur corpore; rotunda eſſe cuncta, neceſſe eſt. Sed quæ ſunt ſub planetarum ſphæra, ab illorum ſupera tanguntur ſphæra. Quare ſphæricum erit vniuerſum: nam omnia tanguntur, aut ſunt continua ſphæris ipſis. omnia ergo tanguntur, vtpotè elementa, & ſunt continua ſphæris ipſis, orbes videlicet planetarum. cœlum namq; Lunæ, quòad concauum, eſt rotundũ: ignis quoq; quòad conuexum, erit rotundus: ab illo enim continetur. ſimiliter, & ignis continet aërem, eſt ergo aër rotundus eadē ratione: de aqua quoq;, atq; de terra ſimile eſt iudicium. Tex: Propterea cùm videatur, at-

Vniuerſum eſſe rotundum.

que ſupponatur vniuerſum ipſum circulo ferri, & extra vltimam circumferentiam non ſit locus, neq; vacuum: rotundum ergo eſſe, neceſſarium eſt. ſi enim rectilineum fuerit:

& locum

Quòd cœlũ ſit ſphæricum.

& locum, & corpus, & vacuum eſſe continget extra ipſum. Nam rectilineum cùm circulo vertitur, eandem profectò nunquam occupabit regionem; ſed vbi prius erat corpus, nunc non erit; atq; vbi nunc non eſt, rurſus ob angulorum commutationem erit. Senſus eſt: Si cœlum non ſit ſphæricum, ſed triangulare, aut quadrangulare, igitur eſſet frangibile, vel condenſabile, aut rarefactibile, quæ omnia corpori cœleſti tribui non poſſunt.

Cœlum non eſſe rectilineum.

Conſequentia patet: nam ſi eſſet triangulare, cùm ſphæra contineatur in ſphæra, vtpotè ſphæra Saturni in octaua ſphæra, & ab occidente, in orientem motu oppoſito moueatur; ſequitur, vt anguli ſphæræ Saturni, octauam ſubintrent, ſiue penetrent ſphæram: atque neceſſe eſſet, octauam ſphæram frangi, vt latera Saturni penetrare poſſent: vel cedere, ſicq; eſſet condenſabilis, & rarefactibilis ſicut àër: quod certè corpori cœleſti minimè conuenit. Tex: 27. Simili ratione & ſi aliqua alia figura ei tribuatur, non habens eas lineas, quæ ex medio trahuntur æquales, veluti lenticularis, aut oualis. In cunctis enim eueniet, & locum, & vacuum extra cœlum eſſe, propterea quòd totum non eandem obtinebit regionem. Et eſt ſenſus, ſphæræ inferiores mouentur in zodiaco ſuper polis aliis, & æquè diſtantibus à polis primi mobilis: quòd ſi planetarum orbes non ſint perfectæ rotunditatis, daretur vtiq; vacuum, atq; corporum penetratio, propter commutationem cuſpidum.

Cœlum non eſt figuræ oualis.

Tex: 28. Præterea ſi cœli latio motuũ quidem eſt menſura, propterea quia ſola continuus, & vniformis, & ſempiternus eſt motus: in vnoquoq; autem genere, menſura eſt id, quod eſt minimum; minimus autem motus eſt, qui eſt velociſſimus: perſpicuum eſt, cœli motum, omnium motuum eſſe velociſſimum. Atqui, eorum, quæ ab eodem in idem feruntur, minima eſt linea circularis, per minimam autem eſt motus velociſſimus. Quare, ſi cœlum circulo fertur, atq; velociſſimè mouetur; rotundum ipſum eſſe, neceſſe eſt. Senſus eſt. Motus cœli eſt menſura motuum, quia eſt continuus, & vniformis: ſed menſura in vnoquoq; genere eſt id, quod eſt minimum: Igitur motus cœli eſt minimus, & conſequenter velociſſimus. Quòd ſi eſt minimus, & circulariter mouetur: ergo figuram ſphæricam habet. Valet conſequentia, quia minima eſt linea circularis, per quam ſit motus velociſſimus.

Motus cœli eſt menſura aliorũ motuũ.

Motus autem velocitas bifariam intelligi poteſt: vno quidem modo, vt eſt velocitas circulationis, quæ penes tempus attenditur; atq; ita motus cœli diurnus, eſt velociſſimus, quia nimirum 24. horarum ſpatio completur: ſimiliter motus Lunæ: motus autem Saturni tardior. Alio modo, velocitas motus, penes ſpatium peragratum à mobili conſideratur, in tanto vtiq; tempore: ſecundum quam profectò rationem, diceretur ab Aſtronomis, motũ Saturni, motu Lunæ eſſe velociorem, propterea quòd plus ſpatij in æquali tempore, quàm Luna peragat. Motus præterea minimus duobus modis dici poteſt: aut quidem, vt circulatio; & ita plures ſunt motus, qui ſunt huiuſmodi motu minores; poſſum enim ego ipſe vnius horæ ſpatio, meum motum abſoluere: aut verò, vt motus abſolutè, non habita ratione ad finem: & ſic eſt proculdubio omnium minimus. Nam ſi ego infra ſpatium vnius horæ poſſem ex ſolitudine in tugurium me recipere, ſi idem ſpatium, eodemque tempore à motu cœli primi eſſet abſoluendum, illud certè ab eodem in tempore quaſi imperceptibili abſolueretur. Motus ergo cœli eſt minimus, quia reſpectu eiuſdem ſpatij, nullus illo poteſt eſſe minor.

Motus cœli minimus, & velociſsimus.

Quomodo eſt minimus.

Tex: 30. ſumet etiã quiſpiam ex his corporibus, quæ circa medium conſtituuntur fidem aliquam. Nam ſi aqua quidem eſt circa terram, àër autem circa aquam, atq; ignis circa àërem; ſupera quoq; corpora eadem ratione, continua quidem profectò non ſunt, ſed ſeſe tangentia. At aquæ ſuperficies rotunda eſt; continuum ſiquidem ſphærico, vel circa ſphæricum motum, etiam ipſum tale eſſe, neceſſe eſt. Quare, hac etiam ratione, perſpicuum erit, cœlum ipſum ſphæricum eſſe. Quòd autem aquæ ſit ſuperficies talis, patebit ſuppoſitiones ſi ſumpſeris, & ex eo quia ſuaptè natura aqua in magis cauum ſemper fluit locum. Manifeſtum eſt igitur ex his, quæ dicta ſunt, mundum eſſe rotundũ, atq; admuſſim comptum adeò, vt nihil eorum, quæ manu conficiuntur, nec eorum, quæ apud nos oculis cernuntur, imitabile quicquam habeat. Nihil enim eorum, ex quibus conſtat, tantam rotunditatem, atque exactionem ſuſcipere poteſt, quantam primi corporis

Aqua eſt rotunda.

Cœlum eſſe verè rotundũ

*circũmuecti natura. Nam eam proportionem ipſum ſeruare patet, quam aquæ ad ter-
ram, cæteraq́ elementa, quæ plus remota atq; diſtantia ſunt, ſeruabunt. hæc philoſophus
2. cœli tex: 32. Cœlum igitur, ſecundum philoſophum, eſt verè perfectè q́ rotundũ, quod
ſic etiam à commentatore approbatur: Quò, inquit, cætera corpora cœlo propinquiora, at-
que ſimiliora ſunt; eò magis perfectiùs ſphæricam retinent figuram: cœlũ igitur eſt ma-
ximè ſphæricum. Addit præterea commentator, huiuſmodi differentiam in orbibus quoq;
ſtellarum inueniri: proinde quantò orbis eſt primo mobili proximior, tantò magis eſt
ſphæricus: igitur primum mobile eſt maximè ſphæricum. Quomodo autem elementa ſint
ſphærica in 5. lib. dicetur.*

MERCVRIVS.

Ambitus amplior curſu ſuo, diuino ſpiritu vectus.

Comment. XIII.

*QVOMODO cœlum ſit figura ſphæricum, cùm ex philoſophis, tum eti-
am ex ipſomet Mercurio intellexiſſe, arbitramur: Par modò eſt, at-
que rationi conſentaneum, vt de motu cœli aliquid loquamur. in
tertio Pymandri de motu circulari multa dictauimus: propterea*

Curſus cœli.

paucis me expediam. Ambitum ampliorem, *nempe cœlum ſy-
derum, quod aliis orbibus magnitudine præſtat,* curſu ſuo vehi
diuino ſpiritu, *affirmat. Et reuera, non niſi diuina potentiâ fieri
poteſt, vt tanta machina tam veloci, & indefeſſo curſu moueatur. Quòd autem cœlum*

Tex: exponitur.

octauum, aliique orbes ab intelligentiis moueantur, oſtendit, dicens: Quiſque deo-
rum ex interna virtute, opus ſibi aſcriptum impleuit: *hoc eſt, quælibet intelli-
gentiarum, propria virtute, quam à prima intelligentia acceperat, aſtrum ſibi mouendũ,
regendumq́ aſcriptum, diligenter curauit. Quoniam autem ex cœlorum motibus, atq; a-*

Animalium productio.

ſtrorum lumine, producendorum animalium virtutem habent elementa, ſubdidit: Nata
ſunt ergo viuentia, quadrupedia, reptilia, aquatica, ſimulatque volantia.
Satio item omnis per ſemina pullulans, gramen, herba, atque germina flo-
rum, ſementem quoq; regenerationis intrinſecus comprehendebant. *hæc
Mercurius ibidem, de quibus in quinto libro nobis erit diffusè copioſeque diſputandum:*

Dial. 5.

nunc interim, quam polliciti ſumus, materiam proſequamur. Dialogo 5. de cœlorum moti-

Motus octauæ ſphæræ.

bus, ita loquitur: Diuerſorum ſyderum, diuerſi ſunt motus. *De quibus quidem in
3. lib loco iam citato locuti ſumus, & poſtea etiam loquemur: de ordine verò & ſphæra-
rum nunero in hoc libro diſputauimus; quibus ita ſtatutis, dicimus cum Aſtrologis, o-
ctauæ ſphæræ ad cuius motum orbes deferentes planetarum mutantur, triplicem motum
ineſſe: Vnum quidem à primo mobili, diurnum ſcilicet, quo in die naturali ſemel ſuper po-*

Motus nonæ ſphæræ.

*los mundi reuoluitur. Altero nona ſphæra, quæ ſecundum mobile vocatur, mouetur ſecun-
dum ſucceſsionem ſignorum contra motum primum ſuper polis zodiaci, ſingulis ducentis
annis gradu vno 28. minutis: circulum perficiendo in 49000. annis hic motus augium, &
ſtellarum fixarum in tabulis appellatur: Et eſt arcus zodiaci primi mobilis inter caput
aretis primi mobilis, & caput arietis nonæ ſphæræ. Sanè, ſecundum antiquorum ſenten-
tiam, à quibus nona tantùm ſphæra ponebatur, octaua mouebatur motu proprio in longi-
tudine zodiaci, ſiue ſecundum ordinem ſignorum: quam ob cauſam, motum augium, atq;
ſtellarum fixarum eſſe dixerunt. verùm poſteriores Aſtrologi, motum trepidationis ad-
inuenerunt, & eum octauo orbi attribuerunt: atq; motum dictum augium, ſtellarumquè
fixarum, in nonam ſphæram tranſtulerunt, propterea quòd tardior ſit hic motus, quàm
acceſſus,*

acceſſus, & receſſus: ideóq; ſuperiori ſphæræ conuenienter tribuitur. Et in tabulis eo modo adhuc dicitur: inuenitur enim quantum caput arietis nonæ remotum eſt ab ariete decimæ: ſiquidem principium arietis nonæ ſemper eſt in ecliptica decimæ, & tota ecliptica, ſub primi ecliptica ponitur. Itaq; tertius motus eſt illi proprius, qui motus trepidationis vocatur, ſiue acceſſus, & receſſus octauæ ſphæræ: & fit ſuper duos circulos paruulos in concauitate nonæ ſphæræ æquales ſuper principia arietis & libræ eiuſdem deſcriptos. vnde duo certa puncta octauæ ſphæræ, quæ capita arietis, & libræ eiuſdem vocantur, diametraliter oppoſita circumferentias talium duorum nonæ ſphæræ regulariter deſcribunt: quandoquidem ecliptica octauæ ſphæræ, nonæ eclipticam ſemper interſecet, dum interſecat ſaltem in capitibus cancri, & capricorni, nonæ diametraliter oppoſitis. Quare, cum vnus eorundum punctorum, octauæ ſphæræ eſt in medietate ſui meridiani: alter verò in medietate ſui circuli ſeptentrionalis; ecliptica quoq; octauæ ſphæræ, eclipticam nonæ in partes æquales ſemper certè ſecabit: atq; ita paruulorum circulorum portiones erunt æquales. Velocitatis verò motus iſtius, regula eſt iſta; vt quilibet duorum punctorum circumferentiam ſui parui circuli, in quo circumfertur, in ſeptem milibus annorum præcisè perficiat. hæc illi. Quæ quoniam à fide noſtra quàm longiſſimè abſunt, mihi negligenda eſſe putaui, & ad vtiliora, atq; certiora calamum admouendum. Doctrinam itaq; philoſophi 2. cœl. tex. 3. libenter in medium adducimus. Motus, inquit, cœli ſine labore eſt, propterea quod, nulli ſubijcitur violentæ neceſſitati: quæ quidem cohibens detineret ipſum alio modo ferri. Omne ſiquidem tale languidum eſt, tantò quidem magis, quantò fuerit magis ſempiternus. Et eſt ſenſus, cœlum non mouetur cum labore, alioqui eſſet omnium languidiſſimum, quoniam contra ſuam naturalem inclinationem perpetuò moueretur. ſicq; optima diſpoſitione ſua ſemper vacaret. Sanè, tanto tempore ſuſtineri non poſſet ob conuerſionem ipſam, quæ celerior motus eſt: ſic enim dicebat Empedocles, motum cœli eſſe violentum, & cum labore, ſed velociori motu detineri, ne ruat. Præterea, nec ab anima, quæ perpetuò ipſum manere cogat, conſentaneum eſt rationi: nam talis animæ vita nequaquam ſine triſtitia beata eſſe poterit. Motus enim, & quoniam eſt, cum vi (moueri ſiquidem corpus primum aliter aptum ferri) & continuò mouet, & negotioſam eſſe, & omni à mentis delectatione vacare, neceſſe eſt. Et eſt ſenſus: nec valet ſi quiſpiam dixerit, motum quidem cœli eſſe violentum, ſed ab anima motrice detineri, tum quia huiuſmodi anima cum labore negotium illud perageret; tum etiam, quia non conuenit corporum nobiliſſimo, vt ita violenter detineatur. vnde ſubdit: Quòd ſi neq; vt animæ mortalium animalium ineſt requies aliqua, quæ eſt corporis remiſſio circa ſomum facta; erit profectò neceſſe, vt ipſa detineat illud perpetuum, atq; incorruptibile, veluti quædam rota Ixionem: Quaſi diceret: ſi neq; animæ mortalium animalium ineſt requies, quæ eſt corporis reſtauratio; profectò erit neceſſe, vt illa anima cœlum detineat, veluti quædam rota Ixionem. Etenim, Ixio (ſecundum poëtarum figmenta) cum Iunone concubere volens, virtute autem Iouis cũ nebula concubuit, ex quo centaurus natus eſt: pro cuius punitione, Iupiter conſtituit, vt rotæ radijs eius membra frangerẽtur: vnde poëta: Illic Iunonem tentare Ixionis auſi, verſantur noxia membra rota. Tex: 17. Cùm igitur motus cœli ſit ſine labore, quia contrarium non habet: & motus circularis motui circulari contrarius non ſit; conſiderandum quã ob cauſam plures ſint lationes. Et quanquã de his facere quæſtionem tentemus, quæ longè abſunt, dico longè, non tàm ſecundum locum, quàm potius ex eò, quia accidentium, quæ illis accidunt, omninò perpaucorum ſenſum habemus; dicemus tamen, atq; de ipſis cauſa hinc ſumenda. Eorum quodq;, quorum eſt opus aliquod, operis ipſius gratia eſt: Dei actio, ſiue operatio immortalitas eſt; hæc autem eſt ſempiterna vita: quàre Deo ſempiternum ineſſe motum, neceſſe eſt. At, cùm cœlum ſit tale, eſt enim corpus diuinum, fit vt corpus rotundum habeat, quod ſuaptè natura ſemper in orbem fertur. Senſus eſt, ſecundum Auerroem: Omne habens actionem, eſt propter ſuam actionem. Quòd ſi actio rei in alterum fuerit prima intentione; erit propter alterum: at ſi actio eius erit prima

Motus trepidationis.

Regula velocitatis motus

Motus cœli, ſine labore.

Non eſt violentus.

Anima cœli mouet ſine labore.

Ixionis fabula.

Dei actio eſt immortalitas

Auerro.

De motu cœli.

intentione, propter ſe erit in alterum ſecundâ intentione. Sed actio rei diuinæ eſt æternitas,
Auerr. quia res diuina non inuenietur, niſi propter æternitatem: igitur actio rei diuinæ ne-
ceſſariò eſt æternitas; quia ſcilicet eſt ſuum eſſe, cùm non ſit propter aliud, ſed propter
æternitatem ſui eſſe. Quare neceſſe eſt, vt res diuina motum habeat æternum, vt pro-
pter æternitatem ſit prima intentione, & non propter aliud, niſi ſecunda intentione. Æ-
ternus autem Dei motus, eſt ſua vita æterna, atque beata, immortalitas, atque æternitas.
Motum cœli non eſſe æternum. Cœlum autem cùm ſit ſphæricum, & motu circulari moueatur, aptum eſt moueri motu æ-
terno: putat enim philoſophus motum cœli eſſe æternum, à quo catholica doctrina diſſen-
tit. Etenim, cùm entia creatione condita ſint, nullus remanet dubitationis locus, quin etiam
1. ipſe quoque motus principium creationis habuerit: quòd ſi principium, & finem quoque habe-
bit, ſanè: habito fine, ceſſat motus. ſed finis motus cœli, eſt inferiorum generatio, & corru-
ptio, quæ ſecundum catholicam fidem poſt iudicium vltimum amplius non erit: Motus
2. ergo cœli non eſt æternus à parte poſt. Adde, quòd non valet, Deus mouetur motu æter-
no, quia eius actio eſt vita æterna: igitur cœlum mouetur motu æterno; alioqui vita Dei
ab aliquo penderet extrinſeco, quod eſt falſum etiam apud philoſophum 12. met. dicentem,
3. Deum eſſe ſeipſo beatum. Iterum, aut Deus mouet cœlum neceſſariò, ita vt non poſſet non
mouere: & hoc eſt falſum: nihil enim extra Deum, eſt neceſſarium abſolutum; aliter non
differret à Deo, & ſic plura eſſent, & non vnum principium. Aut liberè; & ſic poſſet non
mouere: atque ita non ſequitur, Deus mouetur motu æterno: cœlum ergo mouetur neceſſariò
Ariſt. motu æterno, quia poteſt motus eius non eſſe. Tex. 17. Cùm igitur non quodlibet mundi cor-
pus tale eſt, quia neceſſe eſt aliquod manere in medio corporis, quod circumfertur, id eſt,
Terra in medio quieſcit. non quodlibet corpus mouetur perpetuò, quia neceſſe eſt, aliquod corpus, vtpote terram
immobilem eſſe. Tex. At nulla pars huius ſcilicet cœli omninò manere poteſt, aut in medio
manere; aliter ipſum cœlum moueretur ad medium; at ipſum ſuapte natura in orbem fer-
tur. Præterea motus ſempiternus non eſſet, quippe cùm nihil præter naturam ſit ſempiter-
num; id enim quod eſt præter naturam, poſterius eſt eò, quod eſt ſecundum naturam. In-
ſuper etiam id, quod eſt præter naturam, monſtruoſitas eſt in generatione eius, quod eſt
ſecundum naturam. Neceſſe igitur eſt, illud eſſe terram: hæc enim in medio quieſcit. Senſus
Quatuor eſſe elementa. eſt, ſi cœlum ſuapte natura in medio quieſcit: igitur præter naturam mouetur in orbem,
quia nimirum vnumquodque corporum, vno tantum motu naturali mouetur. ſed motus præ-
ter naturam non poteſt eſſe perpetuus, quia eſt eò poſterior, qui eſt ſecundum naturam:
Motus ergo cœli non eſſet perpetuus: quod eſt falſum apud philoſophum. Item motus cir-
cularis eſt prior motu, qui eſt ad medium: ſed cœlum mouetur motu circulari ſecundum
naturam: nullo ergo modo in medio quieſcit. Tex. 18. At ſi terram eſſe, neceſſe eſt: etiam
ignem eſſe, neceſſe eſt: contrariorum enim, ſi alterum eſt natura, & alterum eſſe natura,
neceſſe eſt. Nam ſi ſit contrarium, etiam naturam ipſius eſſe, neceſſe eſt, quæ quidem eſt
materia contrariorum. Et quia habitus eſt ante priuationem, vt calidum frigido, quies
Auer. autem & grauitas per priuationem leuitatis & motus. Senſus eſt ſecundum Auer. ſi con-
trarium, quod eſt priuatio fuerit; dignius eſt, vt ſit contrarium, quod eſt prius: & hoc qui-
dem eſt diſpoſitio terræ cum igne; terra enim corpus grauius eſt, ignis verò leuius. Si igi-
tur graue eſt; dignius eſt, vt ſit leuius, ſiue leue. Quemadmodum, ſi quies eſt, dignius eſt,
vt ſit motus: et ſi ſit frigidum, dignius eſt, vt ſit calidum. Tex. 19. At verò ſi ignis eſt, atque
terra: ea quoque corpora eſſe neceſſe eſt, quæ ſunt horum media: elementorum enim vnum-
quodque, contrarietatem habet ad vnumquodque. His autem exiſtentibus, manifeſtum eſt,
Contraria agunt ad inuicem. quoniam neceſſe eſt, generationem eſſe, eò quòd nullum ipſorum poſſibile eſt eſſe ſempi-
ternum. Patiuntur enim, & agunt contraria ad inuicem, & corruptiua inuicem ſunt.
Senſus eſt, cùm ignis, & terra ſint; neceſſe eſt, vt inter illa ſint corpora intermedia, aut
plura, aut vnum: & vt hæc corpora ſint contraria: quoniam quodlibet elementorum, teſte
Commendatore ibidem, eſt contrarium alteri: ſicut poſtea dicemus lib. 5. Contraria au-
tem non niſi duo tantum ſunt: neceſſe ergo eſt, vt ſit generatio: fieri enim non poteſt, vt

corpora

corpora contraria non agant, & patiantur ad inuicem: quapropter ex his media quæ neceſſariò generantur ad inuicem. Tex. 20. Præterea, non eſt rationi conſentaneum, mobile aliquod eſſe ſempiternum, cuius motus ſecundum naturam ſempiternus eſſe non poſſit. At talis eſt horum motus: patet ergo ex his neceſſariò generationem eſſe. Quaſi diceret: ſi eſt motus æternus: igitur eſt motum, ſiue mobile æternum: & ſi mobile æternum, quieſcens æternum: et ſi quieſcens, ignis ergo erit: quòd ſi ignis, & terra: igitur aqua, & aër: ſed hæc agunt, & patiuntur ad inuicem: generatio ergo, & corruptio erit perpetua. Quòd ſi generatio à motu circulari proficiſcitur; neceſſe eſt, vt ſi ille motus fuerit æternus, & generatio ſimiliter ſe habeat. Quòd ſi motus circularis vnus tantùm extiterit; tunc etiam generatio vnius erit ſpeciei: & ſi plures, plurium. Propterea ſubdit, ſi generationem eſſe, neceſſe eſt, aliam quoq; lationem, aut vnam, aut plures eſſe, neceſſe eſt: quippe cùm iuxta totius motum elementaria corpora mutuò ſimiliter ſeſe habere neceſſe ſit, hoc eſt, diuerſitas, inquit Commentator, cœli motuum facit diuerſitatem modorum generationis & corruptionis. Patet ergo Tex. 21. quam ob cauſam plura ſint corpora orbicularia.

Generationē eſſe.

Plures motus plures generationes faciūt. Auerr.

Auer. Neceſſarium eſt, inquit, vt ſit generatio: & contingit, vt diuinitus inueniatur ſecundum ordinem; quia non perficitur niſi ex multitudine motuum cœleſtium, qui præſtant ordinem, & continuationem generationis. Quare, neceſſe eſt, propter hanc ſolicitudinem, vt corpora cœleſtia ſint plura; quoniam manifeſtum eſt, quòd generatio cuiuſlibet ſpeciei iſtius mundi, non perficitur, niſi per aggregationem motuum corporum cœleſtium: quòd niſi eſſent plures, motus eorū eſſent otioſi: quod eſt impoſſibile. Deinde addit corpora quidē cœleſtia moueri pluribus motibus propter generationē, nō quidem propter finem primum, ſed ſecundum; quia omne agens nobile, & diuinum, propter ſe primum agit, deinde propter aliud, perfectionem aliquam illi communicando. Sed dices aliquis non valere illud enthymema: Elementa ſunt; igitur generatio eſt: poteſt enim fieri, vt ſint contraria, & inuicem non applicentur. In naturalibus præterea bene valet à poſterioribus ad prius: vt domus eſt: igitur lapides ſunt, non autem è conuerſo. Reſpondeo, quidquid in mundo eſt poſſibile; in aliquo indiuiduo inueniatur neceſſe eſt; alioqui mundus eſſet imperfectus: quare, valet, elementa poſſunt ad inuicem generari: generatio igitur eſt, in aliquo ſaltem indiuiduo. Illam autem philoſophi ſententiam, cœlum mouetur, ergo terra quieſcit, illi niti propoſitioni vniuerſali, qua dicitur: Omne quod mouetur, indiget quieſcente, Auerroes, & Simplicius affirmant. Quòd quidē terram eſſe ſatis patet, & in quinto libro latiùs patebit. Et reuera, cœlum, quod mouetur, indiget quieſcente, vt loco; quandoquidem locus cœli moti, teſte Auer. 4. phyſ. Com. 43 & 45. ſit centrum quieſcens. Indiget præterea quieſcente, vt materia, circa quam mouetur; & vt forma, quoniam in diffinitione cuiuſlibet, quod mouetur, quieſcens ponitur: illud enim moueri dicitur, quod alicuius quieſcentis reſpectu, aliter ſe habet nunc, quàm prius: in motus ergo diffinitione ponitur. Quomodo ergo cœlum moueatur ſine labore, & pluribus motibus, audiuimus.

Auerr.

Solicitudo dei

An valeat, elementa ſunt: igitur generatio eſt.

Cœlum mouetur, ergo terra quieſcit.

Digreſſio prima cap. I.

An motu cœli ceſſante, adhuc elementa agerent.

Qvis probatum eſt generationem in his inferioribus ex cœleſtium motu proficiſci; diſputatis ſtudioſi, an motu cœli ceſſante, adhuc elementa ad inuicem agerent: & quidam quidem partem affirmatiuam tuentur hoc modo: Triplici inſtrumento; nempè motu, lumine, & influentia agit cœlum in hæc inferiora; vt eſt omnium propemodum philoſophorum ſententia: igitur elementa, ceſſante motu cœleſtium; adhuc agerent. tenet conſequentia, quia ſine motu, lumine, & influentia, cœlū agere poſſet. Item ceſſante cœli motu, adhuc animalia haberent voluntatem, & ſenſum, atq; ita moueri poſſent; &, vt dicit Alexander, elementa remanerent:

Argumenta.

1.

2.

rent, alioqui redigerentur in nihilum, quod omnes planè perterruit philoſophos. Remanē-
3. tibus ergo illis cum ſuis qualitatibus, ad inuicem vtiq; agerent, & paterentur. Item elemen-
ta, & mixta, ſpecie, ſiue ſecundum ſpeciem ſunt æterna: ceſſante igitur cœli motu, adhuc
elementa remanerent, & conſequenter agere, & pati poſſent. conſequentia tenet: quia æter-
num ſecundum ſpeciem corrumpi non poteſt, quoniā alio corrupto. Sanè cœlo quieſcente,
adhuc omnium rerum, quæ ſub orbe lunari continentur, locus communis eſſet; ſed locus
4. conſeruat rem locatam: adhuc ergo ſublunaria conſeruaret. Item, cœli motu ceſſante, ignis
poſſet ſtramina, atq; paleas comburere: ſtella quoq; Mars calida, aërem ſibi proximum
ignire, ſicq; creſceret ignis: è conuerſo ſtella frigida, vtpote Saturnus, elementum ſibi indi-
rectè conſtitutum, in frigiditatem conuertere; vnde hinc inde fieret calidorum, & frigido-
rum conuerſio: quantum enim caloris à Marte adderetur, tantum à Saturni frigiditate
adimeretur. Sol præterea poſſet aquam in vaporem conuertere, qui in media regione aëris
conuerteretur in pluuiam, quæ cadens in terram, pulueri admiſceretur, vnde perfecta, vel
5. imperfecta mixtio fieret. Ergo quod prius. Amplius, Etſi anni tempora non eſſent in ea-
dem mundi parte propter ſolis motum per ſigniferum: eſſent nihilominus eodem in tempo-
re in diuerſis mundi partibus ſimul: nam vbi eſſet præſens, inibi æſtas; vbi verò abſens, ibi
bruma; vbi medius, media quoq; tempora inuenirentur. Adde, quòd quælibet ſtella, alicui
rei ſublunari dominetur, iuxta illud Hermetis Mercurij: Nullum eſt granum arenarum in
terra, quod proprium in cœlo ſydus non obtineat, ſuſcitans ad eius incrementum: vnum-
6. quodq; ergo igitur à ſuo aſtro conſeruari poſſet. Iterum, ſi cœlū non moueretur, adhuc pla-
netæ ſuos effectus producerent, vtpote calorem, frigiditatem, & ſimilia: materia quoque
communis omnium formarum, ſuam quoq; virtutem exercere poſſet, cùm ſit ſubiectum
perpetuum omnium planè formarum: atq; ita eſſet generatio & corruptio, etiam abſq; cœ-
Contraria argumenta. li, aſtrorumq; motibus. valet ratio, quia non minus Mars, cæteriq; planetæ atq; reliqua a-
ſtra per motum, quàm per quietem hæc inferiora afficerent. Hæc & ſimilia dicunt non-
nulli, qui de motus cœli ceſſatione philoſophantur. Verùm, qui contrariam, atq; negatiuam
1. partem defendunt, ita arguunt: In omni genere oportet dare vnum, quod eſt metrum, &
cauſa eorum omnium, quæ in illo genere habentur: ſed omnes motus ſunt vnius generis: igi-
tur omnium motuum vnus eſt primus, menſura, & cauſa cæterorum; nempe motus circu-
laris, qui à philoſopho 8. phyſ. vocatur primus motuum. ceſſante ergo motu cœli, ſimiliter
2. motus omnium rerum ceſſabunt. Item, omnis motus ſublunaris eſt in tempore; ſed ceſſante
primo motu, ceſſat tempus, ſecundum peripateticos, propterea quòd tempus, aut eſt pri-
3. mus motus, aut illius prima affectio: igitur omnis motus ceſſabit. Item cauſæ inferiores
atq; ſublunares ſunt inſtrumentariæ, vt dicitur 2. de gener. & reſpectu virtutum cœleſti-
um materiales: ceſſante igitur motu cœli, nequaquam mouebuntur; ſicuti ceſſante agente,
Ariſt. rationes ceſſat inſtrumentū agentis. Suffragatur huic ſententiæ Ariſto. 12. met. Amplius, inquit, ſi
1. non erunt præter hæc ſenſibilia, alia; non erit principiū, neq; ordo, neq; generatio, neq; cœle-
ſtia, & ita nihil erit: per alia verò, motus cœleſtes intelligit; quaſi diceret, ſi præter ſenſibi-
lia hæc non ſunt motus cœleſtes, tunc nihil erit. Item, motus cœli eſt vita omnium, quæ ſub
cœlo continentur, vt dicitur 2. cœli, & de gen. ſine vita autem, quæ ſibi competit poteſt eſſe
nihil: ergo quod prius. Adde, quòd motus cœli ſit ipſius finis, quo conſeruatur in eſſe. Sed
remoto fine, remouetur, & eſſe: cœlum ergo penitus interiret: ſed deſtructo mobili, pari-
ter etiam deſtrueretur & motor: atqui natura inferiorum, ſine motore cœleſti eſſe non
poteſt: igitur ablato motu, omne eſſe interiret. Profectò in ordine eſſentiali, primo totius
ordinis remoto, omne poſterius remotum iri; neceſſe eſſet: ſed motus cœli, eſt primus,
vt dixi, finis motoris, & omnia hæc inferiora præcedit. Ipſo igitur ſublato, cætera
Auer. rationes omnia, quæ ab eo reguntur, deficerent omninò. Item, Auerr. d. d. diſp: prima in ſolu. du-
1. bij vndecimi: Si nullus, inquit, eſſet cœleſtium motus, ordo totius vniuerſi deſtrueretur. Et
circa finem tertij libri, de ſubſtantia orbis: Dator cōtinuationis motus, eſt dator motus cœ-
li; quia niſi ipſe eſſet, deſtrueretur motus: et ſi motus, etiam cœlum; cœlum enim eſt propter
motum:

motum: & ſi motus cœli deſtrueretur, mundus etiam deſtrueretur, quia motus entium in-
feriorum deſtrueretur. Ex quo verificatur, quòd dator continuationis motus, ſit dator eſſe
omnibus alijs entibus. Senſus eſt: primus motor eſt dator continuationis motus: igitur eſt
dator motus cœli, quia ſine continuatione eſſe non poteſt. ſed ſi eſt dator motus, igitur, &
ipſius cœli, quippe cùm cœlum ſit propter motum: tanquam propter propriam operatio-
nem & finem ſecundarium. Primus ergo motor eſt cauſa motus, & cœli, & conſequen-
ter cauſa rerum ſublunarium, quæ ſine motu, nec eſſe haberent, nec etiam mouerren- Quod motus
tur. Igitur ſi motus ceſſaret, ceſſarent omnia. Quamobrem dictum eſt à phi. 12. met: te. 36. non ceſſet.
Deum eſſe omnium principium, ex quo cœlum dependet, & natura. Sed dicet aliquis, ceſ- Obiectio.
ſante accidente, non debet ceſſare ſubſtantia: ſed motus eſt accidens cœlo, ergo. Item, aut
res ſublunares ceſſarent per annihilationem, aut per corruptionem: non per primum,
quia ſicut ex nihilo, nihil fit; ita, quod eſt, in nihilum redigi non poteſt, ſecundum philo-
ſophos: neq; per ſecundum, quandoquidem generatio, ſiue corruptio vnius, ſit generatio
alterius. Soluunt illi, atq; dicunt, motum cœli, non eſſe accidens contingens cœlo, ſed pro- Solutio.
prium illius finem, ſaltem ſecundarium: ideoq; ceſſante, ceſſat motor, & mobile. Ad 2.
antecedens eſſe falſum impoſſibile, ad quod ſequitur falſum impoſſibile: hæc illi. Nos au- Catholicę ſen
tem Catholicè loquentes, dicimus; in fine mundi, poſt vniuerſale iudicium, motum cœli tentiæ ratio.
non amplius fore, ſicut Ioannes in Apocalypſi loquitur: Et iurauit, inquit, angelus, quòd
tempus amplius non erit: quòd ſi non erit tempus, nec etiam motus. Et reuera, mobile, 1.
quod indifferenter ſe habet ad motum, & ad quietem, poteſt ſub vnoquoq; illorum ſubſi-
ſtere. ſed huiuſmodi mobile eſt cœlum: ergo. Motor præterea mouet per intellectum, & 2.
voluntatem: igitur, ſine ſui mutatione, poteſt non mouere; præſertim quando mouet pro-
pter aliquem finem: habito igitur fine, ceſſat agere. Item, vnumquodq; appetit meliorem 3.
ſtatum ſibi poſſibilem: quia natura tendit ſemper ad melius. ſed poſt iudicium, ceſſante
motu cœli, omnia melius ſe habebunt: vnde ad Rom. 8. dicitur, omnis creatura ingemi-
ſcit, & parturit vſq; huc, reuelationem filiorum Dei expectans: omnes enim res, ſuis in ſtatus rerum
ſitubus conſiſtent: vtpote Sol, & planetæ in ortu ſimul: vnde eſt principium motus ipſo- poſt iudicium
rum. Elementa remanebunt lucida, & pura; quia ſunt partes vniuerſi eſſentiales: quæ
& ſi ex parte extrinſeca ſint paſſibilia; quia tamen motus non adeſt, ea ſimul contin-
gens, propterea nulla inde generatio ſequitur, aut corruptio. Nec erit incongruum, po-
tentiam aliquam fruſtrari, quando ſub meliori diſpoſitione continetur. Animalia omnia
excepto homine, qui ordinatur ad bonum infinitum, non remanebunt, nec etiam mixta:
nam homine in hoc mundo non remanente, cuius gratia, hæc inferiora condita ſunt; illa er-
go, vt remaneant, nulla videtur eſſe ratio. Item, ſolus homo inter omnia animantia, immor-
talitatem expectat, vnde ad pietatem indefeſſo labore contendit: ſuo ergo fine fruſtrari
non debet, cùm inſitum naturæ deſiderium non ſit ad impoſſibile. Motus ergo cœli non ſo-
lùm ceſſare poterit, ſed ceſſabit omninò poſt iudicium vltimum.

CAPVT II.

Motum primi mobilis eſſe vniformem.

POſt inquiſitionem de motus ceſſatione, agendum nobis erit de vniformitate Vniformitas
motus cœli: de qua philoſophus 2. cœli tex. com. 35. abundè loquitur. Poſt motus cœli.
hæc, inquit, motum ipſius vniformem eſſe, minimèq; difformem, adiunge- Ratio prima
mus addicta, oportet. Atq; hoc dico de primo cœlo, deq; prima latione: in philoſophi.
his enim, quæ ſunt ſub illo plures lationes, conueniunt in vnum iam, hoc eſt,
in vnam rationem cum motu diurno, ita, vt quidquid de motu diurno probatur, de illis e-
tiam probari poſſit. Propoſita ſua intentione, hypotheticè argumentatur, dicens: Nam ſi
difformiter mouebitur, ipſum habere augmentum, ſtatum, & declinationem, perſpicuum
eſt: om-

Status lationis.

eſt. Omnis enim difformis latio, & declinationem, & augmentum, & ſtatum habet. Quid autem ſit ſtatus lationis, oſtendit. Eſt autem ſtatus, aut vnde mobile ipſum fertur, aut ibi, quò fertur, aut in medio, veluti forſitan his qui natura feruntur in eo, ad quod mouentur: in his autem, quæ præter naturam feruntur, in eo, vnde mouentur: in his verò, quæ prohiciuntur, in medio. At circularis lationis, neq; vnde, neq; quò, neq; medium eſt; quippè cùm nec principium, nec finis, nec medium ipſius ſit prorſus: nam & tempore eſt ſempiterna, & in longum protenſa, & infectilis. Quare, ſi lationis ipſius non eſt ſtatus, neq; difformitas erit: difformitas ſiquidem ob declinationem, atq; augmentum fit. In omni motu difformi eſt augmentum .i. pars auctior, declinatio, pars remiſſior, ſtatus, pars ſumma, quæ eſſe poteſt: At in motu circulari huiuſmodi partes eſſe non poſſunt: igitur

Ratio.

motus circularis eſt vniformis. Tex. 36. Præterea, cùm omne quod mouetur, ab aliquo moueatur, difformitatem motionis euenire neceſſe eſt; aut ex parte motoris, aut ex parte rei, quæ mouetur, aut ex parte vtriuſq;: nam ſi id, quod mouet, non iiſdem mouerit viribus, & ſi id, quod mouetur, alteretur, & non idem permaneat: & ſi vtrumq; mutetur; id quod mouetur, difformiter moueri, prohibet nihil. At horum nihil circa cœlum fieri poteſt: nam id, quod mouetur, & primum, & ſimplex, & ingenerabile, & incorruptibile, & omnis eſt expers mutationis. Id etiam, quod mouet, multò magis conſonat rationi, tale eſſe; primi ſiquidem primum, & ſimplicis ſimplex, & incorruptibilis, ingenerabiliſq;, incorruptibile, ingenerabileúe, motiuum eſt. Cùm igitur, id, quod mouetur, non permutatur; & quod mouet, corpore vacet; impoſſibile eſt lationem eſſe difformem. Senſus eſt, difformitas motus contingit, aut ex parte motus, aut ex parte mouentis, quorum neutrum in motu cœli inueniri poteſt. Non quidem primum, quia cœlum eſt corpus ſimplex mutationis expers: neq; etiam ſecundum, quia in cœli motorem mutatio non cadit: Motus ergo cœli eſt vniformis. Suffragatur huic ſententiæ commentator: Velocitas, inquit, & tarditas in motu ex proportione potentiæ motiuæ ſuper reſiſtentiam proficiſcitur; nam ſtante reſiſtentia, & aucta potentia, motus increſcit. ſimiliter ſtante potentia, & diminuta reſiſtentia, motus augetur: diminuitur autem, diminuta potentia. Ex proportione ergo potentiarum mouentium ad reſiſtentias mobilium, motus temperatur.

Motor immutabilis.

Auerroes.

Auerr. etiam 7. phyſ. com. 35. & 4. phyſ. com. 71. idem ſentire videtur. Addit præterea com. 36. 2. cœli, motores cœli, ac cœlos ipſos inuariabiles eſſe, tum quia ſimplices, tum quia materia, atq; contrario carent; ideoq; motum cœli ſimpliciter vniformem eſſe. E contrariò ſe habet motus animalis, in cauſa autem eſt inſtrumentum, ſiue ſpiritus, qui ad membra transmittitur, & deſiderium alicuius finis habendi: quam ob cauſam motus in animali difformis agitur, & efficitur. Etenim ſpiritus interdum remiſſè mouetur, vt pote nondum expanſus, quandoq; celeriter, quando ſcilicet expanſus eſt: interdum declinat, cùm videlicet reſoluitur. Deſiderium præterea creſcit, & decreſcit pro cauſarum abſentia, atq; præſentia. Tex. 37. arguit ex parte mobilis tantum: Inſuper, inquit, ſi difformis euadat; aut ipſa tota mutatur, & interdum velocior, interdum tardior rurſus fit, aut ipſius partes. Partes quidem difformes non eſſe patet: iam enim facta eſſet ſtellarum diſtantia infinito in tempore, ſi alia tardiùs, alia velociùs moueretur. At nulla in diſtantiis aliter ſeſe habere videtur. Senſus eſt. Motus cœli ſtellati non eſt difformis, non quidem difformitate partium motus, quia ſtellæ ſemper inæquali diſtantia ad inuicem perſeuerant: neq; difformitate totius lationis: propterea dicit: Tota verò, inquit, mutari non poteſt remiſſio, namq; cuiuſq; ob imbecillitatem fieret: imbecillitas verò res eſt præter naturam: ſiquidem imbecillitates, quæ cunctis inſunt animalibus, præter naturam accidunt, ceu tabes, & ſenectus. Quaſi diceret, ſi tota cœli latio interdum remiſſior fieret, aliquando debilitaretur, atq; ita præter naturam diſponeretur; quod certè in illud corpus ſimplex cadere non poteſt. Quòd ſi dixeris, ſenectutem, & tabem naturalia eſſe, quia ineuitabiliter accidunt: reſpondet, quoad vniuerſalem naturam, hæc naturalia eſſe: quoad verò particularem, præter naturam; quia nimirum natura indiuidui conſeruationem intendit. Tota, inquit, forſitan animalium

Quare motus animalis non ſit vniformis.

Tertia ratio.

Imbecillitas eſt præter naturam.

Cauſa generatione & corruptione animalium.

nimalium conſtitutio ex talibus conſtat. flexibilitas motus, ait Auerro: eſt in animalibus propter debilitatem: debilitas autem eſt extra naturam, quia contingit, quòd hoc ſit accidens in animalibus ex prima generatione. Cauſa namq; generationis, & corruptionis, in animalibus eſt, quia ex elementis contrariis generantur, ideóq; non ſunt in locis ſuis propriis. Propter hæc igitur duo, contingit animalibus transmutatio, & corruptio: propter ſcilicet contrarietatem, qua transmutantur ad inuicem: & quia non ſunt in ſuis locis, ſeparationem affectant, & reuerti cupiunt ad ſua loca naturalia. ſed cœlum non eſt compoſitum ex contrariis, neq; ex rebus quæ non ſint in ſuis locis; propterea in cœlum non cadit debilitas, aut aliqua corruptio. vnde ſubdit philoſophus. Si igitur in his, quæ prima ſunt, nihil præter naturam eſt (ſimplicia namq; ſunt, & non mixta, ſua quoq; in regione conſtituta, nihilq́; prorſus ipſis contrarium) imbecillitas profectò nulla in ipſis erit; quare nec remiſsio, nec intenſio: nam ſi intenſio, remiſsio quoq; erit. Senſus eſt, cùm omnia, quæ in cœlo ſunt, ſint ſimplicia, & ſuis in locis conſiſtant; planum eſt, nullam poſſe illis accidere, debilitatem, intenſionem, aut remiſsionem. Adde, quòd non mouentur ab extrinſecis, ſicut animalia, teſte commentatore, in quibus contingit debilitas, & velocitas, propter rerum apprehenſionem, ad quas habendas feſtinant. Patet ergo quomodo cœli motus ſit vniformis. Tex. 38. Arguit ex parte motoris: Præterea, inquit, irrationabile eſt, mouens ipſum infinito tempore eſſe impotens, & rurſus alio infinito potens: nihil enim tempore infinito præter naturam eſſe videtur: at imbecillitas res eſt præter naturã. Senſus eſt, Deus mouet tempore infinito, igitur ſemper mouet vniformiter: nam mouere tempore infinito, & poſtea non mouere, eſt imbecillitatis ſignum, quæ in Deum non cadit. hæc ſententia vera eſt apud philoſophum, qui putat motũ cœli eſſe æternum: apud nos autem nullius eſt momenti, qui firmiter tenemus, cœlum Dei voluntate moueri, & voluntate eadẽ finem habiturum, citra diuinæ voluntatis diſpẽdium. Sequitur textus: Inſuper etiam, nec æquali in tempore, id, quod eſt præter naturam, & id, quòd ſecundum naturam exiſtit: Quaſi diceret, tempus rei naturalis, eſt à natura intentum, ideò diutius durat, quàm tempus rei, quæ præter naturam exiſtit. Sequitur textus: Itemq́; nec omninò, vel omninò imbecille: nam ſi remittetur motus; ipſe infinito tempore remittatur, neceſſe eſt: aut nihil, aut intendi ſemper, vel remitti retro ſemper poteſt; erit enim infinitus, indeterminatusq́; ſemper ipſe motus. Arguit hypotheticè à deſtructione conſequentis. Si, inquit, remittitur motus à parte antè, infinito ergo tempore remittitur: ſed non poteſt infinito tempore remitti, aut intendi, eſſet enim motus ipſe indeterminatus; ſed dictum eſt 6. phyſ. finem motum è quodam in quiddam determinatum eſſe: nõ poteſt ergo infinito tempore remitti, vel intendi. Quòd ſi dixeris motum cœli non eſſe è quodam in quoddam, ſicut motum rectum, de quo loquitur philoſophus 6. phyſ: ideóq; poſſe fieri, vt ſit indeterminatus: Reſpondeo, motum eſſe indeterminatum, poſſe bifariam intelligi: vno quidem modo ſecundum quantitatem, alio verò ſecundum qualitatem. Porrò, motus rectus, tum quantitate, tum etiam qualitate eſt determinatus: quantitate quidem, quia eſt è quodam in quoddam: qualitate verò, quia eſt finitè intenſus, atq; remiſsus. Motus autem cœli, non eſt è quodam in quoddam, ſed circa quoddam, ideò quantitate quodammodo infinitus, qualitate verò eſt finitus, atq; determinatus: quippe qui eſt finitè intenſus, atq; finitè remiſsus. Reuera, omnis intenſio, ſeu remiſsio, finita ſit, neceſſe eſt; quia nimirum omnis talis, eſt quædam alteratio: omnis autem alteratio eſt è quodam in quoddam. Ratio ergo philoſophi eſt talis: ſi infinito tempore motus remiſsio præceſsit; eſſet vtiq; ſine termino; quod certè fieri non poteſt apud philoſophum, apud quem, omnis motus excepto circulari, eſt è quodam in quoddam, & conſequenter non eſt infinita. Ex quo patet hanc remiſsionem, nec dici, nec eſſe poſſe vniformem, & infinitam; propterea quòd in terminum deueniat opus ſit, cùm ipſa ſit motus è quodam in quoddam. Tex. perſuadet idem ſic dicens: Præterea, idem ſequetur, ſi aliquis eſſe quoddam tempus minimum ſumat, quo in minore cœlum moueri non poteſt. Nã, vt neq; ambulare, neq; citharizare quouis tempore; ſed cuiuſq; actionis definitum eſt mi-

Cauſa generationis & corruptionis animalium.

Quare cœlũ eſt incorruptibile.

Quarta ratio.

Motus cœli eſt determinatus.

Philoſophus.

Motus indeterminatus duobus modis.

Tempus quo cœlum mouetur.

nimum tempus, per hoc quòd ipſam non excedit; ſic nec cœlum moueri quouis in tempore poteſt. Si igitur hoc verum eſt; non erit ſanè lationis ſemper intenſio: quòd ſi non erit intenſio, nec etiam remiſsio; ſimiliter enim ambo erunt. Senſus eſt: vniuſcuiuſq; actionis datur tempus minimum, in quo minor eſſe non poteſt: ſimiliter, & magnum: igitur ſupernæ, ſiue circularis lationis, non erit ſemper intenſio, cùm ſit minimum tempus, quo latio illa voluitur, eoq; magis minimum inueniri non poſsit. Quòd ſi non erit intenſio, nec etiam remiſsio; ſimiliter enim ambo erunt: intenſio quidem in minimo tempore; remiſsio verò in maximo. Ambo ergo ſimiliter ſe habent in certo numero, atq; præfinito tempore.

Motus cœli non poteſt augeri.

Tex. 39. Eritq; alterum, ſi eadem quidem velocitate, aut maiore intenditur, & tempus fuerit infinitum. q. d. poteſt eſſe alterum, ſcilicet intenſio, ſi fieret additio per partes æquales, aut maiores, & tempus fuerit infinitum. Auerroes probat, motum cœli non poſſe in infinitum augeri, aut minui: quia, inquit, tam potentia motoris, quàm mobilis, eſt finita atq; determinata. Adde, quòd ſi potentia motoris intendi poſſet, atq; remitti; eò ventura eſſet, vt, aut mouere non poſſet, aut in inſtanti. Motus ergo cœli, augeri, ſeu minui non poteſt. Motus ſiquidem cœli propter ſuam incorruptibilitatem reſpectu diuerſorum habet maximum, quo non poteſt eſſe aliquid maius; & minimum, quo non poteſt eſſe minus: idcirco eſt immutabilis, & vniformis: in rebus autem corruptibilibus, quæ motu difformi mouentur, aliter res ſe habet.

Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcant.

Tex. 40 Reliquum eſt igitur, vt dicamus, motui ipſi velocitatem viciſsim, atq; tarditatem ineſſe. ſed hoc ratione prorſus caret, eſtq; figmento ſimile. Præterea etiam rationi magis accedit, idipſum ſi ſit, nos non latere: ea ſiquidem; quæ iuxta ſe ponuntur, faciliùs ſenſu diſcernuntur. Cœlum igitur motu vniformi ferri, in tantum ſit nobis dictum. Senſus eſt, Reliquum eſt tertium membrum diſcutiendum, nempè vt dicamus cœlum moueri difformiter per vices, vt pote, nunc quidem tardè, poſtea verò velociter. ſed hoc ratione prorſus caret, eſtque figmento ſimile: hoc enim non eſt, ait

Auerroes.

Cõmentator, niſi in rebus, quarum deſideriũ, & imaginatio diuerſantur, quòd eſt impoſsibile in cœlo: cauſa enim diuerſitatis deſiderij, & imaginationis, non eſt niſi diuerſitas continentis ex extrinſeco, & diuerſitas paſsionis corporum eorũ ab eis. ſi igitur cœlũ non continetur ab aliquo extrinſeco, neq; patitur; neceſſe eſt, vt eius deſiderium, & imaginatio non diuerſetur. Ergo nec ſuus motus. Præterea, ſi ita res ſe haberet; nos certè latere nõ poſſet: ea ſiquidem, quæ iuxta ſe ponuntur, facilius dignoſcuntur. Quare, ſi hoc anno cœlum tardè, alio verò velociter moueretur; facilè profectò diſcerni poſſet: quandoquidem oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.

Qua ratione motus cœli eſt regularis.

Itaq; motus cœli eſt regularis, & vniformis ratione puncti velociſsimè moti, vt pote capitis arietis, vel libræ, qui eſt in ſectione zodiaci, & æquinoctialis: quoniam igitur huiuſmodi punctus ſemper vniformiter mouetur, nempè 24. horarum ſpatio, hac de cauſa motus cœli regularis eſſe dicitur. Penes verò cæterarũ partium modum, nec vniformis, nec difformis eſt appellandus, quippe qui penes illum tardus, aut velox dici non poteſt. Quòd ſi dixeris, irregularem dici debere propterea, quòd

Quomodo cœlum reſiſtat motori.

cum reſiſtentia mouetur: reſpondeo, ſicut dixi in 3. lib. cœlum reſiſtere motori duobus modis poſſe intelligi: vno quidem modo reſpectu termini: alio verò reſpectu motus. & primo quidem modo ſic dicere conſueuimus, in cœlo reſiſtentiam inueniri; quià nimirum non patitur, vt ita citò in terminum inducatur, ad quem vellet motor inducere, niſi in viginti quatuor horis: ſecundo autem modo nequaquam cœlum, ſiue cœli motus reſiſtit motori, quia non inclinatur ad motum illi contrarium, quo mouetur: proinde eſt vniformis, & regularis motus. Cùm igitur cœlum ſit corpus ſimplex, & omnia quæ in ipſo ſunt, propriis in locis conſiſtant: motor quoq; non ab aliquo extrinſeco moueatur; eius motum eſſe regularem, patet ſatis.

De tempore.

DE TEMPORE.

MERCVRIVS DIAL. XI.

Tempus, Deus, & vniuerſum ſic ſe habent. Deus æternitas, tempus generatio: Deus æternitatem, æternitas mundum, Mundus tempus, tempus generationem efficit.

Commentum XIIII.

Tempus quid ſit.

QVoniam tempus eſt motus primi mobilis, aut aliquid illius: propterea poſteaquam de motu primo locuti ſumus, rationi conſentaneũ eſſe putauimus, de tempore diſputationẽ texere: præſertim cùm de hoc negotio Mercurius diligẽtiſſimè diſputet in vndecimo Pymandri dialogo, vbi mens ita Mercurium alloquitur. Deſine tam diu differere ô Triſmegiſte Mercuri. Sile iam, antedictorũ reminiſcere. Etenim ſenſum tibi meum non pigebit exprimere: eoque magis, quò multæ, & variæ inter mortales de mundo, deoq; opiniones pererrant. *Ad quam Triſmegiſtus:* Equidem vt ingenuè fatear, huius rei veritatem nondum teneo. Ipſe ergo mi domine puram exprime veritatem: Nam vnicum te elucidare talia poſſe, confido. *Mens reſpondet:* Audi me igitur ô fili: Tempus, Deus, & vniuerſum ſic ſe habent. Deus æternitas, Tempus generatio. *Et eſt ſenſus, Deo conuenit æternitas; quia eſt ſimul beata poſſeſſio: tempus verò generationi; quia generatio fit in tempore: & ipſum quoq; tempus eſt quædam generatio, fluxus ſcilicet primi mobilis. Sequitur Tex.* Deus æternitatem, Æternitas mundum, mundus tempus, tempus generationem effecit. *q. d. Deus effecit æternitatem, hoc eſt, à ſeipſo eſt, vtpote vnum, totum, & omnes ſimul.* æternitas; *id eſt, æterna Dei voluntas, prout voluit, & quando voluit, mundum condidit.* mundus; *Motus ſcilicet primi mobilis;* tempus, *effecit, quia eſt menſura motus, & quietis.* Tẽpus *verò* generationẽ: *ſiquidem generationes, & corruptiones in tempore fiunt, quandoquidem tempus ſit ollarum metrum, & menſura. Tex.* Dei quaſi eſſentia eſt bonum, pulchrum, beatitudo, ſapientia, æternitas, eſſentia; ipſum idem. *Senſus eſt, Dei quaſi eſſentia; quaſi inquam, vt diximus in 3. libro, quia Deus eſt ſuper eſſentiam: ſed accipiatur, vt eſſentia: ipſa vtiq; eſt per ſe, atq; realiter ipſum bonum, pulchrum, ſapientia, æternitas, & ſimilia, de quibus in aliis libris locuti ſumus. Tex.* Mundi ordo, temporis tranſmutatio, generationis mors & vita. *Quaſi diceret, mundi ordo in temporis tranſmutatione conſiſtit: Nam propterea quòd tempora ſibi viciſſim ſuccedunt, mundi ordo diſponitur, cùm vnicuiq; rei ſuum tempus præſcribitur, & ortus, & augmenti, & decrementi; quia ſcilicet omnia tempus habent, & ſuis ſpatiis tranſeunt vniuerſa: generationis autẽ ordo, eſt mors, & vita, quia ſcilicet corruptio vnius eſt generatio alterius: hoc enim modo ordo rerũ conſeruatur.* Actus Dei mens, & anima, æternitas, perſeueratio, atq; immortalitas: *hoc eſt, actus Dei eſt mens, quia õnia intelligit, & intellectũ inſpirat:* anima, *quia õnia viuificat, cùm ſit ipſe fons vitæ:* æternitas, *quia eſt im̃utabilis:* perſeueratio, *quia nuſquã deeſt:* immortalitas, *quia ſibipſi eſt vita. Tex.* Mundi inſtitutio, & reſtitutio, tẽporis augmentũ, & diminutio, generationis deniq; qualitas, *hoc eſt, quòd mundus in ſua inſtitutione conſeruetur, ex dierũ augmento, & decremento dependet, generationis deniq; qualitas. Nam per acceſſum Solis, & receſſum, tem-*

Æternitas.

Generatio.

Eſſentia Dei.

Mundi ordo.

Actus Dei.

Mundi reſtitutio.

ſum, tem-

ſum, tempora creſcunt, & decreſcunt generationis, atq; corruptionis conſeruatur viciſsitudo, & ipſe quodammodo mundus reſtituitur. Declarat hoc idem ſequentibus verbis, dicens: Æternitas ergo in Deo, in æternitate mundus, tempus in mundo, in tempore generatio: æternitas extat circa Deum: mundus in æternitate mouetur: tempus terminatur in mundo: generatio completur in tempore. *Senſus eſt,* Æternitas in Deo, *quia ſolus Deus eſt æternus.* Mundus in æternitate, *quia ab æterna Dei voluntate producitur.* Tempus in mundo, *quia ex mundi motu profluit; proinde cum mundo ſimul eſt productum: in tempore eſt generatio, quia fit in tempore, & à tempore anteceditur. Igitur* æternitas *extat circa Deum, quia ſolus eſt æternus:* mundus *in æternitate mouetur, id eſt, ab æterna Dei voluntate procedit; non quòd mundus ſit æternus; nam à Deo factum eſſe dicit: quòd autem fit, æternum dici non poteſt.* tempus *autem terminatur in mundo, quia ante mundum non erat, & mundi motu ceſſante, non erit:* generatio *verò completur in tempore: ideóque finito, atq; completo mundi tempore, generatio quoq; mundi, ſeu eorum, quæ ſunt in mundo, complebitur.*

Dionyſ. de dei æternitate.

Dionyſius cap. 10. de diuinis nominibus dicit, Deum propriè non appellari æternitatem, ſed ſupra æternitatem: nam cum æternitatem conſideramus, eſſentiam aliquam iam ſtatu quodam determinatam, mente concipimus. Deus igitur eſt æternitate ſuperior: æternos namq; appellamus angelos, animales rationales; corpora cœleſtia: Deus autem omnium iſtorum eſt author. Operæpretium, inquit, eſt ſcire (vt arbitror) ex ſacris literis æui temporiſque naturam; non ſolùm enim æterna dicuntur illa, quæ omninò abſolutéq; ingenita ſunt; ſed etiam quæ incorruptibilia, immortaliáq;, & immutabilia, eodemq; modo ſe ſemper habentia: vt cùm dicitur: Eleuamini portæ æternales, atq; ſimilia. Sæpè etiam antiquiſsima, æternitatis appellatione ſignantur. Nonnunquam verò totum noſtri temporis ductum, ſacræ literæ vocant æuum: quatenus etiam proprietas æui eſt antiquum, & immutabile, atque ſecundum totũ ipſum, quod dicitur eſſe, metiri. Tempus autẽ ſcriptura in generatione, corruptioneq;, & mutatione ponit, aliasq; ſe aliter habens. Itaque ſecundum Diony. Cùm quidẽ metitur ipſum eſſe, tempus verò menſurat motum, atq; eſſe mobile. Quoniã verò ſimpliciter eſſe præcedit, eſſe mobile; meritò æternitas, & æuum præcedit & tempus. Sequitur Diony. Quamobrem nos quoq; in hac vita tempore definitos, æui quoq; fore participes theologia promittit, quando incorruptibile, eodemq; modo ſe ſemper habens attigerimus æuũ.

Eleuamini portæ æternales.

Aeuum.

Tempus.

Quæ æuo, & tempore menſurentur.

Interdũ verò & temporale æuum ſcriptura prædicat, & æternũ tempus. Et ſi ſcimus apud eam magis, accommodatiùsq; illa quidem, quæ verè ſunt, æuo; illa verò, quæ in generatione verſantur, tempore deſignari, atq; declarari, de æuo [illegible] locuti ſumus, vbi de angelorum tempore diſputauimus. Senſus eſt, ſecundum Dionyſ. Deus eſt ſupra æternitatem: quòd ſi aliquod tempus eſt illi tribuendum, æternitas meritò tribuatur: æuum angelis, atq; animabus humanis accommodatiſsimè aſsignatur: quia & ſi à Deo condita ſint, ſuaptè in natura incorruptibilia ſunt; tametſi interdum rebus corruptibilibus æuum accommodetur: tempus autem his, quæ in generatione verſantur. Elucidat præterea, quare Deus antiquus dierum nominetur, & iuuenis: ob eam profectò cauſam, quoniam naſcentia antecedit omnia: iuuenis verò, quoniam deſinentibus omnibus, ipſe ſuccedit, virtutemq; nunquam deficientem habet. Ipſe præterea eſt omnium principium, & finis: principium, inquam, quoniam prius exiſtit, ab eóq; pendent omnia, & principium ſuæ creationis habent; ideoque antiquus dierum dicitur: finis autem, quia poſterior ſupereſt, atq; ad ipſum redeunt omnia: meritò ergo ſenex, iuuenisq; effingitur. Deniq; cùm tempus dicatur numerus ipſius motus, iure dicitur prior tempore, & numero; quia ipſe eſt verè vnus: vnitas autem eſt antiquiſsima, principium numeri, & temporis. Antiquus, inquit, dierum Deus prædicatur, quoniam ipſe ſit æuum omnium, atque tempus, & ante dies, & æuum, atque tempus; quia omni motu eſt immutabilis penitus, & immobilis; atq; in eo ipſo, quod eſt ſemper moueri, permaneat in ſeipſo. Rurſus tanquam æui, & temporis, dierumq; cauſa. Quamobrem, & in ſacris myſticarum viſionum apparitionibus, antiquus, nouusq; effingitur. vbi

Deus eſt antiquus dierum.

Deus dicitur iuuenis.

anti-

antiquior quidem priorem illum, & à principio exiſtentem ſignificat; iunior autem inſeneſcibilem præfert, prior in numero; quandoquidem vnitas ipſa, numeris longiùs progreſſu antiquior ſit. hæc Dionyſius. Non longè diſsidet Mercurius in dial. iam citato, vbi, poſt ea, quæ explanauimus, ſic loquitur: Fons itaq; omnium Deus: Eſſentia verò æternitas: materia autem mundus: potentia Dei æternitas. *Quaſi diceret, Deus eſt primus, & fons omnium, nempe æternitatis, æui, temporis, generationis. eſſentia, & potentia Dei æternitas, quia vtraq; eſt æterna; & vnum ſunt. Materia eſt mundus, quia ex materia à Deo creata, conditus eſt. Sequitur:* Opus æternitatis eſt mundus, *id eſt, potentia Dei, quæ ab ipſo Mercurio, non ſolùm vocatur æterna, ſed per excellentiam vocatur æternitas. Non ergo dicitur opus æternitatis, quòd ab æterno ſit productus; ſed quia eſt opus diuinæ potentiæ, quæ à Mercurio per antonomaſiam vocatur æternitas. vnde ſequitur:* Factus quidem non aliquando, factus autem ſemper ab æuo: Cùm verò nunquam ceſſet æuum, nunquam ceſſabit & mundus. *q. d. Mundus non eſt factus aliquando; hoc eſt, in aliquo tempore, quaſi tempus mundum præceſſerit; ante mundum enim tempus non erat; ſed factus eſt ab æuo; id eſt, ex eo tunc (vt ita dicam) quò angeli conditi ſunt. Æuum ſiquidem angelos metitur. Quare, cùm angeli à parte poſt, nunquam ceſſabunt, ſic etiam nec mundus ceſſabit, quòad ſcilicet ſuas partes principales. Tex:* Dei ſapientia eſt bonum, pulchrum, beatitudo, omnis virtus, & æuum, *hoc eſt, æui productor, & auctor,* æuum, immortalitatem, materiæ perſeuerantiam, *præbet:* Origo enim materiæ pendet ex æuo, *id eſt, ſimul cum angelis creata eſt materia, quæ quaſi ab illis pendere dicitur, tum quia ſimul cum natura angelica condita eſt, tum etiam quia angelis obedit ad nutum. Æuum autem ex Deo: non ergo eſt æternitas, alioqui eſſet à ſeipſo: generatio quidem, ac tempus, naturæ geminæ, & in cœlo ſunt, & in terra. In cœlo ſanè immutabilia ſunt hæc duo, in terra autem mutabilia, corruptioniq; obnoxia. Senſus eſt, in cœlo tempus inuenitur reſpectu motuum aſtrorum, atq; planetarum, qui ſtatis, atq; determinatis temporibus mouentur. Cùm autem huiuſmodi tempora ſint præfixa immutabiliter; hac de cauſa, tempus in cœlo dicitur eſſe incorruptibile, generatio autem inibi effectiuè inuenitur, quatenus ſcilicet lumen, & motus ſunt cauſæ generationũ, quæ hîc ſunt. In terra autem ſunt corruptibilia, quia duæ temporis partes, præteritum, & futurũ, cùm non ſint, quaſi corruptæ apparent: inſtans autem, quoniam in continuo fluxu conſiſtit, ſemper interire videtur. Quare in terra corruptioni obnoxium tempus eſſe, non immeritò dicitur. In Aſclepio hanc eandẽ protulit ſententiam:* Mundus, *inquit,* eſt receptaculum temporis, cuius curſu, & agitatione vegetatur. Tempus autem ordine ſeruatur. Ordo & tempus innouationem omnium, quæ in mundo ſunt, per alternationem faciunt. *Senſus eſt:* Tempus *eſt in mundo, quia ipſius receptaculum, & ex ipſius motu generatur. Tempus viciſsim eſt mundi vegetatio; nam per agitationem, & curſum temporum, res creſcunt, & decreſcũt; atq; ita quodammodo mundus vegetatur, dum in ſuo ordine conſeruatur. Tempus autem ordine conſeruatur, nempe certò, & inuiolabili cœlorũ ordine, atq; motu. ordo autem huiuſmodi, & tempus, per alternationem Veris, & Æſtatis, Autumni, & Hyemis, omniũ, quæ ſunt in mundo innouationem faciunt. Declarans poſtea quomodo tempus ipſum conſeruetur, ait:* Habet, *inquit,* tempus ſtabilitatis ſuæ vim atq; naturam: quamuis ſemper agitetur, ea ipſa in ſe reuertendi neceſsitate: temporis ergo ſtabilis mobilitas ſit fixa lege currendi: *q. d. Motus cœli eſt cauſa, & conſeruatio tẽporis. Ex quo patet, quæ de tempore dicuntur à philoſophis, antè multa tempora à ſapientiſsimo Mercurio elucidata fuiſſe. Deinde diſtinguit inter æternitatem, & tempus:* Æternitas, *inquit,* ſine diffinitione eſt temporis; quia eſt ſua ſtabilitas: Tempus verò, quòd definitur, poteſt vel numero, vel alternatione, vel per alterius ambitudinem rediens æternum eſſe: *quaſi diceret, tempus poteſt diffiniri per numerum, perinde ac dictum eſt à philoſopho, Tempus eſt numerus motus, ſicut poſteà di-*

Mercurius.

Mũdus eſt opus æternitatis.

Aeuum quid apud Mercur.

Quomodo tẽpus ſit in cœlo.

In Aſclepio.

Mundus receptaculum temporis.

Temporis ſtabilitas.

re, & æternitate.

Quid ſit tempus.

cemus, conſeruari verò, & eſſe æternum per fixam legem currendi. Non ergo tempus eſt æternum à parte ante apud Mercurium, ſed conſeruari poſſet; ſi motus cœli fixa, & perpetua lege perduraret. Quid ergo ſit æternitas, æuum, tempus, generatio apud Mercurium, ſic dixi.

Digressio prima Cap. I.

Apud Platonem & Plotinum quid ſit tempus.

Plato.

Quid ſit tempus apud Platonem.

PLato in Timæo vocat tempus æternitatis fluentem, imaginem, ſimulq; cum mundo conditum eſſe, affirmat. Cùm igitur, inquit, hoc áſe factum ſempiternorum deorum pulchrum ſimulachrum moueri, & viuere pater ille, qui genuit, animaduerteret, delectatus eſt opere: & hac ductus lætitia, opus ſuo multò etiam magis primo illi exemplari ſimile reddere cogitauit. Itaq; quemadmodum illud ſempiternum animal eſt, ita vniuerſum hoc pro viribus tale facere ſtatuit. Illius quidem animalis æterna natura eſt, quod genito operi congruere omnino nō poteſt: idcirco imaginem æui mobilem effingere decreuit: ac dum cœlum exornaret, fecit æternitatis in vnitate manentis æternam quandam in numero fluentem imaginem, quam nos tempus vocamus. Senſus eſt. Deus condens vniuerſum, illud, mundo archetypo (quoad potuit) ſiue (vt rectiùs dicam) quòad vniuerſi natura patiebatur, ſimile reddere cogitauit: Verùm quia illius mundi natura eſt æterna, quæ vniuerſo congruere non poterat, propterea quòd principium ſuæ habeat creationis, quandam illius æternæ naturæ ſimilitudinem condidit, nempe tempus, quod hoc ipſo, quòd ſemper fluit, & refluit, quandam illius mundi archetypi præſeferre videtur æternitatis imaginem. Sequitur Plato. Dies porrò & noctes, & menſes, & annos, qui antè cœlum non erant, tunc naſcente mundo, naſci iuſſit: quæ omnia temporis partes ſunt. Clarè docet Plato, Tempus cum mundo genitum eſſe: addit præterea, æternitati tempus tantummodo præſens eſſe tribunendum. Atqui erat, & erit, ait, quæ nati temporis ſpecies ſunt, non rectè æternæ ſubſtantiæ aſſignamus. dicimus enim de illa, eſt, erat, & erit. Sed illi reuera ſolùm eſſe competit: fuiſſe verò, & fore deinceps, ad generationem tempore procedentem referre debemus. Motus enim quidam duo illa ſunt, ſcilicet fuit, & erit. Æterna autem ſubſtantia cùm eadem ſemper, & immobilis perſeueret, neq; ſenior ſeipſa ſit vnquam, neq; iunior, neq; fuit hactenus, neq; erit in poſterum, neq; recipit eorum quicquam, quibus res corporeæ mobilesq; ex ipſa generationis conditione ſubijciantur. Itaque tempus vnà cum cœlo factum eſt, vt vnà orta, vnà etiam diſſoluantur, ſi qua his diſſolutio vnqua contigerit. Hæc eſt Platonis de temporis genitura, ſententia. A Speuſippo Platonis diſcipulo ſic tempus deſcribitur: Tempus eſt Solis motus, progreſſionis menſura. Plotinus enn. 3. lib. 7. ca. 1. & ſequent. Æternitatem, dicit eſſe intelligibilem eſſentiam, atq; venerandam naturam, vitamque manentem in eodē ſtatu, totam præſens ſemper habentem, neq; nunc quidem hoc aliquid, poſtea verò aliud, ſed omnia ſimul: neq; nunc quidem altera, poſterius altera, ſed indiuiduum finem. Etenim ſimilis eſt puncto, in quo ſimul omnia ſunt, nondum in fluxū progredientia, ſed in ipſo manente, nec aliquādo permutato, ſed in præſentis ſemper conſiſtente; quoniā nihil ex eo præteriit, nihil rurſus in eo futurū, ſed hoc ipſum quod eſt, ſemper exiſtit: non enim permutatur in futurū, neq; à præterito eſt permutata æternitas. Eſt igitur æternitas circa ens in ipſo eſſe vita ſimul tota, & plena, & vbiq; prorſus indiſtans. Quam ob cauſam putandū non eſt, æternitatē ex trinſecus illi naturæ cōtingere, ſed eſſe illam, atq; ex illa, ſimulq; cum illa. Quoniam verò illa natura omni pulchritudine pollens, atq; ſempiterna circa ipſum vnū extat, nullo modo ab illo digrediens, ſed manens circa illud ſemper; idcirco dictum eſt à Platone, quòd æternitas ſcilicet maneat in vno. Id namq; ipſum & ita manens, & hoc ipſum permanens, quod quidem eſt actus vitæ manentis ex ſeipſa, ad illud, atq; in illo, neq; in eſſendo, ne-

Tempus eſt imago æternitatis.

Aeternitas quid.

Speuſippus.

Plotinus cōparat puncto æternitatem.

æternitas eſt actus primæ mentis.

De tempore & æternitate.

do, neq; in videndo mentitur, abſq; controuerſia eſt æternitas: Nam verè eſſe, eſt nunquam non eſſe, neq; aliter eſſe. Neq; enim prius, neq; poſterius penes ipſum fingi poteſt, ſed ipſum quod dicitur eſt, veriſſimum eſt omnium, quæ de illo dicuntur, imò eſt idipſum, atq; ita eſt, vt eſſentia ſit & vita. Hæc quidem Plotinus. Boëtius 5. de conſolatione: Æternitas, inquit, eſt interminabilis vitæ tota ſimul & perfecta poſſeſſio: Et reuera, quemadmodum in ſimplicium cognitionem per compoſita accedimus; ita in æternitatis notitiam per tempus venimus: quod quidem aliud eſt nihil, quam numerus motus ſecundū prius, & poſterius. Cùm enim in quolibet motu ſit ſucceſſio, & vna pars ſit poſt alteram; igitur numerando prius & poſterius in motu, tempus apprehendimus. In eo autem, quod caret motu, & eodem modo ſemper ſe habet; non eſt accipere prius & poſterius. Itaque ſicut in numeratione prioris, & poſterioris in motu ratio temporis conſiſtit; ita planè in eius, quod eſt omninò extra motum, vniformitatis apprehenſione, ratio æternitatis. Amplius, illa tempore menſurantur, quæ principium, & finem habent in tempore 4. phy. In cauſa autem eſt, quia in eo quod mouetur, inuenitur principium & finis. At id, quod eſt prorſus immutabile, ſicut ſucceſſione, ita etiam & principio caret & fine. Ex his ergo duobus, nempe, quia ſucceſſionem non habet, & caret fine atq; principio, æternitatem, interminabilis vitæ ſimul beatam poſſeſſionem eſſe, clariſſimè patet. Quemadmodum igitur ratio æternitatis immutabilitatem; ita ratio temporis motum conſequitur: Quamobrem cùm Deus ſit ſummè immutabilis; proculdubio illi ſummè competit æternitas: proinde non ſolum æternus, ſed ipſa etiammet æternitas dicitur. Adde, quod eſt ſibi ſua duratio, eſt ſibi ſuum eſſe vniforme; idcirco ſicut eſt ſua eſſentia, ita eſt ſua æternitas. Ex his ergo perſpicuum eſſe poteſt, ſoli Deo propriè æternitatem eſſe attribuendam, quia per ſe propriè eſt immutabilis: alia verò (vt dixit Diony.) per quandam participationem, æterna appellari, quatenus ſcilicet aliquam à Deo immutabilitatem perceperunt; quia nimirum eſſe, quod acceperunt, nō amittunt. hoc modo loquitur ſcriptura de terræ æternitate: Terra, inquit, in æternum ſtat. Et de angelis: Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis: angeli enim atq; animæ beatorū, non ſolum ſecundum eſſe, verùm etiam ſecundū operationem æternitatem imitantur, fruuntur namq; verbo, illaq; beata viſione, vbi non ſunt in ſanctis volubiles cogitationes. Alia appellantur æterna obdurationis diuturnitatem: tametſi ſecundum eſſe corruptibilia ſint. Itaq; Deo propriè cōuenit æternitas, quia propriè ac formaliter conuenit eſſe: ab eſſe enim nominatur æternitas, & verum eſſe ab ipſa æternitate. Sed Deus eſt huiuſmodi, patet. Nam illud quod eſt formaliter ſummè neceſſarium, in ſuo conceptu quidditatiuo, eſſe complectitur: alioqui non eſſet formaliter ex ſe neceſſarium. ſed Deus eſt ens per ſe neceſſarium, vt in alijs lib. dictum eſt: igitur competit illi per ſe eſſe, & conſequenter æternitas. Item, neceſſarium ſimplex & abſolutum, cuiuſmodi eſt Deus, eſt inuariabile, & fieri non poteſt, vt aliter ſe habeat: ſed id Deo per ſuam competit eſſentiam: eſſe ergo, quidditatiuè ſiue ratione ſuæ eſſentiæ, Deo eſt tribuendum. Adde, quòd in Deo benedicto non ſit alia intentio quidditatis, & alia ipſius eſſe, teſte Algazele primo tractatu ſuæ Methaphy. quod quidem verum non eſſet, ſi eſſentia diuina, quidditatiuè, & per ſe primò, non eſſet ſuum eſſe. Et reuera, illud, cuius quidditatem non conſequitur eſſe, ſed per eſſe ipſa ſtabilitur; ex ſuo vtiq; quidditatiuo conceptu habet eſſe. Sed Dei eſſentia, teſte Auicenna 8. met. cap. 4. & 5 eſt huiuſmodi: ergo quod prius. Quam ob cauſam Exod. 3. Moyſi ſciſcitanti, & ſcire cupienti, quo nomine appellaretur Deus: reſponſum eſt: Ego ſum, qui ſum. Dei enim nomen eſt, qui eſt, eò quòd is ſit omnis eſſentiæ, omniſq; vitæ plenitudo: & ab eo omnia viuunt ab eo profecta. In templis ægyptiorum ſcriptum erat: Ego ſum, quod fuit, quod eſt, quodq; futurum eſt. Gregorius eximius Theologus: Deus, inquit, fuit quidem ſemper, eſtque, & erit. Imò verò ſemper eſt. Nam fuit, aut erit, diuiſiones ſunt fluxæ naturæ, & temporis cui ſubiicimur nos. At Deus ſemper eſt: quo nomine ipſe ſeipſum appellauit, cùm Moſeu alloqueretur in monte: totum enim in ſeipſum eſſe complectitur, quaſi quoddam eſſentiæ pelagus infinitum. Phylon in vita Moyſi: Dixit Moyſes, atſi, inquit, percunctati ex me fuerint,

Boetius.

Ratio æternitatis.

Deus eſt æternitas.

Quæ dicantur æterna in ſcripturis.

Deo conuenit eſſe.

Algazel.

Auicenna.

Moyſes.

Ægyp.

Gregor.

Phylon.

De æterni-tate Dei.

fuerit, quod nomen ei ſit, qui me miſerit, eiuſq; dixero, ne me quidem poſſe hoc explicare, nónne eos circumuenire ac fallere videbor? Tum Deus, Reſponde, inquit, quòd ego ſum ille qui eſt, vt intelligant, quantum inter eum qui eſt, & qui non eſt, interſit: doceantur inſuper nullum mihi propriè nomen conuenire, qui ſolus habeo, ipſum eſſe. hæc Phylon. Dionyſius Areopagita cap. 11. de diui: nom. Ipſum eſſe, & ipſam vitam, ipſamq; deitatem aſſerimus, principaliter quidem & diuinè, & ſecundum cauſam, vnum illud principium, cauſamque omnium, ſuper omnem principij, & eſſentiæ rationem. Et cap. 9. Deus in ſeipſo permanet,

Dionyſ.

Dei ſtatus.

in ſua immobili identitate firmiter, & accommodatiſſimè collocatus. Et quoniam ſecundum eadem & circa idem, eodemq; modo ſemper agit, nunquam ex ſeipſo migrans, vel quomodocunq; motus. Atq; hæc quidem ratione quadam habet ſupereſſentiam. Ipſe enim eſt omnium ſtatus, & firmitatis auctor, qui ſuper omnem ſedem, ſtatumq; exiſtit: atq; in ipſo conſiſtunt omnia, & inde à bonorum ſuorum ſtatu incommota ſeruantur. Et iterum, Deus dicitur idem, quoniam ſuper eſſentiæ modum eſt æternus, inconuertibilis, in ſeipſo manens: ſemper ſecundum eadem, & eodem modo ſe habens, omnibus eodem modo præſens. Ipſe ſecundum ſeipſum, & in ſeipſo firmiter, & intemeratè in pulcherrimis ſupereſſentialis identitatis finibus collocatus, immutabilis, caſui nuſquam obnoxiùs, indeclinabilis, inuariabilis, impermixtus, immaterialis, ſimpliciſſimus, nullius indigus, ſeipſo perfectus, exiſtens per ſeipſum, & ex ſeipſo vniformiter. Et cap. 8. declarans illud Pauli. 2. Timot. 2. Deus ſeipſum negare non poteſt. Seipſum negare, inquit, eſt à veritate decidere. Veritas autẽ ens ipſum eſt, caſuſq; à veritate, eſt ab ipſo ente ruina. Si igitur veritas ens eſt, veritatiſq; negatio, eſt ab ente prolapſio: certè ab ente Deus cadere nequit. Et cap. 5. dat rationem, quare Deus ab ente excidere nõ poteſt: Quia, inquit, eſt excelſior ente, entium omnium principium, & finis: principiũ quidem tanquam auctor: finis autem, vt cuius gratia facta ſunt, omniumq; terminus. Præſens quidem omnibus vbiq; per vnum, atq; idem: per idem, inquam, omne, & ad omnia prodiens: interea permanens in ſeipſo, cui nihil eorum, quæ facta ſunt, competit. ſed & tempore, & æternitate, atq; ijs omnibus, quæ in tempore, æternitateue ſunt, excellenter abſoluitur. Quamobrem æternitas ipſa, reſq; omnes, rerumq; menſuræ, & quæ ſub menſuras cadent, per ipſum ab ipſoq; ſunt. Itaq; Deus ſua infinitate omnia complectitur, vnicè participatur ab omnibus; quia eſt ſuper omnia, & per omnia, & in omnibus, æternus, immenſus, immortalis. Auguſtinus octoginta trium quæſtionum quæſt. 19. Quod eſt incõmutabile, inquit, æternum, ſemper enim eiuſmodi eſt. Quod autem commutabile eſt, tempori obnoxium eſt: non enim ſemper eiuſmodi eſt, & ideo æternum non rectè dicitur. Quod enim mutatur, non manet, quod non manet, non eſt æternum. Itaq; propriè dicitur æternũ, quod nec quicquam præteritum eſt, quaſi tranſierit; nec quicquam futurũ, quaſi nondum ſit, ſed quicquid eſt, tantummodo eſt. & lib. conf. 9. cap. 10. Vita, qui eſt Deus, non fit, ſed ſic eſt, vt fuit, & ſic erit ſemper, quin potius fuiſſe, & futurum eſſe, non eſt in ea; ſed eſſe ſolùm, quoniam æterna eſt: nam fuiſſe, & futurum eſſe non æternum. Et lib. 11. cap. 10. Si inquit, vllus motus in Deo nouus extitit, & voluntas noua, vt conderet creaturam, quam nunquã antea condiderat; quomodo iam vera æternitas, vbi oritur voluntas, quæ non erat? Quamobrem cap. 7. de fide ad Petrum Diaconum ait: Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites, ſanctam trinitatem ſolum verum Deum, ſicut æternum, ita ſolùm naturaliter incõmutabilem eſſe. hoc enim ſignificat, cum dicit ſeruo ſuo Moyſi, Exod. 3. Ego ſum, qui ſum. hinc & Pſalmus dicit 101. In principio Domine terram fundaſti, & opera manuũ tuarum ſunt cœli: ipſi peribunt, tu autem permanebis, & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. Et lib. de ciuit. Dei 12. cap. 14. Quamuis Deus ſit æternus, & ſine initio, ab aliquo tamen initio exorſus eſt tempora, & hominem, quem nunquam antè fecerat, fecit in tempore, non tamen nouo & repentino, ſed immutabili, æternoq; conſilio. Baſilius aduerſus Eunomium lib. 2. Ingenitum & æternum plurimum diſtant, ait, nam ingenitum quidem eſt, quod nec ſui originem, nec eſſendi cauſam habet: æternum verò, quod omni tempore, ac æuo ſecundum eſſe, antiquiùs eſt. vnde filius, nec

Deus eſt idem

Dei epytheta.

Deus ſeipſum negare non poteſt.

Deus eſt ſuperior æternitate.

Auguſt. quòd Deus ſit æternus.

Ego ſum qui ſum.

Baſilius.

ingenitus eſt, & æternus eſt. Verùm, & æuum iam æterni appellatione nonnulli dignatur; Æuum.
quoniam ex eo, quod eſt ſemper, etiam nominationem hanc ſortitū eſt. Nos autem id, quod
æternum eſt, creaturis atteſtari, & creatorem hac profeſſione priuare, eiuſdem amentiæ
dicimus. Porphyrius lib. 4. hiſtoriæ philoſ. teſte Cyrillo lib. 1. contra Iulianum: Deus, in- Porphyrius.
quit, eſt abſq; tempore ſemper, ſola & æterna mens. Itaq; quomodo æternitas ſoli Deo pro- Cyrillus.
priè conueniat, & quæ alia dicantur æterna, dixi.

CAP. II.

Argumenta contraria.

Poſſet aliquis contra prædicta ſic arguere: Nihil, quod eſt factum, Deo eſt
attribuendum: omne enim, quod eſt in Deo, eſt Deus: ſed Deus non eſt factus, 1.
quia eſt omnium principium: ſed æternitas eſt aliquid factum: Nunc enim
fluens, dicit Boëtius, facit tempus, & nunc ſtans facit æternitatē: & Aug.
lib. 83. quæſt. vocat Deum æternitatis autorem: Deus ergo non eſt æternus.
Sanè, quod eſt ante æternitatem, & poſt æternitatem, non eſt æternitate menſurandum ſed
Deus eſt ante æternitatem, vt dicitur in lib. de cauſis: & poſt æternitatem Exod. 15. Domi-
nus regnabit in æternum, & vltra. Eſſe ergo æternum, non conuenit Deo. Adde, quòd æter- 2.
nitas ſit quædam menſura: ſed Deo non conuenit eſſe menſuratum: non competit ergo eſſe
æternum. Amplius: ſi Deus eſt æternus, eſt ergo vnum primum, & ſimpliciter ens; quia
eſt vnum propriè æternum, & non plura æterna. Sed non eſt vnum ens ſimpliciter in vni-
uerſo: quod ſic probo: Aut enim illud eſſet ab alio, aut à ſe: non quidem ab alio; alioqui
non eſſet primum: nec etiam à ſe; quia non eſſet à ſeipſo effectiuè, cùm nihil ſeipſum gi-
gnat. Nec à ſeipſo formaliter, finaliter, aut materialiter: Non certè finaliter; quia ſicut
nihil ſeipſum efficit; ita planè nihil eſt finis ſui: nec etiam formaliter, aut materialiter;
aliter ab alio eſſet effectiuè. Præterea eſſe primum ens, non oſtendit primum ens: vnum
quodq; enim eſt ens ex ſe formaliter. Iterum, ſi datur æternum, cauſa omnium rerum: aut 3.
igitur omnia diſponeret æterna ſua voluntate, & ita omnia neceſſariò euenirent, nihilque
eſſet in rebus contingens: aut voluntate noua, & contingenti, & ſic non eſſet æternus; atq;
nihil eſſet neceſſarium in vniuerſo, quod philoſophis quidem non probatur. Præterea, con-
tra diffinitionem Boëtij ſic arguo. Æternitas, durationem potius, quàm vitam ſignificat: 4.
duratio autem magis reſpicit eſſe, quàm vitam: igitur eſſe potius, quam vita in æternitatis
diffinitione erat ponendum. Interminabile præterea negatiuè dicitur, quæ quidem trini-
tati tribui non poteſt, ſed ijs potius rebus, quæ ſui defectum patiuntur. Adde, quòd totum
de eo dicitur, quod partes habet: at æternitas eſt ſimplex, & abſq; partibus: inconueni-
enter ergo dicitur tota. Item plures dies non poſſunt eſſe ſimul, nec etiam plura tempora: 5.
ſed in æternitate pluraliter dicuntur dies & tempora, Michea 5. egreſſus ab initio, à die-
bus æternitatis, & Rom. 16. ſecundum reuelationem myſterij temporibus æternis taciti.
Æternitas ergo non eſt tota ſimul. Adde, quòd totum, & perfectum ſunt idem: ſuperfluè
igitur additur perfectum, cùm ponitur totum: Poſſeſſio inſuper ad durationem non ſpe-
ctat: æternitas verò quædam, eſt duratio: æternitas ergo non eſt poſſeſſio. Reſpondeo, at- Soluuntur ar-
que dico, quòd nunc ſtans ſecundum noſtram quidem apprehenſionem, æternitatem effi- gumenta.
ciat: ſicut enim ex apprehenſione fluxus ipſius nunc tempus percipimus; ita planè ex ap-
prehenſione nunc ſtantis, æternitatem: et hoc Boëtius indicare voluit. Auguſtini autem
authoritas de æternitate participata eſt intelligenda: eo namq; modo aliquibus à Deo ſua
communicatur æternitas, quo & immutabilitas. Ex his patet ad confirmationem ſolutio.
Deus enim dicitur eſſe ante æternitatem; quia nimirum à ſubſtantijs immaterialibus par- In æternum
ticipatur: proinde ibidem dicitur; quòd intelligentia perficiatur æternitate. Ad illud & vltra.
Exodi, æternum pro ſeculo ibi accipitur: vt ſit ſenſus; Dominus regnabit vltra quodcunque

 ſeculum,

ſeculum, ſiue quamcunq; durationem datam. Ad aliam confirmationem dico, æternitatem eſſe ipſum Deum: propterea Deus dicitur æternus, non quaſi ſit aliquo modo menſu-
2. *ratus; ſed ratio menſuræ ſecundum noſtram apprehenſionem tantùm intelligitur. Ad 2.*
dico, primum ens eſſe à ſe effectiuè, non quidem poſitiuè; quaſi efficiatur ab aliquo; ſed
3. *priuatiuè: quia ſic eſt, quòd non cauſatur ab aliquo. Ad 3. Reſpondeo, quòd primum ens*
ſit agens liberum: proinde ad extra agit omnia contingenter, ſicut ſæpè à nobis dictum
4. *eſt. Ad 4. Quod eſt verè æternum, non ſolùm eſt ens, ſed etiam viuens: ipſum autem viuere ſe extendit quodammodo ad operationem, non autem ad eſſe: protenſio autem durationis, ſecundum operationem magis, quàm ſecundum eſſe attenditur: vnde & tempus numerus motus dicitur. Ad confirmationem: ſimplicia per negationem diffiniuntur, ſicuti punctus eſt, cuius pars non eſt. Neq; ideo hoc fieri putandum eſt, quaſi negatio ad illorum ſubſtantiam pertineat; ſed propterea quia intellectus noſter primò apprehendit compoſita, atq; in ſimplicium cognitionem, non niſi per compoſitionis remotionem accede-*
Æternitas dicitur tota. *re valet. Ad aliam. Æternitas dicitur tota, non quòd habeat partes: ſed quòd nihil illi de-*
5. *ſit, ſed ſit ſtatus pleniſſimus. Ad 5. Quemadmodum Deus cùm ſit incorporeus; metaphoricè rerum corporalium in ſcripturis, nomina ſortitur: ita etiam æternitas, tota ſimul exiſtens, nomina ſucceſſiua. Ad confir. in tempore duo conſiderantur; ipſum videlicet tempus, quod eſt ſucceſſiuum, & nunc temporis, quod eſt imperfectum. vt ergo tempus ab æternitate abigatur, & nunc temporis; propterea dicitur tota ſimul perfecta. Ad confir.*
Æternitas differt ab æuo, & tempore. *quod poſſidetur; firmiter, & quietè habetur: idcirco poſſeſſionis nomine vſus eſt, vt æternitatis immutabilitatem oſtenderet. Rectè ergo dictũ eſt à Boëtio, quòd æternitas ſit interminabilis vitæ tota ſimul, & perfecta poſſeſſio. Ex quo patet quid diſcriminis ſit inter æternitatem, & tempus. hoc vtiq; quòd æternitas ſit tota ſimul; tempus verò minime: quam ob cauſam etiam ſi tempus eſſet æternum, adhuc tamen, propter eam, quæ dicta eſt, rationem, ab æternitate differret. Æternitas namq; eſt menſura eſſe permanentis. tempus verò menſura motus. Quòd ſi prædicta differentia, ad menſurata, & non ad menſuras referatur; tunc certè aliam habebit rationem. quandoquidem illud tantummodò tempore menſuretur, quod quidem habet principium, & finem in tempore, 4. ph. Quare, ſi motus cœli eſſet æternus: non vtiq; ſecundum ſuam totam durationem à tempore menſuraretur: ſiquidem infinitum non eſt menſurabile; ſed potiùs ſecundum quamlibet circulationem, quæ habet principium & finem in tempore. Poſſet etiam & aliam habere rationem ex parte huiuſmodi menſurarum, vtpote, ſi principium, in potentia intelligatur, & finis ſimiliter.*
Æuũ differt à tempore & æternitate. *Nam etſi tempus ſemper duraret; adhuc tamen ſecundum aliquas illius partes, & principium haberet, & finem. Quare proprium diſcrimen, quo æternitas à tempore diſcrepat, illud putandum eſt; quòd ſcilicet, ſit tota ſit ſimul beata poſſeſſio: alia verò, hoc conſequuntur. Itaq; cùm æternitas ſit menſura eſſe permanentis, quò magis minuſq; ab huiuſmodi eſſe recedunt aliqua; eò magis atq; minus ab æternitate diſtinguuntur. Sunt enim nonnulla, quæ ita ab illo eſſe permanente ſecedunt, vt illorum eſſe ſit tranſmutationis ſubiectũ, vel in tranſmutatione conſiſtat, cuiuſmodi ſunt, quæ tempore menſurantur. Illa verò, quorum eſſe in tranſmutatione non conſiſtit, nec eſt traſmutationis ſubiectum; minus ab eſſentia permanendi recedunt. habent autem huiuſmodi entia actu, vel potentia tranſmutationem ſibi adhærentem, atq; coniunctam: corpora namq; cœleſtia ſecundum locum tranſmutantur; angeli verò ſecundum electionem. Et hæc quidem menſurantur æuo; quod eſt medium inter æternitatem, & tempus. Itaq; tempus habet prius & poſterius; æuum autem non habet prius, & poſterius, ſed ei coniungi poſſunt: æternitas verò nihil illorum habet, nec aliquid ex illis compatitur. Cæterùm, quia ſecundum Dionyſ. 10. cap. cœl. hier. omnes ſubſtantiæ ſpirituales proceſſerunt à Deo quodam gradu, & ordine, vtpote primæ,*
Vnum æuum omnium. *mediæ, & vltimæ, etiam in vno angelorum ordine: propterea dicitur eſſe vnum æuum tantùm; quandoquidem vnumquodq; menſuretur (teſte philoſoph. 10. met.) ſimpliciſſimo ſui generis. oportet igitur eſſe omnium æuiternorum, eſſe primi æuiterni, quod eò eſt ſimplicius, quò*

De æternitate.

eius, quò prius, menſurari. Sed arguet aliquis contra prædicta hoc modo, quòd ſcilicet
æternitas non diſcrepet à tempore. Duas durationis menſuras ſimul eſſe, niſi vna ſit pars Argumenta contraria.
alterius, fieri omninò non poteſt: non enim ſimul ſunt duo dies, vel duæ horæ; ſed dies, &
hora ſunt ſimul, quia hora eſt pars diei. Tempus igitur eſt pars æternitatis, & non eſt ali-
ud ab æternitate, vtrumque enim quandam præſeferre videtur durationis menſuram. Qua-
re cum æternitas tempus excedat, & ipſum includat, pars illius eſſe non poteſt; ſed potius Quòd æternũ ſit tempus.
è conuerſo, tempus eſt pars æternitatis. Sanè, nunc temporis, in toto tempore manet idem, 4.
phyſ. ſed hoc eſt conſtituere rationem æternitatis, quæ nimirum indiuiſibiliter ſe habet in
toto temporis diſcurſu: æternitas ergo eſt nunc temporis ſed nunc temporis ſecundum ſub-
ſtantiam, non eſt aliud à tempore: æternitas ergo ſecundum nunc non differt à tempore.
Adde, quòd ſicut menſura primi motus, eſt menſura omnium motuum 4. phyſ. ita planè
videtur rationi conſentaneum eſſe, vt menſura primi eſſe, ſit menſura omnis eſſe. Sed æter-
nitas eſt menſura primi eſſe, quod eſt eſſe diuinum: æternitas ergo eſt menſura omnis eſſe.
ſed corruptibilium rerum eſſe, menſuratur tempore: igitur tempus, aut eſt æternitas,
aut aliquid illius. Amplius, quòd æuum non ſit aliud à tempore. Deus mouet creatu- 2.
ram ſpiritualem (teſte Auguſt. 8 ſuper gen. ad lit.) per tempus: ſed æuum illarum ſubſtan-
tiarum dicitur eſſe menſura: tempus ergo non differt ab æuo. Reuera, ad temporis rationem
ſpectat habere priùs & poſterius: ad æternitatis verò eſſe totam ſimul. ſed æuum non eſt
æternitas, Eccl. 1. Sapientia æterna eſt ante æuum. Cùm ergo non ſit totum ſimul: habet
ergo priùs & poſteriùs, & ita non differt à tempore. Profectò, ſi in æuo non eſſet priùs, 3.
& poſteriùs; proculdubio in æuiternis, non differret eſſe à fuiſſe, vel futurum eſſe: quod eſt
falſum. Nam ſicut fieri non poteſt æuiterna non fuiſſe, ita etiam ea futura non eſſe. Adde,
quòd duratio æuiternorum ſit infinita à parte poſt: quod ſi æuum ſit totum ſimul: aliquod
ergo creatum eſſet actu infinitum, quod eſt falſum: æuum ergo non differt à tempore.
Præterea, quòd non ſit tantùm vnum æuum: Diuerſorum generum diuerſæ ſunt menſuræ.
ſed quædam æuiterna ſunt in genere corporalium ſcilicet corpora cœleſtia: quædam verò
ſunt ſubſtantiæ ſpirituales, angeli ſcilicet: non ergo eſt vnum æuum tantùm. Ad hoc ac-
cedit, quòd æuum ſit durationis nomen: quorum ergo eſt vnum æuum, eſt vna duratio.
ſed non omnium æuiternorum eſt vna duratio, quia quædam poſt alia eſſe inciperunt, ſicut
videre eſt in animabus noſtris. Item, quæ non dependent ab inuicem, non videntur habere
vnam menſuram durationis: nam ideo omnium temporalium, vnum tempus eſſe videtur,
quia omnium motuum quodammodo cauſa eſt, primus motus, qui priùs tempore menſu-
ratur. ſed æuiterna non dependent ab inuicem, quia vnus angelus non eſt cauſa alterius.
Ergo quod priùs. Diſputauimus de hac materia, vt dixi, lib. 2. Ad primum. Ratio illa va- Soluuntur argumenta.
leret, quando tempus, & æternitas eſſent menſuræ eiuſdem generis; quod ex his, quorum
eſt tempus, & æternitas menſura, conſtat eſſe falſum. Ad confirmationem. Nunc tempo- 1.
ris eſt idem ſubiecto in toto tempore: ratione autem differt: propterea quòd ſicut tempus
motui, ita etiam nunc temporis mobili reſpondet: Mobile autem eſt idem ſubiecto in toto
temporis decurſu; differens nihilominus ratione, quatenus eſt hic, & ibi quæ quidem alter-
natio eſt motus. Similiter fluxus ipſius nunc, quatenus alternatur ratione, eſt tempus. Ex
quo patet æternitatem non eſſe idem, quod nunc temporis: quippe quæ & ſubiecto, & ra-
tione maneat eadem. Ad aliam confir.: ſicut æternitas eſt propria menſura ipſius eſſe; ita
certè tempus eſt propria menſura motus: proinde quod magis recedit à permanentia eſſen
di; proculdubio tempori magis ſubijcitur. Eſſe ergo rerum corruptibiliũ, quia eſt trans-
mutabile, non menſuratur æternitate, ſed tempore: à tempore enim, non ſolùm actu, ſed po-
tentia tranſmutabilia menſurantur. Quam ob cauſam non ſolum menſurat motum, ſed eti-
am quietem, quod eſt moueri potentia, & non mouentis. Ad 2. Creaturas ſpirituales, quan- 2.
tùm ad ipſarum affectiones, & intelligentias, in quibus eſt ſucceſſio, tempore menſurari,
affirmo: proinde Auguſtinus ibidem ait: Per tempus moueri, eſſe idem, quod per affe-
ctiones moueri: quoad verò ad eorũ eſſe naturale, æuo menſurari: quantũ autẽ ad viſionem

pore. glaris æternitatem participare. Ad confirmationem dico, æuum eſſe totum, non tamen eſſe

Quod æuum differat ab æternitate, & tempore. æternitatẽ, quia ſecum compatitur prius, & poſterius. Ad aliam confir: eſſe angeli biſariã poteſt intelligi: vno quidem modo abſolutè, & in ſe conſideratum; & ſic non habet præteritum, & futurum, ſed diuinæ ſubditur potentiæ; Deus autem poteſt facere, quòd eſſe angeli non ſit futurum, non tamen, quòd non ſit, dum eſt, vel quòd non fuerit, poſtquam fuit, alio modo, vt realis, vel imaginarij temporis differentiis coexiſtens; atq; ita habet præteritum, & futurum. Cùm ergo dicimus angelum eſſe, vel fuiſſe, vel futurum eſſe, pro noſtro modo intelligendi dicitur, qui eſſe angeli, ad diuerſas partes conferendo percipimus. Ad aliam confirmationem; Duratio cui eſt infinita, quia non finitur tempore. Sic

3. autem eſſe aliquod creatum infinitum nihil prohibet. Ad 3. Quamuis corpora cœleſtia, & ſubſtantiæ ſpirituales differant genere ſubſtantiæ, conueniunt tamen ſub eſſe intranſmutabili, atq; ita æuo menſurantur. Ad confirmationem. Licet nõ omnia temporalia ſimul incipiant; omnium tamen eſt vnum tempus propter primum, quod menſuratur tempore. Et ſic omnia æuiterna habent vnum æuum propter primum: etiam ſi non omnia ſimul incipiant. Ad aliam. Vt aliqua menſurentur vno, non eſt neceſſe, illud eſſe omnium cauſam, ſed ſufficit eſſe cæteris ſimplicius. Verùm quia de hoc negotio in 2. lib. diſputauimus, ideò ſilentio pertranſeundum eſſe iudicamus, & ad diſputationem de tempore à philoſopho 4. phyſ: tex. 93. contextam elucidandam properandum.

Digreſsio secvnda cap. I.

Philoſophi doctrina de tempore.

Quid ſit tempus. Philoſophus. Hactenus de æternitate, æuo, & tempore, tum ſecundum Mercurium, & Platonicos, tum etiam ſecundum Theologos locuti ſumus: par eſt, vt deinceps, quid ſenſerit Philoſophus loquamur: ſic enim liberum erit lectori (ſalua ſemper catholica fide) pro ſuo libito ex diuerſis arboribus flores legere, & quos ſuo propinquiores guſtui agnouerit, fructus decerpere. Quid autem (inquit

4. phyſ. tex. 93. Philoſophus 4. phyſ: tex. 93.) ſit tempus, dicamus. Quidam namq; vniuerſi motum, quidã ſphæram ipſam, tempus eſſe dixerunt. Cui Philoſophus ita reſpondet: Nulla pars conuerſionis, eſt ipſa conuerſio. omnis pars conuerſionis, eſt tempus (in tertia figura) tempus ergo non eſt conuerſio ipſa. Maior patet, quia pars conuerſionis eſt illud, quod eſt elapſum: conuerſio autem non eſt elapſa. Sed, inquit, conuerſionis pars tempus quoddam eſt, non

Tempus non eſt motus. autem eſt conuerſio ipſa: pars enim conuerſionis id eſt, quod eſt elapſum: conuerſio autem non eſt. Præterea, ſi eſſent plures mundi, atq; plures primi motus: igitur plura tempora ſimul: quod eſt falſum. Qui autem putauerunt eſſe primam ſphæram, ſic arguebant:

Quòd non ſit ſphæra. Cuncta ſunt in tempore, cuncta ſunt in ſphæra: igitur ſphæra eſt tempus. ſed hoc dictum, inquit Philoſophus tex. 95. eſt adeò ſtultum, vt ſuperſit de ipſo abſurda conſiderare. Quia æquiuocat, ait Auerro. de eſſe in: omnia enim ſunt in cœlo, vt in loco; in tempore verò, vt in menſura. Præterea in 2. figura arguit ex duabus affirmatiuis: hoc modo, in ſphæra ſunt omnia corpora mundi, in tempore ſunt omnia corpora mundi. Ex duabus autem affirmatiuis in 2. figura nihil ſequitur. Tex. Cùm autem motus quidam, atq; mutatio tempus ma-

Quòd non ſit motus. ximè eſſe videatur; illud an ſit, conſiderandum eſt. Mutatio igitur cuiuſq;, atq; motus, in ipſo eſt, quod mutatur duntaxat; aut fortè, vbi eſt ipſum, quod mouetur, & mutatur. At tempus vbiq; eſt, & penes omnia. Senſus eſt, in determinato mobili, ſeu loco, omnis motus

Velox & tardum tempore definitur. eſt, ſed tempus eſt vbiq;, & apud omnes: igitur tempus non eſt motus. Tex. 96. Adhuc, mutatio quidem omnis velocior, & tardior eſt; tempus verò non eſt. Tardum enim & velox tempore definitur: nam velox eſt, quod in breui tempore magnum: tardum verò quod in longo, paruum ſpatii tranſit. At tempus, nec quo quantum quoddam eſt, nec quo quale, quod tempore definitur: hoc eſt, neq; ſecundum, ait Auer. quod quantum, neq; ſecun-

dum quod

dum quòd, quale, tempore definitur: non quidem quòd tempus ſit quale; cùm ſit ſolum quantum; ſed ſi eſſet, adhuc tamen per tempus definiri non poſſet. Tempus igitur non eſſe motum perſpicuum eſt. Perſuadet poſthac tex. 97. tempus ſine motu eſſe non poſſe. Verùm, inquit, non ſine mutatione eſſe videtur: nã cùm ipſi nihil mente mutamur, aut mutatos eſſe, nos ipſos latet, non videtur nobis tempus fuiſſe. hoc eſt, perceptio temporis eſt ex perceptione alicuius motus exterioris: atq; ita motus natura eſt prior tempore. Philoſo. ratio, inquit Auer. eſt iſta, nos non percipere tempus, non percepto aliquo motu: tempus ergo ſine motu eſſe non poteſt. Non ergo vult dicere, ideò tempus non eſſe abſq; motu; quia non poſſumus mente moueri, quin tempus percipiamus, ſicut intellexit Galenus, teſte Auer. à quo ita phi. interpretabatur. Cùm mente mouemur, percipimus tempus: cùm mente non mouemur, non percipimus tempus: igitur tẽpus ſine motu eſſe non poteſt. Deinde arguit. Poſſum mente moueri, et non percipere tẽpus, ſed quietẽ polorũ, & alia id genus. Sequitur tex. Quemadmodũ neq; his, qui in Sardo fabulãtur dormire apud heroas, cùm experrecti eſſent. Copulabant enim ipſum nunc prius, ipſi nunc poſteriori: vnũq; faciebant tempus ob ſenſuũ occupationes excipientes, ſiue remouentes: copulabant itaq; ipſum nũc prius, in quo dormire inceperant, ipſi nunc poſteriori, in quo dormire deſierunt: vnũq; faciebant tempus, medium ob ſenſuum occupationes non excipientes. Tex. Vt igitur, ſi non aliud, atq; aliud, ſed vnum, idemq; nunc eſſet, tempus ſanè non eſſet; ſic, & cùm latet aliud, atq; aliud eſſe, ipſum tempus intermedium eſſe non videtur. ſi igitur tunc nullum tempus eſſe nos arbitremur, contingit, cùm nullam definimus mutationem, ſed in vno, atq; indiuiduo anima ipſa manere videtur. Cùm autem ſenſerimus, definierimusq; mutationem; tunc tempus fuiſſe dicimus: perſpicuum ſine motu atq; mutatione tempus non eſſe: patet igitur, neq; motum eſſe, neq; abſq; motu eſſe tempus. Motus autem ſine determinati temporis perceptione, non autem ſine confuſa temporis perceptione, percipi poteſt. Tex. 98. Quoniam autem quærimus quidnam ſit tempus, ab hinc incipientibus quid ſit motus: ſimul enim motũ ſentimus, & tempus. Senſus eſt, motus primus ſine tempore non cognoſcitur, neq; viciſſim tempus ſine motu, quod hinc patere poteſt, quia menſura, & menſurabile ſunt ſimul, & vna cognitione deprehenduntur. ſed tempus eſt menſura, motus autem menſurabile: igitur, quoniam motu cognito, vt menſurabili, ſimul cum eo cognoſcitur tempus, vt menſura. Cuiusq; ergo, & non vnius motus tantùm, tempus eſt aliquid. nec mirum, cùm vna numero menſura poſſit eſſe omnium menſurabilium. Porrò ex cuiusq; motus cognitione, alterius à cœli motu, in temporis notitiam accedimus, veluti ab effectu in cauſam, & à menſurabili, ad menſuram. E contra à temporis cognitione, in cuiusq; rei motus cognitionem, veluti à cauſa ad effectũ, & à menſura, ad menſurabilis cognitionem deuenimus. Sed præſtat dicere, temporis per motum, & è contrà ſimplicem, atq; ſimultaneam notitiam eſſe, & hoc philoſophum intellexiſſe. Nam vna, eademq; ratione intelligendi, intelligitur menſura & menſuratum. Quoties namq; nonnulla inter ſe aliquam rationem habent, etiam ſi plura ſint ordine, ab vna tamen ratione repræſentari poſſunt: ſimul ergo & motũ, & tempus ſentimus, id eſt, apprehendimus. Sequitur tex. Etenim ſi tenebræ ſint, nihilq; per corpus afficiamur, motus verò aliquis ſit in anima; continuò quoddam ſimul fuiſſe videtur tempus. Tempus etiam quoddam cum fuiſſe videtur; ſimul etiam motus aliquis fuiſſe videtur. Senſus eſt ſecundum Themiſtium, ſi eſſemus ita in quiete, vt nihil oculis, nihilq; alijs ſenſibus perciperemus: & de nauigatione, aliquid mente tractaremus; continuò ſeſe nobis tempus offerret: proinde apprehenſo motu, nos ſimul apprehendere tempus, & è contrà, patet ſatis. Quare, tempus ipſum, aut motus, aut aliquid ipſius motus: igitur, cùm non ſit motus, aliquid ipſius motus ſit, neceſſe eſt. Declarat tex. 99. tempus eſſe affectionem motus continui: atq; ideò eſſe continuum, quia motus eſt continuus. Cùm autem, inquit, id quod mouetur, ex quodam moueatur in quoddam, ſitq; omnis magnitudo continua; motus ipſe magnitudinem ſequetur: Nam quia magnitudo eſt continua, motus quoq; eſt continuus. At quia motus continuus, & tempus; quantus enim motus eſt, tantum eti-

Tempus non eſt ſine motu.

Galenus.

Fabula de dormientibus.

Tempus ſine motu haberi non poteſt.

Cognitio ab effectu in cauſam.

Temporis & motus eſt ſimultanea cognitio.

Tempus eſt continuum, quia motus eſt continuus.

am tem-

De Tempore.

am tempus fuiſſe videtur. Tempus ergo eſt aliquid ipſius motus, & continuum cum ipſo
motu, habetq́; prius, & poſterius in motu. Tex 100. Procedit à primo ad vltimum. At
verò, ait, tempus cognoſcimus, cùm motum definimus, prius, & poſterius determinantes:
Tunc enim fuiſſe dicimus, cùm prius in motu, poſteriusq́; ſenſerimus Definimus autẽ hæc,
quia aliud, atq; aliud ipſum, hoc eſt, aliud eſt prius, aliud verò poſterius, & id, quod
eſt inter ipſa, medium arbitramur. Nam cùm extrema alia à medio intelligimus eſſe; &
ipſa nunc duo anima dicit, alterum prius, alterum poſterius: prius, inquam, quo aliquid
Tempus quid ſit. cepit; poſterius verò, quo deſinit eſſe. concludit temporis definitionem. Tunc & hoc ipſum,
ait, tempus eſſe nuncupamus: quod enim ipſis nunc definitur, tempus eſſe videtur. Auer.
ita ſyllogizat. omne terminatum ad duo inſtantia, eſt tempus. Motus, quatenus accipi-
tur ſecundum prius, & poſterius, terminatur ad duo inſtantia: igitur motus, vt accipitur
ſecundum prius, & poſterios eſt tempus. Poteſt talis ratio formari: Tempus in motu non
cognoſcitur, niſi cognito priori, & poſteriori. Sed prius, & poſterius in motu non cogno-
ſcitur, niſi per duo inſtantia, ſcilicet nunc prioris, & nunc poſterioris. Tempus ergo eſt
Motus, & tempus. numerus prioris, & poſterioris in motu. Tale autem tempus eſt primi cœli motus, qui eſt
tempus, & motus: tempus quidem, vt terrenorum motuum menſura: motus verò, quate-
nus refertur ad cœlum, cuius eſt actus, & motus. Alexander, vt refert hic Auerroes
per numerum non intelligit numerantem. quia tempus non numerat motum ſed numerum
numeratum; qui eſt prioris, & poſterioris, exiſtentium in motu. Tex. 101. Quandoquidem
igitur tanquam vnum, ipſum nunc ſentimus: & non vtiq; ſicut prius, & poſterius in motu
diſcernimus, vel ipſum vt idem poſterioris cuiuſdam, ac priorũ accipimus: non videtur
tempus fuiſſe vllum, quoniam neq; motus. Senſus eſt. Cùm vnum nunc apprehendimus, nõ
Tempus eſt numerus motus. quidem, vt finem prioris, & principium poſterioris: non videtur tempus vllum fuiſſe: nec
etiam motus: cùm verò prius, & poſterius percipimus: tunc tempus cognoſcimus. Tem-
pus ergo eſt numerus motus ſecundum prius, & poſterius. Non ergo tempus motus eſt;
ſed ſecundum quod numerum habet, motus eſt. Signum autem eſt, plus enim, & minus
quòd ſit numerus. diſcernimus numerò: motum plurem, atq; minorem, tempore: tempus ergo numerus qui-
dam eſt. Senſus eſt. Id, quo plus, & minus in rebus diſcernimus, eſt numerus. Sed tem-
Duplex numerus. pore maiorem, & minorem motum diſcernimus: id igitur tempus eſt quidam numerus
motus. Declarat quonammodo ſit numerus. Tex. 102 Cùm verò, inquit, duplex ſit nume-
rus: & id, quod numeratur, atq; numerabile, & id, quo numeramus, numerum dicimus.
Tempus eſt id, quod numeratur, non id, quo numeramus. Quod enim numeratur, & id,
quo numeramus, ſunt diuerſa. Senſus eſt. Licet tempus ſit numerus, quo motum numera-
mus: eſt nihilominus numerus numeratus, quia ſcilicet non eſt ſimpliciter numerus; vt-
pote ternarius, quaternarius .i. quo ſimpliciter numeramus & ipſum alio numero non nu-
meramus: ſed eſt numerus motus, quo motum numeramus, & numerus numeratus: quia
Idem tempus ipſum per 4. tres, & huiuſmodi horas numeramus. Tex. 103. Atq; vt motus ſemper ali-
us, atq; alius eſt, ſic tempus. Id autem omne tempus, quod eſt ſimul, idem eſt. Nam ipſum
nunc idem ſubiecto eſt, eſſe verò ipſi diuerſum eſt. Senſus eſt. Ab ipſo nunc, habet tem-
pus, vt idem ſit, & diuerſum. vnum enim tempus tunc eſt: quando eſt vnum nunc, ſeu
intelligitur vnum: plura verò, cum plura nunc intelliguntur. Idem igitur eſt omne tempus;
quia eſt idem ipſum nunc. Dices, cùm ſit idem nunc omnibus eiuſdem naturæ cur non ſunt
omnia ſimul? Reſpondet philoſophus, quia quamuis ſit idẽ ſubiecto, ratione tamen diuer-
Auerr. ſum eſt: ſic Socrates idem erat ſubiecto in Lycæo, & in foro; non tamen eadem ratione;
Auer. tempus eſt vnum & idem, inquit, quia inſtans, quod fluens cauſat tempus, eſt v-
num, & idem in omni motu, cùm fuerit demonſtratum: diuerſum verò ſecundum prius,
& poſterius. Inſtans autem eſt ipſum primum mobile, cuius fluxu, tempus producitur:
permanens autem facit tempus, fluens autem, aliud, atq; aliud. veluti fluuius Tiberis eſt
vnus quidem, quo ad fluminis ſitum, quoad verò ad aquarum nouam ſemper decurſum, a-
lius, atq; alius. hæc Philoſophus.

CAP.

CAPVT II.

Tempus eſſe motum quomodo intelligitur.

TEmpus, & motum eſſe idem ſubiecto, diffinitione verò differre, Themiſtio probatur in paraphraxe tex. cō: 99. 4 phyſ: quod certè perinde valet, ac ſi dixiſſet: Tempus communiter dictū, eſt idem realiter cum motu abſolutè: tempus autem communiter dictum, eſt omne ſucceſſiuum, quo alicuius motus duratio à nobis menſurari poteſt. atq; ita motus horologij, eſt tempus communiter dictum, ambulatio quoq; Socratis, ſtudium, lectio, & ſimilia: propriè verò eſt illud, quo omnem motū tum ſuperiorem, tum etiam inferiorē menſuramus. Quòd autē tempus communiter dictum ita ſe habeat, patet. Quolibet motu dato, per ipſum, alterius motus durationē menſurare contingit. ſed eſſe menſurā motus eſt, vniuerſalis tēporis ratio: igitur tempus communiter dictum, eſt idem realiter cum motu abſolutè. Item, Tempus propriè dictum, eſt idem realiter cum motu cœli diurno, qui per diurnum motum Solis nobis innoteſcit maximè. Illud enim eſt tempus propriè, quò primo ex temporis diffinitione à nobis omnis prorſus motus menſuratur. Sed motu cœli diurno, vt primo, & regulariſſimo, omnem motum menſuramus, vt dicitur 10. met. te. 2. ergo. &c. Amplius, Licet tempus tum communiter, tum etiam propriè, ſit idem realiter cum motu; non tamen formaliter. quam ob cauſam hæc eſt vera identice, non tamen formaliter, tempus eſt motus. Quod ita patet. Ad rationem tēporis ſpectat, quatenus eſt tempus, vt ſit menſura ſiue numerus; ad motus verò, quatenus eſt motus, vt ſit actus exiſtentis in potentia: igitur formaliter, & quidditatiuè tēpus non eſt motus. Sumendo igitur tempus pro ſuo formali, quod eſt eſſe numerum, vel menſuram; vt paſſio ad ſubiectum, ita ad motum comparatur. Siquidem quando duo termini pro eadē re ſupponuntur, & non ſe habent, vt ſuperius, ad inferius; ſicut genus & ſpecies, quorum vnum in ſua ratione formali eſt magis connotatiuum, quam alterum; ad ſe inuicem ſe habent, vt ſubiectum, & paſſio. Sed motus & tempus ſunt idē re, & non ſe habent vt genus & ſpecies: propterea quòd tempus in ſua ratione formali cōnotet menſuram, & numerum motus, quod profectò motui pro ſua ratione formali non cōgruit: ſicut & bonum addit ſuprà ens, eſſe appetibile. formaliter ergo ſumpta, vt ſubiectum, & propria paſſio ſe habent ad inuicem. Neq; arbitrandum eſt hoc philoſopho aduerſari, tex. 98. & 98. 4. phy. tempus non eſſe motum, aſſerenti; loquitur enim ibi de formali, & quidditatiua, non autem de reali, & identica ratione; motus enim non prædicatur quidditatiuè, & in recto de tempore. Nec motus cœli, quatenus eſt motus, eſt tempus propriè dictum; niſi quia ipſi quatenus primo, omnis alterius motus competit eſſe menſuram. hoc idem philoſophus oſtendit tex. 101. Non ergo, inquit, motus tempus eſt, ſed ſecundum quòd numerum habet motus. Igitur, negat tempus eſſe motum abſolutè quidem, & formaliter; non autem ſecundum quòd motus habet numerum, id eſt rationem menſuræ. Tempus ergo eſt motus apud philoſophum, quatenus motus eſt menſura, proinde motus, & tempus ſunt idem realiter, diſtinguuntur autem formaliter. vel (vt dixit Themiſtius) ſunt idem ſubiecto, & re; diffinitione autem diſſentiunt: vnde & formaliter differre dicuntur: quia neutrum vnum de altero quidditatiuè nequaquam prædicatur. Sed dicet aliquis, Illa ſunt eadem, quorum partes ſunt eadem. Hoc certè ita clarum eſt, vt probatione non indigeat. Sed tempus & motus ſunt huiuſmodi: dies enim quædam pars temporis, eſt latio Solis ſuper terram, quæ eſt pars totius motus cœleſtis: tempus ergo, & motus ſunt idem omninò. Item, idem ſunt cum motu prius, & poſterius motus, quia ſunt partes motus: tempus enim non fit (teſte Commentatore) niſi quando mens diuidit motum in prius, & poſterius: nihil autem, niſi in ſuas partes diuiditur. ſed tempus eſt prius, & poſterius motus: igitur eſt motus. Adde ſententiam commentatoris, quæ dicit, motum diuiſum per duo inſtantia, tempus eſſe: quod quidē ſic poteſt eſſe manifeſtum. Motus termina-

Margin notes:

Tempus & motus ſunt idem.

1.

2.

3.

Quomodo tēpus ſit motus

Idem realiter diſtinguūtur formaliter.

Argumenta contraria.

1.

2.

pore. minatur ad duo inſtantia: quod verò terminatur ad duo inſtantia, eſt tempus. igitur mo-
3. tus terminatus ad duo inſtantia, eſt tempus. Amplius, Menſura, & menſuratum ſunt v-
nigenia, 10. met. Sed tempus eſt menſura motus: eiuſdem ergo eſt naturæ cum motu. ſed
quod eſt eiuſdem naturæ cum motu, eſt motus: tempus ergo eſt motus. Sanè, nihil eſt mẽ-
ſura extrinſeca omnium, niſi primus motus, 4. phyſ. ſed tempus eſt menſura extrinſeca
Soluuntur ar omnium motuum inferiorum: tempus ergo eſt primus motus, & conſequenter tempus eſt
gumenta. motus. Reſpondeo, quòd partes motus, & partes temporis ſunt idem realiter, non autem
1. formaliter; & cùm dicis, diem eſſe lationem Solis ſuper terram; dico, lationem illam bi-
fariam poſſe intelligi: aut quidem motum Solis ſuper orizontem, qui eſt de genere paſſio-
nis, vel de genere termini ad quem: aut durationem Solis ſuper orizontem. vnde primo
modo illa propoſitio eſt falſa, ſecundo autem, eſt vera. Itaq; ſi motus pro duratione tranſ-
mutationis ſucceſſiuæ intelligatur; tunc verum eſt, tempus eſſe motũ, & eaſdem eſſe par-
2. tes vtriuſq;. Ad 2. Prius & poſterius, ſi materialiter intelligantur; tunc ſine dubio ſunt
partes motus, qui eſt de genere paſſionis: at ſi formaliter accipiantur; ſunt partes tempo-
ris. vna enim pars ex ſe eſt formaliter prior altera; pars vero motus non eſt prior altera,
niſi quia eſt cum priore parte temporis. itaq; prius, & poſterius materialiter ſunt partes
motus; formaliter verò partes temporis. Alia patent ex dictis. Ad confirmationẽ: Com-
mentator accipit motum pro duratione: ſecundum quem profectò modum, motum eſſe tẽ-
3. pus, aſſerere valemus. Ad 3. Maior veritatem habet in primo menſurato: atqui tempus
non primo menſurat motum, niſi prius quantitatem motui accidentem menſurauerit, vt
Commentator dicit: itaq; tempus & quantitas ſunt accidens motus, nempè quantitas ſuc-
ceſſiua motus, eiuſdem eſt naturæ cum tempore: ideóq; motus, qui eſt de genere paſſio-
nis, vel termini ad quem: non eſt primum menſuratum à tempore: proptereà non eſt ne-
ceſſe, vt ſit eiuſdem naturæ cum tempore. Quare, ſicut vlna menſurat pannum, quia ni-
mirum quantitas vlnæ primò menſurat quantitatem motus ſucceſſiuam; ita primus motus
menſurat omnes alios motus, quatenus quantitas primi motus, aliorum motuum quantita-
tes metitur. Ad confirmationem: nihil eſt omnium motuum menſura extrinſeca, niſi pri-
Tempus non mus motus, vel aliquod primo motui intrinſecum, tempus ſcilicet, quod eſt quantitas pri-
cõſequi motũ mi motus: patet ergo quomodo quantitas primi motus ſit omnium aliorum motuum men-
1. ſura. hæc de tempore quòd ſit motus. Sed iterum ille inſtabit, hæc ita ſe habere non poſſe;
quandoquidem tempus non ſequatur ad motum. Si tempus, inquit, conſequitur motum, pri-
mum motum eſſentialiter conſequeretur: ſed conſequens eſt falſum. nam ſi cœlum ſtaret;
adhuc poſſet aliquid hîc localiter moueri. ſed omnis motus eſt in tempore: quia omnis mo-
tus eſt velox, vel tardus, qui tempore terminantur: ſi ergo cœlum ſtaret; adhuc eſſet mo-
tus, & conſequenter tempus: tempus ergo nequaquam motum eſſentialiter conſequitur;
2. quandoquidem eſſe poſſit ſine motu cœli. Amplius, ſi ità res ſe haberet, tunc motu non
percepto, tempus à nobis percipi non poſſet, (teſte Comment.) ſed conſequens eſt falſum;
ergo, & antecedens. conſequentia patet: conſequentis verò falſitas probatur: Nam ſi quis
imaginetur ſe quieſcere; proculdubio percipit ſe quieſcere, & prius fuiſſe, vel quieuiſſe.
Igitur, non percepto motu, poteſt percipere prius, & poſterius. ſed percipiendo prius, &
poſterius percipit tempus: tempus ergo percipi poteſt, motu non percepto: itaq; ita tem-
3. pus non conſequatur motum eſſentialiter. Item: tunc prius, & poſterius temporis, eſſent à
priori, & poſteriori motus, vt dicit philoſophus; quod eſt falſum: vna enim pars motus
dicitur prior altera; quia eſt in priori tẽporis parte, & non è conuerſo. Etenim vna pars
temporis, non dicitur prior altera, quia eſt in priori parte motus. prius ergo, & poſterius
in motu, ſunt à priori, & poſteriori temporis, & non è conuerſo. Præterea, ſi tempus con-
4. ſequeretur motum, cùm ſit accidens indiuiſibile; ſequeretur, vt tempus iuxta motus di-
uiſionem eſſet diuidendum. ſed motus diuiditur (vt dicitur 8. phyſ.) in latum, longum, &
profundum, ſecundum diuiſionem ſubiecti: eodem ergo modo tempus diuideretur. Sed cõ-
ſequens eſt falſum: alioqui tunc vna pars temporis eſſet in vna parte cœli, & alia pars, in
alia.

alius. Et tunc ſi duæ medietates cœli ſunt æquales; tempora quoq; eſſent æqualia: quod eſt falſum; quia duo tempora non ſunt æqualia, niſi vnũ contineat (teſte philoſopho) alterum. Tempus præterea apud omnes non eſſet vnum atq; idem, propterea quòd partes ipſius, ad inſtar partium motus, diuerſum ſitum haberent: Atqui philoſophus dicit, tempus à motu differre; quia nimirum tempus eſt vnum, & idem apud omnes, motus autem minimè: Ergo quod prius. Reſpondeo ad primum, atq; dico, primum tempus ſequi primum motũ, quare ſi cœlum ſtaret, non eſſet illud tempus, quod à philoſophis maximè propriè tempus

Soluuntur argumenta.

appellatur. Proinde poſito quocunque motu, aliquod tempus poni neceſſe eſt, non tamen 1.
illud, quod maximè tempus dicitur. Sed de hoc paulò antè diſputauimus. At 2. dico, 2.
tempus nequaquam percipi per ſe, aut per accidens, niſi prius, & poſterius ſibi inuicem ſuccedentia percipiantur, ſicque percipi fluxum prioris, & poſterioris: motum verò vt tranſmutationem, & fluxum. verùmtamen tempus percipi poteſt, motu non percepto, vt fluxu ſecundum formam, vel ſecundum vbi determinato; in cauſa autem eſt, quia prius & poſterius abſq; illo intelligi poſſunt. Et cùm probas, quia aliquis imaginando &c. reſpondeo, quemcunq; ſuam quietem percipientem; prioris, & poſterioris fluxum percipere: ſicut percipit motum, qui eſt fluxus prioris, & poſterioris: etenim qui eſt ſinè motu percipi non poteſt; quia eſt priuatio motus: priuatio autẽ ſine habitu non percipitur: Aſſumptum ergo illud eſt falſum, quo dicitur. aliquem poſſe percipere ſe eſſe continuè, vel continuè quieſcere, motum non percipiendo, nec imaginando. Quies enim propriè dicta ſine aliqua tranſmutatione eſſe non poteſt: quia ſine ſucceſſione prioris, & poteſterioris eſſe nequit: propterea fieri nõ poteſt, vt hoc modo omnia quieſcant; niſi quis dixerit, ſiue intellexerit quieſcere eſſe ſolam negationem motus in ſubiecto motus recipiendi aptitudinem habente.

Tempus duobus modis percipitur.

Porrò, tempus per ſe percipitur, quando ſcilicet per ſolam temporis propriam intentionem percipitur: atque hoc modo à ſolo intellectu percipi. 4. phyſ. com. 1. 20. docet Commentator: per accidens verò, quando per intentionem motus; & ſic animalia bruta, memoriam habentia, tempus percipere in lib. de memoria phyloſophus clarè docet. Motus præterea, vno modo, vt quidam tantum percipitur, in quo partes ſecundum durationẽ
ſibi inuicem ſuccedunt. Ad 3. dico, prius & poſterius temporis, eſſe à priori, & poſterio- 3.
ri motus materialiter; quandoquidem prius & poſterius motus ſint materia, & ſubiectum prioris, & poſteris temporis: formaliter autem eſſe à priori, & poſteriori temporis: proinde vna pars temporis prior altera dicitur, formaliter, quia ſcilicet eſt in priori parte tẽ-
poris. Et hoc eſt, quod argumentum concludit. Ad 4. tempus non eſt accidens indiuiſi- 4.
bile, quia ſecundum longitudinem durationis diuiditur: eſt enim quaſi quædam ſucceſſionis linea. Et cùm dicitur, quòd ſi tempus &c. dico illud non ſequi: imò ſicut linea terminus ſuperficiei, eſt in corpore ſicut in ſubiecto, nec tamen ad diuiſionem corporis, ſecundũ longum, latum, & profundum diuiditur: ita planè tempus, quod eſt quaſi quædam ſucceſſionis linea, ad diuiſionem motus non diuiditur, ſecundum longum, latum, & profundum: ſed potius ſecundum durationis longitudinem. Sed dicis, dies, menſes, & annos pẽdere à motu Solis, & non à primo motu: igitur tempus non ſequitur primum motum; dico, partes primi temporis à motu primi orbis dependere; & cùm dicis, dies, menſes, &c. ab orbe Solis dependere: reſpondeo, quòd ſi dies, menſis, & annus pro partibus durationis motus orbis Solis accipiantur: ſic abſq; dubio non ſunt partes primi orbis, ſed orbis Solaris: Atq; ita partes temporis ſic dicti à motu orbis Solaris dependent: Secus autem res ſe habet de partibus primi temporis, quæ dependent à motu primi orbis. Itaque quomodo tempus ſit motus, & quomodo à motu diſcrepet, itemq; quonam pacto tempus eſſentialiter motum ſequatur, dixi.

Dies quomodo pendent à motu Solis.

CAP. III.

Tempus non eſſe numerum motus.

1. A Rguunt nonnulli contra datam à philoſopho diffinitionem hoc modo : tem-
pus poteſt eſſe ſine motu; patet, quia eſt menſura motus : quæ verò ſic habent
vt menſura, & menſuratum, ſunt in 3. modo relatiuorum, 5. met. cap. de ad
aliquid. Sed quod eſt ſic relatiuum, poteſt eſſe, alio relatiuo non exiſtente:
ſicut remota ſcientia, remanet ſcibile. Remoto ergo motu, poteſt eſſe tempus:
atq; ita tempus non eſt aliquid motus. Adde, quod tempus eſt quid abſolutum, prius au-
tem & poſterius ſunt reſpectus. ſed abſolutum non eſt diffinibile per reſpectum; opponi-
tur enim abſolutum, & reſpectus : Ergo. Eſſet præterea circulus in diffinitione : Nam pri-
ùs & poſteriùs (vt docet philoſophus) & Commentator 4. phyſ. tex : com : 129. diffini-
untur per tempus. Priùs enim eſt, quod fuit in aliquo tempore, in quo non fuit aliud : Er-
2. go quod prius. Amplius, tempus non eſt numerus, quod ſic patet, aut enim eſt numerus
partium motus, quatenus vna eſt prior, & alia poſterior; quod certè fieri non poteſt, quia
pars prior in motu, & pars poſterior continuantur ad inuicem : atq; ita nulla eſt inter eas
diſcretio, nec conſequenter numerus; Aut eſt numerus ſecundum mutata eſſe, quæ ſunt
in motu indiuiſibilia, quorum vnum eſt priùs, & alterum poſteriùs. Nec hoc quoque po-
teſt ſtare; ſiquidem cùm mutata eſſe, ſint diſcreta; tempus vtiq; eſſet diſcretorum nume-
rus : atq; ita eſſet quantitas diſcreta, quod philoſopho non placet : tempus ergo non eſt nu-
3. merus, ac proinde non eſt numerus motus, ſicut dictum eſt. Amplius, nulla quantitas con-
tinua eſt numerus motus ſecundum prius & poſterius; alioqui quantitas continua eſſet
quantitas diſcreta : nulla ergo quantitas continua eſt numerus. ſed tempus eſt quantitas
continua : non eſt ergo numerus motus. Sanè, ſi ita eſſet, tunc tempus eſſet binarius, ter-
narius, & id genus; ſed conſequens eſt falſum : ergo, & antecedens. conſequentia patet :
4. quia numerus per binarium, & ternarium ſufficienter diuiditur. Iterum, numerus eſt no-
tior numerato; tempus verò eſt ignotius motu : non ergo tempus eſt numerus motus. Ma-
ior patet, quia per numerum cognoſcimus rem numeratam : ſed propter quod vnumquodq;
tale, & illud magis. hoc idem Commentator, qui apud nos, numerum notiorem, numeratū
verò ignotiùs eſſe, affirmat. Minor verò patet : nam tempus ignotiùs eſt motu, & quòad
nos, & quòad naturam etiam : ſic enim docet Comment. 4. phyſ. com. 101. Nempe tempus
accidere motui, motumq; natura eſſe priorem tempore : philoſophus quoq; ait, priùs & po-
ſteriùs ideò eſſe in tempore, quia ſunt in motu : continuitas namq; eſt in tempore, quia eſt
in motu : igitur eſt prior naturaliter tempore, & conſequenter notior. Quòd verò ſit no-
tior apud nos, conſtat ſatis; à nobis enim tempus percipitur, quia motus prius animaduer-
titur : motus ergo apud nos eſt notior tempore, atque ita tempus non eſt numerus motus.
5. Præterea, tempus non eſt numerus, quo numeramus; quia (teſte philoſopho 4. phyſ. tex.
101. tempus eſt, quod numeramus, non quo numeramus. Nec etiā eſt numerus numeratus ;
quoniam eſſentiale eſt tempori numerare, & menſurare motū, vt dicit Commentator. Re-
uera, aut intelliguntur per numerum numeratum res in quantum numerantur: & ſic tem-
pus eſſet quantitas diſcreta : omne enim numeratum, in quantum tale, eſt diſcretum : tem-
pus autem quantitas continua: Aut ſolum res, quæ numerantur : ſed tunc tempus eſſet mo-
tus; motus quippe illa res eſt, quæ numeratur à tempore : tempus ergo non eſt numerus
6. numeratus, neq; numerus, quo numeramus : igitur tempus non eſt numerus motus. Itè-
rum, quod eſt numeratio numeri motus, non eſt numerus motus : ſed tempus eſt numera-
tio numeri motus : ergo quod prius. Adde, quod eſt priùs & poſteriùs in motu, non eſt
numerus motus : ſed tempus eſt priùs, & poſteriùs, vt ibidem dicit Commentator : Ergo.
7. Amplius, diffinitio bene poſita, cuilibet ſub diffinito contento, competere debet : ſed hæc
diffinitio non competit cuilibet tempori : igitur non eſt bona diffinitio. Maior patet; mi-
nor autem probatur; quia qualibet pars temporis, eſt tempus : ſed hæc diffinitio, præte-
rito, & futuro non conuenit : ergo. Quòd verò qualibet pars temporis, ſit tempus, à philo-
ſopho in eodem textu approbatur. quòd verò non conueniat præterito, & futuro, patet :
nam ſi tempus præteritum, & futurum eſſent menſuræ; tunc eſſent quantitates; atque ita
eſſent

eſſent præſentia: conſequens eſt falſum: igitur & antecedens. Non conuenit præterea tẽ-
pori ſubiecto: partim quidem, quia infinitum in quantum eſt tale, proculdubio eſt ignotũ:
ſed ignotum non menſurat: Partim verò, quia tempus ideo menſurare dicitur, quòd ſcili-
cet inter duo inſtantia, quorum vnum eſt prius, aliud verò poſterius (teſte Commentato-
re) medium eſſe percipitur: Sed totum tempus infinitum, inter huiuſmodi inſtantia me-
dium eſſe non poteſt: aliter non eſſet infinitum: temporis ergo diffinitio non eſt bene aſsi-
gnata à philoſopho. Reſpondeo ad primum, atque dico, ad motum diurnum, & ad alios
motus, non vno eodemq; modo motum comparari: ſiquidem ad primum, vt menſura, & 1.
propria paſsio: ad alios autem, vt menſuratum tantum comparatur: Argumentum ergo
probat, remotis aliis, non autem primo motu, tempus eſſe poſſe; implicat enim, paſsionem
inueniri remoto ſubiecto. Tempus præterea, & primus motus non ſe habent præcisè, vt ter-
tij ordinis relatiua; ſed benè, ſi ad alios motus conferatur. Ad confirmationem: Prius, &
poſterius non ſtant pro reſpectibus, qui ſunt prioritas, & poſterioritas; ſed pro partibus
motus, quatenus ſub iſtis ſtant reſpectibus: partes autem motus, non eſſe reſpectus, con-
ſtat omninò. Ad aliam confirmationem negatur conſequentia, & ad probationem dico,
prius & poſterius dupliciter ſumi, ſeu accipi: & primo quidem modo, vt ordinis differẽ-
tias in re ſecundum generationem: atq; ita per tempus diffiniri, dicimus: Alio autem mo-
do, vt partes ſucceſsionis, & fluxus, & ſic tempus per ipſa diffinitur. Non ergo commit-
titur circulus. Itaq; tempus eſt aliquid motus: non enim apprehendimus tempus, niſi in
nobis, aut extra nos aliquo motu apprehenſo: tempus ergo eſt aliquid motus, conſequen-
tia patet: antecedens probatur exemplo dormientium à philoſopho adducto. Illi namque
non percipientes nunc initium dormitionis, & nunc finem dormitionis, medium aliquem
motum non cognouerunt, nec conſequenter tempus, ideòque vnum inſtans dormiſſe puta-
bant. Suffragatur huic ſententiæ Commentator 4. phyſ. com. 97. Cùm, inquit, nos non per-
ceperimus, neq; imaginati fuerimus, duo inter extrema motum factum, ſed arbitrati fue-
rimus, nos eſſe in eſſe indiuiſibili, nullumq; motum in nobis, ſeu in aliis, præceſsiſſe: tunc ſi-
ne dubio, à nobis minimè tempus percipitur: cùm igitur notitia temporis pendeat ex no-
titia motus: tempus ergo concernit motum; vtique ratione prioris, & poſterioris partis in
motu. Quando namq; motum determinamus parte priori, & poſteriori, tempus appre-
hendimus: aliter à nobis (vt dictum eſt) minimè apprehenderetur: tempus ergo concer-
nit motum non abſolutè, ſed prioris, atq; poſterioris ratione: apprehenſo namq; motu or-
dinatè facto ſuper priorem partem ſpatij, & motũ ſuper poſteriorem; tunc motum appre-
hendimus: hoc autem ordine remoto; minimè. Itaq; ratio temporis, prius, & poſterius in
motu concernit, non omni quidem modo, ſed vt numerata, vel numeralia: concernit ergo
tempus motum prioris, & poſterioris ratione. Ad 2. conceditur primum, & ad improba-
tionem dico, quòd licet partes motus ſint continuæ, diſtinctis tamen apprehenſionibus ap- 2.
prehendi poſſunt, & conſiderari, quatenus hæc eſt prior, illa verò poſterior: ſicut poſtea
dicemus. Ad 3. Maior eſt vera de numero ſimplici, non autem de numero formali: eſt
autem numerus motus ſimplex, quo motum numeramus, dicendo videlicet, duos motus 3.
eſſe, aut tres, & ſimiliter. Numerus verò formalis, eſt propria motus menſura; quatenus
ſcilicet priorem habet & poſteriorem partem. hoc ergo modo quantitas continua poteſt
eſſe motus menſura, tametſi quatenus eſt menſura, quantitatis diſcretæ quodammodo ra-
tionem habeat. Non valet ergo conſequentia, quantitas continua eſt numerus, id eſt, men-
ſura: ergo eſt quantitas diſcreta: ſi tamen eſſet numerus ſimpliciter, eſſet vtique quan-
titas diſcreta. Ad confirmationem: Si de numero ſimpliciter intelligeretur, veritatem
quidem haberet; ſed antecedens eſt falſum, quòd ſi de numero formali, vel alicui certo
generi entium applicabili intelligatur; tunc talis numerus non diuiditur in binariũ & ter-
narium. Ad 4. dico, tempus eſſe notius motu, quoad illud, quod menſurat: non autẽ quoad 4.
illud, quo motus menſuratur; motus enim quandã à ſpatio quantitatem habet, vnde & no-
minatur: ſimiliter à tempore: tempus ergo eſt notius motu ſua quantitate, hoc eſt, certa

Soluuntur argumenta.

Tempus eſt aliquid motꝰ

Tempus concernit motum ratione prioris, & poſterioris.

quantitate durationis: quippe quia motum non cognoſcimus quantus ſit, niſi cognita certa temporis duratione. E contra motus quoad quantitatē ſpatij, eſt notior tempore, quantum ad quantitatem durationis per intentiones proprias durationis temporalis. Tempus preterea eſt notius ſecundū naturam motu, quia eſt fluxus, quia nimirū eſt perfectioris generis. Et cum dicitur, quòd tempus accidit motui, dico, quòd quamuis vnum accidens ſit ſubiectum immediatum alterius, ſubiectū tamen principale cuiuſlibet accidentis, eſt ſubſtantia. Non ergo oportet, vt vniuerſaliter ſubiectum accidentis, ſit natura illo accidente perfectius. Et cùm dicit commen. &c. Reſpondeo, motum eſſe priorem tempore prioritate materie ad formam, tempus verò prioritate forme ad materiam; ideoq; eſſe ſimpliciter prius, ſicut forma eſt prior materia. Eodem quoq; modo ſoluitur authoritas philoſophi; vera eſt enim materialiter, non autem formaliter: prius namq; & poſterius in motu materialiter ſunt, in tempore verò formaliter. Et cum dicis, motum apud nos notiorem eſſe: Reſpondeo, id verum eſſe, quòad quantitatem à ſpatio ſibi conceſſam, non autem quòad quantitatem durationis. Ad 5. Dico, tempus eſſe numerum numeratum, hoc eſt applicatum alicui

5\. generi determinati entis. Ad Com. Reſpondeo, quòd duplex ſit numerus; quo numeramus, ſimpliciter ſcilicet, quo numerare poſſumus res cuiuſlibet generis entis, vt duo, tria &c. Alius eſt numerus certo generi applicatus: qui quidem numerus eſt quo numeramus, & ipſe quoq; eſt numeratus. Itaq; eſſentiale licet ſit tempori, vt alia numeret & menſuret; ipſum nihilominus eſt numerus numeratus, non quidem per ſe, ſed per accidens, ideoq;

6\. per ſe motus dici non poteſt. Ad 6. Commentator per numerationem intellexit, numeratum, vt ſit ſenſus, tempus eſt numerus numeri motus: & ſic habet veritatem, quia primū tempus eſt numerus primi motus; qui quidem eſt omnium aliorum motuum numerus. Ad confirmationem: per prius & poſterius, partes priores motus intelligi poſſunt: ſimiliter & temporis: & primæ quidem ſcilicet motus, non ſunt numerus motus, ſed bene partes temporis. Commentator preterea intelligit, quòd tempus ſit prius & poſterius in motu, vt numerata ſcilicet, nempe hoc, vt prius, illud verò, vt poſterius. hæc enim eſt ſignificatio

7\. temporis, duratio videlicet motus, cuius extrema ſunt actu numerata. Ad 7. Diffinitur primum tempus finitum, cuius extrema ſunt actu numerata. Et cùm id non conueniat preterito, & futuro: ergo. reſpondeo, tempus proprie non eſſe menſuram actiuè menſurantem, ſed animam, quę menſurat, tempus verò, quo mediante anima menſurat. Quare, vt tempus ſit menſura, ſufficit habere eſſe in anima menſurante; de qua quidem quæſtione ſumus diſputaturi. Quamuis ergo preteritum, & futurum non ſint realiter in actu; poſſunt tamen eſſe in actu menſurantis.

Quomodo motus ſit prior tempore.

CAP. IIII.

Philoſophi doctrina 4. phy. tex. 104.

Philoſophus.

IPſum autem, Nunc, menſurat tempus ſecundum quod eſt prius, & poſterius: ipſum autē nūc eſt certè ſicut idem, eſt verò ſicut non idem. Secundum enim quòd eſt in alio, atque alio, non eſt idem; hoc autem erat ei ipſum nunc. in quantum verò eſt ſubiecto, eſt idem. hoc eſt, vt fluit ad diuerſa, differt: vt autem rationem habet ad ſubiectum, eſt idem: atq; ita, quatenus fluit, tempus metitur. Sic enim Mathematici imaginantur punctum fluere in tota linea, ſicq; facere lineam: proinde, nunc, vnum numero fluens facit tempus, manetq; ſecundum ſubiectum, & idem in toto tempore, cuius ratione, tempus extenditur, deſinit, continuatur, & incipit. hoc ergo modo vnum nunc totum tempus metitur. Tex. Nunc quemadmodum diximus, motus magnitudinem ſequitur: hunc autem tempus, ſicut diximus: punctum etiam iam ſequitur id, quod fertur, quo & motum, & ipſum prius & poſterius in motu ipſo cognoſcimus. Sed hoc ſubiecto quidem eſt idem; eſt enim punctū, aut lapis aut aliud id genus: ratione autem aliud,

Vnum nunc metitur tempus.

tem aliud, perinde vt Sophiſtæ Coriſcum in Lycio, & in foro diuerſum eſſe ſumunt; & hoc propterea, quia alibi atque alibi eſſe, diuerſum eſt. ipſum verò nunc ſequitur id, quod fertur perinde vt tempus motū. Ipſo namque quod fertur prius in motu, poſteriúsque cognoſcimus: prius verò & poſterius quatenus numerabile, ipſum eſt nunc. Quare, & hoc ipſum ſubiecto eſt idem; eſt enim prius aut poſterius, quod eſt in motu: eſſe autem diuerſum eſt; ſi quidem prius & poſterius quatenus numerabile, eſt ipſum nunc. Senſus eſt, ſicut punctū ſe habet ad magnitudinem; ita planè momentum ad motum, & nunc ad tempus, ſeſe profectò ſequuntur. ſed punctum eſt vnum numero ſubiecto, quod fluens ſecundum diuerſa eſſe facit mobile. Igitur & nunc eſt ſubiecto vnum, quod fluens ſecundum diuerſa eſſe facit tempus. Tex. Eſt autem & hoc maximè notum: nam motus propter id, ſuprà quod mouetur, & latio propter id, ſuprà quod defertur, eſt. Id enim ſuprà quod fertur, aliquid eſt, motus autem non eſt. Eſt quidem igitur ſicut idem, quod nunc dicitur ſemper: eſt autem ſicut non idem, quippe cùm id quod fertur, ijs ſit modis. Senſus eſt: ipſum nunc eſt vnitas temporis, vnde tempus dicitur vnum: atque tempus eſt idem ſubiectū, diuerſum verò extrinſeca ratione; ita ipſum nunc eſt idem ſubiecto, identitate temporis, diuerſum autem extrinſeca ratione; quatenus ab anima talis vnitas conſideratur in tempore. Hæc autem vnitas ab vnitate ſumitur magnitudinis, ſupra quam fit motus; quæ quidem eſt punctum. Etenim ſicut ſpatium vnum, eiuſque vnitas punctum eſt; ita punctum idem, vt magnitudo, ſiue ſpatium idem eſt. Eſt autem punctum vnum, & idem identitate magnitudinis, hoc eſt, ſubiecto; aliud verò, atque aliud, quatenus ab anima talis ſpatij vnitas in qualibet magnitudinis parte percipitur. Itaque ipſum nunc menſurat tempus, ſicut rei vnitas, ipſam rem: menſurat, inquam, tempus, quatenus eſt prius, & poſterius. proinde ipſo nunc dicitur vnum, & motus momento, puncto autem magnitudo: Per menſuram ergo philoſophus intelligit rationem, qua aliquid dicitur vnum, vel plura. Eſt autem ipſum nunc idem, identitate temporis, quo habet eſſe ſimpliciter: aliud verò, prout diuerſis in partibus temporis, diuerſimode ab anima percipitur. Sequitur ergo magnitudinem quidem motus, hoc eſt ſpatium, ſupra quod fit; hunc autem motum ſequitur tempus: nam prius & poſterius in tempore ſumuntur à priori & poſteriori in motu. Punctum ſequitur ſpatium ſupra quod fit, ſiue fertur aliquid: ſequitur, inquam, ad ſpatium quoad identitatem, quia eſt eius vnitas. Ex his concludit, nunc ſequi ad tempus, vt punctum ad ſpatium, ſupra quod fit motus. Tempus enim ſequitur motum, & motus ſpatium. Nunc ergo in tempore, ſe habet vt momentum in motu, & punctum in ſpatio. hæc eſt illius maior. Sequitur minor: Hoc, inquit, ſcilicet punctum quandoquidem ens eſt, id eſt, quando ſumitur vt ens abſolutè, idem eſt identitate ſpatij: Nam punctum in lapide identicè, vt ens, eſt lapis, & in ligno ſimiliter eſt lignum: ratione autem alterum eſt, quia eſt illa vnitas, qua lapis dicitur vnus: quæ quidem vnitas diuerſo reſpectu eſt alia, atque alia, quatenus in alia, atque alia magnitudinis parte poteſt deſignari. Aliud dico, ſicut accipiunt Sophiſtæ ſecundum rationem, quæ eſt accidens: Coriſcus in Lycio, & in foro eſt alius; quatenus mens illi attribuit quandam diuerſitatem accidentalem: & ſic patet minor. Deinde quaſi maiorem interpretatur. Ad id, inquit ſupra quod fertur, hoc eſt, ad punctum ſpatij ſupra quo fit motus, ſequitur ipſum nunc, ſicut tempus momentum nam tempus ad momentum, & motus ad ſpatium: ergo nunc ad momentum, & momentum ad punctum ſequitur. Quòd verò tempus ſequatur motum, probat: eo, inquit, ſupra quò fertur mobile, cognoſcimus prius & poſterius in motu, & ſic tempus ſequitur ad motum, & motus ad ſpatium: ergo nunc ſequatur ad punctum in ſpatio, quia nunc ſequitur ad momentum, & momentum ad punctum: atque ita complens maiorem addidit. Secundum igitur quòd ipſum nunc eſt numerabile in partibus temporis, hoc eſt, quatenus ab anima in priori, & poſteriori parte conſideratur, ſic ſunt in tempore prius & poſterius. Maioris ergo ratio talis fuit, eodem modo ſe habet nunc ad tempus, & punctum ad ſpatium, cui ſi addatur minor, illico ſequitur concluſio. Quare, inquit, in his quandoquidem eſt ens ipſum nunc, quando ſcilicet accipitur, vt ens, idem eſt identitate

Vnum ſubiecto, ratione diuerſum.

Nunc eſt vnitas temporis.

Tex. expol.

Nunc quomodo ſe habet in tempore.

Nunc habet prius, & poſterius.

temporis: nam ita nihil aliud eſt quam tempus, quod in ipſo motu eſt prius & poſterius; ſed eſſe alterum, ſcilicet vt dictum eſt, extrinſeca ratione: ſiquidem ipſum nunc, vt ſubit

Rationes nūc ad tempus.

rationem numerabilis, eſt tempus, quod eſt prius, & poſterius. Sed de his ſatis. Tex. 105. dicit nunc ad tempus tres rationes habere, quòd ſcilicet ſint ab inuicem inſeparabilia; à ſpatio & puncto ſimilitudine accepta: nam ſpatium ſine puncto eſſe non poteſt; & è conuersò: ſic etiam nunc à tempore nequaquam ſeparatur: nec viciſsim tempus à nunc: tempus enim æquiualet lationi, ſiue ſpatio, & nunc puncto. Argumentatur autem à ſimili hoc modo: vt ſpatium & latio ſimul ſe habent, eodemq; modo diſponuntur: ita planè numerus ſpatij, & numerus lationis: latio certè, & ſpatium menſurabilia ſunt, vtriuſq; verò nume-

Nunc non eſt ſine tempore.

rus, menſura eſt. ſed ſpatium non eſt ſine latione, & è conuersò: nec ergo nunc ſine tempore: & viciſsim tempus ſine nunc: hoc argumentum non eſt demonſtratiuum, quia ſpatium poteſt eſſe ſine latione: quare hic Ariſtoteles exemplo potius vtitur, quam demōſtrat. Manifeſtum, inquit, eſt, quòd niſi tempus ſit, ipſum nunc non erit, et ſi ipſum nunc non erit, tempus non erit: Nam vt ſimul id quod defertur & latio: ſic & numerus eius, quod fertur, & numerus ipſius lationis: tempus enim eſt lationis numerus: ipſum autem nunc, eius

Secunda ratio nunc ad tempus.

quod fertur, perinde vt vnitas numeri. Secunda autem ratio, quam habet nunc ad tempus, eſt huiuſmodi, quòd ſcilicet tempus propter ipſum nunc, eſt vnum quidem in ſe, & diuiſum à quolibet alio: Totum igitur tempus eſt vnum ipſo nunc, & in præteritum, & futurum diuiditur ipſo nunc. Quatenus namq; eſt vnum re, totum vnum tempus efficit, quatenus verò principij ac finis ſubit rationem, in præteritum, atq; futurum tempus diuidit. Eſt inſu-

3. Ratio.

per tempus, inquit, ipſo nunc continuum, atq; ipſo nunc diuiduum. Aſsignat aliam rationem atq; probat ideo totum tempus eſſe vnum per ipſum nunc: quia ſe habet ad nunc, vt ſpatium ad punctum: ſed ſpatium vnum eſt, quatenus punctum eſt: tempus ergo eſt vnum,

Quomodo motus eſt vnus.

vnitate ipſius nunc: hoc enim, inquit, & lationi, & ei quod fertur, competit: nam motus & latio vna ipſo quod fertur, quia vnum, & non ſubiecto, ſic enim intercapedines eſſe poſſunt, ſed & ratione. Motus, inquit, & latio eſt vna propter vnum ſcilicet punctum, non quatenus ſpatium eſt ens, & quia eſt vnum ſubiecto; nam ſic interualla omnia eſſent vnum ſubiecto: ſed quatenus magnitudo eſt vna ratione, puncto ſcilicet vno: Ipſum ergo nunc, quod eſt re vnū, eſt ratio, qua tempus eſt vnū. Deinde ipſo nunc, in duo tempus diſtinguit. Text. Et determinat iam priorem & poſteriorem motum: hoc ſcilicet ipſum nunc, & ſic tempus in præteritum, & futurum. Tex. Sequitur & hoc quodammodo ad punctum; nam quodammodo continuat, & determinat longitudinem: eſt enim huius quidem principium illius autem finis. Senſus eſt, ita ſe habet nunc ad tempus, vt punctū ad ſpatium: punctum enim continuat longitudinem, quatenus eſt vnū: diſtinguit verò, in quantum eſt principium & finis, ex quo patet, quæ ſint rationes, quas nunc habeat ad tempus. Themiſtius, aliiq; interpretes has metiuntur ex reſpectu, quem punctū, ſeu vnitas habet ad mobile. Tex.

Nunc quomodo differt à puncto.

ſed cùm quidem ſic accipiat aliquis, tanquam duobus vtens vno, neceſſe eſt, ſi principium erit ipſum punctum. Sed ipſum nunc, propterea quia mouetur, quod fertur, ſemper alterum eſt. Senſus eſt, punctum in magnitudine eſt permanens: nunc in tempore, minimè. Si punctum, inquit, eſt principium, vt eſt, cùm quis ipſum accipit, vtens vno, quaſi duobus, diuerſis deſignationibus, ſine dubio neceſſe eſt ſtare, atq; eſſe permanens: ſed ipſum nunc, cùm non poſsit idem manens bis oſtendi, quia continue mouetur, id quod fertur: nunquam in eodem ſtatu permanendo, ſemper alterum atq; alterum erit. Tex. 106. Quare tempus nu-

Tempus quomodo eſt numerus.

merus eſt, non ſicut ipſius puncti, quia eſt & principium, & finis, ſed ſicut vltima ipſius lineæ magis, & non ſicut partes, propter & id, quod dictum eſt: medio enim puncto, tanquam duobus vtimur: ergo quieſcere accidit. Senſus eſt, Tempus non eſt numerus ipſius nunc exiſtentis in motu, quia ipſa nunc ſunt infinita, quorum nulla poteſt eſſe acceptio numerabilis: propterea non eſt numerus acceptionum ipſius nunc, quia vnum nunc bis numerari non poteſt: ſed eſt numerus inter ipſa nunc acceptus, vti linea eſt inter puncta: neq; ita tempus eſt numerus partium motus inter duo nunc concluſus. Etenim nō poteſt

20. horarum motus dici, niſi acceptis ſemper ipſis nunc; vno quidem, vt horæ principio, altero verò, vt fine. Ex quo patet, tempus eſſe numerum partium motus propter ipſa nunc, non autem ipſorum nunc. Quare, inquit, tempus numerus eſt, non hoc quod nunc ipſum, vt punctum idem eſt principium & finis, id eſt, non poteſt eſſe numerus reſultans ex numeratione ipſius nunc. ſed hoc potius, quod ipſa nunc ſeſe habent vt extrema in eadem linea, neque ita vt partes temporis illa extrema ſint. Ceterum, non ignorare oportet, in linea duplex punctum inueniri, extrinſecum vnum, intrinſecum alterũ: extrinſecum autem eſt, quod ſuo fluxu apud geometram cauſat lineam: Dicitur autem extrinſecum, quia ad lineæ conſtitutæ eſſentiam non ſpectat; ſiquidem cum ſit vnum indiuiſibile, in diuerſis lineæ partibus eſſe nequit. Nec etiam eſt terminus lineæ; linea enim finita cùm ſit, habet duo extrema actu, quæ ſunt duo puncta: ſed idem punctum, duo extrema præciſè eſſe non valet. Nec etiam continuat, ſiue eſt continuans partes lineæ ad inuicem, aliter in eo, de continuo plures ſitus haberet: quod fieri non poteſt. Itaque in tota linea, quàm ſuo fluxu imaginario cauſat, punctum extrinſecum eſſe vnum numero, conſtat ſatis: Punctum verò intrinſecum id eſſe dico, à quo linea continuatur, atque terminatur, non quidem vt vno, ſed vt duobis actu lineam finitam terminantibus, potentia verò infinitis; qualenus ſcilicet linea eſt diuiſibilis in infinitum. ſunt autem hæc puncta intrinſeca, infinita, diuerſa eſſe ipſius puncti extrinſeci, vt lineam cauſantis. Imaginari autem debemus, pro illius diuerſo fluxu, diuerſa eſſe accidentalia acquirere. Nam & in prima parte ſui fluxus, vnum eſſe, & in ſecunda, aliud, & ſic deinceps in aliis, ſemper nouum eſſe ſibi comparat. hæc autem diuerſa eſſe, puncta intrinſeca nominantur; quia nimirum ad lineæ ſpectant rationem. ſiquidem in diffinitione lineæ, ponitur punctus, vt terminus, vel vt extremum, ſecundum Euclidem, neque continuans, & copulans partes eiuſdem; linea enim in genere continuorũ inuenitur: continuum autem eſt, cuius partes ad vnum terminum communem copulantur. Quomodo ergo linea eſt vnum, & plura puncta, patet. Inſtans præterea, ſiue nunc in tẽpore eſt duplex, extrinſecum, & intrinſecum. Extrinſecum quidem eſt, cuius fluxu imaginario tempus cauſatur, ſicuti apud geometram, linea ex puncto extrinſeco. ſed hoc intereſt, quia punctum, quantitatem continuam permanentem, inſtans verò cauſat continuum ſucceſſiuum. hoc autem inſtans extrinſecum, non eſt pars temporis, nec terminus, nec continuans tempus, eadem profectò ratione, quæ puncto aſſignata eſt. Inſtans autem intrinſecum, à quo terminatur, continuatur, atque diuiditur tempus, ad intrinſecam ſpectat temporis rationem, quatenus eſt quantitas continua; de quo quidem eadem dicenda ſunt, quæ prius de puncto intrinſeco à nobis dicta ſunt. Porrò, inſtans extrinſecum eſt vnum in toto tempore, aliter immediatè aliud ei ſuccederet inſtans, aut aliqua pars temporis: non primum quidem; quia vnum inſtans, vt dicitur 6. phyſ. alteri inſtanti continuari non poteſt: nec etiam ſecundum, quandoquidem nulla pars temporis, cùm ſit de genere ſucceſſiuorum, inſtar indiuiſibilis conſiſtere nequit. Præterea, authore philoſopho, ſicut ſe habet mobile ad motum, ita certè nunc ad tempus: ſed mobile eſt tantum vnum, ſtante motus vnitate, ſic docet 5. lib. phyſ. Igitur in toto tempore eſt tantum vnum inſtans ſecundum rem. Quòd ſi loquamur de inſtanti intrinſeco, tempus terminante; atque continuante, ſic non eſt vnum tantùm ſed plura realiter, duo quidem actu, omnem ſignatam temporis partem terminantia. Exempli gratia, in hora eſt primum, & vltimum inſtans; alia ſunt infinita in potentia, quatenus hora in partes infinitas eſt diuiſibilis. Sanè, quodlibet continuũ finitũ habet duo extrema diſtincta realiter; quippe cùm idem reſpectu eiuſdem partis nõ poſſit eſſe principium & finis. ſed quælibet pars tẽporis eſt continua & finita: igitur habet duo extrema: extremum autem in tempore eſt inſtans, ſicut extremum in linea, eſt punctum. In qualibet ergo parte temporis, ſunt plura inſtantia intrinſeca, tempus terminantia, atque continuantia. ſed terminantia ſunt actu, continuantia autem in potentia; & ſi fiat diuiſio in tempore, erunt actu partes diuiſas terminantia. Eſt autem inſtans extrinſecum vnitas mobilis accidentalis, quatenus eſt ſub forma, ſiue vbi fluente: inſtantia autẽ

Eſt numerus partium motus.

Punctus duplex.

Extrinſecum.

Punctum intrinſecum.

Inſtans duplex.

Nunc extrinſecum.

Inſtãs extrinſecum eſt vnum.

Plura inſtantia.

Differentia inter inſtantia.

intrinſeca ſunt diuerſa eſſe inſtantis extrinſeci. Etenim ſicut ſe habēt mutata eſſe ad ipſum mobile: ita etiam inſtantia ad inſtans extrinſecum. ſed mutata eſſe, quæ accidunt mobili, vt alter, atq; aliter in motu ſe habenti: ita & inſtantia intrinſeca ſunt diuerſa eſſe inſtantis extrinſeci. hæc quidem de inſtanti quomodo ſit vnum, & plura, ſimiliter de puncto, breuiter dicta ſint.

CAP. V.

Philoſophi doctrina 4. phyſ. tex. 107.

Philoſophus.

ADhuc etiam manifeſtum, quòd nulla pars ipſum nunc temporis ſit, neq; diuiſio motus, ſicut neq; puncta lineæ ſunt partes, ſed duæ lineæ ſemper vnius partes. ſecundum igitur quòd terminus eſt ipſum nunc, non eſt tempus, ſed accidit tempori, ſecundum verò quòd numeratur, numerus eſt: termini quidem enim ipſius ſolum ſunt, cuius ſunt termini, vt autem numerus, & horum equorum denarius eſt, & aliorum. Tempus igitur numerum eſſe motus per prius & poſterius, atq; etiam continuum, cùm ſit continui numerus, perſpicuum eſt. Vult philoſophus oſtendere inſtans non eſſe partem temporis. Diuiſio, ſeu differentia, inquit Commentator, quæ eſt inter duos motus, non eſt pars motus: ſed inſtans eſt diuiſio, ſeu differentia inter motum priorem, & poſteriorem: igitur non eſt pars motus, nec conſequenter pars temporis: ſicut enim puncta non ſunt lineæ, quamuis diuidant lineas: ita diuiſio motus, non eſt motus. per motum autem intelligit quantitatem ſucceſſiuam ipſius fluxus, non autem formam fluentem, aut ipſius fluxum. deinde oſtendit inſtans eſſe accidens temporis, & ſolius temporis, quatenus ſcilicet eſt finis temporis: at quatenus alia numerat eſt aliorum à tempore. Terminus, ait, eſt accidens eius, cuius eſt terminus: ſed inſtans eſt terminus tēporis: ergo eſt eius accidens: Inſtans namq; ſecundū quod numerat, hoc eſt, diuidit tēpus, eſt numerus, hoc eſt, non ſolùm vnum inſtans eſt numerus, ſed duo inſtantia inter quæ includitur tēpus. Poſtea probat quomodo ſit ſolius temporis. Termini, inquit, ſunt illius ſolius, cuius ſunt termini: ſed inſtans eſt terminus tēporis: igitur eſt ſolius tēporis. Demonſtrat quomodo ſit aliorū à tempore. Numerus, ſecundum quòd numerus, non eſt illius ſolus, in quo eſt ſubiectiuè: ſed inſtans, eſt numerus, & eſt ſubiectiuè in tempore, quia eſt accidens tēporis: ergo eſt aliorū à tempore. ſiquidem numerus denarius equorum, quo decē equi numerantur, eſt aliorum ab eo, in quo eſt ſubiectiuè. Numerus certè denarius, qui eſt in decem digitis meis ſubiectiuè, poteſt mihi notum facere numerum decem equorum. ſed arguet aliquis contra

Inſtans non eſt pars temporis.

Inſtans eſt finis temporis.

Argumenta quod inſtans ſit diuiſibile.

prædicta, nempè quòd inſtans non ſit indiuiſibile in tempore actualiter exiſtens hoc mo-
1. do, Aut, inquit, eſt in tempore ſubiectiuè, aut in ſubiecto temporis: non quidem in tem-
pore, quia qualibet pars temporis eſt præterita, vel futura, inſtans autem eſt præſens:
Neq; in ſubiecto temporis, propterea quòd eſt diuiſibile. Quare ſi inſtans in eo eſſet ſubie-
ctiuè, eſſet vtiq; diuiſibile. Sanè, inſtans eſt principium futuri, & finis præteriti: duas er-
2. go in partes eſt accidens realiter diuiſibile. Amplius, implicat contradictionem tempus
eſſe ſine inſtanti, & inſtans ſine tempore: igitur non ſunt entitates realiter diſtinctæ: &
3. conſequenter inſtans non eſt entitas dicta à tempore, & à qualibet illius parte. Item, In-
ſtans non patet corruptioni, quia aut corrumpatur quando eſt, & ita ſimul eſſet & non
eſſet. vel quando non eſt, & id fieri non poteſt cùm ſit iam corruptum, ergo incorruptibi-
le, ac proinde manens idem inſtans in toto tempore. Reuera, inſtans ſequitur illud, quod
fertur: nam ita ſe habet inſtans ad tempus, teſte philoſopho, ſicut mobile ad motum: ſed
mobile manet vnum & idem in toto motu, ſi motus fuerit vnus, atq; continuus: inſtans er-
4. go manet vnum & idem in toto tempore, ſi tempus fuerit vnum, atq; continuum. Item,
ſi inſtans non maneret idem, deſineret eſſe, non quidem quando eſt, alioquin ſimul eſſet,
& non eſſet, nec etiam quando non eſt, quia inter quodlibet, in quo non eſt, & eſſe ipſius,

eſt tem-

eſt tempus mediũ: igitur in tempore medio, nec idem eſſet inſtans, nec etiã non eſſet, quod
eſt falſum. Sanè, ſi hoc inſtans non ſemper maneret, aliquando verum eſſet dicere, hoc
inſtans corrumpi: aut igitur corruptione ſucceſſiua, & ſic toto illo in tempore maneret,
quo ſucceſſiuè corrumpitur: aut corruptione ſubita. Et tunc, vel ſubitò corrumpitur quan-
do eſt, vel quandò non eſt. ſi quandò non eſt: ſemper igitur corrumperetur, ſi verò quan-
do eſt, cùm ſimul ſit corruptio ſubita, & corruptum eſſe, ſequitur hoc inſtans corrumpi,
cùm non eſt: atq; ita ſimul eſſet, & non eſſet. Ad hæc accedit authoritas commentatoris:
Inſtans, inquit, agit tempus, ſicut tranſlatum tranſlationem: ſed quod agit tempus, ma-
neat idem neceſſe eſt in toto tempore: ergo quod priùs. Item, manet idem inſtans ſecun- Soluuntur
dum ſubiectum: differt verò ſecundum diffinitionem, vt Com: dicit: Inſtans ergo manet argumenta.
idem in toto tempore ſecundum ſuam ſubſtantiam. Reſpondeo ad primum, atq; dico, in- 1.
ſtans eſſe entitatiuè, atq; realiter indiuiſibile, vtpote, quod in alias partes reales diuidi
nequit: diuiſibile verò ſecundum rationem, idem enim inſtans alia ratione eſt finis præte-
riti, alia verò, initium futuri. Ad 2. ſicut non implicat, lineam entitatiuè, atq; realiter 2.
eſſe ſine punctis; ſic etiam non implicat entitatem ipſius inſtantis realiter ſeparari à tem-
pore. Dicitur autem inſtans accidens temporis principatiuè, & per reductionem, non au-
tem formaliter, & quidditatiuè. ſiquidem aliquando accidens accipitur pro omni entitate
limitata, quæ non eſt ſubſtantia, atq; ita, inſtans eſſe accidens, conſtat ſatis: aliquando
verò accipitur pro eo, quod quidditatiuè, atq; formaliter eſt accidens, & in aliquo ex no-
uem generibus accidentium inuenitur: & hoc modo non eſt ſubſtantia, neq; accidens, ſed
principium accidentiũ. Præterea, eſt quædam ſeparationis, & diuiſionis actualitas, quà Inſtans quomodo ſeparatur à tempore
vnum actualiter ſeparatur ab altero, & hac actualiter inſtans ſeparatur à tempore, quia
ſcilicet non eſt actualiter in tempore: alia verò eſt actualitas continuationis, & termina-
tionis, quà vnum actualiter terminat alterum, & ſic inſtans eſt in tempore actualiter: a-
lia autem eſt actualitas præſentialitatis, & diſtinctionis, quà aliquid eſt præſens alicui:
& ita etiam, inſtans eſt actu in tempore. Itaq; inſtans eſt in tempore terminatiuè, ſicut
terminus in eo, quod terminat, non autem per ſe ſubiectiuè, ſed per accidens, quatenus tẽ-
pus terminatum per ipſum, eſt in ipſo ſubiectiuè. Ad 3. in toto tempore eſt vnum inſtans 3.
realiter, & entitatiuè; quælibet enim pars temporis ex duabus componitur partibus, in-
ter quas eſt vnum inſtans reale, ipſas realiter continuans ad inuicem: quælibet certè pars
temporis, eſt tempus. In diſtinctis præterea temporis partibus, ſunt inſtantia realiter, &
entitatiuè diſtincta; ſiquidem ad corruptionem partium, in quibus ſunt, corrumpuntur. Quomodo ſit vnum inſtans
ſed vna pars temporis poteſt corrumpi, alia non corrupta: inſtans ergo vnius partis po-
teſt corrumpi, alio non corrupto, & ſic patet realiter diſtingui. Cathegorematicè ergo eſt
vnum inſtans, ſyncathegorematicè autem, minimè, quia pro qualibet parte accipitur. Ad
confirmationem dico, veritatem habere de inſtanti, à quo per ſuum fluxum, tempus cau-
ſatur, hoc enim inſtans in toto tempore manet. Quòd ſi ſermo ſit de inſtanti, partes tem-
poris adinuicem continuantè, negatur ſimilitudo: non enim eſt idem inſtans, partes tem-
poris ad inuicem coniungens, atq; connectens. Nam ſicut non eſt idem punctum continu-
ans omnes partes lineæ ad inuicem: Ita proculdubio non eſt idem inſtans; omnes partes
temporis connectens. Ad 4. Inſtans deſinit eſſe, quando eſt: in illis enim, quæ ſubitò ha- 4.
bent eſſe, incipit, & deſinit, exponenda ſunt per poſitionem præſentis, negationem verò præ-
teriti, atq; futuri. verbi gratia, hoc inſtans eſt, & nunquam antea fuit: deſinet eſſe, &
nunquam amplius erit. Sed dices incipere, & deſinere ſunt oppoſita: ſimul ergo idem tri-
bui non poſſunt. Adde, quòd ſi hoc inſtans deſinit eſſe: ergo incipit non eſſe. Reſpondeo, Inſtans quomodo corrũpitur.
quòd Incipere, & deſinere in communi non ſint oppoſita: interdum verò opponuntur, quã-
do per negationem eiuſdem & affirmationem de eodem exponuntur: Iſta enim ſtant ſimul:
Sort. incipit eſſe albus, & deſinit eſſe albus: ſic namq; exponuntur: ſortes eſt albus, &
ſor. ſine medio non fuit albus. & ſortes deſinet i. ſortes non eſt albus, & ſortes ſine medio
fuit albus. Ad aliud dico, quòd illa ſtent ſimul: id namq;, quod non habet eſſe duratiuum,

De tempore.

ſimul incipit, & deſinit eſſe. Ad confirmationem: inſtans non propriè corrumpitur, quia non propriè alteratur; corrumpitur autem quodammodo, quia deſinit: corrumpitur, inquam, corruptione ſubita, quæ non durat, niſi per inſtans. Corruptio autem ſubita, & corruptum eſſe ſunt ſimul in his, quæ per alterationem præcedentem corrumpuntur, in quibus eſt dare principium corruptum eſſe. in his autem, quæ huiuſmodi corruptio non inuenitur, corruptio ſubita eſt, quando nullum eſſe illius eſt corruptum. Ad commen. Inſtans agit tempus, quia nihil de tempore habemus, niſi inſtans, ſeu præſens: quod eſt cauſa, vt tempus ſit continuum. Ad aliam authoritatem patet ſolutio: vnum enim inſtans, ſecundum ſubiectum manet; ſecundum diffinitionem autem, eſt diuerſum. Poſt hæc videndum eſt,

Tempus velox & tardũ. quomodo tempus velox, atq; tardum eſſe dicatur, idq; ſecundum philoſophi doctrinam 4. phyſ. 108. tex. Minimum in tempore ſecundum numerum, non autem ſecundum magnitudinem dari, philoſophus affirmat: ſiquidem datur numerus ſimpliciter minor, vtpote dualitas, ſimiliter & linea minima ſecundum numerum, vt duæ, aut vna, non autem minima ſecundum magnitudinem; cùm omnis linea magnitudine ſit ſemper diuiſibilis. ſimili ergo modo datur tempus minimum ſecundum numerum, vtpote duo, vel vnũ, non autem ſecundũ magnitudinem. Adde, Tempus non dici velox, aut tardum, ſed multum, paucum, breue, & longum: quatenus enim eſt continuum, longum, & breue nominatur: Multum verò & paucum, quatenus numeri ſubijt rationem: nullus autem numerus quo numeramus eſt tardus, aut velox. Minimus, inquit, numerus, qui ſimpliciter quidem dualitas eſt, & in hoc

Philoſophus tex. 108. numero eſt accipere minimum, vt dualitas eſt. Quidam autem numerus, qui eſt quidem ſicut eſt, hoc eſt, in numeris non ſimpliciter, inuenitur quidem minimũ ſecundum multitudinem, non autem ſecundum magnitudinem, vt lineæ, inquit, minima multitudine, duæ, aut vna: magnitudine quidem non eſt minima: ſemper enim diuiditur omnis linea. Quare ſi-

Tempus minimum. militer & tempus: Minimum quidem eſt, ſecundum numerum vnum, aut duo, ſecundum magnitudinem verò, non eſt. itaq; in quolibet continuo inuenitur minimum ſecundum multitudinem, non autem ſecundum magnitudinem: in quolibet enim continuo inuenitur vnũ, vel duo continua ſecundum multitudinem: omne autem continuum magnitudine eſt in infinitum diuiſibile: in nullo ergo inuenitur minimum ſecundum magnitudinem. ſed tempus eſt quoddam continuum: igitur habet minimum multitudine, vt duo tempora, vel vnum,

Tempus non habet minimum. non autem magnitudine: omne enim tempus hoc modo eſt diuiſibile in infinita tempora. Etenim, quod eſt vnitatum indiuiſibilium numerus, in ſuo quidem genere, poteſt minimum habere: At, quod eſt alicuius numerus, cui accidit diuiſio in infinitum, minimum in eo in-

Tempus eſt diuiſibilis in infinita tempora. ueniri nõ poteſt. Sed dicet aliquis, quomodocunq; tempus acceperis ſemper eſt in infinitum diuiſibile, vnde & minimum ſecundum multitudinem; eſt in duas medietates diuiſibile; dico verum eſſe ſecundum magnitudinem, non autem ſecundum multitudinem; illæ enim duæ medietates non ſunt illius minimi ſecundum multitudinem: vnitas enim non eſt in partes multitudinis diuiſibilis: quandoquidem medietas vnius totius magnitudinis non ſit minor ſuo toto ſecundum multitudinem: vnde vnus annus non eſt minor vna hora, quia vnitas non eſt minor vnitate. Quam ob cauſam illæ partes non ſunt ſecundum multitudinem maioris numeri, vtpote quaternarij, vel ſenarij, ſed ſunt partes ſecundum magnitudinem vnius continui, quod eſt minimum ſecundum multitudinem. Sed iterum inſtabit, quod ſcilicet detur minimum ſecundum magnitudinem. Datur motus velociſſimus 2. cœli, & 6.

Argumentũ quod detur minimum ſecundum magnitudinem. phyſ. com. 15. & datur motus tardiſſimus, igitur maximum, & minimum tempus. Reuera, vt dicitur 3. phyſ. com. 69. in continuo datur maximum & non minimum: in diſcreto verò minimum & non maximum. Dico, dari minimum ſecundum naturalem conſiderationem, non autem ſecundum mathematicam imaginationem: proportione namq; compoſita minimum dici poteſt, quia non poteſt minus dari, quo tantum ſpatium peragrare poſſit. Ad philoſophi authoritatem, dico, illam intelligendam eſſe de continuo permanenti, non autem de continuo ſucceſſiuo: permanens namq; continuum habet maximum, quia nõ-ua materia, aut illius extenſione indiget, ſucceſſiuo autem ſufficit motus cœli, & tempus,

vt poſſit

vt poßit protendi in infinitum. Suffragatur nobis Themiſtius, qui hunc Ariſt. locum ſic elucidare contendit. Numerus, inquit, bifariam intelligi poteſt, ſimpliciter quidem vno modo, quatenus eſt diſcreta quantitas, nullis certè rebus applicata: proinde huiuſmodi numerum, ex vnitatibus, rebus non applicatis, conſtare affirmat: ideoq́ habere minimũ, vtpote dualitatem, qua nullus numerus eſt minor. Alio autem modo quatenus illa quantitas diſcreta rebus applicatur: & ſic partim quidem huiuſmodi numerus eſt continuus, partim verò diſcretus: diſcretus quidem multitudine, habetq́ minimum, vtpote duos equos &c. continuus autem magnitudine, atq; ita minimum non habet. Sed tempus, ait Auer. eſt numerus motui applicatus, imò eſt ipſe motus, cui applicatur numerus: multitudine igitur eſt minimum, magnitudine verò in infinitum protenditur. In cauſa autem eſt, quia minimum ſecundum numerum, duo, aut vnum: motus quoq; quatenus ipſi applicatur numerus, minimus eſt, duo, aut vnus. ſecus autem res ſe habet ſecundum magnitudinem; quia motus, vt contrarium, in infinitum eſt diuiſibilis. Quomodo ergo ſit minimum in tempore, hæc ſint dicta. Tex. 109. Manifeſtum eſt autem & propter quid velox quidem, & tardum non dicitur, ſed multum, & paucum, & breue & longum: ſecundum enim quod continuum eſt, longum & breue eſt: ſecundum autem quod numerus, multum & paucum. velox autem & tardum non eſt, non enim numerus, quo numeramus, velox & tardus eſt. Senſus eſt. Quia vtriusq; quantitatis, continuæ ſcilicet & diſcretæ tẽpus conditionẽ habet: hac de cauſa, quatenus eſt continuũ, longum & breue dicitur: quatenus verò eſt quantitas diſcreta numerans, multum & paucum, velox autem & tardũ, minimè: in cauſa autem eſt, quia numerus, quo numeramus, velox & tardus non eſt. Velox enim & tardũ, ſunt earum, quæ tempore menſurantur affectiones rerum: velox certè eſſe dicimus, quod æquali tempore maius, vel minori æquale pertranſitur. Tardum verò, quod æquali minus, vel maiori tempore, æquale peragratur. Auerr. quærit cur per diſcretum diffinitum eſt tempus, cùm dicitur eſſe numerus, & non per continuum: Reſpondet, Mobile extra animam eſſe, ſed motus & tempus nequaquam. ſed quomodo res ſit intelligenda ſequenti capitulo latius, clariusq́ diſputare diſpoſui.

Themiſtius.
Numerus ſimplex.
Auerroes.
Quomodo ſit velox, aut tardum.
Auerroes.

DIGRESSIO TERTIA CAP. I.

Tempus an ſit extra animam.

Comm. 109. 4. phyſ. Commentator de tempore an ſit extra animam, ita loquitur: Dicamus igitur, quòd extra mentem non eſt niſi motum, & motus & tempus non ſunt, niſi quando mens diuidit motum in prius & poſterius, & hæc eſt intentio motus, ſcilicet, motum eſſe numeratum. Senſus eſt, tempus habet pro formali numerum, pro materiali verò, motũ continuum: non enim eſt numerus ſimpliciter, vt binarius, & id genus, ſed numerus motus: proinde continuatio ſibi, materiæ merito, diſcretio autem formæ cauſa debetur: Compoſitum ergo eſt cõpoſitione participatiua ex numero & motu, quæ quidem compoſitio, ipſis accidit magnitudinibus, quoties diuiduntur, atq; numerantur, aliquid enim tunc habent vtriusq; conditionis: patet hoc ex 10. Euclidis. Cæterum, apud Auer. non ſolum numerabilitatem, verum etiam actualem numerationem, numerus connotat: vnde ſit, vt numerante actu non exiſtente, numerus nequaquam in rerum ordine, realiter exiſtentium haberi poßit, niſi poteſtate tantũ. Cùm autem tempus ſit numerus, præter motum, actualem denotat numerationem: Nam & ſi res, quæ eſt motus, tempus ſit, motus tamen tempus dici non poteſt, niſi pars poſt partem actu numeretur. Quare ſine numerante, motus cœli, tempus non eſſet, nec conſequenter eſſet aliquod tempus. Itaq; tempus, quoad ipſius ſignificatũ, ſiue materiale, à numerante minimè dependet: bene autem quoad ipſius connotatum, & formale. Idem quoq; patet ex Cõ. 131. 4. vnde hæc ratio formari poteſt. Deficiente anima numerãte,

Auerroes.
Quòd tempus non ſit extra animam.
Formale temporis.

deſierit actio numerantis numerus ergo non erit: numerus enim non eſt numeratũ, ſed actio numerantis in numerato, vel circa numeratum, vt obiectum. Sed numerans ſcilicet motum, qui eſt continuus motus, eſt anima apprehendens motum, eiuſq; partes, vnam poſt alterã: anima ergo non exiſtente, nõ erit numerus: nec ergo tempus: quoniam quoad ſuũ formale, eſt numerus; ad numerum namq; rei continuæ, neceſſariò requiritur numeratio actualis.

Materiale temporis.

Tempus ergo non erit in actu, niſi anima fuerit actu numerans: qua non exiſtente, erit tempus in potentia tantùm. Tempus autem quoad ſuum materiale, eſt actu extra animã: ſiquidem materiale in tempore, eſt fluxus continuus, quo mobile fluit ab vno vbi ad aliud in motu locali: vel ab vna parte formæ ad aliam in motu alterationis. Sed talis fluxus eſt ens extra animam, quippe qui fluit, etiam anima minimè numerante, ex vno ad alterum gradum. Cæterum, quamuis numerus formale, motus verò materiale temporis eſſe dicatur; non habent tamen veræ formæ, atq; materiæ rationem: alioqui tempus eſſet aliquid realiter ex materia & forma compoſitum: cùm enim ſit ens per ſe, ex duabus ſpeciebus eiuſdem prædicamenti componi non poteſt. Numerus ergo formale in tempore dicitur: quia ſicut res naturalis recipit à forma ſuum eſſe completum, ſic tempus ex numero ſuam completam habet rationem, quo quidem anima numerat prius & poſterius in motu. Motus autem materiale temporis nominatur: quia ſcilicet ſicut materia ſupponitur formæ, ſic ita motus ſupponitur numero, & diſcretioni, quæ ab anima fit circa partes motus. Rurſus,

Tempus recipit cõplementum ab anima.

tum quantum ad formale, tum etiam quantum ad materiale, tempus recipit complementũ ab anima, quod ſic probari poteſt. Rerum numerabilium quædam habent eſſe fixum extra omnem animæ apprehenſionem, veluti ſunt entia permanentia, ab anima ſecundũ nullum illorum eſſe, formale ſcilicet, ſeu materiale dependentia: Ad rationem enim numeri numerati in permanentibus non ſpectat actualis numeratio, ſed numerabilitas; tales enim extra animam habent eſſe completum. Quædam autem res ſunt numerabiles, in quadam ſucceſſione conſiſtentes, quibus repugnat habere omnes partes ſimul, nihilq; de ſuo eſſe habent extra animam, niſi quoddam indiuiſibile continuatiuum partium ſuccedentium ſicut

Anima diſtinguit partes motus.

eſt mutatum eſſe in motu, & inſtans in tempore. Quare in his ſucceſſiuis ſi debet eſſe aliqua totalitas numerabilis, neceſſe eſt, vt ſit intellectus apprehẽdens partem, quæ præceſſit, eãq; conferat cum parte præterita & futura, & ſic illas in priorem poſterioremq; diſtinguat, atq; diſcernat. Exempli gratia, cùm intellectus, mobile ſub aliqua diſpoſitione ſiue ſitu cõſiſtere deprehendit, priorem, atq; poſteriorem partem motus diſtinguit: quoniam autem motus in re indiuiſibile continuatiuũ tantùm habet, ſi apprehendi debet, vt quoddam totũ habens partes, quibus repugnat ſimul eſſe: id certè fieri non poteſt, niſi per animæ actionem diſtinguentis, atque numerantis. Motus ergo remota anima, non habet eſſe completum: & cùm tempus non ſit ſine motu; ſequitur, vt eſſe temporis completũ ab ipſius actione pendeat. Itaq; tum motus, tum etiã tempus quatenus conſiderantur vt quædã tota, extra animã, perfectum eſſe habere non poſſunt: ſiquidem nullum totum, cuius partes ſimul eſſe nequeunt, quamuis ſimul eas intelligere contingat, habet eſſe actu completũ abſq; actuali animæ apprehenſione. Sed tempus, & motus cùm ſint ſucceſſiua huiuſmodi habentia: habẽt

Philoſophus.

ergo eſſe completum ab anima. Phil. 4. phyſ. tex. 131. An non dubitabit aliquis, inquit, im-

Tempus non ſine anima.

poſſibile enim cùm ſit, numerantẽ eſſe aliquem, impoſſibile etiam eſt numerabile aliquod eſſe. Quare, manifeſtum eſt, quoniã neq; numerus eſt, aut qui numeratur, aut numerabilis. Et eſt ſenſus, tempus non eſt, anima non exiſtente: anima enim cùm ſit numerans, & tẽpus ſit numerus: fieri non poteſt, vt numerabile aliquod exiſtat, ſi anima numerans non extiterit; de tempore quoq; ſimilis eſt ſententia. Addit poſtea, quòd licet tempus non ſit, quate-

Auer. ſententiæ contrariæ

nus eſt numerus extra animam numerantis, eſt tamen quatenus ſubiectò motus. Auer. 98. com. 4. phyſ. Tempus, inquit, eſt conſequens, id eſt, accidens proprium motus, ſed proprium accidens non eſt ens in anima, vnde in fine cõmenti concludit, remanet ergo vt ſit accidẽs:

Argumentũ

eſt ergo ens extra animam. Item 4. phyſ. com. 101. Vult tempus eſſe numeratiuum prioris, & poſterioris exiſtentium in motu, vbi planè oſtendit ſe velle, tempus non eſſe numerãs,

ſed

ſed numeratiuum, id eſt, aptum numerare: hoc idem in ſuo comm. 102. Tunc ita ergo, ab ſeclusa omni operatione intellectiua, tempus eſt aptum natum numerare motum: igitur non eſt ens in anima tantùm conſiſtens. Amplius, ſi tempus non habet eſſe completũ extra animam, vel eſt in anima, velutì quoddam figmentum, vtpote chymæra, cuius fundamentum non eſt in natura, vel ut vniuerſale, cuius fundamentum eſt in re. Non primo quidem modo, vt omnibus probatur, neq; etiam ſecundo: nam 6. phyſ. com. 4. Philoſophus diuidit ens in anima ſecundo modo dictum contra ens, quod diuiditur in 10 prædicamenta. Sed tempus pertinet ad ens, quod in decem eſt diuiſum prædicamenta; eſt enim ſpecies quantitatis: non ergo eſt ens in anima, ſed extra animam conſiſtens. Item, poſito, quòd nullus intelligeret motum, cœlum autem moueretur, ſicut modò mouetur: aut igitur moueretur ſucceſſiuè, aut non. ſi ſic, erit ergo in rerum natura ſucceſſio extra animam. Sed ponere huiuſmodi ſucceſſionem realem extra animam in motu, ſiue tempore, pro impoſſibili habetur, quandoquidem tempus huiuſmodi ſucceſſio eſſe cenſeatur. Si autem non, contra: Quòd nihil reale ponit in motu, vel in mobili, eſſe ſucceſſiuum largiri non valet. ſed anima intelligendo motum, nihil reale ponit in motu, vel in mobili; intelligere enim, ſecundum quòd huiuſmodi nihil ponit in re intellecta: anima ergo nihil confert, vt ſucceſſio ſit in motu, nec conſequenter ſucceſſio motus, aut ipſum tempus, habet eſſe ab anima, niſi ipſa dicatur cauſa, qua cœlum mouetur. Amplius, ad rationem numeri applicati non ſpectat actualis numeratio, ſed numerabilitas: ad hoc enim vt ſit numerus decem leonum, non eſt neceſſe, animam, quæ numeret, exiſtere; ſed ſufficit illos eſſe numerabiles: igitur motus cœli, & tempus quoq; ſunt entitates extra animam exiſtentes. Tenet conſequentia, quia tempus eſt paſſio motus, ſeu motus cœli, qui non ſiunt ab anima: tempus ergo eſt extra animam. Reſpondeo, tempus eſſe quodammodo continuum, & quodam etiam modo diſcretum: eſt enim actu continuum, potentia verò diſcretum: proinde quatenus eſt continuum, eſt propria paſſio motus, quæ eſt quædam potentia naturalis ipſius motus, qua ab anima menſurari poteſt, atq; ita motus & tempus, ſubiecto quidem vna res, eſſentia autem duæ computantur; quatenus ſcilicet illa aptitudo, ſiue potentia naturalis accidit motui tanquam proximo, & primo ſubiecto: ob quam cauſam à Philoſopho in prædicamentis & met. 5. inter ſpecies quantitatis, tempus reponitur, ſiue collocatur. At, quatenus diſcretum quodammodo intelligitur, id eſt, numerus prioris & poſterioris in motu exiſtentium, ſic tempus habet eſſe in anima eo planè modo, quo entia realia ab anima intelliguntur. Ex hac igitur diſtinctione, omnes certè difficultates facilè ſolui poſſunt: ſi enim de tempore loquimur, quatenus eſt continuum, ſic abſq; dubio, à motu eſt res diſtincta ſecundum eſſentiam, licet in ſubiecto non ponat in numero; vnum numero ſunt enim. ſi verò loquamur de tempore, vt de quadam re diſcreta: ſic eſt ens in anima ſubiectiuè, ſiue obiectiuè: ſicut obiectum in potentia, vel cauſatum in cauſa. Sententia ergo Commentatoris ſi hac diſtinctione examinata fuerint, nihil habent difficultatis: patet enim quonam pacto tempus à motu diſcernatur, & qualiter nominetur tẽpus menſura motus; ſic enim eſt quid diſcretum, & conſequenter habet eſſe per actum animæ. Item, quando tempus appellatur motus, perinde eſt, ac iſta, riſibile eſt homo, vel è contrà, in quibus eſt identitas extremorum numeralis, non autem identitas eſſentialis. vult ergo Auer. tempus & motum, indiuiduo & numero, eſſe idem ſimpliciter; tametſi cum identitate ſtet ſpecifica diuerſitas. Dices, ſi tempus quatenus eſt numerus, habet eſſe ab anima tantùm: figmentũ eſt igitur. Reſpondet Auer. 4. phyſ. com. 131. Eſſe numeri non eſt in anima omnibus modis, ſed eſſe eius aliquomodo eſt extra animam ſaltem in potentia, quod eſt eſſe ſubiecti proprij, motus ſcilicet in vnitate numerali, & indiuiduali, licet adhuc in eo ſit aliqua diuerſitas. Quam ob cauſam vult tempus, medium tenere inter illa, quæ habent eſſe in anima tantùm, & ea, quæ ſunt extra animam. Non ergo ita habet eſſe, in anima, vt nihil ad extra illi correſpondeat, aliter eſſet figmentum: neque rurſus eſt ita purum ens reale, vt extra animam per ſe conſiſtere queat; alioqui non eſſet numerus. Ex his etiam patet, qua ratione tempus dici poteſt

Marginal notes: a. — b. — Soluuntur argumenta. — Tempus continuum. — Diſcretum. — Tempus eſt in anima obiectiuè. — Tempus non eſt res fictitia — Tempus eſt perfectum & imperfectum

teſt

eſt ens perfectum & imperfectum, ſiue diminutum. Ea enim ex parte, qua eſt ens extra animam, hoc eſt, ratione motus, ens perfectum nominatur, ab anima nequaquam dependens: ea verò ex parte, qua ab anima dependet, ens dicitur imperfectum. Dices, nulla temporis pars eſt, ergo tempus non eſt. Antecedens patet, præteritum enim tranſit, & iam non eſt: futurum iam non adeſt, inſtans autẽ non eſt pars temporis. conſequentia patet, totum enim conſtat ex ſuis partibus: ſed partibus actu non exiſtentibus, nec etiam totum actu conſiſtet. Dico, eſſe temporis in rerum ordine inueniri, non quidem ſimpliciter, ſed cum potentia actui permixta: atque ita admittitur totum eſſe temporis, non quidem in actu, ſed ſicut dictum eſt, quia ſcilicet opus ei eſt animæ operatione. Ad 2. Tempus non eſt ens in anima primo modo, neq; ſecundo modo ſumendo vniuerſale pro intentione vniuerſalitatis, nam vniuerſale hoc modo eſt ens rationis diſtinctum contra ens reale in decem prædicamenta diuiſum. Eſt igitur ens in anima ſicut natura, cui ab intellectu intentio vniuerſalitatis attribuitur: quæ licet ſit res, per opus tamen intellectus, vniuerſalis formaliter dicitur. Itaq; & ſi temporis fundamentum ſit reale, formale tamen eſt ab anima. Argumentum autem illud procedit, perinde, ac tempus ſe haberet ad animam, vt vniuerſalitatis intentio. Ad 3. Nullo intellectu cœli motum intelligente, ſecundum rem in tali motu erit ſucceſſio: erit enim mutatum eſe, vt partis præcedentis, & ſubſequentis continuatiuum. hoc ergo modo admitti poteſt, ratione inſtantis, præteritum cum futuro continuantis, tempus extra animam eſſe. Verum ex hoc non ſequitur, tempus & motum, eſſe perfectum extra animam habere, ſi vt quædam tota conſiderentur, quorum nihil eſt extra animam, niſi indiuiſibile continuatiuum. Argumentum ergo militat aduerſus eos, qui putant tempus in anima præciſè ſuum eſſe, & nihil extra eam habere poſſe.

Quomodo tempus ſit.

4. Ad 4. Licet tempus, quoad ſuam entitatẽ ab anima minimè pendeat, quoad tamen actualem applicationem in motibus per ipſum menſurandis, pendeat, neceſſe eſt, ſicut dixi. Quomodo ergo tempus ſit in anima, & extra animam, his paucis elucidaſſe, ſufficiat.

CAPVT II.

Tempus idem eſſe 4. phyſ. tex. 110.

Tempus eſt idem.

POſtquam audiuimus quonammodo tempus ſit in anima, poſthac audiamus à philoſopho, quomodo tempus ſit idem. Eſt autem, inquit, idem vbique ſimul, prius autem poſteriuſq; non idem: quoniam mutatio præſens quidem eſt, facta verò, aut futura eſt alia. Senſus eſt, ſi tempus numeretur ſecundũ prius & poſterius, neceſſe vtique eſt, non vnum, ſed diuerſa tempora eſſe: ſin autem abſolutè, vnum numero eſt omnium: abſolute enim plura tempora ſimul eſſe nequeunt: omnibus ſiquidem temporibus, quæ ſimul ſunt, vnum ineſt nunc, in quo abſolute ſimul eſſe dicuntur. Tex: Tempus præterea numerus eſt, non quo numeramus, ſed qui numeratur: hic autem accidit ſecundum prius & poſterius ſemper alter: ipſa enim nunc altera ſunt. Eſt autem numerus vnus quidem & idem, qui eſt centum equorum, & qui eſt centum hominum: quorum autem numerus eſt, altera ſunt, vt equi ab hominibus. Senſus eſt, numerus ſimplex, non alicui rei applicatus, inuariabilis eſt, denarius namque & ternarius, atq; ſimiles numeri, variationem non ſubeunt: at numerus applicatus, ſeu numerus, qui numeratur, continuæ ſubeſt mutationi: centenarius namque numerus non ſolùm dicitur de centum hominibus, verùmetiam de centum leonibus: homines verò & leones diuerſa ſunt. Porrò, tempus eſſe idem vbiq; illi eſt attribuendum, quod tempori eſt in primo motu ſubiectiuè, quodque eſt quantitas ſucceſſiua primi motus; illud enim tempus vbique eſt idem, ſicut & motus primi mobilis. Accidit autem tempori, quatenus eſt numerus motus habere prius, & poſterius diuerſa: prior enim pars motus, & poſterior diuerſæ ſunt, quia mutatio præſens, quæ eſt pars motus, & mutatio præterita, & futura diuerſæ

Qualis numerus tẽpus ſit.

Tempus quare habet prius & poſterius.

diuerſæ vtique ſunt ab inuicem. Tempus autem cùm non ſit ſimpliciter numerus, quo numeramus, ſed numerus motus; motui autem inſunt prius & poſterius diuerſa; ideóque & tempus quoque habet eadem & conſequenter tempora diuerſa. Quòd ſi tempus eſſet numerus ſimpliciter; tunc profectò eadem pars temporis, motus certè prioris numerus, idem ſine dubio, & poſterioris eſſet; numerus enim ſimpliciter vnus ac idem ſemper perſeuerat. Tempus ergo quatenus eſt in primo motu ſubiectiuè, idem eſt apud omnes; quatenus verò eſt numerus motus ſecundum priùs & poſteriùs, ſic habet diuerſas partes, proinde non eſt vnum, & idem hoc modo, ſed diuerſa tempora. Caeterùm, vt dixi, quidam eſt numerus numerabilis, vtpote entitates rerum, ſiue res numeratæ,

Numerus multiplex.

ſeu numerabiles; & hic quodammodo dici poteſt numerus materialis: alius eſt numerus formalis, qui in duos diuiditur: quidam enim eſt, quo primum numeramus: veluti ſunt omnes ſpecies numeri: alius autem, quo ſecundò numeramus ita, vt ipſum priùs numeretur; deinde per ipſum ſic numeratum, alia numeremus, cuiuſmodi eſt tempus: alius eſt numerus numerans effectiuè, anima ſcilicet. Tempus præterea communiter dictum, eſt cuiuſlibet rei tum corruptibilis, tum etiam incorruptibilis duratio: proinde hoc modo, æternitas, & æuum, tempora dici poſſunt.

Tempus quot modis dicatur

Tempus autem propriè dictum, eſt duratio cuiuscunq; rei durabilis, corruptibilis tamen: atq; ita omnia generabilia dicuntur eſſe in tempore. Tempus autem magis propriè, eſt rei durabilis atq; ſucceſſiuæ duratio. Tempus verò propriiſſimè nuncupatum, eſt duratio primi mobilis, qui eſt metrum, atq; menſura motuum omniū. Duo autem poſteriores modi, tempori propriè conueniunt.

Motus multiplex.

Motus præterea vno modo accipitur pro forma diminuta, quæ fluit ab imperfecto ad perfectum, atq; ita eſt in genere ſui termini: alio autem modo pro tranſmutatione, qua huiuſmodi terminus acquiritur, ſicq; eſt in genere paſſionis: tertio autem modo pro duratione ſucceſſiua illius certè mutationis: atq; ita eſt in genere quantitatis, quemadmodum philoſophus obſeruauit 5. met. vbi apertè docuit motum eſſe per ſe quantitatem. In motu præterea tria ſunt conſideranda, nempè entitas ipſius mobilis, entitas motus, & duratio ſucceſſiua ipſius motus.

Duratio ſucceſſiua.

Duratio autem ſucceſſiua motus, eſt quædam quantitas realis, & ſucceſſiua, ipſi motui realiter inhærens, atque ab ipſo motu realiter diſtincta, à qua ipſe motus dicitur formaliter longus, longitudine vtique durationis: & hæc quidem duratio, tempus propriè nominatur. Ex quo patet, quomodo tempus partim quidem ſit entitas abſoluta, cùm ſit ſpecies quantitatis; partim verò ſucceſſiua, quia illius ſubiectum, motus ſcilicet, eſt ens ſucceſſiuum; deniq; tot. eſſe tempora, quot ſunt entia, ſiue nunc ſucceſſiua. Etenim quilibet motus propriam habet durationem, ſibi realiter inhærentem, & ab alterius duratione motus realiter diſtinctam. Quòd ſi tempus intellexeris propriiſſimè, quatenus ſcilicet eſt duratio primi mobilis; ſic tempus eſt, ac idem omnibus, entitate abſoluta, ſicut paulò antè dixi.

Tempus eſt menſura.

Menſura Dei.

Adde, quonam pacto tempus nominetur metrum, & menſura, ſiquidem huiuſmodi dictio patet latiſſimè: quædam enim vocatur æternitas, de qua diſputatum eſt, ſiquidem eſt menſura rei, ſi ita loqui licet, principium, atq; finem non habentis: eſt enim interminabilis vitæ tota ſimul & perfecta poſſeſſio: proinde ſola Dei duratio hac menſura eſt menſuranda.

Æuum.

Alia menſura vocatur æuū, quæ rebus tribuitur, principium quidem, non autem finem habentibus. Subſtantiale autem huiuſmodi entium eſſe, æuo, ſiue æuiterno menſuratur: motus verò, & operationes, ſi ſucceſſiuè extiterint, tempore: ſi verò ſubitè, inſtanti.

Tempus.

Inſtans.

Alia menſura eſt tempus, menſura vtique entium, quæ ſucceſſiuè progrediuntur. Alia dicitur inſtans temporis, qua menſurantur inſtantaneæ mutationes.

Inſtans naturæ.

Alia vocatur inſtans naturæ, quæ tribuitur illis, quæ ſunt ſimul natura, aut vnum eſt natura prius altero.

Inſtans originis.

Alia eſt inſtans originis: eorum ſcilicet quorum vnum originem habet ab altero. Quomodo ergo tempus ſit vnum, numerus, duratio, metrum, & menſura, dixi.

Tempus principaliter primò.

Fauet huic propoſito Commentator 4. Phyſ. Com. 132. vbi tempus diuidit in principaliter primò, & tempus ſecundariò: licet enim tempus ſit cuiuſlibet motus numerus, non eodem tamen modo, ſed ſecundum priùs & poſterius. Eſt autem aliorum motuum numerus per motum localem, proinde ſi non eſſet motus circularis, non eſſet vtique tem-

que tempus: quam ob cauſam etſi ſit numerus cuiuſlibet motus, eĩ nihilominus attribui-
tur principaliter & ſecundariò. Tempus autem ſecundariò, ſiue communiter dictum, non
eſt vnum, ſed plura, ſicuti & plures ſunt motus. Sanè in quocunq; eſt prius & poſterius
ſecundum durationem, in eo eſt tempus ſecundariò: anima namq; non apprehendit in aliquo
prius & poſterius ſecundum durationem, niſi per habitudinem ad tempus: ideo enim di-
Plura tempora. citur pars prior duratione, quia priori tempore facta eſt, & poſterior ſimiliter, ſed in om-
ni motu ſucceſsiuo, ſiue cùm ſit res ſucceſsiua, eſt pars prior & poſterior, quia vna ſuccedit
alteri: igitur hoc modo, non vnum eſt, ſed plura tempora. Adde, vno motu, alterum men-
ſurari poſſe, vt deambulatione Socratis per tantum ſpatium aquæ calefactionem. ſed omne
Tempus vnũ menſurans motum, largo modo poteſt dici tempus, ergo quod prius. Itaq; tempus primò
& principaliter dictum, eſt vnum tantum & idem numero reſpectu omnium temporali-
um: Nullum ſiquidem accidens eſt multiplicabile in plura numero, niſi per multiplicatio
nem ſui primi & per ſe ſubiecti, præſertim multiplicatione naturali, atq; reali. Sed tempus
eſt accidens, ſiue idem ſit cum motu, ſiue ab eo diſtinguatur; quia eſt quantitas ſucceſsi-
ua: non ergo multiplicatur ſine multiplicatione ſubiecti. At ſubiectum ipſius, eſt motus
primi mobilis, ſiue primum mobile, vt eſt ſub primo motu, quod quidem ſtante mundi vni-
tate, multiplicari nequaquam poteſt: tempus ergo hoc modo eſt vnum tantum, & non
Subiectũ temporis. plura. Subiectum autem temporis eſſe primum motum, conſtat ſatis: motu ſiquidem primo,
vt ſui generis ſimplicisſimo, omnes alij motus menſurantur: tempus ergo principaliter pri-
mò dictum, primum motum ſequitur, vti primum menſuratum primumq; ſubiectum: ad
quem, vt menſura intrinſeca, & ſua propria paſsio comparatur: Tempus, inquit Auer. lo-
Tempus menſura primimobilis. co iam dicto, ſequitur hunc motum primum, & iſte motus ſumitur in diffinitione eius, &
ipſum tempus menſurat illum, non ſecundum quòd numerus menſurat numeratum, id eſt,
ad ipſum præcisè, vt menſura non comparatur; ſed ſecundum quòd menſurat aliquid, quod
eſt forma in re, hoc eſt, ſecundum quòd eſt menſura, quæ eſt ſubiectiuè, & intrinſeca in re
menſurata: Alios autem motus menſurat, quatenus menſura menſurat numeratum, ſcili-
cet in quantum eſt menſura extrinſeca, quæ non eſt ſubiectiuè in menſurato. De hoc quo-
que tempore loquitur philoſophus 4. phyſ. tex. 132. vbi ait, non poſſe plura tempora æqua-
Auer. lia eſſe ſimul, quorũ non ſit pars alterius, vt duo dies, duæ horæ &c. Auer. præterea 4. phyſ.
Com. 110. dicit tempus eſſe vnum ab vnitate ipſius nunc, per quod tempus in actu eſſe di-
Quare & nũc eſt vnum. citur; quod quidem nunc cùm non multiplicetur ad multiplicationem motuum, ſiue eorum
quæ mouentur, ſitq; menſura, ſiue numerus eorum, quo illa in actu conſiſtant, rectè dicitur
facere tempus eſſe vnum. In cauſa igitur, quia tempus præſens, & vnum numero, eſt ipſum
nunc: cauſa verò, qua ipſum nunc eſt vnum, hæc dicitur eſſe, nempè quòd ſit menſura, qua
omnes res ſunt ſimul; plurium autem menſura poteſt eſſe vna numero: iure ergo præſens
tempus, pro illo tunc, quando eſt præſens, vnum eſſe dicitur. Deinde ponit differentiam in-
ter numerum ſimpliciter, & numerum applicatum, & primum quidem ſemper eundem
eſſe affirmat, vt numerus digitorum meorum, vt abſtrahit à digitis ſemper eſt idem. Ap-
plicatus autem ſecundum alium atq; alium motum variatur: vnde & tempora varia, ac
plura dicuntur.

CAP. III.

Argumenta contraria.

1. Poſſet aliquis contra prædicta ſic arguere: Plures motus ſimul eſſe, perſpi-
cuum eſt, ſed motus eſt tempus alterius motus: igitur ſunt plura tempora.
2. Reuera, ſi tempus ſequitur motum, igitur ſi eſſent plures primi motus; ſine
dubio eſſent plura prima tempora. Amplius, tempus conſequitur primum
motum, eſt ergo accidens diuiſibile ſecundum illius diuiſionem. ſed primus
motus

*motus diuiditur in partem orientalem & occidentalem, & vtriq; propria duratio corre-
ſpondet, quæ eſt primum tempus; quandoquidem per quamlibet illarum, alij motus men-
ſurari poſſunt: igitur plura ſunt prima tempora ſimul: tempus enim ſequitur diuiſionis
modum. Profectò, ſi non eſſet motus primi mobilis, adhuc nihilominus eſſet tempus: non
ergo in primo mobili, veluti in ſubiecto, tempus eſſe, dicendum eſt. Conditionalis ita proba-
tur: ſi non eſſet motus primi mobilis, anima adhuc in horologio, vel in motu rotæ figuli,
tempus apprehenderet: poßet enim prius & poſterius cõnumerare: Igitur aut plura poſ-
ſunt eſſe tempora, aut ſine primo mobili, tempus quoq; conſiſtere valet. Item, quòd non ſit* 3.
*vnum & idem tempus reſpectu temporalium, in motu primi mobilis ſubiectiue conſiſtens;
variatis, atq; mutatis rebus, numerus quoq; ſimiliter ſe habeat, neceſſe eſt: numerus enim
ineſt rebus numeratis: ſed tempus eſt numerus ipſius motus. variato ergo motu, & tem-
pus ſimiliter: ſed non eſt vnus tantùm motus, nec ergo vnum tantùm tempus erit. Adde,
quòd tempus, quò menſuratur Mercurij duratio, aut eſt idem cum eo, quò Socratis dura-
tio menſuratur; aut non. Si ſecundum admittitur, habeo intentum, ſcilicet non eſſe vnum
ac idem tempus omnium temporalium ſin autem primum: duratio ergo, ſiue tempus Mer-
curij non poteſt eſſe longius, aut breuius duratione Platonis, ſiue Socratis. Præterea, ſi eſſet* 4.
*tempus ſubiectiue in motu primi mobilis, accidentis eſſet accidens, & ſic proceſſus eſſet in
infinitum: quod fieri non poteſt. Conſequentia patet, quia motus eſt quoddam accidens.
Huic accedit, quòd eodem modo tempus eſſet ſicut & primus motus: nam ſi ſubiectiuè eſt
in motu, & motus eſt in cœlo: igitur tempus eſt in cœlo. ſed conſequens eſt falſum, ſiqui-
dem ille motus, ſecundum omnes illius partes, eſt extenſus in cœlo: atq; ita plures partes
temporis, eſſent ſimul; quod certè funditus euertit rationem temporis. Plura præterea ac-* 5.
*cidentia eiuſdem generis eſſent in eodem ſubiecto, motus ſcilicet, & tempus, quod fieri nõ
poteſt. Item, quòd tempus non poßit dici vnum propter vnum, & idem nunc in toto tem-
pore conſiſtens, cùm non ſit idem nunc in toto tempore. Cuiuſlibet continui finiti, vt minus
ſunt duo termini: ſed tempus eſt continuum, vtpote quantitas continua, & nunc eſt termi-
nus temporis: in tempore ergo ſunt duo nunc. dicis, vnum & idem nunc ſecundum rem, a-* Quod non ſit
liquod tempus ex vtraq; parte terminare poſſe: quod quidem nunc differt ſecundum eſſe. vnum nunc.
*Contrà, illudmet nunc ſecundum ſubſtantiam, eſt ſub diuerſis eſſe: illa ergo duo eſſe acci-
dunt ſibi: Igitur non per ſe, ſed per accidens eſſet terminus temporis: quod eſt falſum; o-
mne enim indiuiſibile de genere quantitatis, per ſe terminat quantitatem. Reuera, illa duo
eſſe ſi fuerint de genere quantitatis; ſufficerent vtiq; ſine illo nunc ſecundum ſubſtantiam
ad proprium continuum terminandum: quod eſt falſum. Sin autem fuerint alterius gene-
ris, puta qualitatis: qualitas ergo per ſe terminare quantitatem, quod eſt abſurdum. Am-
plius, illa dicuntur eſſe ſimul, quæ ſunt ſub eodem nunc temporis: igitur ſunt plura nunc in* 6.
*tempore, alioqui omnia eſſent ſimul. Dicis, omnia eſſe in eodem nunc ſecundum ſubſtanti-
am, non autem ſecundum eſſe, & rationem. Contrà, quæ ſunt ſub eodem nunc realiter, ſunt
ſimul realiter, quia eße ſimul pendet ex identitate ipſius nunc. Quare, ſi eſt idem nunc
reale: ſunt ergo ſimul omnia: quod eſt falſum. Adde, fieri non poſſe, vt inter aliquam en-
titatem indiuiſibilem, cadat entitas diuiſibilis. ſed inter qualibet duo nunc cadit tempus
medium: non eſt ergo idem nunc ſecundum ſubſtantiam. Item, quæcunq; ſunt ſimul in di-* 7.
*uerſis temporis partibus, quæ partibiliter diſtinguuntur, ſecundum ſubſtantiam idem eſſe
nequeunt: ſed inſtantia temporis ita ſe habent: non ergo ſunt vnum ſecundum ſubſtantiam.
Etenim ſi eſſet vnum nunc in toto tempore; inter duo nunc, tempus eſſe non poſſet; quia in
tempore non eſſet, niſi vnum nunc. Sed conſequens aduerſatur philoſopho 6. phyſ. Adde,
quòd ſicut ſe habet tempus ad tempus; ita certè nunc temporis vnius ad nunc temporis al-
terius. ſed tempus diſcretum non eſt idem cum tempore continuo: nec ergo nunc tem-
poris diſcreti erit idem cum nunc temporis continui: atque ita in toto tempore idem nunc
nequaquam eſſe perſpicuum eſſe poteſt. Quòd ſi ita res ſe habeat, friuola eſt illorum ratio,
quæ vnitatem temporis, ex vnitate vnius nunc ſtatuere conantur. Amplius, tempus non eſt* 8.

 ſpecies

pore. ſpecies quantitatis continuæ, quia eſt numerus motus, qui non eſt ſpecies quantitatis conti-
Quòd tempus nuæ: igitur non poteſt eſſe vnum, & idem continuum. Adde, menſuræ rationem illi tribui
non ſit quan- non poſſe: non ergo eſt quantitas, & conſequenter non eſt vnum. Antecedens patet: Aut
titas. enim menſurat ſecundum tres dimenſiones, & ſic à corpore non diſtinguitur: aut ſecun-
dum duas, & ita à ſuperficie non diſcernitur: vel ſecundum vnam, & ſic à linea non diſcre-
pat. Igitur, aut tempus non eſt quantitas, aut ſaltem non eſt ſpecies quantitatis diſtincta.
9. Præterea, nulla quantitas componitur ex non entibus, ſed tempus componitur ex non enti-
bus: ergo nõ eſt quantitas. Maior patet, quia compoſitum conſtat ex partibus componen-
tibus. quantitas autem eſt ens reale: igitur conſtat ex rebus actu exiſtentibus. Minor ve-
rò ita probatur: præſens componitur ex tempore præterito, & futuro, quorum neutrum eſt
actu. Dicis, quantitatem ſucceſſiuam, cuiuſmodi eſt tempus, componi ex non entibus ad
inuicem per inſtans præſens, copulatis. Contrà: quod non eſt ens, alteri continuari non po-
teſt: ſed tum præteritum tum etiam futurum tempus non eſt ens: non poſſunt ergo ad in-
Soluuntur ar- uicẽ copulari. Patet ergo quomodo tempus non ſit vnũ, & idem. Reſpondeo, Plura tempo-
gumenta. ra ſimul eſſe bifariam intelligi poteſt, aut certè de tempore, ſiue temporibus primis, aut
1. de temporibus ſecundis, ſiue vulgaribus. Quòd ſi loquamur ſecundũ vulgarem opinionem,
tot quidem ſunt tempora, quot putat motus eſſe diuerſos: ſed reuera ſunt ſimul, cùm ad
idem nunc copulentur. Quòd ſi de tempore primo ſermo ſit, proculdubio omnia tempora
ſunt ſimul in actu, quia vno nunc primi motus menſurantur. Quod enim eſt idem, & vbique
ſimul, hoc eſt, quia eſt vnum, quod eſt vbique per coëxiſtentiam: quia nimirum omnibus
Motus eſt ſub- coëxiſtit. Motus præterea, vno modo à mobilibus diuiditur, vnde & magnus & paruus,
iectum tem- atque longus nominatur: & hæc profectò diuiſio, potius extenſio eſt appellanda. Alio modo
poris. diuiditur à ſpatio mobilis, & hæc vocatur ſucceſſio. Primæ autem diuiſionis partes ſunt
ſimul, ſicut & ipſius mobilis partes: ſecundæ autem, niſi momentum ſolum. Itaque motus nõ
eſt ſubiectum temporis, quatenus eſt diuiſibilis diuiſione mobilis, ſed diuiſione ſpatij; ſic
enim tempore menſuratur. Ad confir. dico, tempus bifariam accipi, naturaliter quidem,
quatenus videlicet in diuerſis motibus inuenitur: atque ita plura tempora numerantur;
Alio modo, mathematicè, & abſolutè: quare ſi eſſent plura prima mobilia: plura quidem
2. eſſent prima tempora naturaliter, non autem abſolutè, ſeu mathematicè. Ad 2. Tempus eſt
accidens motus, non quatenus extenſiue diuiditur, ſed quatenus ſpatij diuiſionem imitatur;
proinde non eſt neceſſe, ipſum per totum mobile extendi, nec illius partes ſimiliter. Ad
confirm. ſtante illa conditionali, in illo motu, qui eſſet primus, quicunque eſſet ille, veluti in
ſubiecto tempus fundaretur. Ideo enim tempus, primum motum conſequitur, quia vnum-
quodque primo ſui generi aptum eſt menſurari. Dices, cùm tempus ſit accidens, & ſit vnum
numero, nec ſit multiplicabile, ſi remoto primo motu, qui nunc eſt, in alio motu, puta Solis,
ſeu Lunæ inueniretur: accidens ergo de ſubiecto in ſubiectum migraret: quod certè fieri
non poſſe, affirmant omnes. Dico, accidens non migrare de ſubiecto in ſubiectum, ſed no-
uam quandam habere rationem, ſucceſſionem videlicet vniformiorem ſe. Perinde ac ſi
motus primi cœli à Deo nunc amoueretur, in cuius locum motus ſecundi cœli ſubſtituere-
tur: nihil profectò noui huic ſecundo cœlo accideret, niſi ad aliquod prius habitudinis re-
3. motio. Ad 3. variatis rebus, variatur & numerus, qui in ipſis eſt ſicut in ſubiecto, non au-
tem ſicut in menſurato: at tempus principaliter eſt menſura primi mobilis, in quo eſt ſub-
iectiuè, ſecundariò autem eorum numerus, quæ motus cœli ambitu continentur. Dices, va-
riatis rebus menſuratis, variatur & menſura. Quare ſi tempus eſt in rebus temporalibus,
veluti in rebus menſuratis: non erit vtique vnum, atque idem tempus. Dico, hoc verum eſſe in
menſura intrinſeca, quæ pro menſuratorum numero augetur, veluti ſunt plures lineæ, à qui-
bus inæqualium corporum longitudines menſurantur. Non autem in menſura extrinſeca,
quæ ſine ſui variatione, poteſt eſſe multorum menſura. Itaque ad numerum primi motus, quod
eſt tempus, alij motus menſurantur. Ad confirmationem. Verum eſt, eſſe vnum tempus
reſpectu primi motus, non tamen vnum reſpectu aliorum motuum, qui ſequuntur; quia

non ſimul omnia incipiunt, nec ſimul deſinunt eſſe. Ad 4. Accidentis bene poteſt eſſe accidens in quo eſt ſubiectiuè, ſicuti in ſubiecto quo: albedo enim eſt in ſuperficie ſicut in ſubiecto quo; & eſt in pariete ſubiectiuè ſicut in ſubiecto quod, mediante tamen ſuperficie. Et ſic accidentis poteſt eſſe accidens. Ad confirmationem dictũ eſt, tempus non eſſe in primo mobili per partium extenſionem, ſed per durationem ſpatij primi motus. Ad aliam confirmationem: Eodem in ſubiecto plura eſſe accidentia eiuſdem generis remoti, nullum ſequitur abſurdum. Tempus autem & motus, cùm ſe habeant velut imperfectum, & incompletum in natura, nempè, vt albedo dum eſt in fieri, & nigredo in corrumpi, ſimul eſſe poſſunt. Cùm ergo accidens non multiplicetur niſi ad multiplicationem ſui ſubiecti, & tempus ſit ſubiectiuè in motu primi mobilis: vnum eſt ergo tempus primum, & non plura. Eſt autem ſubiectiuè in primo mobili, mediante motu. Motus enim eſt ſubiectiuè in eo, quod primò, & immediatè numeratur. Eſt ergo vera vnius temporis ratio, vnitas primi motus; à quo veluti omnium ſimpliciſſimo, alij motus menſurantur. Itaq; tempus ad primum motum comparatum, non ſolùm vt menſura ad menſuratum, verumetiam vt accidens ad ſubiectum, ab illo vnitatem recipit. Ad alios autem motus, vt menſura tantùm comparatur. Sed dices, ſi tempus eſt vnum, quia motus cœli eſt vnus, in eo ſubiectiuè exiſtens: tempus ergo ſine motu primi mobilis, percipi non poſſet: quod planè eſt falſum. Etenim dormientes, quorum phantaſia laborat, temporis ſucceſſionem percipiunt, cœli motu non percepto. Reſpondet commentator 4. phyſ. nos percipere tempus, quia percipimus nos quidem conſiſtere in eſſe variabili ex motu cœli, & inde eſſe, omnia, quæ ordinantur ad motum cœli, veluti ad cauſam, cuius prima menſura eſt tempus, tempore menſurari.

Tempus non eſt ſubiectiuè in rebus temporalibus.

Dices, Tempus denominat res temporales, ſubiectiuè ergo in illis inuenitur. Reſpondeo, tempus denominatione extrinſeca temporalia denominare, ideoq; non opus eſſe, in illis, veluti accidens in ſubiecto, conſiſtere, ſed potius ſicut menſuram in menſurato. Ad 5. Illa ratio congruit continuo permanenti, non autem ſucceſſiuo, cui ſufficit, duos terminos ratione & non ſubſtantia diſtinctos habere. Præterea, falſum ſupponitur, dari videlicet tempus finitum, quandoquidem totum tempus ſit continuum & ſucceſſiuum: nec vna illius pars, actualiter ab altera diuiditur, niſi ſecundum noſtram tantum imaginationem mentis. Dices, ſi non eſt tempus actu finitum, erit ergo actu infinitum: finitum enim & infinitum diuidunt quantitatem continuam. cùm ergo tempus ſit quantitas continua, & actu infinitum eſſe nequeat: eſt ergo actu finitum. Reſpondeo, tempus non eſſe ita actu finitum, quin aliud tempus ſequatur, ſtante mundi ordine, quem nunc tenere videmus: nec tamen eſt actu infinitum, quaſi ſe ad infinitam durationem extendat: ſed dabitur in fine mundi tempus actu finitum, hoc eſt, finis temporis. 5.

Tempus actu finitum.

Dices, Nunc non eſt tempus, neq; pars temporis: non ergo eſt in tempore, & conſequenter non eſt idem tempus. Dico, Nunc ſi accipiatur pro quodam temporis indiuiſibili; ſic ſine dubio non eſſe tempus, neq; temporis partem: At ſi intelligatur pro nunc fluenti; ſic eſſe totam temporis ſubſtantiam.

Nunc eſt tempus.

Ad 6. Illa duo eſſe, non ſunt ipſius temporis duo termini actu exiſtentes; partes enim temporis non ſunt, niſi ſecundum aliquod illius indiuiſibile. Itaque ipſum nunc idem ſubiecto, eſt terminus temporis continui, re quidem vnus eſt, duo verò ratione: illa autem diuerſa eſſe reduci poſſunt ad genus quantitatis. Ad confirmationem: Eſt idem nunc ſubiecto quidem indiuiſibile, non autem ſecundum eſſe, proinde quatenus diuerſa eſſe habere poteſt, ſic mediare tempus inter illa dicitur. 6.

Ad 7. licet nunc vnum ſecundũ ſubſtantiam ſit, illa nihilominus eſſe ſunt diuerſa, quapropter illa quæ præceſſerunt, & nunc habentur, ſimul eſſe nequeunt. Ad confirm. patet ſolutio: duo enim nunc in tempore ponuntur propter vtiq; duo eſſe diuerſa, inter quæ duo nunc, hoc eſt, inter diuerſa eſſe eiuſdem nunc, mediat tempus: non autem inter nunc ſecundum ſubſtantiam intellectum; quod quidem non corrumpitur, nec tranſit de ſubiecto in ſubiectum. 7.

Ad 8. Tempus dupliciter conſiderari poteſt, vno quidem modo, ſecundum id, quod eſt, atq; ita eſt continuum ſimpliciter. Alio autem modo, quoad actum, quo motum metitur; vnde & diſcreti nomen accipit. Tempus ergo non 8.

 eſt nu-

De tempore.

eſt numerus ſimpliciter, ſed numerus motus. Ad confirmationem: tempus menſurat ſecundùm tres dimenſiones, nec propterea corpus dici poteſt: corpus enim menſurat intrinſecè ſecundum tres dimenſiones: tempus verò extrinſecè. vnde & ſi locus menſuret extrinſecè ſecundum duas dimenſiones; menſurat tamen ſecundum continentiã; tempus verò ſecundum durationem: ideoq́ non ſunt vna eademq́ menſura.

9. Ad 9. verum eſt, nullã quantitatem permanentem componi ex non entibus, non autem quantitatem ſucceſſiuam, cuiuſmodi eſt tempus; ſiquidem ad ſucceſſiui rationem ſpectat, vt altera illius pars tranſierit, altera verò, nondum venerit. Quam ob cauſam non indoctè dictum eſt à Priſciano, illud dici tempus præſens, cuius pars præterijt, parsq́ futura eſt. Itaq́ in ſucceſſiuis non ens cum non ente continuari poteſt, quandoquidem continuari aliud ſit nihil, quàm aliquod vltimum indiuiſibile habere, quod ſit finis præteriti, & principium futuri, cuiuſmodi eſt inſtans præſens. Dicis, ſicut dictum eſt, nullam eſſe temporis partem, quia non ſunt præteritum, & futurum, præſens autem non eſt pars temporis: ſed hoc eſt manifeſtè falſum; nam iſta dies eſt, & eſt pars temporis. Quælibet ergo pars temporis præſentis habet partes præſentes compoſitas ex præterito, & futuro, ſicq́ eſt præſens, & verum eſt, tempus ipſum eſſe. Quomodo ergo tempus ſit vnum dixi.

CAP. IIII.

Tempus & motus ſe inuicem menſurant.

Philoſophus.

POſtquam audiuimus quomodo tempus ſit vnum, & quantitas continua; poſthæc audiamus à philoſo. quonam pacto tempus & motus ſe inuicem menſurent. 4. phyſ. tex. 112. Non ſolùm autem, inquit, motũ tempore metimur, ſed & motu tempus, propterea quia mutuò determinantur. Tempus quidem enim determinat motum, cùm ſit numerus ipſius, motus autem tempus. Et dicimus multum aut paucum tempus, motu menſurantes, ſicut & numerabilibus numerũ. Numero enim, equorũ multitudinem cognoſcimus. Iterum autẽ vno equo numerum ipſum. Similiter autẽ, & in tempore et in motu: in tempore quidem enim motum, motu autem tempus menſuramus. Senſus eſt. Id, cuius multitudo, ſeu paucitas ab alio determinatur, ab eodem vtiq́ menſuratur: ſed motus multitudo ſiue paucitas à tempore determinatur, & è contra: Igitur inuicem ſeſe menſurant. Tempus ſiquidem eſt numerus motus: numerat ergo, &

Motus menſurat tempus, & è conuerſo.

menſurat motum. Motus autem menſurat tempus, quò ad nos; propterea dictum eſt à Commentatore in eodem commento, eſſentiale eſſe tempori motum menſurare: menſurari verò à motu per accidens illi competere: atq́ ideò dictum eſſe à philoſopho quandoq́ tempus per motum à nobis menſurari. Naturaliter, inquit, eſt nobis notior numerus re numerata: atq́ ita per notiùs, latentiùs cognoſcimus. Cùm autem accidit nobis errare, aut dubitare de numero, numerum per ipſum numeratum, cognoſcere tentamus. vnde fit, vt ex motus quantitate nobis cognita, quantitatem temporis cognoſcamus. Id autem ab eo probatur, ſimilitudine accepta à numero & numerabili. Per numerabile, inquit, quandoq́ metimur

Numerus per numerabile cognoſcitur.

numerum, & è conuerſò: ſed motus eſt menſurabilis numerabilis, tempus verò eſt idem numero: per motum igitur interdum tempus à nobis menſuratur. Exempli gratia, ſint hîc decem leones, atq́ aliquis gnarus numerandi ad decem vſq́: neſciens tamen hos leones decem, ex numero denario ſibi cognito, quod leones ſint, facilè percipiet: atq́ ita per numerum cognoſcet multitudinem equorum. E contra, ſciat decem leones eſſe; neſciat tamen computare vſq́ ad decem, vno leone, leonum numerum percipiet, computando vnum leonem, & iterum alium, quouſq́ omnes numeret leones. Eodem, inquit, modo ſe habent motus & tempus ad inuicem. Annotat Commentator com. 113. cauſam, qua tempus per mo-

Quare temp⁹ menſuratur à motu.

tum menſuretur. Quia motus eſt cauſa, inquit, in eſſe eius, ſecundum quod eſt ſubiectum illius: proinde capit diuiſibilitatem à motu tanquam à cauſa materiali & ſubiectiua. Tẽpus præterea menſuratur à motu ſecundum eum profectò modum, quo menſurat motum: cum ſcili-

De tempore.

cum ſcilicet fuerit imaginatum, ſiue intellectum, vt menſura extenſa per extenſionem motus: ſic enim tempus menſurat motum, quia ſcilicet quantus ſit motus, per ipſum cognoſcitur. Sequitur tex. 113. Et hoc rationabiliter accidit; imitatur enim magnitudinem motus; hunc autem ſcilicet motum, tempus: propterea quanta & continua ſint diuiſibilia; quia namq; magnitudo talis eſt, motus ſimiliter ſe habet: ob motum, tempus tale eſt, atq; metimur magnitudinem motu, motum quoque ipſa magnitudine. Multam enim dicimus eſſe viam, ſi proceſſus multus: & multum proceſſum, ſi via multa. Sic igitur tempus, ſi motus, & motum ſi tempus. Et eſt ſenſus: ſicut magnitudo & motus ſe habent ad inuicem; ita planè motus & tempus, quia nimirum ſicut motus ſequitur magnitudinem; ita certè tempus ſequitur motum. Conſequuntur namq; ſe inuicem, quatenus ſunt quanta, & diuiſibilia: à magnitudine enim quantitatem diuiſibilitatemq; motus accipit, à motu verò, tempus. Nos autem interdum magnitudinem per motum menſuramus, dum dicimus viam eſſe longam, ſi proceſſus, hoc eſt, motus longus extiterit. Et è conuerſò, motum longum appellamus, ſi longa fuerit via. Eodem modo tempus menſuratur à motu, & motus à tempore: hoc tamen intereſt, quod accidit motui, vt temporis ſit menſura, ſiue metiatur: Temporis autẽ proprium eſt, vt motus menſura ſit, propterea quod eſt numerus motus. hæc autem duo, continua dicuntur, quod partes habeant ad communem terminum copulatas: diſcreta verò, quia rationem numeri ſubeunt, vt ſæpius replicentur. Tex. 114. *Quoniam autem tempus eſt metrum motus, & eius, quod mouetur. menſurat autem ſic motum in determinando quendam motum, quo menſurabit totum. Et erit ipſum motum eſſe in tempore, & ipſum, & ipſius eſſe tempore menſurari. nam ſimul & motum, & eſſe motus metitur. vnde hoc eſt, ipſum in tempore eſſe, eius eſſe tempore menſurari. Senſus eſt, tempus eſt menſura motus, & eius, quod eſt moueri, id eſt quantitatis, vel eſſe ipſius motus: menſuramus autem motum per tempus, dum aliquam temporis partem, illi tempori æqualem metimur, ac per illam partem menſuratam, totum motum metimur, veluti, ſi vellemus lineam quinq; cubitorum metiri, vnam illius partem, per vnum cubitum illi applicatum mẽſuramus: & demum per illam partem, totam lineam metimur. ſic motum quinque horarum per vnam horam aliquotam.* Commen. *Quemadmodum, inquit, bicubitus eſt notior apud nos illo, quod per bicubitum menſuratur; ita pars temporis notior nobis eſſe debet motu, qui per illam temporis partem menſuratur: quæ quidem pars per notiorem prioremq; motum, diurnum ſcilicet, debet à nobis ſciri, atq; cognoſci. Motus ergo diurnus eſt illa parte notior temporis, qua partem motus cognoſcimus. licet ergo via generationis, quoad ſuũ eſſe, motus ſit nobis notior, aliqua tamen temporis pars quoad ſuam quantitatem eſt nobis notior aliqua parte motus. vult ergo Auer. motu diurno cuncta inferiora menſurari, proinde minimum eſſe, & notiorem quod ad menſuræ rationem ſpectat. Per motum autẽ quantitatem, per eſſe verò, eſſentiam, ſiue ipſius quidditatem intelligit. Quantitatem autem motus à tempore menſurari, nulli dubium eſſe poteſt: eſſentia verò ſiue eſſe illius, quod ab eodem menſuretur, ſic perſuaderi poteſt. ſi eſſe motus in ſucceſſione conſiſtit, cum ſit ipſa ſucceſſio: à tempore ergo, & quantitas, & eſſe motus menſurantur. Ex quibus patet, motum eſſe in tempore, perinde eſſe, ac eſſe, & quantitatem illius, tempore menſurari. Commentator, motus eſt in tempore, quia menſuratur à tempore, & motus menſurat tempus, non tamen eſſe ipſius temporis. hoc eſt, non eſt eſſentialiter menſura temporis: ſed per accidens, vt dictum eſt. Quamobrem in ipſo nunc, motus eſſe non poteſt, cum ipſius eſſe, & quantitas à tempore menſurari nequeant. Et ſi dixeris, hanc propoſitionem verã eſſe, nunc motus eſt: & omnem propoſitionem veram dici, vel falſam, ab eo quòd res eſt, vel non eſt. motus ergo erit in nunc. Dico, motum eſſe, in nunc, quatenus vnio prædicati ad ſubiectum ab eo determinatur, non autem vt menſura. Quomodo ergo motus ſit in tẽpore ſecundum quantitatem, & eſſentiam, perſpicuum eſſe puto. poſthac dicamus quomodo ſit aliquarum rerum menſura.* Tex. 115. *Manifeſtum eſt autem quod & in aliis hoc eſt in tempore eſſe, ipſorum eſſe menſurari à tempore. In tempora enim eſſe dupliciter dicitur, v-*

Motus ſequitur magnitudinem.

Tempus eſt metrum motus.

Ariſt.

Comment.

Motus diurnus eſt omnium inferiorum menſura.

In nunc non eſt motus.

Ariſtoteles.

De tempore.

citur: vnum ſcilicet tunc eſſe, cùm tempus eſt: alterum verò, cùm dicimus aliqua in numero eſſe. hoc autem ſignificat, aut ſicut partes numeri, & paſſio, & omninò; quoniam numeri eſt aliquid, aut quoniam eſt numerus ipſius. Quoniam autem numerus tempus eſt, ipſum quidem nunc, & priùs & poſteriùs, & quæcunq; ſunt huiuſmodi, ſic in tempore ſunt, ſicut in numero vnitas, & impar, & par. hæc quidem numeri aliquid, illa temporis aliquid ſunt, res autem ſicut in numero in tempore ſunt. Et eſt ſenſus, eſſe in tempore bifariam poteſt intelligi, aut quidem eſſe, hoc eſt, coëxiſtere tempori, quemadmodum ſubſtantiæ ſeparatæ, quæ tempori coëxiſtunt: non tamen tempore menſurantur, cùm longè abſint à temporis natura. Quatenus ergo ſunt ſubſtantiæ incorruptibiles, abſtrahunt à tempore. Alio modo eſſe in tempore, eſt eſſe partem temporis, aut paſſionem, aut aliquid, quod terminatur per tempus. Vtitur ſimilitudine à numero ſumpta. Duobus modis, inquit, eſt eſſe in numero: aut quia ſimul eſt cum numero: aut quia eſt ſicut pars, paſſio, vel aliquid numeri. Eſt autem aliquid in numero, vt pars, binarius, ſenarij pars, vt affectio verò, par, & impar: aut vt quid numeri, vnitas videlicet principium numeri. Quæ verò non ſunt aliquid numeri, ſed coëxiſtunt numero, ſunt res, quæ numerantur. Cùm igitur tempus ſit numerus, nunc quidem in tempore, eſt vt principium, priùs verò & poſteriùs, vt partes, cætera verò, vt affectiones, ſeu paſſiones. Tex. eiuſdem comm. Quod ſi ita ſit, res à tempore, vt à numero continentur, quemadmodum & à loco, ea quæ ſunt in loco. ſi autem hoc eſt, continentur à numero, ſicut & quæ ſunt in loco, à loco. Senſus eſt, ſi ita res ſe habet, igitur, quemadmodum quæ ſunt in numero continentur à numero, ſimiliter quæ ſunt in loco, continentur à loco; ita certè, quæ ſunt in tempore, continentur à tempore. Verùm, vt aliquid ſit propriè in tempore, duo ſunt illi neceſſaria, alterum, vt ſub tempore contineatur: proinde eſſe in tempore, non eſt eſſe, quando eſt tempus: ſicut eſſe in loco, non eſt eſſe, quando eſt locus; alioqui omnes eſſent in quolibet: & ſic cœlum eſſet in milio; quando enim milium eſt, cœlum eſt. Alterum verò, vt aliquid patiatur à tempore. ſic enim conſueuimus dicere, talia à tempore facta eſſe, & omnia tempore ſeneſcere, & obliuionem accipere, deniq; nihil noui ſub tempore fieri. Adde, quòd tempus per ſe eſt corruptionis cauſa; motus enim rem ſeparat à ſuo principio: igitur & tempus, quia eſt numerus motus. Ea igitur, quæ ſemper ſunt, non ſunt in tempore, neq; continentur ſub tempore; quia ſcilicet nihil patiuntur à tempore. hæc eſt ſumma dicendorum, quomodo aliqua ſint in tempore, aliqua verò minimè. Tex. Manifeſtum eſt autem, & quoniam non eſt in tempore eſſe, quando tempus eſt, ſicut neq; in motu eſſe, neq; in loco, quando motus & locus eſt. ſi enim erit, quòd eſt in loco ſic, omnes res in quolibet erunt, & cœlum in milio: quando enim milium eſt, eſt & cœlum. ſed hoc quidem accidit, illud autem neceſſe eſt conſequi; vt tempus ſit, cùm aliquid eſt in tempore, & motus ſit, cùm aliquid ſit in motu. Senſus eſt. Tempus, ad id, quod exiſtit, per accidens ſequitur: non minus enim ſequeretur, ac ſi illud non exiſteret. Illud autem ſequitur neceſſe, hoc eſt, vt tempus ſit, quando aliquid eſt in tempore, eſt omnibus modis neceſſarium: in tempore enim aliquid eſſe, ſine tempore, non eſt intelligibile, neque factu poſſibile. Tex. 117. Quoniam autem eſt ſicut in numero, quod in tempore eſt, accipitur, aliquod tempus plus omni eo, quod eſt in tempore. vnde neceſſe eſt omnia ea, quæ ſunt in tempore, contineri à tempore: ſicut & alia quæcunq; in aliquo ſunt, vt quæ ſunt in loco, à loco. Sane, contineri à tempore, eſt excedi, & menſurari à tempore: excedi verò à tempore eſt, quando data quauis re temporaria, eſt dare tempus maius illa. vnde ſimul ſtare poteſt, rem menſurari proprio & æquali tempore, ab aliquo verò alio excedi, & ſuperari; Omne, inquit Commentator, quod eſt in aliquo numero excedit illud ex duobus extremis: ſed omne, quod eſt in tempore, eſt in eo, vt in aliquo numero: omne ergo quod eſt in tempore, tempus excedit illud ex duobus extremis. Et hoc eſt, quod dicit Philoſophus, Accipit aliquid plus tempus omni eo, quod eſt in tempore .i. quod eſt in tempore, exceditur à tempore ex duobus extremis. Dices, ſi ſempiterna non ſunt in tempore, & omni eo, quod eſt in tempore, ſit dare maius tempus; motus ergo primi

Tempus eſt menſura rerum.

Duobus modis eſt eſſe in tempore.

Ariſtoteles.

Quod eſt propriè in tempore.

Ariſtoteles.

Æterna non ſunt in tempore.

Ariſtoteles.

Contineri à tempore.

Comment.

Tempus eſt cauſa corruptionis.

De tempore.

go primi mobilis, cùm ſit ſempiternus ſecundum philoſophum, non erit in tempore, nec cõſequenter à tempore menſurabitur. Dico, illud tempore menſurari, quod principium habet, & finem in tempore. Proinde quamuis motus cœli, ſecundum philoſophum ſit æternus; vnaquæq; tamen reuolutio, vel reuolutionis pars, quæ ſecundum prius & poſterius à tempore menſuratur, habet principium & finem, & ſic neceſſe eſt, à tempore menſurari. Tex.

Ariſt.

Et pati iam aliquid à tempore, ſicut & dicere conſueuimus, quia conſumit tempus, & ſeneſcunt omnia à tempore, & obliuione delentur ob tempus. ſed non didicit, neq; adoleuit, neq; bonum factum eſt, corruptionis cauſa per ſe magis tempus eſt, numerus enim motus eſt, motus autem diſtare facit quod eſt. Senſus. Tempus eſt per ſe illius cauſa, quod eſſentialiter inuenitur in motu, quem ſequitur tempus: ſed motus eſt per ſe cauſa corruptionis, quippe qui res à ſua ſubſtantia, atque principio, naturaliter remouet: tempus ergo eſt per ſe cauſa corruptionis, quæ ſunt in tempore. Comm. Neceſſe eſt, inquit, tempus operari in res exiſtentes in ipſa paſſione corruptionis: & ideo omnes conueniunt in hoc, quod tempus inducit ſenectutem, & corruptionem ad omnia, & non dicunt ipſum renouare, & docere. Et cauſa, propter quam attribuitur ei corruptio, & non generatio, & ſi vtrumq; inueniatur in ipſo, eſt; quia ſequitur motum circularem & homines attribuunt ei corruptionem, & non generationem: quoniam cùm tempus attribuitur per ſe operationi, dignius eſt, vt attribuatur operationi, quæ inuenitur eſſentialiter in re, quam ſequitur tempus ſcilicet in motu: & motus in ſe habet, vt per ipſum auferatur res à ſua ſubſtantia: & iſta ablatio inducit per ſe corruptionem rei; licet inducat generationem in rebus generatis per accidens. ex motu igitur inuenitur generatio per accidens, & corruptio per ſe: ex tempore verò, vtrumq; per accidens; ſed generatio per accidens, accidentis; tempus enim accidit ei, cui accidit generatio ex motu, & ſequitur ex illo, in quo inuenitur corruptio per ſe. Corruptio ergo attribuitur ei quaſi ſecundario, & generatio quaſi accidens purum.

Comment.

Tempus eſt cauſa corruptionis per accidens.

Verùm ſi bene inſpicatur philoſophi doctrina, non ita eſt interpretanda; ſiquidem ab eo abſolutè dictum non eſt, tempus eſſe corruptionis cauſam, ſed dici, atq; appellari. Et eſt ſenſus, tempus dicitur corruptionis cauſa attributiuè, quatenus nimirum corruptionis cauſam nobis latentem, tempori aſſignare conſueuimus. præterea, ſi per motum intelligit primam lationem; illa profectò, vt ab eodem dicitur, 8. phyſ. com. eſt vita in rebus naturalibus. hoc idem ab eo affirmatur, 5. phyſ. comme. 128. & 13. Nec per motum intelligi poſſunt auctio & alteratio, quoniam huiuſmodi tempus minimè attribuatur.

Auer. ſententia examinatur.

Aliqui ſic Commentatorem interpretari conantur: aliquid dicitur in aliud agere, aut quia ipſum tranſmutat, aut quia applicat ei contrarium; Sicut dicitur homo comburere domũ, quia applicat ei ignem: Alio modo, quia continuat contrarij applicatione agentis: & hoc modo dicitur tempus agere in entia, quæ exiſtunt in tempore; quia nimirum per tempus fit mora applicationis contrarij agentis; tempus enim eſt formaliter huiuſmodi mora.

Argumenta.

1\. Sed arguet aliquis cõtra prædicta. Motus eſt cauſa per accidens corruptionis, quia per motum cœli adducuntur ſtellæ, quæ ſunt per ſe cauſa corruptionis, vt dicitur 2. cœli. Quare, ſi motus cœli non eſt cauſa corruptionis, multò minus tempori eſt attribuenda.

2\. Item, corruptio nõ intenditur per ſe ab aliquo agente, teſte commentatore 2. met. corruptionis ergo non eſt per ſe aliqua cauſa.

3\. Item, tempus eſt menſura rei, ſed menſura, & menſuratum ſunt æqualia: res ergo, quæ eſt in tẽpore, ſicuti in menſura, non exceditur à tempore. Adde, quòd motus æternus ſecundum Philoſophum, eſt in tempore, non tamen exceditur à tempore ex duobus extremis.

Soluuntur argumenta.

Reſpondeo ad primum omne corruptibile actu exiſtens, neceſſe eſſe, corruptum iri: ſicut docetur à Philoſopho 1. cœli, & 2. de gener. ſed non omne generabile, neceſſe eſſe, generatum iri, multa enim ſunt poſſibilia, quæ nunquam erunt, poteſt certè alicuius rei generatio impediri. per neceſſarium igitur, ineuitabilem ſecundum naturam neceſſitatem; per accidens verò, contingens non neceſſarium, Philoſophus intellexit. Ad primum ergo dico, motum cœli eſſe cauſam per accidens corruptionis, neceſſariam nihilominus rei corruptibilis exiſtentis in actu. Stant enim iſta ſimul, nempe motum cœli eſſe per ſe cauſam corru-

petionis, accipiendo per ſe pro neceſsario inevitabili: & tamen eſse cauſam per accidens corruptionis neceſſariam. Itaq; accipiendo per ſe pro neceſsario, ſic ei non repugnat per ac-
2. *cidens neceſſarium: ſed bene per accidens, quod poteſt non eſse. Ad 2. Quamuis non ſit aliqua cauſa, quæ per ſe intendat corruptionem; cum hoc tamen ſtat, eſſe aliquam cauſam corruptionis per ſe, neceſſariam ſcilicet. Dicis, primo cœli à Philoſopho dictum eſſe, omne generabile, neceſſariò, generatum iri: ſimiliter & corruptibile. Reſpondeo, id veritatem habere in generabili, quod eſt in potentia propinqua; ita, vt non poſsit non generari: non autem in generabili, quod eſt in potentia, quæ quidem multa habere poteſt impedimenta.*
3. *de corruptibili quoq; ſimile poteſt eſſe iudicium. Ad 3. Omne, quod eſt in tempore, exceditur à tempore maiori, non autem à tempore, quod eſt ſua menſura adæquata. Ad confirmationem patet reſponſio ex dictis: motus enim æternus, non eſt in tempore, ſicut numeratum in numero, niſi ſecundum ſuas partes. Quomodo ergo tempus ſit cauſa corruptionis, dixi.*
Ariſt. *Tex: Quare, manifeſtum eſt, quoniam quæ ſunt ſemper, ſecundum quod ſemper ſunt, non ſunt in tempore; neq; enim continentur ſub tempore, neq; eſſe eorum menſuratur ſub tempore: ſignum huius eſt, quia nihil patiuntur à tempore, tanquam non entia in tempore.*
Subſtantiæ ſeparatæ non ſunt ſub tempore. *Reuera ſubſtantiæ ſeparatæ non ſunt in tempore quantitatiuè, ſicuti ſunt corpora cœleſtia, neq; ſicut in numero, & menſura, quemadmodum corruptibilia ſunt in tempore; ſed ſunt in tempore, tanquam entia tempori coëxiſtentia. Et de his hactenus.*

CAP. V.

Tempus eſse menſuram quietis, 4. phyſ. te: 118.

QVoniam autem tempus eſt menſuratio motus; erit & quietis metrum ſecundum accidens: omnis enim quies in tempore eſt. Non enim vt omne quod eſt in motu, neceſse eſt moueri; ſic & in tempore: non enim motus tempus eſt, ſed numerus motus: in numero autem motus contingit eſſe & quieſcens. Senſus eſt, quod eſt menſura motus, eſt & menſura quietis: ſed tempus eſt menſura motus: ergo eſt menſura quietis, per accidens tamen.
Tempus eſt menſura quietis. *Eſſe enim in tempore, perinde eſt, ac eſſe in numero, vel menſura, & conſequenter tempus rectè dicitur menſura quietis: omnis enim quies eſt tempore. Cæterùm, quietem à tempore menſurari, non perinde eſt, ac motum menſurari, quaſi partibus temporis, quietis partes correſpondeant, ſicut & motus diuiditur ad diuiſionem temporis, alioqui quieſcens transſmutaretur, quod fieri non poteſt: transmutatio enim & quies eiuſdem ſecundum idem, ſunt oppoſita: ſed potiùs per tempus cognoſci, quamdiu aliquod corpus ſuo motu priuatur.*
Comment. *Reuera, quies, quatenus eſt priuatio motus, non eſt aliquid exiſtens in rerum natura: quia priuatio nō eſt aliquid reale.*
Quies per accidens cognoſcitur. *Quies (inquit Comment.) eſt priuatio motus, & eodem modo cognoſcitur habitus per ſe, & priuatio per accidens. Etenim, album per ſe à ſenſu apprehenditur: nigrum verò, quatenus eſt albi priuatio. Cùm ergo tempus ſit per ſe menſura, qua cognoſcitur motus; ideò motus poteſt eſſe per accidens menſura quietis. Vocata eſt autem nigredo priuatio albedinis, quia ad imperfectionem, priuationemque magis accedit, quàm albedo. Sequitur. Non enim tempus motus eſt, ſed numerus motus. &c. Si quis diceret, tempus eſt numerus motus; nihil ergo eſt in tempore, niſi motus, vel quod eſt in motu: ſed quies nec eſt motus, nec eſt in motu: non ergo eſt in tempore. Soluitur iſta obiectio à philoſopho: Non, inquit, eſt neceſſe, vt quemadmodum omne, quod eſt in motu, mouetur; ita, quod eſt in tempore, moueatur: tempus enim non eſt motus, ſed numerus motus: quieſcens autem poteſt eſſe in numero.*
Ariſt. *Tex: Non enim omne immobile quieſcit; ſed priuatum motu, aptum natum moueri. Comment. quies, inquit, dicitur tranſumptiuè, veluti dicuntur poli quieſcere. verè autem in eis ſcilicet, quæ innata eſſentialiter moueri. Tex: Eſſe autem in numero, eſt eſſe quendam numerum rei, & menſurari ipſum eſſe, eo numero in quo eſt: quare, ſi eſt in*

tempore

tempore quicquam, à tempore id menſurabitur. Sed tempus, & id quod mouetur, & id quod quieſcit metitur, illud vt mouetur, hoc vt quieſcit; motum enim ipſorum & quietem menſurabit, ſecundum quòd quanta quædam ſunt. Senſus eſt. Omne quod eſt in numero, menſuratur numero, in quo eſt: ſed tum id, quod mouetur, tum etiam quod quieſcit, eſt in tempore, ſicut in numero: vtrumq; igitur à tempore menſuratur. hoc, inquit, eſt eſſe in numero, eſſe quendam rei numerum, & eſſe in numero ſicut in menſura. hoc modo, quæ ſunt in tempore, à tempore menſurantur. Menſurat namque tempus quod mouetur, quatenus eſt motum; & quod quieſcit, quatenus eſt quieſcens: hoc eſt, quatenus ſunt quædam quanta, nempe in quantum motus eſt tantus, & non eſt maior, & ſimiliter quies. Quies (ait Comment.) eſt priuatio motus: priuationes autem, ex ſuis habitibus terminantur, atque menſurantur: menſuratio ergo quietis & temporis, aliud eſt nihil, quàm motus priuationem metiri. Tempus ergo metitur motum primò, & eſſentialiter: quietem verò ſecundo, & per accidens. Senſus eſt, metiri quietem, eſt metiri per quantum tempus mobile potuiſſet moueri; priuationem enim cognoſcimus per comparationem ad habitum; ſiquidem quanto tempore mobile quieuerit, percipimus ex potentia, qua potuit illo tempore moueri. Quies autem à philoſopho quanta vocatur, ſecundum imaginationem ſpatij, quod poterat à potentia mobilis pertranſiri: nam quies vera, cùm ſit priuatio, realem quantitatem habere non poteſt. Tex: Quare, quod mouetur, non ſimpliciter erit menſurabile, ſecundũ quod quantum aliquod ſit, ſed ſecundum quod motus ipſius eſt quantus. Senſus eſt. Non eſt menſurabile ſecundum quod eſt ſubſtantia, aut quantum, aut quale; ſed quia motus eius eſt quantus. Non ergo menſurat rem motam ſimpliciter, ſed ſecundum quantitatem, quæ accidit motui, vt dicit Commentator. Quatenus ergo motus eſt quantus, ſ. finitus, & terminatus: res mota à tempore menſuratur. Tempus autem menſurat primum mobile, quatenus aliquo motu finito mouetur, vtpotè reualutione motus finita. Amplius, motus finitus ſecundum quantitatem illi accidentem à primo tempore menſuratur: nam ſicut vlna non menſurat pannum, niſi menſurando quantitatem panni; ſic primum tempus non menſurat aliquos motus à motu primo, niſi propriam illorum motuum ſucceſſiuam metiatur quantitatem. Quod autem dictum eſt de motu & mobili, de quiete, & quieſcente, intelligi poſſe, affirmat Commentator: tempus enim menſurat quieſcens, non quidem ſimpliciter, ſed quatenus exiſtimatione quietis reſpectu motus, in illo quantitas terminatur. Tex: 119. Quare, quæcunq; non mouentur, aut quieſcunt; in tempore non ſunt; in tempore enim eſſe, eſt menſurari tempore: tempus verò motus & quietis menſuratio eſt. Menſurans (inquit Commentator) eſt de genere menſurati: proinde omne quod menſuratur à tempore: menſuratur vtiq; quatenus mouetur, aut quieſcit. Quaſi diceret, tempus eſt de genere ſucceſſiuorum: proinde ab eo, non niſi ſucceſſiuum, aut habens reſpectum ad ſucceſſiuum, menſurari poteſt. Quomodo ergo tempus ſit menſura quietis, ex philoſopho, & Comment. audiuimus. Tex: 120. Manifeſtum igitur, quoniam omne, quod non eſt, in tempore non erit, vt quæcunq; non contingunt aliter eſſe, ſicut diametrum eſſe lateri ſimmetrum: omninò enim ſi menſura eſt tempus motus per ſe, aliorum autem ſecundum accidens, manifeſtum quòd quorum eſſe menſurat, eorum omnium in quiete, aut in motu eſſe conſiſtit. Senſus eſt. Quod non eſt in tempore per ſe, neq; per accidens, in tempore eſſe non poteſt. Sed huiuſmodi eſt id, quod ſemper non eſt: non ergo eſt in tempore. Maior patet, minor probatur: tempus per ſe eſt menſura motus, & menſura per accidens aliorum, quæ nata ſunt per accidens & moueri, & quieſcere: ita, vt quod à tempore menſuratur, ſit motus, vel mobile: ſed quod eſt ſemper non ens, eſt neutrum iſtorum: non ergo menſuratur à tempore, & conſequenter non eſt in tempore. Tex. Quæcunq; quidem igitur generabilia, & corruptibilia ſunt: & omninò quæ aliquando quidem ſunt, aliquando autem non ſunt: neceſſe eſt in tempore eſſe. Eſt enim quoddam tempus, quod excellit eſſe ipſorum, & id, quod menſurat ſubſtantiam. Quæcunq; (inquit Auer.) ſunt mota, ſeu mobilia, ſunt in tempore: ſed quæcunq; aliquando ſunt, aliquando non ſunt, ſunt mota, vel mobilia: ergo ſunt in tempore:

Tempus menſurat quanta.

Comment.

Quid ſit menſurari quietē.

Tempus menſurat rem finitam.

Quomodo tēpus menſurat primum mobile.

Ariſt. 119.

Comment.

Non entia nō ſunt in tempore.

Ariſt.

Quæ ſint in tempore.

pore: illa verò, quæ aliquando ſunt, aliquando non ſunt, generabilia, & corruptibilia nominantur. Sequitur tex. & eſt quoddam tempus, &c. ratio eſt talis: Quod exceditur à tempore, eſt in tempore, ſiue menſuratur à tempore: ſed illa, quæ aliquando ſunt, aliquando verò non ſunt, exceduntur à tempore: ergo ſunt in tempore.

Eſſe, & nõ eſſe corruptibiliũ excedi à tempore.

Porrò, eſſe & non eſſe corruptibilium ex vtraq; parte à tempore excedi, affirmat Commentator. Quòd ſi dixeris non eſſe fortis, quod præcedit ſuum eſſe, ex vtraq; parte à tempore excedi non poſſe, quia per infinitum tempus præceſſit, ſimiliter non eſſe fortis, ſequens ſuum eſſe, eſt infinitum in tempore futuro: non ergo ex vtraq; parte à tempore exceditur: igitur non eſt fatendum, quod non eſſe rei, quæ aliquando eſt, aliquando verò non eſt, ſit in tempore. Reſpondet Commentator, aſſerens priuationum rerum tempora, per ſubiectorũ propinquorum, quibus inest poſsibilitas, ſiue potentia, quâ huiuſmodi res eſſe poſsint, tẽpora determinari. Priuatio ſiquidem fortis, quæ præcedit ſuum eſſe, tempore terminatur; quod ad ſubiectum propinquum refertur. Cùm priuatio ſpermatis, inquit, cum ſanguine menſtruo, accipitur reſpectu poſsibilitatis in prima materia, inuenitur infinita in præterito, ſimiliter, & in futuro. Et eſt ſenſus: formæ rei priuatio quatenus habet eſſe in ſubiecto formæ propinquo, menſuratur à tempore, quippe quæ ex vtraq; parte à tempore exceditur.

Priuatio formæ menſuratur à tempore

Sed priuatio formæ, quatenus habet eſſe in ſubiecto remoto, nempe in materia prima, ſic nequaquam à tempore menſuratur; alioqui priuatio, eſſe formæ præcedens, & etiam ſequens, tum in præterito, tum in futuro, eſſet infinita. Sanè, ſubiectum propinquum priuationis, eſt ſubſtantia compoſita, quæ ex vtraq; parte, à tempore exceditur: ſubiectum verò remotum, eſt materia prima, quæ non exceditur à tempore; eadem tamen eſt in vtroq; priuatio; ſed ſubiectum diuerſimodè denominat.

Ariſt.

Sequitur tex: Eorum inſuper, quæ non ſunt, quæ tempus continet, alia erant olim, vt Homerus: alia erunt, vt aliquid futurorum, quæ quidem altera ex parte continet tempus, etiamſi aliqua ſint, quæ vtraq; ex parte erant, & erunt, vtraq; tempus continebit: quæ verò neq; erant, neq; ſunt, neq; erunt, hæc non continet tempus. ſunt autem talia eorum, quæ non ſunt, quorum oppoſita ſemper ſunt; vt diametrum eſſe incommenſurabilem coſtæ, ſemper eſt: atq; hoc non eſt in tempore, neq; ita illud videlicet diametrum eſſe commenſurabilem coſtæ erit in tempore. Quocirca ſemper non eſt, quia contrarium eſt ei, quod ſemper eſt.

Non entium diuiſio.

Senſus eſt. Non entium quæ continentur à tempore, quædam ſunt præterita, vt Homerus fuit, quædam verò futura, vt eclipſis erit; vtrorumq; talium entium modus à tempore continetur. Tempus (ait Commentator) ita iſtarum rerum priuationem terminat, vt nunc dicere valeamus, tot annos præceſsiſſe, in quibus huiuſmodi res extiterunt; & tot annos eſſe venturos, in quibus ſint futuræ. Tex. Quorum verò contrarium non ſemper eſt, ea & eſſe, & non eſſe poſſunt, & eſt generatio, & corruptio ipſorum.

Quæ ſint ſemper non entia

Quaſi diceret, illa ſunt ſemper non entia, quorum tempus non eſt menſura, quia à tempore non continentur, cùm nunquam fuerint, nec modò ſint, nec deniq; futura erunt. Illa verò, quorum oppoſita non ſemper ſunt talia, poſſunt eſſe, & non eſſe, atq; talium eſt generatio & corruptio.

Argumenta.

Sed dices: nullum non ens, eſt in tempore, malè ergo dictum eſt à philoſopho, non ens, eſſe in tempore. Antecedens patet: nam ſi eſt in tempore, eſſet vtiq; in tempore præſenti: & tunc non ens, eſſet ens. E contrà: Quies eſt in tempore, & quies eſt ſemper non ens: ergo non ens, eſt in tempore.

Soluuntur.

Reſpondeo, illam philoſophi propoſitionem ita eſſe intelligendam, ſcilicet, quod non eſt, habere aptitudinem, vt ſit in tempore: vel quod fuerit, quod modo non eſt. Ad 2. ſic intellige; Res quieſcit in tempore, hoc eſt, res, quæ nata eſt moueri, per aliquod tempus determinatum, ſuo motu priuatur. Quomodo ergo entia, & non entia ſint in tempore, perſpicuè eſt intimatum à philoſopho.

DIGRESSIO QVARTA CAP. I.

Nunc quid ſit 4. phyſ. tex: 121.

Ipſum

IPſum verò nunc (vt dictum eſt) temporis eſt continuatio. Nam præteritum futuro committit; eſtq; temporis omninò vltimum, cùm huius principiū ſit, illius finis: verùm hoc non, vt in puncto manere, perſpicuum eſt. Agit philoſophus de nunc, de quo paulò antè multa dicta ſunt; propterea paucis me expediam. Nunc, inquit, eſt vnicuum partium temporis, habetq; quandam cum puncto cognationem: nam ſicut punctum contingit partes lineæ; ita & nunc contingit partes temporis: hoc tamen intereſt, quod punctum eſt principium, & finis manentis in actu: nunc verò, minimè. Diuidit etiam poteſtate tempus: & in quantum quidem huiuſmodi eſt, ſemper diuerſum eſt; quatenus verò continuat, idem eſt, quemadmodum in mathematicis lineis fit: non enim idem vnum ſemper punctum cogitatione eſt, cùm enim diuidimus, aliud eſt. ſed quò lineæ ipſa vna eſt, eò punctum idem eſt penitus; ſic quoque ipſum nunc, partim quidem poteſtate, ipſius temporis diuiſio eſt, partim verò, vtrorumque finis, & vnio. Eſt autem idem, & per idem diuiſio, atq; vnio: eſſe verò non idem eſt: ipſum igitur nunc, hoc vno dicitur modo. Senſus eſt; Nunc eſt vnum ſubſtantia ſeu ſubiecto, poteſtate verò, diuerſum: habet autem rationem principij & finis, quia ſcilicet eo vtitur mens quaſi duobus: vnde quatenus præteritum committit futuro, eſt communis terminus duorum. Reuera, in linea punctum, vt diuidens, duas recipit à mente rationes, quæ eo vtitur, quaſi duobus: In quantum verò partes lineæ connectit, vnius habet rationem. Poteſtate igitur, non re, ſed mente conſideratum, principij, & finis ſubit rationem. Satè, eſſe ſucceſsiuorum in hoc maximè conſiſtit, vt in aliquo ſui indiuiſibili exiſtat; quælibet enim pars ſucceſsiui, in diuerſas eſt partes diuiſibilis. Quare, ſi aliquod ſucceſsiuum, non ſolùm ſecundū aliquod ſui indiuiſibile, verùm etiam ſecundum aliquam partem ſui exiſteret; tunc certè multæ partes alicuius ſucceſsiui, eſſent ſimul: quod pro impoſsibili habetur. Similiter, quælibet pars temporis, eſt tempus: ſi ergo aliqua pars temporis exiſteret (ſicut dictum eſt) eodem quoque modo ſe tempus haberet: quod eſt falſum. Eſt ergo idem nunc ſecundum ſubſtantiam differens vno ſecundum eſſe, & rationem. Etenim, ipſi nunc, quod eſt in tempore, aut ſuccedit aliud nunc, aut aliqua pars temporis. Non primum, quia vnum nunc ad aliud continuari non poteſt: neq; ſecundum; cùm nulla pars temporis ſecundum ſe exiſtere poſsit: vnum ergo, & idem nunc eſt in toto tempore. Item, ſicut ſe habet, quod mouetur ad motum; ita planè nunc ad tempus: ſicut enim per id, quod mouetur, cognoſcimus motum, & prius & poſteriùs in motu; ita per nunc determinatur prius & poſteriùs in tempore. Sed id, quod mouetur, in toto motu, eſt vnum & idem ſecundum ſubſtantiam, aliud verò, atq; aliud ſecundum eſſe, quatenus eſt alibi, & alibi. Igitur, ipſum nunc eſt vnum ſecundum ſubſtantiam, aliud verò, & diuerſum ſecundum eſſe, quatenus conſideratur in alio, atq; alio ſucceſſu temporis. Item, ſicut fieri non poteſt, vt duæ partes temporis ſint ſimul, niſi vna continuetur ab altera; ita fieri non poteſt, vt duo nunc ſint ſimul in toto tempore, cùm vnum contineri nequeat ab altero. Siquidem præcedens nunc corruptum iri, neceſſe eſſet omninò. ſed quod corrumpitur, in aliquo nunc, opus eſt corrumpi. Non quidem in ſeipſo; alioqui corruptum eſſet, & non eſſet; quod implicat: Neq; in poſteriori nunc; quia aut hoc eſſet in nunc mediato, aut immediato. Non in nunc immediato, quandoquidem vnum nunc non ſit; alteri nunc immediato continuum: ſicuti nec punctus puncto, 6. phyſ. Nec corrumpitur in nunc mediato; cùm inter quælibet duo nunc ſit tempus medium: ſicut, inter quælibet duo puncta, eſt linea: in quolibet autem tempore ſunt infinita nunc. Si ergo nunc prius corrumperetur in nunc poſteriori mediato, cùm infinita nunc intermedia, eſſe haberet: quod eſt falſum: Ergo quod prius. Item, nunc non corrumpitur in tempore præterito, neque futuro, quia neutrum illorum eſt, corruptio autem fit in ſubiectum actu exiſtens: Non ergo nunc corrumpitur in tempore; ſed manet vnum & idem ſecundum ſubſtantiam, differens verò ſecundum eſſe, & rationem. Reuera, ipſum nunc non intelligitur, vt ſtans; ſed vt ſemper fluens. Neque vt fluens à priori, niſi motus præcedat, ſed in poſteriùs: nec iterum in poſteriùs à priori, niſi motus ſe-

Philoſophus.
Quid ſit nunc
Philoſophus.
Nunc eſt vnū & diuerſum.
Succeſsiuorū conditio.
Quod ſit idem nunc.
Rationes.
1.
2.
3.
Corruptio nunc.
4.

tus ſe-

olim. tus ſequatur : proinde ſi nunquam ſequeretur, aut præcederet motus, nunc non eſſet mote. Nunc eſt per-fluit. Eſt nobis exemplo motus particularis, cuius quodlibet momentũ eſt fluens, & cum hoc eſt principium & vltimum, ſecundum terminum à quo, & in quem. hoc autem intelligendum

Obiectiones. eſt de nunc temporis, quod diſtinguitur ab æternitate. Sed dicet aliquis, ſi idem nunc ſe-
1. cundum ſubſtantiam flueret in toto tempore: ex indiuiſibilibus ergo totus eius fluxus componeretur, & tempus ſimiliter, à nunc ſiquidem tempus cauſatur. ſed conſequens eſt manifeſtè falſum. conſequentia patet. Illud enim nunc fluit ſecundum eſſe diuerſa, quæ neceſſariò ſunt indiuiſibilia. Adde, quòd omnis mutatio aliquam habeat menſuram.
2. Si ergo idem nunc ſecundum ſubſtantiam mutetur ſecundum diuerſa eſſe, eſſe ergo illius, atque ſuorum aliqua certè eſſet menſura, & ſic fieret proceſſus in infinitum, quod eſt fal-
3. ſum. Amplius, nullum indiuiſibile (vt dicitur 6. phyſ.) poteſt fluere. Sed nunc eſt indiuiſibile: non ergo fluit. Adde, quòd ſi ſemper flueret, nunquam angelus menſuraretur tem-
4. pore, cùm in eo nulla ſit ſucceſſio. Item, ſi inſtans ſuo fluxu eſt cauſa temporis, aut materialis aut formalis, efficiens, vel finalis. Non quidem materialis, quia ſubiectum temporis, quod eſt primum mobile, eſt cauſa illius materialis. Neque formalis, propterea quod inſtans non eſt forma temporis. Neque efficiens, & finalis: ergo quod prius. Item, aut ille fluxus erit motus, aut tempus: non primum, quia motus eſt fluxus mobilis: neque ſecundùm, alioqui tempus cauſaretur à tempore: quod eſt abſurdum. Deníque, in quolibet fluente, eſt fluxus, ſed inſtans non poteſt eſſe ſubiectum fluxus. Quòd ſi dixeris, fluxum illum eſſe ſecundum

Solutio. imaginationem tantùm. contrà. Aut illa imaginatio pro fundamento rem habet, aut non.
1. Si non, eſt chimera, ſi autem habet, habeo intentum. Reſpondeo, atque nego ſequelam primi argumenti: licet enim illud nunc ſit idem ſubiecto, & differens ſecundum eſſe diuerſa; ex diuerſis tamen non componitur: proinde non eſt neceſſe, vt ex indiuiſibilibus componatur. falſum enim præſupponitur, quandoquidem partes ſucceſſiui non ſint permanentes, ſicut partes continui. Ad confirmationem, Nunc non dicitur mutari, ſicut id, quod mutatur,
2. ſed potiùs ſicut menſura, in qua aliquid mutatur. Ad 2 Nunc ſecundum ipſius ſubſtantiam conſideratũ, non fluit fluxu phyſico, ſed potiùs methaphyſico. Nec etiam mutatur ſicut mutationis ſubiectũ. Ad cõfir. Angelus menſuratur tempore, quòad ſuas affectiones, ſiue intellectiones: per tempus moueri, ait Aug. eſt per affectiones moueri: Quòad verò ad ſu-
3. um eſſe, menſuratur æuo, vt dicetur in 2. libro clariſſime ſatis Ad 3. in tempore, teſte Commentatore 4. phyſ. duo à nobis conſiderari poſſunt, ſubſtantia ſcilicet temporis, & poſterioritas, atque prioritas eiuſdem: Tota verò ſubſtantia temporis, eſt ipſum nunc ſecundum ſubſtantiam ipſius conſideratum. hoc certè fluere intelligitur à priori ad poſterius, non quidem abſolutè, ſed per quendam reſpectum ad motum præcedentem, & ſubſequentem. cauſat autem tempus quòad temporis certificationem, prioris ſcilicet, & poſterioris, non autem quod ſit cauſa temporis: ſed eſt ipſa eſſentia temporis, cauſæque habet materialis modum. Fluxus verò ille intelligitur eſſe, ab vno eſſe ipſius nunc, ad aliud eſſe eiuſdem: qui

Fluxus nunc. quidem fluxus, non eſt motus naturalis, ſed potiùs imaginarius. ex hoc ſoluitur confirma-
4. tio. Ad 4. illa imaginatio fundatur in re, quæ pro fundamento habet ipſum nunc ſecundũ

Ariſt. diuerſa eſſe, quæ ad motum referuntur. Quomodo ergo ſit vnum nunc, patet. Tex. 122. Alio verò modo cùm tempus huic propinquum eſt, vt accedit nunc, quia hodie veniet, acceſſit nunc, quia hodie venit. ſed res illi non geſtæ ſunt: neque diluuiũ nunc actum eſt, quanquam tempus ad vſque illa continuum ſit, ſed quia non eſt propè, illo modo non dicuntur. Senſus eſt, nunc tranſumptiuè dicitur de tempore inſtanti proximo, non autem de eo, quod longiſſimè abeſt. Tex. 123. Ipſum verò olim tempus eſt ad prius nunc definitum, vt olim

Olim, tunc. capta eſt Troia, & olim diluuium erit, oportet enim finitum eſſe ad ipſum nunc: erit ergo quantum quoddam ab hoc tempore in illud determinatum, atque erat in præteritum. Græcè eſt ποτε. latinè olim, ſiue tunc, ſiue aliquando. vult ergo ipſum tunc, aliquod fuiſſe nunc à præſenti nunc quàm remotiſſimum, vt cùm dicimus tunc capta fuit Troia; quia diu eſt, quòd capta fuerit. ſimiliter & de futuro, vt, tunc erit diluuium, ſcilicet procul ab hinc. Dif-

Ariſt. fert er-

fert ergo olim ab ipſo nunc, quia iſtud eſt propinquum, illud verò remotum. Tex. 124. Sed ſi nullum ſit tempus, quod non ſit olim: omne ſanè tempus erit finitum: deficeret igitur tandem? Senſus eſt, ſi hoc aduerbium, olim, ad quodcunq; tempus accommodari poteſt, quod non habuerit aliquando, aut habiturum ſit certum initium, huiuſmodi autem aduerbium præſinitum tempus oſtendit; nunquid ergo deficeret tempus aliquando? Tex. An nō, ſiquidem ſemper eſt motus: nunquid igitur aliud; an idem ſæpè? Nam vt motus, ita & tempus ſeſe habere, perſpicuum eſt: quia ſi vnus idemq; ſit motus aliquando, & tempus idem, ac vnum erit: ſin verò non ſit, nec id vnum idemq; redibit. Senſus eſt: ſi ſemper fuit motus, ſemper fuit tempus: & ſi ſemper fuit vnus, & idem motus, ſemper fuit idem tempus: & ſi ſemper non fuit motus, nec etiam tempus fuiſſe conſtat. ſed tempus eſt infinitum, quia omne tempus terminatur ad ipſum nunc, ad cuius rationem ſpectat, vt ſit principium vnius, & finis alterius, non quidem eiuſdem; alioqui oppoſita eſſent ſimul, & ſecundum idem. Tex. 125. Cùm autem ipſum nunc ſit temporis & finis, & principium, non eiuſdem, ſed præteriti finis, & principium futuri, quemadmodum circulus in eodem quodammodo conuexum habet & concauum, ſic & tempus in principio eſt ſemper, atq; in fine: quocirca ſemper aliud atq; aliud videtur. Non enim ipſum nunc principium & finis eſt eiuſdem; ſimul enim, & per idem oppoſita ſunt: non igitur deficiet ipſum, cùm ſit in principio ſemper. Senſus eſt. Inſtans ſeſe habet ad tempus, ſicut punctus ad lineam circularem: ſed quilibet punctus in linea circulari, eſt finis vnius lineæ, & principium alterius: quodlibet ergo inſtans in tempore, eſt principium vnius temporis, & finis alterius: vnde fit, vt non ſit vltimum inſtans totius temporis: & conſequenter totum tempus eſt perpetuum, & infinitum. Dices, ſi inſtans eſt principium vnius temporis, & finis alterius: erit ergo diuiſibile. Remouet hoc dubium: Sicut, inquit, in eodem circulo non eſt concauum, & conuexum, quia eadem circuli circumferentia, reſpectu eorum quæ infra ſe continentur, eſt concaua, conuexa verò ſi ad extrinſeca comparetur; ita idem nunc indiuiſibile omninò, eſt principium vnius, & finis alterius temporis: atq; ita tempus ſemper eſt in ſuo principio, & fine, hoc eſt, ſemper eſt principium vnius, & finis alterius. Verùm quia inſtans eſt principium & finis: ideo alterum eſſe videtur: non eſt tamen, ſicut dictum eſt. Sed dices, ſi inſtans, quod eſt principium, & finis, eſt idem: tempus quoq; ſimiliter erit idem: atq; idem inſtans erit principium, & finis eiuſdem temporis. Reſpondet philoſophus, non ita ſe habere, ſed eſſe principium & finem alterius ſemper temporis. Principium, inquit, & finis eiuſdem temporis ſunt oppoſita: ſi igitur idem nunc eſt principium & finis eiuſdem temporis: oppoſita ergo eidem ineſſent ſimul: conſequens autem eſt falſum & impoſſibile: itaq; tempus non deficiet, quia ſemper eſt in ſuo principio; hoc eſt, quia ſemper eſt inſtans, quod eſt principium temporis futuri. Dices, punctus in linea circulari, eſt principium & finis eiuſdem: quilibet enim punctus in linea circulari, eſt principium, & finis eiuſdem lineæ. ſed inſtans comparatur puncto: ſimiliter ergo poteſt eſſe principium & finis eiuſdem temporis. Reſpondeo, in ſucceſſiuis principium & finem reſpectu eiuſdem oppoſita eſſe: nam ſi idem eſſet principium, & finis in ſucceſſiuis, profectò idem eſſet tempus præteritum & futurum; conſtat enim idem eſſe inſtans præſens, finem præteriti, & initium futuri: vnde fieret, vt ſemper idem tempus eſſet: & ſic tempus non eſſet de genere ſucceſſiuorum, quod eſt falſum. In permanentibus tamen bene poteſt fieri, vt idem ſit principium & finis eiuſdem, quemadmodum ſe habet punctus in linea circulari: in hoc autem inter punctum, & inſtans, non ſtat ipſorum ſimilitudo. Tex. 126. Ipſum autem Iam, pars eſt futuri temporis indiuidui nunc inſtanti propinquum: veluti, quando ambulabis? iam ambulabo, quia tempus in quo ambulabis eſt propè. Itemq; & præteriti temporis, quod nō longè ab inſtanti nunc diſtat, vt, quando ambulauiſti? iam ambulaui. Ilium autem non dicimus iam captum fuiſſe, quia longè ab inſtanti nunc diſtat. hæc ita patere puto, vt ſuperfluum ſit aliquid addere. Tex. 127. Ipſum præterea nuper præteriti pars eſt ipſi nunc præſenti propinqua, vt, quando veniſti? nuper, ſi ſit præſenti nunc proximum. Quondam pars eſt e-

Olim.

Soluit quæſt.

Ariſt.

Tempus non deficere ſecundum philoſophum.

Quomodo idem nunc eſt principium & finis.

Eſt principiū alterius temporis.

Iam quid ſit.

Nuper.

Quondam.

Repente.

eſt einſdem temporis longè ab inſtanti nunc, olim autem procul eſt. Repente verò, quod in tempore inſenſibili propter paruitatem deſluit. hæc quidem philoſophus, quæ clariſſima ſunt.

CAPVT II.

In tempore omnem mutationem fieri.

In tempore fit omnis corruptio, & generatio.

AD generationem, atque corruptionem tempus conferre ſtudet, volens oſtendere in tempore omnem generationem, corruptionemque fieri. Omnia, inquit, fiunt & corrumpuntur in tempore, quia per mutationem fiunt, & corrumpuntur: omnis enim mutatio eſt naturaliter, alicuius formæ à ſuo ſubiecto remotiua, ſiue abiectiua: quam ob cauſam à quibuſdam ſapientibus dictum eſt, tempus eſſe penitus inſipientiſſimum, atque indiſciplinabile: proinde tempus eſt potius corruptionis, quàm generationis cauſa: ſiquidem mutatio per ſe eſt cauſa deſtructionis, per accidens verò generationis: Tempus ergo ſimiliter ſe habebit. Præterea, nihil dicimus generari, niſi appareret agens determinatum aliud à tempore: ſed multa videmus corrumpi, vbi non videmus corrumpens aliud à tempore: Tempus ergo per ſe eſt corruptionis cauſa.

Omnis mutatio eſt in tempore.

Omnem autem mutationem eſſe in tempore ex duabus præcipuè rationibus perſpicuum eſſe poteſt: ex prima quidem quòd in omni mutatione eſt velocius, & tardius, quæ ſunt in tempore. Item, in omni mutatione eſt prius & poſterius: igitur eſt in tempore. Tenet conſequentia, quia prius & poſterius diffiniuntur tempore, ſiquidem prius in præterito eſt, quod plus diſtat à nunc præſenti, & prius in futuro, quod minus ab illo ſeparatur. Poſterius autem in præterito, quod minus diſtat à præſenti nunc: poſterius verò è contra: patet ergo, quomodo omnis mutatio fiat in tempore. hæc eſt ſumma, quæ à philoſopho in hoc capitulo dicuntur. Tex. 128. Cùm mutatio omnis ſuapte natura ſit deturbatiua, & in tempore cuncta oriantur, & occidant; idcirco ſunt & qui ipſum ſapientiſſimum dicebant, & qui penitùs indiſciplinabile, vt Pythagoreus Paro dixit: quia & per ipſum obliuiones inuehūtur, in hoc rectiùs dicens. Perſpicuū namque eſt potiùs corruptionis per ſe cauſam tempus eſſe, quàm generationis; quia quemadmodum etiam priùs diximus, mutatio per ſe demotiua eſt: per accidens autem generationis, & eſſe cauſa eſt. Senſus eſt: Omnis mutatio aufert aliquid de ſubſtantia tranſmutati: & , vt dicit Commentator, naturaliter auferet ſubſtantiam tranſmutati in quacunque ſpecie tranſmutationis fuerit, niſi in loco, hoc eſt in omni tranſmutatione alia à motu locali, vel ſubſtantia corrumpitur, vel ad illius corruptionem inducitur diſpoſitio.

Tempus cauſa corruptionis.

Mutatio & tempus conſimiliter ſe habent.

Deinde approbans illius Pythagorei ſententiam, ait: Mutatio & tempus ad generationem corruptionemque ſimiliter ſe habent, quippe cùm omnis mutatio ſit in tempore, & viciſſim mutationem tempus ſequatur. Sed mutatio eſt per ſe cauſa corruptionis, generationis verò eſt cauſa per accidens. Eſſe, inquit Commentator, non eſt eſſentialiter in aliquo ente, niſi ex cauſa generante, & agente, quæ eſt natura, aut intellectus, aut anima quod eſt idem. Eſſe autem formæ rei generatæ ex tranſmutatione rei præcedente, quæ dicitur generatio, eſt per accidens, quoniam iſta tranſmutatio in rei veritate auferet formam tranſmutati, quæ eſt contraria formæ generabili eſſentialiter. Eſt igitur cauſa formæ generabilis per accidens, & corruptibilis per ſe. Tex. Signum ex ſufficiens eſt, quod nihil fit niſi mouens aliquo modo moueat, & agat: corrumpitur autem eſſe nihil moueat: atque hanc corruptionem à tempore maximè dicere conſueuimus. Probat philoſophus quod ſuprà dixerat. Quòd, inquit, tempus ſit potius corruptionis, quàm generationis cauſa: patet ex hoc, nempe, vt aliquid fiat, ſiue generetur, ſolam temporis tranſitionem, ſeu ambitum non ſufficere; ſed opus eſſe mouente in aliud, & agente: vt verò aliquid corrumpatur, tempus tantummodo ſufficere: Tempus ergo eſt magis corruptionis, quàm generationis cauſa. Dictum eſt ſupra, quomodo ſit hoc intelligendum. A Commentatore duplex annotatur corruptio, quarum altera eſt extrinſeca, vt puta violenta corruptio: Alia verò eſt de eſſentia rei, abſque eo quòd habeat cauſam extrinſecam ſenſibilem: ideo homines attribuunt

Duplex corruptio.

buunt ipſam tempori: veluti ſenectutem, & huiuſmodi. Et quia corruptum eſt duobus modis; modo qui corrumpitur ex alio, ſcilicet extrinſeco; & modo, qui corrumpitur ex ſe, ſcilicet, quando cauſa corrumpens in eo, eſt in ſe; notificauit, quòd illud, cuius corruptio attribuitur tempori, eſt corruptum, quod corrumpitur ex ſe propter latentiã ſuæ cauſæ. Hæc Comment. Reuera, non videtur fuiſſe phil. ſeu commentatoris intentio, aliquid ita à tẽpore, ſeu motu cœli corrumpi, vt nullo omninò egeat mouente, atq; agente: ſiquidem quod corrũpitur à principio intrinſeco, vtpote à ſenectute, cauſam ſuã habet corruptionis intrinſecã; aliã vtiq; à motu cœli, ſiue à tẽpore: ſed potiùs id innuere videntur, quod ea, quæ corruptioni patent à cauſa intrinſeca, ſiue extrinſeca, tempore tantùm indigeant, quæ autẽ generationi obſequũtur, cauſa egent mouente, & agente. Tex. At verò, neq; hanc tẽpus facit, ſed accidit in tempore fieri hanc mutationẽ. hoc eſt, hæc mutatio non fit per ſe à tempore, ſed accidit fieri in tempore. Transmutatio, inquit Com. illud eſt, cui attribuitur corruptio per ſe: tẽpori verò attribuitur; quia mutationẽ ſequitur. vnde ait, id à quo rei corruptio procuratur, non eſſe tempus, ſed potiùs tempus ſequi huiusmodi nempè transmutationẽ; quoniam õnis transmutatio fit in tẽpore. Tex. Quid ergo igitur tempus ſit, & quod ſit, & quot modis dicimus ipſum nũc, & quid ipſum tunc, & quid modo, & quid iam, & quid olim, & quid repẽtè, dictũ. Epilogus eſt omnium, quæ à Philoſopho de tempore dicta ſunt, quæ omnia patent ſatis. Tex. 129. his ita diffinitis, perſpicuum eſt mutationẽ omnem eſſe in tempore, & omne, quod mouetur, neceſſariò in tẽpore moueri: velociùs enim & tardius in õni mutatione ſunt. nam in cunctis ſic cernitur. Dico autem, id velociùs moueri, quod priùs in ſubiectũ peruenit, modò per idem ſpatium, vniformemq; mutationem moueatur; veluti in delatione, ſi vtraq; ſecundum circulationem moueantur, aut ſecundum rectum: ſimiliter autẽ & in aliis. Senſus eſt, omnis transmutatio velocior, vel tardior eſt in tẽpore: Sed omnis tranſmutatio eſt velocior, vel tardior: igitur eſt in tẽpore. Quid autem ſit velociùs, exponit: Illud eſt velociùs, quod in minore tẽpore pertranſit æquale ſpatium, vtroq; mobili moto ſecundum vnũ modũ mouendi, nempè aut ſecundum motũ circularem, aut ſecundum motũ rectum. Itaq; per motum regularem Phil. intellexit eundem motum ſecundum ſpeciem: mobilia enim diuerſis ſubdita motibus, ſecundũ eandem velocitatis, & tarditatis ſpeciem, ad inuicem cõparari non poſſunt. Tex. At verò priùs in tẽpore eſt: priùs enim & poſteriùs dicimus ſecũdum quod ad ipſum nunc diſtãtia ſunt: Ipſum autem nunc terminus præteriti, & futuri eſt. Quare, quoniam ipſa nunc in tempore ſunt, & priùs & poſteriùs in tẽpore erunt. In quo enim eſt ipſum, & ipſius nunc diſtantia. Senſus eſt: quod mutatio ſit in tempore, patet: ſiquidem omne priùs & poſteriùs eſt in tempore: omnis transmutatio per ſe habet priùs & poſteriùs; quia cuiuslibet tranſmutationis per ſe vna pars eſt prior, & alia poſterior: Igitur omnis mutatio per ſe eſt in tempore. Sola minor à Philoſopho probatur. Nihil, inquit, dicitur priùs & poſteriùs alio, niſi ſecundum diſtantiam, quam habet ad nunc præſens: ſed nunc eſt finis vnius temporis, & principium alterius: igitur ipſum nunc eſt in tempore. cùm autem priùs & poſteriùs diſtantiam dicant ad ipſum nunc præſens: ſunt ergo & ipſa in tempore. Commentator verò ſic arguit: in omni tranſmutatione per ſe ſunt velociùs & tardiùs, & vbi ſunt velociùs & tardiùs, in illo ſunt priùs & poſteriùs, quia velocius eſt, quod priùs pertranſit æquale. ſed in quocunq; ſunt priùs & poſteriùs, illud eſt in tempore: omnis ergo transmutatio per ſe eſt in tempore. Tex. Contrario autem priùs dicitur, & ſecundum præteritum tempus & futurum. In præterito quidem enim priùs dicimus, quod longe eſt ab ipſo nunc, poſteriùs autem, quod propè eſt. In futuro autem priùs quidem, quod propinquiùs eſt ipſi nunc, poſteriùs autem procul. Quare, quoniam priùs in tempore eſt, omnem autem motum ſequitur priùs, manifeſtum eſt, quod omnis mutatio, omniſq; motus ſit in tempore. Clara eſt litera philoſophi: priùs enim & poſteriùs contrario modo ſe habent in præterito, & futuro tempore: illud enim tempus, quod à præſenti nunc remotiſſimè abeſt, priùs appellare conſueuimus: vt quod priùs fuerit Triſmegiſtus quam Socrates: Illud autem nunc dicimus poſteriùs in præterito, quod

Corruptio intrinſeca.

Ariſtoteles.

Epilogus.

Ariſtoteles.

Velocius, & tardius ſunt in tempore.

Ariſtoteles.

Priùs & poſteriùs eſt in tẽpore.

Comment.

Priùs & poſteriùs quomodo dicunt de præterito.

to, quod eſt præſenti nunc propinquius. In futuro autem tempore contrario modo ſe habẽt; nam illud appellamus prius in futuro, quod ipſi nunc præſenti eſt propinquius: vt prius nunc præſenti, quod eſt feſtum ſanctæ Agnetis, eſt tempus quadrageſimæ, quàm annunciationis dominicæ tempus. In omni ergo transmutatione vera, ait Commentator, in qua reperitur velociùs & tardiùs, in eo inuenitur priùs & poſteriùs: & omne, in quo reperitur priùs & poſteriùs, eſt in tempore: omnis ergo transmutatio eſt in tempore. Sed arguit Cõ-
Quod omnis trãsmutatio non ſit in tẽpore. *mentator hoc modo. Videmus multas transmutationes fieri in non tempore, vt illuminationem totius orbis à Sole, & domus à candela, & rei factio in actu fit ſubitò. Igitur, alterum duorum erit, aut hanc philoſophi demonſtrationem non eſſe vniuerſalem, aut certè ſenſum noſtrum, huiuſmodi tempus percipere non poſſe. Soluit Commentator, aſſerens illã Philoſophi ſententiam, veritatem habere in transmutatione, quæ eſt per ſe: non autem in*
Transmutatio, quæ eſt finis. *ea, quæ eſt finis transmutationis; finis enim rei, non eſt de natura rei. Transmutationes ergo, quæ non ſunt in tempore, ſunt potiùs æquiuocè, quàm per ſe transmutationes: Cum vnaquæq; illarum ſit finis alterius. Dices, generatio ſubſtantiæ eſt transmutatio per ſe, & tamen non eſt in tempore. Reſpondeo, generationem ſubſtantiæ reſpectu termini transmutationis, poſſe dici transmutationem; eſt enim ad ens per ſe, reſpectu verò nominis transmutationis, minimè. ſiquidem transmutatio per ſe propriè ſucceſſiuam ſignificat mutationem, quæ planè in ſubſtantiæ generationem non cadit: omnis ergo vera transmutatio fit in tempore, ob eas, quas à Philoſopho, & commentatore percepimus rationes.*

CAP. III.

Tempus eſt in anima 4. phyſ. Tex. 130.

Philoſophus. *Dignum eſt autẽ conſideratione, quomodo ſe habeat tempus ad animã, & propter quid in õni videtur eſſe tempus, et in terra, et in mari, & in cœlo. Aut quia motus eſt paſſio quædam, vel habitus numerus exiſtens, hæc autem mobilia omnia: in loco enim ſunt omnia. Tempus autem & motus ſimul ſunt, & ſecun-*
Tempus eſt vbique. *dum potentiam, & actum. Oſtendit tempus eſſe vbiq;. Tempus, inquit, eſt paſſio, vel numerus motus, motus verò eſt vbiq; in omnibus ſcilicet corporibus, omnia autem corpora ſunt in loco; ideoq; mobilia. Cùm igitur tempus & motus ſint ſimul; & motus ſit vbiq;: tempus quoq; erit vbiq;. Et quoniam non omnia corpora actu mouentur: ſed quædam actu mouentur, quædam verò potentia: propterea dictum eſt à philoſopho, motum & tempus eſſe ſimul tum ſecundum actum, tum etiam ſecundum potentiam. Quia,*
Comment. *inquit Commentator, tempus eſt accidens motui, & forma eius, vtpote numerus illius, numerus rerum mobilium, & numerus inueniatur in numerato: & iſta omnia, nempè cœlũ, terra, pontus, naturaliter habeant moueri, neceſſe eſt; vt tempus inueniatur in his omni-*
Tempus eſt accidens motui. *bus. hæc Comm. Motus ergo & tempus ſecundum Commentatorem non ſunt idem: nam ſi eſt accidens motui: non ergo eſt motus; alioqui eſſet accidens ſuipſius: quod eſt falſum. In cœlo præterea primo tempus inueniri, affirmat, quia primum tempus eſt in cœlo; in a-*
Tempus in potentia. *liis autem rebus ſecundariò: in quieſcente verò in potentia; quia poteſt moueri cauſa autẽ horum eſt, quia illa, in quibus inuenitur tempus, innata ſunt moueri, & eſſe in loco: omne enim, quod eſt in loco, innatum eſt moueri propterea quòd eſt corpus: & ſic terra innata eſt moueri, nam ſi extra locum ſuum eſſet poſita: ad ſuum locum vtiq; naturaliter mo-*
Ariſt. *ueretur. Tex. 131. Vtrum autem cum non ſit anima: erit tunc tempus, an non dubitabit vtiq; aliquis: impoſſibile enim ſine numerante, numerabile eſſe. Quare manifeſtum eſt, quia neq; numerus erit. Si autem nihil aptum eſt, quàm anima numerare, & animæ intellectus: impoſſibile eſt ergo tempus eſſe, ſi anima non fuerit. Paulò ante de hac materia, ad men-*
Tempus in actu non eſt ſine anima. *tem Commentatoris, aliorumq; ſatis puto diſputatum eſſe. Senſus eſt. Tempus in actu, quæ eſt quantitas ſucceſſiua motus, per quam motus ab anima menſuratur, ſine anima nu-*

De tempore.

merante eſſe non poteſt. Si impoſſibile eſt, inquit, aliquid eſſe numerantem, hoc eſt, vt ſit anima intellectiua numerans, impoſſibile erit, vt ſit ipſum numeratum, tempus ſcilicet: ſi ergo anima non eſt, nec etiam tempus: quod quidem vnum copulatum ex quantitate ſucceſſiua, & actuali animæ numeratione ſignificat. Tex. Sed aut hoc, aut quodcunq; ens eſt tempus, vt ſi contingit motum eſſe ſine anima, prius autem & poſterius in motu ſunt: tempus autem hæc ſunt, ſecundum quod numerabilia. Senſus eſt, motus poteſt eſſe ſine anima, prius quoq; & poſterius in motu, hoc eſt, illud, in quo eſſentialiter eſt prius, & poſterius, tempus ſcilicet, quod nihil aliud eſt quàm prius & poſterius in motu quatenus numerabilia ſunt: Illud ergo ens, quod eſt tempus poteſt eſſe ſine anima. Commentator: Eſſe numeri in anima non omnibus modis ab anima dependet, alioqui non differet à chimæra, & re fictitia: ſed eſſe eius extra animam, eſt in potentia propter proprium ſubiectum, & eſt in anima in actu, quando anima egerit illam actionem in ſubiecto præparato ad recipiendum illam actionem quæ dicitur numerus: Et paulò poſt: Tempus in actu non eſt ſine anima, niſi in potentia, propter ſuum materiale ſignificatum, motum videlicet, qui eſt de genere quantitatis. Deinde ſubdit, ſecundũ quòd prius et poſterius ſunt in eo numerata in potentia, & ſi fuerint numerata in actu, erit tempus in actu: Tempus ergo in actu non erit, niſi anima ſit; in potentia verò erit, licet anima non ſit. Non poteſt ergo dicere aliquis, tempus eſt; ſi anima non ſit, niſi quia motus eſt, hoc eſt reſpectu motus, vtpote materialis. & tempus nihil aliud eſt quàm prius & poſterius in motu ſecundum quod ſunt numerata; ideò indigent in hoc anima in actu, vt numeret. ſecundum hoc ergo tempus diminuitur ab eſſe perfecto extra, quia numeratur in anima tantùm: habet ergo eſſe extra animam ſimile perfecto, & ſi non ſit perfectum. quaſi diceret, tempus quò ad omnes partes, non eſt perfectum, cùm ipſius præcipua pars ex anima pendeat, formalis ſcilicet. Itaq; tempus quòad ſuum materiale, eſt extra animam: nam ſi ſit numerus motus, & numerus numeratus, profectò quemadmodum motus eſt extra animam, ſimiliter & tempus ſe habebit. Item, quantitas continua eſt extra animam: ſed tempus eſt quantitas continua: eſt ergo extra animam. Sed dicet aliquis, tempus extra animam eſt nihil: Tempus enim eſt numerus motus, vt dictum eſt. aut ergo eſt in materia numerabili, aut in anima numerante. Nõ primum; quia materia numerabilis per tempus non eſt, niſi prius & poſterius in motu, in quibus nihil poteſt eſſe cùm ipſa non ſint entia: Tempus ergo eſt ſolum in anima numerãte. Dico, tempus habere in priori, & poſteriori motus, prius autẽ & poſterius nõ ſunt ſub eſſe permanẽti, ſed ſucceſſiuo tantùm, & hoc ſufficit. Tex. 132. Dubitabit autẽ aliquis, & qualis motus tempus numerus eſt? an quiſlibet: Nam & in tempore generatur, et corrũpitur, et augetur, & alteratur, atq; in tempore defertur. Quatenus igitur motus eſt, eatenus eſt tẽpus cuiuſq; motus numerus: quo circa abſolutè motus continui numerus eſt, non cuiuſdam. Quærit, inquit Com. quis motus eſt iſte, cuius numerus eſt tempus: vtrum ſcilicet ſit numerus cuiuslibet motus, aut alicuius: & ſi eſt numerus cuiuslibet, vtrum attribuatur eis eodem modo, aut principaliter, & ſecundario. Nam ſi poſuerimus quòd ſit numerus alicuius motus; ſequitur, vt non numeret alios motus: & ſi poſuerimus, quòd eſt numerus cuiuslibet motus; ſequitur vt tempus multiplicetur per multiplicationem motuum. Dicamus ergo quòd ſit numerus cuiuslibet motus, quia omnis motus fit in tempore: non tamen eodem modo, ſed ſecundum prius & poſterius. Tempus ſiquidem ſequitur motum primũ: quo exiſtente, tempus ſit, neceſſe eſt, etiam ſi alij motus, vt corruptio, alteratio non extiterint: propterea eſt propriè numerus motus continui, hoc eſt primi, & circularis: motui enim tempus accidit, & motus eſt prior naturaliter: proinde neceſſarium eſt, vt ſit numerus vnius motus primò, & eſſentialiter, nempè corporis primi: Menſura verò cuiuslibet motus, quatenus omnes motus fiant in tempore, & à tempore menſurentur. A Themiſtio vocatur tempus affectio primi motus, cæterorum verò motuum numerus; quia nimirum motus cœli à tempore excedi non poteſt: verùm, tempus poteſt dici numerus primi motus ſecundum illius partes: aut quia eſt menſura propria & non communis: menſu-

Eſſe numeri in anima.

Prius & poſterius in motu.

Quomodo tẽpus ſit extra animam.

Ariſtoteles.

Qualis numerus motus tẽpus ſit.

Numerus motus continui.

Themiſtius.

Ariſtoteles.

ra autem propria non debet excedere numeratum. Tex. Sed continget, vt eodem nunc alia etiam moueantur, quorum vtrusq; motus tempus numerus eſt: eritne igitur aliud, atq; aliud, ita vt duo æqualia tempora ſint, an non? omne enim tempus vnum ſimiliter eſt, & ſimul: ſpecie verò & non ſimul ſunt. Nam ſi ſint hi quidem canes, illi autem equi, atq; vtriq; ſeptem, idem eorum eſt numerus; ſic & eorum motuum, qui ſimul conterminantur, idem eſt tempus, etſi velocior alter fortaſsis ſit, alter verò tardior. Itemq; alter delatio, alter alteratio ſit. Tempus itaq; idem eſt alterationis, & delationis, ſiquidem numerus idem eſt. Nam quanquam motus differant, atq; ſeorſum ſint, tempus tamen omninò idem eſt; quia numerus etiam vnus, idemq; eſt æqualium, & ſimul.

Vnum eſſe tēpus.

Comment.

Diſſoluit, inquit Commet. quæſtionem, quòmodo idem tempus ſit duorum motuū in ſimul diuerſorum abſq; eo quod tempus multiplicetur per multiplicationem motuū. Et non ſequitur neceſſario, vt duo motus habeant duo tempora: tempus enim, ſecundum quod eſt numerus motuum, non multiplicabitur per multiplicationem motuum; & numerus non multiplicabitur per multiplicationem numeratorum. hæc Comment. Cæterùm, an tempus ſit vnum, dixi ante; propterea ſilentio pertranſeo.

Ariſtoteles.

Tex. 133. Cùm autem delatio motus ſit & huius ſpecies ſit ea quæ orbicularis, menſureturq; vnumquodq; vno quodam ſibi congenere; vnitates quidem vnitatibus, equi verò equo; ſic etiam tempus, quodam definito menſurabitur motu, vt diximus: & motus tempore: hoc autem eſt, quia determinato motu & tempore, menſuratur motus, & quantitas temporis. Senſus eſt. Vnumquodq; aliquo vno primo ſuæ ſpeciei menſuratur: ſic enim motus inferiores menſurantur motu circulari, & vnitates, vnitate, & numerus equorum, vno equo: tempus ergo menſurabitur quodam primo ſui generis: proinde neceſſe eſt, vt ſit tempus primum, quod ſit menſura aliorum temporum.

Primum tempus quid ſit.

Comment.

Cùm, inquit Commentator, fuerit poſitum, quòd circularis ſit prior motus cæteris motibus, & tempus ſit numerus cuiuslibet motus; ſequitur, vt tempus illius motus ſit priùs cæteris temporibus, & numeris: ex quo colligitur ad mentem Commentatoris, vnum ſolummodo primum tempus eſſe, omnium aliorum temporum menſuram: alia verò plura tempora ſimul. Menſurat autem &c. hoc eſt, primum tempus menſuratur motu, & motus menſuratur tempore. Quando enim quantitas alicuius temporis eſt nobis cognita, per eam menſuramus quantitatem temporis nobis incognitam, & è conuersò. verùm motus menſuratur per tempus primò, & eſſentialiter: tempus verò per motum per accidens, & ſecundariò, vt dictum eſt.

Tempus mēſuratur motu, è conuersò.

Tex. Si igitur quod primum menſura omnium proximorum circulatio regularis, menſura enim maximè, quia numerus huiuſmodi notiſſimus eſt. Alteratio quidem igitur, aut augmentatio non ſunt regulares, ſed ipſa delatio vniformis eſt. Tempus itaq; eſſe videtur ipſius orbius motus, quoniam cæteri motus, hoc menſurantur, tempus etiam eodem motu. Senſus eſt: Primum in vnoquoq; genere eſt maximè aliorum menſura: ſed motus circularis eſt primus in genere motuum: primum autem tempus menſuratur per motum: igitur per primum motum.

Tempus eſt motus orbis.

Motus, inquit primus, qui eſt maximè regularis, menſurat maximè, hoc eſt, eſt menſura temporis: quia, inquit, eſt numerus notiſſimus. q. d. tempus primum per illum motum menſuratur; quia nimirùm motus eſt numerus, ſeu menſura notiſſima: ſed motus circularis eſt huiuſmodi: igitur per illum primum tempus menſuratur. Amplius, primum tempus menſuratur per motum maximè regularem: ſed primus motus eſt maximè regularis: ergo primum tempus per ipſum menſuratio: alij autem motus non ſunt regulares. Tex. Quocirca & id accidit, quod conſuetum eſt dici: inquiunt enim humanas res, nec non cæterorum naturales motus, vt generationem & corruptionem, circulum eſſe: quod quidem propterea eſt, quia cuncta hic tempore diiudicantur, atq; finem, & principium in illo accipiunt, perinde ac ſi reditu fierent. Videtur etiam tempus ipſum circulus quidam, quod quidem rurſus hac ratione videtur, quia talis circulationis eſt ipſum menſura, & à tali etiam circulatione ipſum menſuratur.

Tempus eſt circulus.

Senſus eſt. Communis eſt hominum opinio, quodam circulo fieri omnia: nam res humanas, aiunt fortunæ rotam ſequi, in cauſa autem ipſum tempus eſſe, quod motum circularem ſequitur, & ab eodem menſuratur, &

tur, & viciſſim motus à tempore. Tex. Quare, dicere eſſe rerum, quæ ſunt circulũ, perinde eſt, ac dicere, ipſum tempus eſſe quendam circulum. hoc autem eſt, quia circulatio & menſurantur. Præter enim ipſam menſurã, nihil aliud videtur ipſum, quod menſuratur, quam totum, quod eſt plures menſuræ. Senſus eſt, cum res humanæ, atq; aliorum motus in tempore fiant, videntur quaſi iterum reuerti, non quidem eædem numero, ſed ſpecie. Quare, omnium rerum tempus circulus quidam eſſe videtur. hoc autem perſpicuum eſſe poteſt, quia tempus eſt circulationis menſura, & quaſi à circulatione menſuratum. Atqui menſura, & menſuratum ſunt eiuſdem generis, & non ſit diſtincta, & præter rem menſuratã nihil aliud ſit, quam totum quoddam ex pluribus conſtans partialibus menſuris. Itaq; tẽpus eſt primo ac principaliter numerus motus primi circularis, ſecundario autem aliorũ. Primum enim eſt menſura aliorum omnium, quæ in illo genere continentur. ſed motus circularis, eſt primus inter omnes alios motus: ergo aliorum motuum menſura. vnde fit, vt tempus, quod eſt menſura motus, ſit primi motus menſura: menſura enim alicuius generis menſurat primum illius generis. Amplius, Numerus primi motus eſt notiſſimus; ſed tempus eſt menſura notiſſima: eſt ergo menſura primi motus. Item, tempus eſt æquale, & regulare: eſt ergo menſura illius motus, qui eſt maximè regularis. Tex. 134. Dicitur etiã rectè numerum quidem eundem eſſe ouium, atq; canum, ſi æqualis ſit vterq;, denarium autem non eundem, neq; eadem eſſe. Quemadmodum neq; triangula eadem, quorum alterũ æquitibium, alterum ſcalarium eſt, quanquam eadem eſt vtcunq; figura, quoniam ambo triangula ſunt. Eadem enim aliqua dicuntur in aliquo, cuius differentia non differunt, ceu triangulum à triangulo differentia differt, diuerſa enim ſunt; non autem figura à figura: ſed ſub eandem vnamvè cadunt diuiſionem. figura enim talis quidem eſt circulus, tale quoq; triangulum: & huius, tale quidem eſt æquitibium, tale verò ſcalarium. hæc igitur eadem ſunt figura; trium enim ambo ſunt angulorum, non autem ſunt idem triangulum: igitur, & numerus idem; non enim numerus ipſorum differentia numeri differt. denarius autem non idem; ea namq; de quibus dicitur, differunt: nam hæc canes ſunt, illa equi. Et de tempore quidem ipſo, & de iis, quæ circa ipſum ſunt proprietatibus, hac conſideratione dictũ. hæc Philoſophus. Quæ omnia ad amuſſim huic noſtro operi inſeruiũt; vt lectori facilis ac exacta eſſet conſideratio de tempore. Dicit ergo Philoſophus hoc vltimo textu tempus eſſe vnum, ratione quidem numeri, non autem ratione numeri ſpeciei, ſicut paulò ante à nobis oſtenſum eſt.

De tempore.

Ipſum.

Epilogus.

Tempus eſt menſura.

Ariſt.

Triangulus à triangulo differt.

MERCVRIVS.

Generationes hominum ad diuinorum cognitionem teſtimoniumque naturæ, ad imperandum omnibus quæ cœlo teguntur, ad bonorum diſcretionem, ad incrementum generis, numerique propaginem: omniſque anima velata carnis vmbraculo, ad cœleſtium deorum diſcurſum ſuſpiciendum, ad opera Dei, & naturæ progreſſus, ad bonorum ſigna, ad poteſtatis diuinæ cognitionem.

Comment. XV.

ne.

Comment.

DIFFICILLIMÆ, obſcuriſſimaq; de tempore (fauore diui Pymandri) materia abſoluta, ſapientiſſimi Mercurij Textum breuiter dilucidéq; interpretari conabor, præſertim cùm ſim in calce iſtius quarti libri: Generationes, inquit, hominum &c. hoc eſt, hac ratione
Quare creatus ſit homo.
homines à Deo conditi ſunt, vt diuina ſuſpicerent, Deumque ex operum illius magnitudine intelligerent, intelligendo amarent, amando
Philo.
poſsiderent, poſsidendo, fruerentur. Philo deſertiſſimus Iudæorum, in
Virg.
libro de mundo ait, hominem eſſe immortalem, diuinum, factum ad imaginem Dei: quam
Ouid.
quidem imaginem, filium Dei appellat: cæterorum verò animantium os in terram naturam deflexiſſe: hominis verò è conuerſò, ſublimaſſe, vt cœlum ſuſpiceret; cœleſtis enim propago eſt, non terreſtris: proinde ſcitè dictũ eſt à Virg. 6. Aen. Olli eſt diuinus vigor, & cœleſtis origo. Et Ouid. Os homini ſublimè dedit, cœlumq; videre. Plato in Cratylo: Hominis nomen, inquit, illud ſignificat, quòd cætera quidem animalia, quæ vident, non conſiderant, neq; animaduertunt, neq; contemplantur: homo autẽ & videt ſimul, & contemplatur, animaduertitq; quod videt. hinc meritò ſolus ex omnibus animantibus homo ἄνθρωπος
Homo teſtimonium naturæ.
eſt nuncupatus, quaſi ἀναθρῶν contemplans, quæ ὄπωπε .i. vidit. Tex: Teſtimoniumq; naturæ: hoc eſt, ideò conditus eſt homo, vt teſtimonium ferat ſuæ naturæ, quòd ſcilicet ſit immortalis, & incorruptibilis, ac diuinæ beatitudinis capax, deniq; diuino æternæ vi-
Tex:
tæ munere donandus. Tex: ad imperandum, hoc eſt, factus eſt quodammodo Deus mortalis in terris, cui omnium curam, & dominium Deus delegauit. Vnde Moyſes Gen. 1.
Moyſes.
Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinẽ noſtram, & præſit piſcibus maris, & vo-
Homo dominus omnium
latilibus cœli, & beſtiis vniuerſæ terræ, omniq; reptili, quod mouetur in terra. In ipſo ergo ſuæ creationis articulo, vt præſes omnium creatus eſt, quem natura animalia verentur, & obediunt: & niſi peccato, ille ordo primitus inſtitutus fuiſſet inuerſus, & labefactatus, omnia profectò muta ad nutum (vt ita dicam) illi parerent, ſuumq; dominum delegatum agnoſcerent. In ſtatu ergo innocentiæ dominium in animantia, atq; alia inferiora, erat homini naturale: & rectè quidem; nam inferiora, atq; viliora, à ſuperioribus, nobilioribuſque legitimè gubernantur. Plato in Timæo loquens de hominis creatione, Homo, inquit,
Plato.
cùm immortalibus appellatione conuenit, diuinumq; animal vocatur, atq; principatum te-
Quare vltimus creatus.
net, & iuſtitiam ſimul ac cœlicolæ vltro colit. hæc diuus Plato. Quam ob cauſam vltimus omniũ conditus eſt: nam, vt ingreſſuro in ciuitatem aliquo rege, operæpretium eſt præmittere ſatellites, aliósq; omnes; vt benè adornatũ palatium, rex honeſtiùs ibi agat; ita ſimili
Chryſoſto.
modo, quaſi regem, & principem aliquem rebus terrenis præfecturus, prius omnẽ hunc ornatum fabricauit, & tandẽ præficiendum hominem formauit, declarans factũ quantò
Gregorius.
honore animal hoc proſequatur. Gregor. Niſſenus de creatione hominis: Nouiſſimus poſt creaturam factus eſt homo: nec enim decuerat prius exiſtere principem, quã illa, quorum gereret principatum: ſed vbi cuncta ei ſubijcienda parata ſunt; iam conſequens erat, apparere rectorem. Introductus eſt homo ad hoc magnũ regni domicilium, vt quorundã miraculorũ ſpectator exiſteret, quorundã verò dominatum principaliter obtineret: quatenus per ea, quibus vteretur, intelligeret largitorẽ: per ea verò, quæ pulchra, & magnificè contemplaretur, ineffabilem ſui factoris poſſet inueſtigare potentiã. Propterea nouiſſimus in hunc mundũ, poſt creaturam introductus eſt homo, non vt viliſſimus in extrema parte proiectus; ſed quem decebat genitũ, mox eſſe rectorem. Aug. li. 1. de Gen. contra Manichæos
Auguſt.
cap. 17. exponens illud Gen. 1. Faciamus hominẽ ad imaginem: Addidit continuò, inquit, Et habeat poteſtatem piſcium maris, & volatilium cœli, &c. vt intelligeremus non propter corpus dici hominem factum ad imaginem Dei, ſed propter eam poteſtatem, qua omnia pecora ſuperat. Omnia enim animalia ſubiecta ſunt homini, non propter corpus, ſed
Homo erectæ figuræ.
propter intellectum, quem nos habemus, & illa non habent: quamuis etiam corpus noſtrum ſic fabricatum ſit, vt indicet meliores nos eſſe quàm beſtias; & proptereà Deo ſimiles. Omnium enim animalium corpora, ſiue quæ in aquis, ſiue quæ in terra viuunt, ſiue

quæ in aëre volitant, inclinata ſunt ad terram, & non ſunt erecta ſicut hominis corpus. Quo ſignificatur, etiam animum noſtrum in ſuperna, i. in æterna ſpiritualia erectum eſſe debere. Et de ciuit. Dei, lib. 22. cap. 24. Non enim vt animalia rationis expertia prona eſſe videmus in terram, ita creatus eſt homo, ſed erecta in cœlum corporis forma, admonet eum quæ ſurſum ſunt, ſapere. Et de ſymbolo lib. 1. cap. 1. Fecit Deus hominem, inquit, ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam in mente, ibi enim eſt imago Dei: ideò mens ipſa non poteſt comprehendi, nec à ſeipſa, vbi eſt imago Dei. Ad hoc facti ſumus, vt creaturis cæteris dominemur, ſed per peccatum in primo homine lapſi ſumus, factiq́ ſumus humiles, mortales. Tex. Ad bonorum diſcretionem. Senſus eſt, homo, ex diuinorum operum cognitione teſtimonium perhibet ſuæ naturæ, quòd ſcilicet ſit diuinæ particeps naturæ, quodq́ ſit cæterorum animantium dominus: id autem ab eo præſtari non poteſt, abſq́ bonorum diſcretione. Sanè, proprium eſt rationis, bonum à malo ſecernere: quo qui caret, homo dici non poteſt. Tex: Ad incrementum generis, numeri propaginem: hoc eſt, vt ſuiipſius propagationem tueatur, vt qui in ſuo indiuiduo permanere non poteſt, in ſua ſpecie æternitatem quodammodo obtineat. Siquidem vnicuiq; innatum eſt animanti, vt ſe, ſuamq́ue vitam tueatur, velletq́ pro virili (ſi fieri poſſet) perpetuò conſiſtere: proinde naturaliter appetunt eſſe, tanquam ſuum bonum: eſſe enim bonum vniuſcuiuſquã exiſtimatur. Sic legimus in Geneſi: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram. Baſilius Magnus homi. 11. in hexamer: Incrementum, inquit, duplex: corporis vnum, alterum animæ. Sanè anima creſcit, dum quotidiana progreſſione, ſe ad perfectionem promouet, præſidio adiuta diſciplinarum. Creſcit & corpus, dum ab exigua maſſula progreditur, ſeq́ attollit ad iuſtum, & competentem ſtaturæ modum. Illud igitur, creſcite, brutis quidem animantibus dictũ eſt iuxta perfectionem corporis, tantiſper dum id ſe ſurgit ad menſuram ſtaturæ ſibi naturæ perſcriptæ: Nobis porrò dicitur, creſcite, ratione inita interioris hominis, qua ſe promouente recta ad Deum contendimus. Iſtiuſmodi erat Paulus, qui dum adniteretur, pro virili ſe extendere in anteriora, eorum quæ erant à tergo, obliuiſcebatur. hoc eſt, augmẽtum ſpiritualis, & diuinæ contemplationis, atq; pietatis redintegrandæ ratio. bene ergo dictum à Mercurio, hominem conditum eſſe ad incrementum ſui generis: incrementum, inquam, non ſolùm carnalis propaginis, ſed etiam ſpiritualis virtutis. Tex: Omnis anima. &c. Senſus eſt, animæ rationalis, quæ ſub tegumento corporeo deliteſcit, talis eſt finis, vt superiora ſuſpiciat, atq; cœleſtium curſus contempletur, Deiq́ & naturæ opera rimetur, & bonorum ſigna, & diuinæ poteſtatis cognitionem diligenter conſideret: denique, vt ſemel dicam, cùm terrenorum, tùm etiam cœleſtium cognitionem habeat. Vnde Auguſtinus de Geneſi ad literam lib. 6. cap. 12. Hoc excellit in homine, quòd ei Deus dedit mentem intellectualem, qua præſtat pecoribus, quaq; ſui conditoris ſimilitudinem gerit: quamquam in ipſo corpore habeat quandam proprietatem, quæ hoc indicet, quòd erecta ſtatura factus eſt; vt hoc ipſo admoneretur, non ſibi terrena eſſe ſectanda velut pecora, quorum voluptas omnis ex terra eſt, vnde in aluum cuncta pecora prona atq; proſtrata ſunt. Congruit autem & corpus eiuſmodi animæ rationali, non ſecundum lineamenta, figuraſq́ue membrorum, ſed potius ſecundum id quòd in cœlum erectum, ad intuendum quæ in corpore ipſius mundi ſuperna ſunt: ſicut anima rationalis in ea debet erigi, quæ in ſpiritualibus natura maximè excellunt, vt quæ ſurſum ſunt ſapiat, non quæ ſuper terram. hæc de textu ſunt dicta.

Tex:

Deſiderium eſſendi.

Tex:

Moyſes.

Creſcite.

Tex:

Aug.

Homo naturæ contemplator.

MERCVRIVS.

Portio quædam tributa eſt homini ad bonorum malorumque iudicium, ad bonorum varium artificium inueniendum. Incipit tamen in illis viuere, ſapientiamque nanciſci, ad portionem ſortemúe curſus deorum circumeuntium.

De homi-
ne.

Comment. XVI.

Comment. POſtquam oſtendit, hominem ad hunc finem conditum eſſe, vt diuina
contempletur, ſubiecit, homini quandam eſſe portionem celatam,
qua varias artes in rebus inueſtigare poſſet, quippe cùm humanum
Philoſo. genus ratione, & artibus viuat. Itaque ergo natura homo fertur ad
bonorum malorumque diſcretionem, atque variarum artificum inuenien-
Habitus intel- dum. Quamobrem dictum eſt à philoſopho 6. ethicorũ cap. 4. ha-
lectiui. bitus intellectuales eſſe, ſapientiam, ſcientiam, intellectum, pruden-
tiam, & artem. Sunt itaque, ait, ea, quibus verum anima dicit affirmando, aut negando, nu-
mero quinque. hæc autem ſunt: ars, ſcientia, prudentia, ſapientia, intellectus. Porrò, in-
tellectus, ſapientia, & ſcientia ſunt habitus ſpeculatiui: quorum finis eſt ſcire, & non o-
perari: in hoc tamen diſſentiunt ab inuicem, quòd intellectus ſit priorum principiorum
Intellectus. demonſtrationis habitus: ſcientia verò ex cauſis inferioribus habitus concluſionis: ſapien-
tia autem primas cauſas, Deum nempè, & intelligentias conſiderat; ideóque caput ſcienti-
arum appellatur. Prudentia autem, & ars, ſunt habitus practici, quorum finis eſt opera-
ri. verum prudentia eſt recta ratio rerum à nobis agibilium: quippe quæ dirigit in acti-
onibus, quæ non tranſeunt in materiam exteriorem, ſed ſunt perfectiones agentis: ars ve-
Duæ animæ rò in materiam prodit exteriorem. Itaque illa pars animæ, quæ eſt particeps rationis, vt i-
partes. dem philoſophus dicit 1. cap. eiuſdem libri, diuiditur in duas partes, quarum vna contem-
plamur ea, quorum principia, vt aliter ſe habeant, minimè fieri poteſt: Altera verò per-
ſpicimus ea, quæ aliter ſeſe habere poſſunt. Ineſt autem ipſis rerum cognitio ſimilitudine
quadam, atque accommodatione, quarum altera vis ſciendi, ſiue ſcientifica; altera ratio-
natiua, ſiue conſiliatiua appellatur; nemo autem conſultat de rebus, quæ ſe aliter habere
Scientifica. non poſſunt. has duas animæ partes, Mercurius manifeſtè oſtendit, & primam quidem,
dum dicit, hominem ideò à Deo creatum, vt cœleſtia contempletur: cœleſtia autem aliter
ſe habere non poſſunt: ſecundam verò, cùm aſſerit, homini datam eſſe partem iudiciariã;
atque conſiliatiuam, ad variarum artificum inueniendum; ars autem eſt de his rebus, quæ
ſe aliter habere poſſunt: nam ex experimentis multarum rerum artes inuentæ ſunt, expe-
rimenta autem huiuſmodi ſæpiùs fallunt. Ad primam autem ſpectat ſcientiam: quemad-
Scientia. modum docet philoſophus cap. 4. ibidem. Scientia, inquit, quidnam ſit, hinc perſpicuum
eſt, ſi exactè dicere oportet, & non ſimilitudines ſequi, omnes enim putamus id, quod ſci-
mus aliter ſeſe habere non poſſe. Scientia ergo demonſtratiuus eſt habitus: tum enim quiſ-
piam ſcit, cùm aliquo modo credit, & ſunt ipſi principia nota: ſi enim non ſint magis
Conclu. nota quàm concluſio per accidens habebit ſcientiã. Intelligo (inquit Auer.) quòd ſcientia
ſit forma demonſtrationis collecta in anima ex propoſitionibus, & concluſione, & cæteris
rebus conditionatis in demonſtratione. Quando igitur contingit alicui credulitas rei alicu-
ius, & fuerint principia prima illius rei nota apud ipſum; tunc iam contingit ei ſcientia
illius rei ſi verò non fuerint nota apud ipſum, eſt ſcientia eius per modũ accidentis. Subdit
Ars. rationem philoſophus cap. 5. Eorum, inquit, quæ ſeſe aliter habere poſſunt, quiddam eſt
quod fieri, quiddam autem quod agi poteſt: eſt enim aliud facere, aliud agere. De his au-
tẽ ipſis credimus exterioribus quoque ſermonibus. Itaque habitus cum ratione actiuus aliud,
quàm habitus cum ratione factiuus, neque alter in altero continetur. Nam neque actio eſt
Actio & fa- factio, neque factio eſt actio. Cùm autem ædificatiua ſit ars quædam, & habitus quidam
ctio. cum ratione factiuus: nullaque ſit ars, quæ non ſit habitus faciendi cũ ratione, nec vllus ha-
bitus talis, quin non ſit ars; fit, vt idem ſit ars, atque habitus faciendi vera cũ ratione. omnis
autem ars in faciendo verſatur, & artificio vti, & mente proſpicere, vt aliquid fiat eorum,
quæ poſſunt eſſe, & non eſſe, & quorũ principium eſt in faciente, non autem in eo, quod fit:
Ars ergo eſt habitus quidã cum vera ratione factiuus. Hæc philoſo. vnde intelligimus per
veram

veram Mercurij ſententiam, partem in homine rationalem, & diuiniorum ſpeculationi eſſe accommodatam, & multarum artium inuentioni. Tex. Incipiet tamen in illis viuere, ſapientiamq; nanciſci &c. *Senſus eſt, cùm homo cœperit viuere, vitam vtiq; animæ rationiq; conformem, non brutis, & irrationabilibus ſimilem; tunc ſapientiam nanciſcitur, ad Deorũ curſus, hoc cœleſtium corporũ naturam, atq; intelligentiarũ vitam cognoſcendã. Prius ergo quàm vitæ puritatem homo attigerit, indignus habetur, qui ſcrutator ſit diuinæ ſapientiæ. Etenim ſapientia eſt actus exactiſſimus, omnium ſcientiarum caput: opus ergo illi eſt mente exactiſſimâ, atq; ab omni peccati concretione, & labe libera. Sapientiam, inquit philoſophus cap. 8. lib. 6. eth. in actibus ijs attribuimus, qui in ipſis ſunt exactiſſimi. Phidiam enim ſapientem ſculptorem lapidum dicimus: & Polycletum ſtatuarium itidem ſapientem. Atq; hic per ſapientiam nihil aliud intelligimus, quàm ipſius artis virtutem. At quoſdam etiam eſſe ſapientes omninò, non aliqua ex parte, nec aliquid aliud ſapientes arbitramur: vt in Margite dixit Homerus:*

Tex.

Sapientia quæ ſit.

Homerus.

Diuûm is munere: nec foſſor nec durus arator,
Nec ſapiens alia vlla nimirum extitit arte.

Quare conſtat exactiſſimam ſcientiarum ipſam ſapientiam eſſe. Sapientem enim non ſolùm ea ſcire, quæ ex principijs cognoſcuntur; ſed etiam circa principia dicere vera oportet. Quare ſapientia, intellectus eſt, & ſcientia, & vt caput rerum earũ, quæ ſummis afficiuntur honoribus. Hæc philoſophus. Diſputauimus & alibi de hoc negotio, propterea ad alia properat animus abſoluenda.

Sapientia caput aliarum.

Mercvrivs.

Reſolui præterea in id, in quo ampla extabunt momenta, admonitionesq; artificiorum ſuper terram, relictis innouatione temporum, labe generationeq; carnis animatæ. Tabefactis autem ſementibus fructuum, opificiisq; naturæ & artis, reiuueneſcent deniq; vetera, neceſſitate & renouatione Deorum, curſuq; circuli numeroſæ naturæ. Diuinum enim, ipſa ſcilicet omnis conſpiratio, mũdi natura denuo floreſcente. Etenim in ipſa diuinitate, natura ipſa conſiſtit.

Commentum XVII.

MIRA Mercurij *ſapientia, quæ mundi creationem, hominis officium, deniq; orbis excidium, ac mortuorum reſurrectionem tam breui dialogo complexa eſt. In quarto lib. varijs in locis de hac materia diſputaui, & verba huius textus in corroborationem adduxi, ac philoſophorum ſententias elucidare curaui. Nunc aliquid addere, non erit inutile.* Reſolui, &c. *Senſus eſt: Data eſt homini portio, ad varium artificium inuenendũ, ad bonorum, malorumq; diſcretionem, ſed poſteaquã inceperit viuere habereq; ſapientiam, non ſolùm cœleſtium curſus Deorum penetrabit, verum etiam mundi ruinam, ac mortuorũ reſurrectionem intelliget.* Admonitionesq; artificiorũ ſuper terram: *hoc eſt, omnia artificia terrena reſolui in id intelliget, in quo extabunt ampla momenta. Si momentum eſt vnum tantùm, quia vnum eſt inſtans, vt dictum eſt; quid eſt illud, in quo ſunt ampla momenta, in quo reſoluenda erunt omnia hominum, atq; na-*

Expoſ. tex.

Ampla momenta.

De homi-nis reſur-rectione.

atq; naturæ artificia, niſi ipſa æternitas, ſiue æuum, in quo ſunt ampla, & vnum momen-tum; Ampla quidem, quia termino aliquo clauduntur; vnum verò, quia vnum eſt momen-tum æui, ſiue æternitatis? Reſolui autem omnia in æternitatem, perinde eſt, ac ſi dicere-mus, flumina reſolui in mare; quia eò redeunt, vnde profecta ſunt: ſic ſtatuas æreas in æs, & aureas in aurum, & luteas in lutum. Etenim flumina in ſeipſis permanentem ſtabi-litatem non habent; ſed continuo fluxu, ad ſui originem contendunt, in qua æterna quo-dammodo eſſe valeant; ſic etiam hominum artificia, labores, ſtudia, quoniam in ſeipſis ſta-bilia non ſunt, ad æternitatem ſua ſponte feſtinant, vnde emanarunt, & in qua ſui perma-nentiam, atq; ſtatũ, firmamq; poſſeſſione adipiſcuntur. Sed quando hæc erunt? in innoua-tione temporũ, inquit: hoc eſt, cùm veniet noua tempora. Sed quomodo hoc fieri poteſt, cùm tempus ſit æternum, ſecundum philoſophum, propterea quod motum ſequatur æter-num? Quod enim eſt æternum, noui aliquid capere nequit. Mercurius ergo vocat innoua-tionem temporum, præſentis mutationem temporis in perpetuas æternitates. Tunc enim e-runt tempora noua, quia cœlum nouum, & mundus nouus, in quo iuſtitia habitabit. In A-ſclepio dicit, Deum in antiquam faciem, ad primam ſcilicet puritatis conditionem mũdum reuocaturum: quam etiam vocat ſecundam mundi genituram. Sic etiam in Euangelio le-gimus: In regeneratione cùm ſederit filius hominis. Tex relictis labe, & generatione carnis animatæ: hoc eſt, tunc non erit amplius ſordida carnis animatæ generatio. In A-ſclepio aſſerit, hoc contingere, ſiue futurum eſſe propter impia hominum opera. Tunc, in-quit, homines erunt irreligioſi, inordinati, irrationabiles. Cùm hæc cuncta contingerint, O Aſclepi, tunc ille dominus, & pater, Deus primipotens, & vnus gubernator mundi, intuens in mores, vitijs reſiſtet, & corruptelæ o-mnium. Quaſi diceret, quia in extremis temporibus abundabit iniquitas, & refrigeſcet charitas multorum; propterea excidium vniuerſale futurum eſt, in quo renouentur omnia. Tex. Tabefactis &c. hoc eſt, poſtquam & fructuum ſemina, & naturæ, & artis opifi-cia fuerint corrupta, ac tabe diuinæ iuſtitiæ conſumpta, quæ omnia in fine mundi ſunt fu-tura; tunc vetera iuueneſcent, quia prima abierunt: idq; neceſsitate & renouatione Deorũ: hoc eſt, propter renouationem filiorum Dei, qui Dij appellantur, ſecundũ illud Pſ. Ego dixi Dij eſtis. De hac autem filiorum Dei renouatione, ſiue adoptione loquitur Apo-ſtolus ad Rom. 8 Omnis creatura, ait, liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem fi-liorum Dei Tex. Curſuq; circuli numeroſæ naturæ, id eſt, quando completus erit numerus electorum: ad hunc enim finem mouetur circulus orbis, vt numeroſa natura ad-impleatur. Expectate, inquit Ioan in Apocalypſi, modicum tempus, donec impleatur nu-merus fratrum veſtrorum, qui interficiendi ſunt, ſicut & vos. Et Paul. 2. Timo. 2. Omnia ſuſtineo propter electos, vt ipſi ſalutem conſequantur. Vocatur autem numeroſa natura, quia magnus eſt electorum numerus: vnde dictum eſt à propheta: Dinumerabo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur. Per circulum igitur numeroſæ naturæ, numerum electo-rum Dei intellexit Mercurius, qui in fine mundi complebitur: quorum gratia mundi cir-culus agitur, & præſens rerum ordo adhuc perſeuerat. Tex. Diuinum enim &c. hoc eſt, cùm demum natura humana reiuueneſcet, & omnis elementorum natura ad libertatem con-ſpirabit, vt nouitatem filiorũ Dei præſeferre ſtudeat, tunc diuinũ quoddã apparebit, hoc eſt, magnum diuinæ potentiæ indicium conſpicietur. Et reuera, vnum inter alia mira Dei opera, præſtantiſsimum eſt, & creditu apud multos difficillimum, reſurrectionis ne-gotium. Tex. Etenim, &c. Senſus eſt, quòd natura humana refloreſcet, vt cauſa eſt, quia cõſiſtit in diuinitate, id eſt, ex diuinæ potentia virtutis hoc illi continget. q. d. Non mi-remini, quia dixi, mundum renouandum, ac mortuos reſurrecturos; hoc enim fiet diuina virtute: cui non eſt difficile omne verbum. Porrò, ex tribus potiſsimum haberi, colligiq; poteſt reſurrectionis doctrina, ratione ſcilicet, vniuerſitatis exemplo, ac rerum geſtarum teſtimonio. Et ratione quidem: quia cùm omnis vitæ noſtræ vſus, in corporũ animæq; con-ſortio verſetur: Reſurrectio autem, aut boni actus præmium habeat, aut pœnam improbi

neceſſe

Margin notes:

Omnia appe-tunt æterni-tatem.

In innouatio-ne temporum

Petr. 2. 3.

Tex.

Cauſa ruinæ mundi.

Rom. 8.

Numerus ele-ctorum.

Tex.

Reſurrectio.

Ratione pro-batur.

neceſſe erit, corpus reſurgere, cuius actus expenditur. Quomodo enim in iudicium vocabi- nis reſur-
tur anima ſine corpore, cùm de ſui corporis contubernio ſit ei ratio reddenda, ſicut dicit rectione.
Apoſtolus, Vt reddat vnusquiſq; rationem de his, quæ geſſit in corpore ſuo, ſiue bonum, ſi-
ue malum? Iure ergo vocabitur ad iudicii examen. Item, anima eſt incorruptibilis, ac natu- Rationes re-
raliter appetit corporis vnionem: non ergo perpetuò ab illa eſt ſeparanda; alioqui creatu- ſurrectionis.
ra nobiliſsima, quam tanti fecit mundi pater, & opifex, vt pro illius pretio, filium dederit, 2.
perpetuæ ſuſtineret imperfectionis opprobrium; anima enim ſine corpore, ſuam omnimo-
dam perfectionem non habet; homo enim conſtat ex anima & corpore, proinde ſine cor-
pore homo dici non poteſt. Item, ſi naturaliter appetit corporis contubernium, appetitus 3.
autem naturalis non ſit ad impoſsibile, nec fruſtra; rationi ergo conſentaneum eſt omninò,
vt ad ſuum corpus anima redeat. Sanè, nullum violentum eſt perpetuum: ſed violenta eſt
animæ à corpore ſeparatio, quia contra naturalem inclinationem, ſicut docetur ab Apoſto- Paulus.
lo 2. Cor. 5. Nolumus, inquit, ſpoliari, ſed ſuperueſtiri: proinde ſi peccatum non interceſ-
ſiſſet, nequaquam animæ à corpore facta fuiſſet diſceſsio: Ergo quod prius. Amplius, vſus Alia ſeu 2. ra-
mundi, rerum ſtatus omnium, generationum ſeries, ſucceſsionum vices, nónne tibi viden- tio.
tur mori cùm decidunt, reſurgere cùm reuiuiſcunt? quod ſatum eſt reſurgit, reſurgit quod
mortuum eſt, & in eadem genera, in eaſdem ſpecies reformatur. Dies moritur in noctem
inquit Tertullianus de reſurrectione carnis, & in tenebris vſquequaq; ſepelitur: funeſtatur Tertull.
mundi honor, omnis ſubſtantia denigratur, ſordent, ſilent, ſtupent cuncta: ita lux amiſſa
lugetur; & tamen rurſus cum ſuo cultu, cum dote, cum ſole, eadem & integra, & tota,
vniuerſo orbi reuiuiſcit, interficiens mortem ſuam noctem. Reuoluuntur hyemes, æſtates,
& verna, & autumna cum ſuis viribus, moribus, fructibus. Quippe etiam terræ de cœlo
diſciplina eſt, arbores veſtire poſt ſpolia, flores denuò colorare, herbas rurſus imponere, Reſurrectio
exhibere eadem quæ abſumpta ſunt ſemina. Totus igitur hic ordo reuolubilis rerum, teſta- ex mundi cur-
tio eſt reſurrectionis mortuorum. operibus eam præſcripſit Deus, antequam literis, viribus ſu probatur.
prædicauit antequam vocibus. Præmiſit tibi naturam magiſtram, ſubmiſſurus & prophe-
tiam, quò facilius credas prophetiæ diſcipulus naturæ. Qui negant ergo reſurrectionem
carnis, carnaliter viuunt: idoneus eſt Deus reficere carnem, qui mundum ex nihilo condi-
dit: plus eſt enim feciſſe, quàm refeciſſe: initium dediſſe, quàm reddidiſſe. Auis in regio-
ne Arabiæ, cui nomen eſt Phœnix, rediuiuo ſuæ carnis humore reparabilis, cùm mortua Phœnix.
fuerit, reuiuiſcit: ſolos non credimus homines reſuſcitari. Cognouimus memoratam auem
quingentorum annorum ſpatia vitali vſui habere perſcripta, eamque cùm ſibi finem vitæ
adeſſe cognouerit, thecam ſibi de thure, & myrrha, & cæteris odoribus adornare, comple-
toq; opere, ac tempore intrare illam, atq; emori, ex cuius humore oriri vermem, paulatim-
que eum in auis eiuſdem figuram concreſcere. Thecam autem illam ex Æthyopia in Ly- Theca Phœ-
caoniam vehit: atq; ita reſurrectione auis huius, locorum incolæ, completum quingentorum nicis.
annorum tempus intelligunt. Adde, quòd mundus huiuſmodi mortuorum reſurrectionem Congruitates
naturaliter appetit, cui & conformari, quòad ſibi poſsibile eſt, ſummopere geſtit, remune- 1.
randus pro labore, quo ſeruierit filiis Dei. Sic enim ait Mercurius: Omnis natura congratu-
labit. & Paulus: Omnis natura ingemiſcit, & parturit. Mundus præterea ideo factus eſt 2.
vt homo per ſpeculum creaturæ Deum cognoſcat, quem in ſua natura videre non poteſt. In-
uiſibilia Dei, à creatura mundi, per ea, quæ facta ſunt intellecta, ſempiterna quoq; eius vir-
tus, & diuinitas conſpicitur, ait Apoſtolus Rom. 1. Quam ob cauſam in futuro oportet ſpe- Paul.
culum meliorari, & purgari; vt in pulchritudine creaturarum amplius refulgeat ſpecies
creatoris. hoc autem non erit ad neceſſitatem, quaſi Deus aliter videri non poſſit, ſicut mo-
do, ſed ad iocunditatem, vt ſcilicet delectationi viſionis intellectualis, addatur delectatio
viſionis ſenſualis. Item, mens ſummi opificis eſt, vt vnaquæq; res ſuum locum ſortiatur, & 3.
ad ſuum redeat principium; quia miſericors eſt, miſerator & iuſtus, Pſalm. 111. Si eſt miſe-
ricors, inquit Chryſoſt. & eos qui peccant dignos venia eſſe cenſet; multò magis eos, qui ſe Chryſoſt.
rectè gerunt, non relinquet ſine corona, poſtquam hinc exceſſerint. ſed ſi hic non reddat,

De reſurrectione hominis. omninò illic reddet, hoc eſt maximum argumentum futuræ reſurrectionis. Quandò enim
ex iis, qui ſunt virtute præditi, cernuntur mala multa perpeſſi, & improbi impunè, & ſe-
curè viuere; vbinam recipiet vnuſquiſq; pro meritis, quæ geſſit in corpore; ſi non ſit futu-
ra reſurrectio, & alia vita, in qua non ſolum vnam, ſed duas ſtolas anima eſt receptura?
Alioqui non eſſet perfecta operum merces, & completa pro meritis vniuſcuiuſq; hominis re-
1.Cor.15. tributio. Si reſurrectio mortuorum non erit, ait Apoſtolus, neque Chriſtus reſurrexit, ſi
Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, vacua eſt & fides veſtra. Etenim ſi
Chriſtus eſt caput corporis, quæ eſt eccleſia, reſuſcitato capite, corpus vtiq; reſuſcitabitur.
Ambro. Adam peccans, ait Amb. in eodem cap. mortem inuenit, & omnes ex eius origine tenuit,
vt diſſoluantur; ita & Chriſtus nō peccans, & per hoc vincens mortem (quia mors ex pec-
cato, vnde qui non peccat vincit mortem) omnibus qui ſunt ex eius corpore, acquiſiuit vi-
tam, id eſt reſurrectionem. Si ſecundum hominem ad beſtias pugnaui Epheſi, quid mihi
prodeſt ſi mortui non reſurgent? hoc eſt, ſi ſecundum humanum ſenſum, qui videns hoc in
rerum naturam non cadere, vt caro iam ſoluta reformetur ad vitam, minimè credit iam
futuram reſurrectionem mortuorum) beſtiis offerri, mori non timui: nihil profeci. Sed non
Expo. illius cap. hoc eſt, quia certus ſum de futura vita. Phyſica poſtea vtitur ratione: quod ſeminas, in-
quit, non viuificatur, niſi prius moriatur. Et quod ſeminas, non corpus, quod futurum eſt,
ſeminas, ſed nudum granum, vt puta tritici, aut alicuius cæterorum; Deus autem dat illi
corpus prout vult, & vnicuiq; ſemini proprium corpus. Senſus eſt, ſi nudum granum ſe-
minatur, vt Dei nutu quodammodo elementorum miniſterio veſtitum reſurgat, multa ſe-
cum habens incrementa vtilitatis humanæ; cur non credibile ſit Dei virtute mortuum poſ-
ſe reſurgere, meliorata tantum ſubſtantia, non numero multiplicatum? Seminatur in cor-
ruptione, reſurget incorruptum. ſeminare eſt ſepelire, vt corrumpatur, reſurgere autem in
incorruptionem, iam exſuſcitatum non poſſe corrumpi. ſeminatur in ignominia: quia dum
in tetrico ponitur, fit fœtidum, & ſcatet vermibus; reſurget in gloriam, quia exſuſcitatum
Seminatur corpus animale. & lumen erit, & nullam ſqualoris iniuriam patietur. Seminatur in infirmitate, quia im-
mobile eſt, & irregibile; Surget autem in virtute; quia iam totum viuum exit, ac vege-
tum. ſeminatur corpus animale, reſurget corpus ſpirituale. Animale corpus, dum cibis
2.Corint.4. ſuſtentatur, vt viuat; ſpirituale autem, cùm horum nihil indiguerit. Ad cor. 2. cap. 4. Sci-
entes quòd qui ſuſcitauit dominum Ieſum, & nos cum Ieſu ſuſcitabit, & conſtituet vobiſcū.
Hac ſpe, ait Ambroſius, dicit laborari propter fidem, quia exemplum præcedit reſurre-
Cor.15. ctionis domini Ieſu, qui futuri erunt, qui credunt; quia ſicut in Adam omnes moriuntur;
ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Adam enim forma mortis eſt, cauſa peccati: Chri-
ſtus verò forma vitæ propter iuſtitiam, quia peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in
ore eius, 1. Petri. 2. Et quoniam participes hos communis fidei dixit, Reſuſcitatos (inquit)
Phil.3. conſtituet vobiſcum, vt vnius fidei in vna ſint domo pacis. Ad Philip. 3. Saluatorem ex-
pectamus dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ
configuratum corpori claritatis ſuæ: ſecundum operationem ſuam, qua poteſt ſibi ſubiicere
Theophil. omnia. Senſus eſt, cùm corpus noſtræ humilitatis, ait Theophilactus, Chriſti corpori per
malorum tolerantiam ſimile redditur; par eſt, vt in futura illi gloria fiat vt & claritate
conforme. Nihil autem quiſquam diffidat, cùm Chriſtus virtutem habeat, qua angelos ſi-
Ambroſ. bi ſubiecit, & dæmones. In reſurrectione, ait Ambroſius, apparebit virtus domini mani-
feſtata, comprimens omnes principes, & poteſtates; vt manifeſtetur Deus, & dominus
1.Theſſ.4. eſſe omnium. Ad Theſ. 1. cap. 4. Si credimus quòd Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit; ita
illos, qui dormierunt per Ieſum adducet cum eo. Sed ſunt aliqui inquit Chryſoſtomus, qui
huic rei diffidunt, eò quòd Deum ignorant. Quid enim facilius, dic quæſo, an ex eo quod
non eſt, aliquid producere, vt ſit: aut ea, quæ corrupta ſunt, denuò reſtituere? Deus eſt,
qui hæc agit, cuius potentia eſt infinita. Quòd ergo ſit futura reſurrectio mortuorum, tum
ex Mercurio, tum etiam ex Paulo latiſſimè patet: poſthac dicamus, quotuplex ſit ipſa re-
ſurrectio.

DIGRESSIO PRIMA CAP. I.

Duplex reſurrectio.

Quare reſurrectioni contra dicitur.

PRiuſquam de duplici reſurrectione ſermo decurrat, explicandum nobis eſt, quam ob cauſam ſanctæ mortuorum reſurrectioni à plurimis, & quidem non ignotæ ſapientiæ hominibus ſæpè ſæpiùs fuerit contradictum. In cauſa vtique extitit, ſenſuum imaginatio, ac propria intellectus confidentia: cùm enim ſecundum naturam à priuatione ad habitum non fiat regreſſio, imaginati ſunt fieri non poſſe, vt poſtquam omnia in cineres, & in diuerſa loca diſperſa ſint, illa denuò reintegrari poſſe. Altera verò cauſa extitit, manis quorundam doctrina, quæ primùm hominum mentes occupauit ita, vt ab illa recedere fas non fuerit alicui mortalium. Auferuntur, inquit Pſal. 9. iudicia tua à facie eius; quoniam inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Iſta ſunt verba reſurrectionis confutatiua. Etenim non ſuſtinet anima peccatrix conſcientiæ tribunal. Et idem fit, quale ſi homicida cùm priùs præſuppoſuit ſe non captum iri, & ſic cædem committat; nam conſcientia ipſum iudicante, non tam facilè ad facinus veniſſet: et nouit igitur, & noſſe diſſimulat, ne conſcientia torqueatur, & timore, alioqui ad auſum infirmior fuiſſet. Nulla præterea ratio eſt tam efficax ad hoc perſuadendum, ac fides, qua potentiam reſurrectionis cognoſcimus: hæc quoniam longè abfuit ab eorum oculis, qui dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt; propterea multa abſurda confinxerunt, pro ſuo libitu, atque animæ captu Dei potentiam metientes: non intelligentes quod dictum eſt ab Apoſtolo, à Deo fieri multa, ſuprà quàm nos intelligimus. Sed de his hactenus.

1.

2.

Expo. illius cap.

3.

Reſurrectio duplex.

De duplici autem reſurrectione Auguſtinus diſputat lib. 20. de Ciuit. Dei cap. 6 & 7. Scripturæ teſtimonio adducto ex cap. 5. Euangelij Ioannis: Amen amen dico vobis, quia venit hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent. Nondum de ſecunda reſurrectione, id eſt, corporum loquitur, quæ in fine futura eſt; ſed de prima, quæ nunc eſt, animarũ ſcilicet. Habent enim & animæ mortem ſuam in impietate atque peccatis: ſecundũ quam mortem mortui ſunt, de quibus idem dominus ait Mat. 8. Sine mortuos ſepelire mortuos; vt ſcilicet in anima mortui, in corpore mortuos ſepelirent. De hac morte loquitur Apoſt. 2. Cor. 5. Ergo omnes mortui ſunt. Quomodo autem reſurgent in hac prima reſurrectione? Si audiuerint, id eſt, obedinerint voci filij Dei: beati qui digni ſunt hac prima reſurrectione, ad quam non pertinent niſi prædeſtinati: ad ſecundam verò, de qua mox locuturus eſt, & beatos pertinere docebit, & miſeros. Iſta eſt miſericordia, illa iudicij: propter quod in Pſal. dicitur: Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. ſubdit: Nolite mirari hoc, quia veniet hora, in qua omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem filij Dei, & procedent qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt in reſurrectionem iudicij, id eſt, damnationis. Reſurgat ergo in prima, qui non vult in ſecunda reſurrectione damnari. hæc eſt mors ſecunda, in quam præcipitabuntur, qui in prima reſurrectione partẽ non habuerunt. In ſecunda reſurrectione non ſcribitur, qui audierint, viuent: Nõ enim omnes viuent, ea ſcilicet vita, quæ quoniã beata eſt, ſola vita dicenda eſt; nam vtique ſine qualicunque vita nõ poſſent audire, & de monumentis, reſurgente carne, procedere. Quare autem non omnes viuent, docet: Qui bona fecerunt, ibunt in reſurrectionẽ vitæ, ij ſunt qui viuent: qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij, ij ſunt qui non viuent, quia ſecunda morte morientur. Mala quippe egerunt, quoniã male vixerunt, idque quia in prima reſurrectione, nõ reuixerunt.

Reſurrectio animæ.

Reſurrectio corporum.

Apocal. 20.

De his duabus reſurrectionibus loquitur Ioannes in Apocal. cap. 20. Vidi, ait, angelum deſcendentem de cœlo, habentem clauem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua, & tenuit draconem illum, ſerpentem antiquum, qui cognominatus eſt diabolus, & Sathanas, & alligauit illum mille annis, & miſit illum in abyſſum, & clauſit, & ſignauit ſuper eum, vt non ſeduceret iam gentes, donec finiantur mille anni: poſt hæc oportet eum ſolui breui tempore.

De homi-nis reſur-rectione. re. *Et vidi ſedes, & ſedentes ſuper eas, & iudicium datum eſt illis, & animas occiſorum propter teſtimonium Ieſu, & propter verbum Dei. Et ſi qui non adorauerunt beſtiam, nec imaginem eius, nec receperant inſcriptionem in fronte, aut in manu ſua, & regnauerunt cum Ieſu mille annis: reliqui eorum non vixerunt, donec finiantur mille anni. hæc reſurrectio prima eſt, beatus & ſanctus, qui habet partem in reſurrectione prima, in iſtis ſecunda mors non habet poteſtatem; ſed erunt ſacerdotes Dei, & Chriſti, & regnabunt cum*

Mille anni poſt reſurrectionem. *Chriſto mille annis. Quoniam autem Ioannes hoc in loco dixit electos poſt reſurrectionem cum Chriſto regnaturos mille annis; & Dominus in ſua cœna dixit: Non bibam à modo de genimine huius vitis, vſq; in diem illum, quo bibã illud nouum in regno patris mei. & prophetæ multa dicunt de regno Chriſti futuro in Ieruſalem, idcirco exiſtimauerunt quidã, Chriſtum excitatis corporibus ſanctorum ſuorum, in mundum rediturum, atq; manſurum hîc mille annos in ſumma pace, & rerum omniũ abundantia. Cuius opinionis dicitur à quibusdam authorem fuiſſe, Hieropolitanum præſulem, qui vixit temporibus Apoſtolorum.*

Hieropolitanus. *Eum ſecuti ſunt Irenæus, Appollinarius, Tertullianus in libro de ſpe fidelium, & Vi-*

Hieronymus. *ctorinus Pictauienſis, & Lactantius in libro ſeptimo. Hieronymus non admittit huiuſmodi ſententiam & in Iſaiæ libro 18. ridet mille annorum numerum, & gemmatam Ieruſalem. Erratis, inquit, neſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei: in reſurrectione enim neq; nubent, neque dabunt ad nuptias, ſed erunt ſicut angeli Dei, qui ſunt filij re-*

Auguſt. *ſurrectionis. Auguſtinus loco iam citato, accipit mille annos pro annis omnibus huius ſecu-*

Millenarius numerus. *li; vt perfecto numero notaretur ipſa temporis plenitudo. Millenarius enim numerus, denarij numeri quadratum ſolidum reddit; decem quippe per decies ducta, ſiunt centũ, quæ iam figura quadrata, ſed plana eſt. vt autem in altitudinẽ ſurgat, & ſolida fiat, rurſus centũ decies multiplicantur, & mille ſiunt. In mille eſt ſoliditas denaria quadraturæ. vnde in pſ. legitur 104. Memor fuit in ſæculum teſtamenti ſui, verbi quod mãdauit in mille ge-*

Draco clauſus in abyſſo. *nerationes, id eſt, in omnes generationes. Et ſubdit: Et miſit illum, inquit, in abyſſum: vtiq; diabolum. Quo nomine ſignificata eſt innumerabilis impiorũ multitudo, quorum in malignitate aduerſus eccleſiam Dei, multum profunda ſunt corda, non quia ibi Diabolus antea nõ erat; ſed ideò dicitur illuc miſſus, quia excluſus à credentibus, plus cœpit impios poſſidere. Et clauſit, inquit, & ſignauit ſuper eũ, vt iam non ſeducat gentes, donec finiantur mille anni, id eſt, interdixit ei ne poſſit exire. ſignaſſe mihi videtur, quod occultum eſſe voluit, qui pertineant ad partem diaboli, & qui non pertineant. hoc quippe in ſeculo iſto prorſus latet; quia & qui videtur ſtare, vtrum ſit caſurus, & qui videtur iacere, vtrum ſit reſurrecturus, incertum eſt. A gentibus ſeducendis, quæ de numero ſunt prædeſtinatorum, diabolus prohibetur: Nouit dominus qui ſunt eius, ex his in æternam damnationem neminem ille ſeducit, donec finiantur mille anni, id eſt, nunquam. Simile quiddam eſt in pſalm. 122. Ita oculi noſtri ad dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri. Summa totius eſt hæc: Chriſti paßione ligatus eſt ſathanas, fractis illius viribus, vt gentes amplius ſeducere nequeat, ſicut ante Chriſti mortem facere conſueuerat. hæc autem alligatio vſq; ad*

Quomodo ſoluetur ſathanas. *antichriſti tempora perdurabit: tunc autem ſoluetur modico tempore, nempe toto tempore, quo regnaturus erit Antichriſtus, in quo quidem ſuas vires, atq; artes validius exercebit in Chriſti fideles. Alligatio igitur diaboli, eſt non permitti exercere totam tentati-*

Alligatio diaboli quid ſignificat. *onem, quam poteſt vi, vel dolo ad ſeducendos homines, in partem ſuam cogendo violenter, fraudulenterue fallendo. Quòd ſi permitteretur in tam longo tempore, & tanta infirmitate multorum; plurimos tales, quales Deus id perpeti non vult, & fideles deijceret, & ne crederent, impediret. Tunc autem ſoluetur, quando breue tempus erit: nam tribus annis, & ſex menſibus exercebit vires ſuas. ſi autem nunquam ſolueretur, minus appareret eius maligna potentia, minus ſanctæ Ciuitatis fideliſſima patiẽtia probaretur. hæc de mille annis poſt reſurrectionem ſint dicta.*

Poſtquam

CAPVT II.

Reſurrectio fieri poteſt virtute diuina.

POſtquam audiuimus, duas eſſe reſurrectiones, animæ vnam, corporis alteram, & primam quidem diuina fieri virtute, patet ſatis ex his, quæ dicta ſunt de iuſtificatione impij: poſt hæc dicamus, quomodo etiam ſecunda per eandem fit etiam futura virtutem. Porrò, reſurrectionis nomine intelligimus eiuſdem in numero iteratam ſurrectionem, authore Damaſceno lib. 4. Reſurrectio, inquit, eſt eiuſdem in numero iterata ſurrectio: eiuſdem numero quod cecidit, vel deſiit eſſe: alioqui reſurrectio dici non poteſt. Quid reſurrectio. *Quòd autem mortuorum reſurrectio fieri poſſit virtute diuina, ſic poteſt eſſe manifeſtum.* Reſurrectio fit virtute diuina *Illud fieri poteſt; quod ex terminis contradictionem non implicat: ſed ſic ſe habet alicuius rei annihilatæ reparatio, ſiue mortuorum reſurrectio: ergo &c. Nam ſicut nullam implicat contradictionem, aliquod idem non ens per creationem ad eſſe deduci; ita nullam implicat contradictionem, aliquod annihilatum per diuinam virtutem reparari poſſe. Non enim minus eſt creare, quàm reparare, quod cecidit: ſiquidem vtrobique eſt terminus à quo, quod eſt non eſſe; & terminus ad quē, quod eſt eſſe. Amplius, ſicut alicui enti pro aliquo inſtanti, eſſe, vel non eſſe, minimè repugnat; ita etiam nec pro aliquo alio repugnabit.* 1. *Igitur, ſicut in inſtanti creationis non repugnat ſibi eſſe poſt non eſſe; ita nec in alio inſtanti poſt inſtans creationis, non repugnat ſibi idem eſſe, poſt idem non eſſe. Quare ſicut in inſtanti creationis poteſt creari, poſt non eſſe; ſic in alio inſtanti poteſt creari, ſiue reparari poſt annihilatum eſſe. Adde, quòd ſi aliquod creatum durans per tria inſtantia a. b. c. idem erit, & numero vnum in illis tribus;* 2. *profectò perſpicuum eſt, in diuerſis partibus temporis illud idem eſſe poſſe: quemadmodum angelus eſt idem hodie, qui fuit heri & erit cras. Quare, cùm illius identitas in a. & in c. non dependeat à medio inſtanti, puta a b. non ergo implicat contradictionem, aliquod idem numero eſſe in a & in c. eſſe. Etiam ſi non manſerit, nec fuerit in b. Quare admiſſa, idem numero poſſe redire poſtquam non fuit poſt eſſe, planum eſt omninò. Item, diuerſitas poſterioris non arguit neceſſariò diuerſitatem prioris, præſertim quando poſterius eſt eſſentialiter diſtinctum à priori: ſed eſſe rei permanentis, eſt prius, quàm illa plura inſtātia, in quibus manet, ac poteſt manere idem, vt patet: non ergo efficitur diuerſum illud eſſe in ſe, nec etiam multiplicatur, etiam ſi in illis inſtantibus diuerſimodè ſe habeat; puta quod in primo, & in tertio ſit, in ſecundo autem, minimè; ſed manet idem numero. poteſt igitur idem numero redire in tertio inſtanti, quod fuerat in primo, poſtquam annihilatū fuit in 2. Eadem enim potentia obiectiua eſt in illo inſtanti ſecundo; quæ fuerat ante ſui creationem. interruptio ergo eſſendi, non tollit identitatem. Quòd ſi hoc poteſt fieri de annihilato: multò ergo magis de corrupto, cuius aliqua ſaltem pars remanet. Præterea, poſſe produci, creaturæ conuenit per creationem: quippe quæ ante creationem, erat producibilis; ſiue poterat produci: per annihilationem ergo illi adimi non poteſt. Nam, quod conuenit alicui per ſe, per id, quod conuenit ei per accidens, auferri non poteſt. ſed ſic res ſe habet in creatura, cui producibilitas per ſe, annihilatio verò per accidens conuenit: Ergo quod prius. Huc accedit, quod vbicunque eſt eadem ratio diffinitiua; eadem paſſio ſibi conuenit, & eſt de eo demonſtrabilis. ſed quidditas habet eandem diffinitionem, ante &* 3. *poſt creationem: igitur reſurrectio mortuorū fiet per diuinam virtutem. Sed contra prædicta ſic aliquis poſſet argumentari. Reſurrectio eſt iterata ſurrectio: ſed iterata ſurrectio, non eſt eadem cum prima ſurrectione: non ergo aliquod idem reſurget. ſicut enim actio, & paſſio ſunt diuerſæ mutationes, ita certè huiuſmodi. ergo &c. Sanè, neque minus aufert identitatem interruptio eſſendi, quàm aliud eſſe. ſed fieri non poteſt, vt aliud, idē reſurgat, ſicut, vt aliud ſit idem. Idem interruptum reſurgere nequit. Amplius, qua ratione, homo, vel aliquid aliud poteſt idem numero reparari, eadem ratione, & quodlibet* 4. argumenta contraria. 1. 2.

De homi-nis reſur-rectione.

aliud. ſed motus, & mutatio, non poſſunt reparari: nec ergo homo idem numero. Maior patet, minor verò probatur. Qua enim ratione poſſunt reparari, eadem & conſeruari per totum tempus: atq; ita motus, & mutatio non eſſent res ſucceſsiuæ, ſed permanentes, quod eſt falſum. Sanè, fieri non poteſt, vt præteritum ſit præſens, ſiue futurum; quia hoc ſolo

Agatonis. Deus priuatur; ſecundum ſententiam Agatonis, quæ approbatur à Phi. 6. eth. Ergo quod prius.

3. Item, forma à Deo cauſatur per motum: ſed idem motus numero redire non poteſt: nec ergo idem corruptum. Reuera, annihilatio, ordine eſſentiali, eſt poſterior ipſa creatione: reſpectu ergo eiuſdem poſt annihilationem, creatio eſſe non poteſt: aliter eſſet circulatio in ordine eſſentiali. quod eſt falſum: ergo &c.

4. Item, vbicunq; non eſt vna, ſed alia, atq; alia productio; inibi profectò ſit neceſſe eſt, aliud, atq; aliud productum. ſed alia eſt productio in creatione, alia verò in reparatione: creatio enim eſt idem realiter creaturæ, non autem annihilatio, imò, eſt illi contraria, vt puta illius deſtructiua: igitur, vbi eſt alia creatio, alia quoq; erit creatura. Non ergo idem numero reſurget, quod prius fuerat corruptum.

Soluuntur Argumenta. Adde, quod mutationes ex terminis diſtinguuntur: ſed alia eſt mutatio, quæ vocatur reparatio, alia verò mutatio, quæ dicitur creatio, ſic largo modo de mutatione loquendo: igitur idem numero reſtitui, atq; reparari, implicat contradictionem.

1. Reſpondeo. Reſurrectio non implicat contradictionem. & cùm dicis, reſurrectionem eſſe idem cum ſurgente; verum eſt, ſi ſurrectio fuerit creatio, vel recreatio paſsiua, non autem ſi ſit generatio. Et cùm iterum inſtas, quòd huiuſmodi ſurrectio ſecunda, non ſit eadem cum prima, dico ſurrectionem, quæ eſt eadem cum ſurgente, eandem eſſe primo & ſecundo. nec eſſe ordinem, ſicut inter eſſentialiter diſtincta; ſed potius ſicut inter diſtincta ſecundum rationem tantùm ex connotatis; ita, vt eadem ſit ſurrectio prima, & ſecunda: quæ quidem creatio iterata, niſi eſſet eadem, noua potiùs, quàm iterata diceretur.

Surrectio quaſi creatio.

Ad confirmationem. Interruptio eſſendi, ſi inter aliqua realiter diſtincta intelligatur, tunc ſine dubio, diuerſitatem eſſendi indicat, ſeu ſeparationem vnius ab altero in eſſendo: ſicut dicitur eſſe, interruptio inter duas partes lineæ, quando ab inuicem ſeparantur. hoc autem modo interruptio arguit diuerſitatem, tollitq; identitatem: Alio modo accipitur interruptio alicuius ſecundum eſſe pro defectu eſſendi, quo videlicet duo inſtantia vel tempora, in quibus ponitur idem eſſe primo, & ſecundo. Et ſic non tollit identitatem illius eſſe primo & ſecundo; ſed identitatem illius inſtantis medij, vel temporis, in quo ponitur non eſſe ab illo primo inſtanti, & tertio, in quibus ponitur eſſe. Nec eſſe primo, vel ſecundo ab inuicem quaſi duo eſſe diſtinguuntur; ſed potiùs ſecundum rationem, & habitudinem ad duo inſtantia, ſiue tempora, in quibus eſt idem eſſe.

Illa duo eſſe quomodo diſtinguantur.

2. Ad 2. Motus differt realiter à termino, ideò non eſt ſimile. Ad id, quod dicitur, Deum non poſſe facere, vt præteritum non fuerit: non eſt coniunctim accipiendum, hoc ſenſu; ſimul eſt præſens, & non eſt, ſimul fuerit, & non fuerit; perinde enim eſſet, ac ſi Deus faceret contradictoria. Et hoc bene priuatur Deus, non quidē propter ſuam impotentiã, ſed propter effectuũ repugnantiam. Poteſt nihilominus facere, vt quod fuit, ſit iterũ, non autē quod non fuerit. Nec ad eſſe modo in præſenti, ſequitur non fuiſſe, ſicut patet manifeſtè; quia heri fuiſti, & tamen idē es hodie, & eris cras, ceſſante illo præſenti tempore. hoc autē modo, non eſt inconueniens, imò eſt neceſſarium, præſens fuiſſe, vel fore ſub ſenſu diuiſionis, & idem aliquando fuiſſe in præterito, & eſſe in præſenti, & fore in futuro, eſſe interrupto ſiue non interrupto.

Quomodo Deus non poteſt facere, vt præteritum non fuerit.

3. Ad 3. patet reſponſio, ad confirmationem dico, creationem ſecundum ſe nequaquam ſequi creationem, ſed ratione circumſtantiæ tantùm.

4. Ad 4. Eadem numero eſt productio, & creatio; ſed aliquam circumſtantiam habet vna, quam non habet altera. Ad confirmationem: ſi Deus lumen aëris deſtrueret, & iterum induceret, in aëre eſſet alia mutatio. Poteſt ergo fieri per diuinam potentiam, vt plures mutationes eundem terminum habeant. Sed dices iterum: Deus non poteſt bis generare b. ex a. dum eſt: ergo nec poſtquam corruptum eſt.

Obiectio. Antecedens patet, quia res dum eſt, ingenerabilis eſt. conſequentia probatur. Quod generatur non fuit ante, aliter generatio non eſſet proceſſus à non eſſe, ad eſſe. Sed b. corruptũ

fuit

Fuit ante, ergo b. corruptum non poteſt generari. Præterea, propter quid eſſet Deus po-
tentior ad generandum b. ipſo b. corrupto, quam ipſo exiſtente, non poteſt aſſignari cau-
ſa: ergo quod prius. Reſpondeo, atq; conceſſo antecedente nego verò conſequentiam: & ad Solutio
probationem dico, apud diuinam potentiam hæc duo non repugnare, ſcilicet aliquid fuiſ-
ſe, & tamen illud idem numero denuò generari. Porrò aliquid fuiſſe, poteſt dupliciter in-
telligi: primò quidem, toto tempore præcedente ſecundum generationem fuiſſe, atque ita
eſſe ingenerabile etiam per diuinam potentiam: quod enim generatur vt ſic, non eſt ſal- 1.
tem pro aliquo tempore præcedente inſtans generationis. Alio modo pro aliquo tempore
fuiſſe; deinde defuiſſe per corruptionem: hoc autem modo, idem numero denuò poteſt per
diuinam produci potentiam: quoniam & ſi ante fuerit, non tamen continuatè, ſed inter-
ruptè. Ad 2. Cùm quæris propter quid &c. Reſpondeo hoc non accidere ex parte Dei, neq; 2.
maiorem, vel minorem eius potentiam in eo demonſtrare: ſed id euenire ex parte rei: Res enim
quatenus eſt exiſtens, non habet rationem generabilis, ſed quatenus non exiſtit: quippe
cùm productio ſit rei deductio à non eſſe ad eſſe. Itaque reſurrectio mortuorum bene
fieri poteſt, & fiat per diuinam virtutem. Reuera, res à Deo producitur ſine motu, & al- Quod fiat per diuinam virtutem.
teratione, quia nimirum Dei actio, eſt ſua ſubſtantia: ideóque tempore nequaquam inter-
rumpitur: ſicut actio agentis naturalis: quam ob cauſam virtute agentis naturalis, corru-
ptum idem numero poſſe redire, pro impoſſibili reputat philoſophus Quinto phyſ. tex. 36.
Siquidem contingit, inquit, corruptum iterum vnum fieri numero, erit & hic vnus, ſi verò
non idem quidem ſecundum ſpeciem, vnus autem numero non. Et 2. de gen. tex: vlt. vbi Philoſo. quomodo negat reſurrectionē.
declarat, quomodo in rebus ſit generatio circularis, ſecundum ſpeciem, an ſecundum nu-
merum: Principium, inquit, intentionis; rurſus hoc, vtrum ſimiliter omnia reiterentur, an
non: Sed hoc quidem numero, hoc autem ſpecie ſolùm. Quorum quidem igitur incorru-
ptibilis ſubſtantia manet, manifeſtum eſt, quoniam & numero eadem erunt. Quorum au- In corruptum non poteſt redire virtute naturali.
tem non, ſed corruptibilis, neceſſe ſpecie, numero autem non iterari. Ideò aqua ex aëre
& aër & aqua ſpecie idem, non autem numero. Corruptum ergo ſecundum ſubſtantiam,
non poteſt iterum virtute naturali reparari: ſiquidem remota forma à materia, nulla am-
plius remanet potentia in materia ad alteram formam recipiendam. Patet conſequentia,
quia agens naturale præſupponit materiam in agendo, atque materiæ capacitatem: ma-
teria autē eſt capax formæ, ex potentia ad formam. Antecedens probatur, quia potentia
non reſpicit præteritum, ſed futurum; ſed materia iam fuit ſub forma rei præteritæ. Am- 1.
plius, materia recipiens formam rei corruptæ, ſecundum totam potentiam, quam habet
ad illam, recipit, & non ſecundum partem tantùm: non enim poſſet oſtendi, quæ potentia 2.
ad actum reduceretur, quæ autem minimè. Adde, quòd tunc pro parte, quam non habet,
formam quam habet, appeteret, quod eſt abſurdum. Poſt corruptionem igitur, non re-
manet potentia in materia, qua poſſit eadem res numero regenerari. Item, generatio
ſubſtantialis reſpectu agentis naturalis eſt terminus præuiæ alterationis. Alteratio autem
interrupta non poteſt eſſe vna numero, quia ad vnitatem numeralem, motus requiritur &
tempus non interruptum, 5. phyſ. tex. 41. Vbi ergo eſt duplex præuia alteratio, ibi eſt du-
plex generatio: & vbi eſt duplex generatio, ibi eſt duplex genitum, & conſequenter duo
compoſita. Si ergo idem bis ab agente naturali generaretur, cùm id ab eo fiat per altera-
tionem præcedentem, duæ profectò ab eo alterationes cauſarentur, & conſequenter duæ
generationes, ad quas ſequerentur duo genita: & ſic genitum ſecundò, ſiue regeneratum,
cùm priùs genito idem numero eſſe non poſſet: quod poſtea fuiſſet corruptum. Sed dicet
aliquis, idem, in quantum idem (inquit philoſophus 2. de gener. tex: 56.) & ſimiliter ſe ha- Argumenta contraria.
bens, ſemper natum eſt facere idem, ſed ſtat idem, & vniformiter igni, & eadem aqua,
& eodem modo proxima igni in prima & ſecunda calefactione: bis ergo generat eandem
caliditatem numero. Nam ſit ignis eodem modo ſe habens per duas horas, ſumatur autem 1.
vas aquæ, & per mediam horam huiuſmodi igni applicetur, quæ calefacta, in fine mediæ
horæ ab igne extrahatur, & frigeſiat. In principio autem ſecundæ horæ, ad ignem iterū
applice-

De homi-nis reſurrectione.

applicetur, vt prius, & æqualem recipiat gradum caloris. Quòd ſi fiat, caliditas prius genita & corrupta, & caliditas ſecundò genita ſunt idem numero. Amplius: ea ſunt vnū numero, quorum eſt materia vna numero, authore philoſopho 5. met: tex: 12. Sed caliditatis heſternæ corruptæ, & hodiernæ regeneratæ, eſt materia vna numero, puta aqua: ergo quod prius.

Solutio. *Reſpondent aliqui ad primum argumentum hoc modo; authoritas philoſophi ſic eſt intelligenda: Idem manens idem, facit idem in ſpecie: ſiquidem huiuſmodi authoritas ab eo adducta eſt, vt probaret quonam pacto generatio, & corruptio in hoc mundo conſeruantur: Non, inquit, ſufficit motus primi mobilis, ſed adhuc neceſſarius eſt motus difformis per circulum obliquum. Ad argumentum ergo dicitur, non ſufficere cauſas, &*

Vnitas motus quid. *conditiones adductas; ſed neceſſarium eſſe, vt prima, & ſecunda calefactio eſſent vnus motus numero, atq; eundem numero terminum haberent. Sed non poteſt eſſe vnitas motus, vbi eſt tempus interruptum, ſic illæ duæ caliditates non poſſunt eſſe vna numero. Dicis, interruptio eſſendi non impedit, quando reparetur idē numero: quare licet prima caliditas ſit interrupta, poteſt tamen reparari eadem in ſecunda hora. Conſequentia patet: antecedens probatur. Si enim aqua continua diuidatur, fiet eius interruptio: & tamen ſi reuniatur, non erit alia numero à priori: ſic & caliditas, ſi reuniatur, eſt eadem numero cum illa, quæ prius fuit corrupta. Ad hoc negatur antecedens, & ad probationem, negatur ſimilitudo: nam & ſi aquæ diuiſæ ceſſet continuitas, non ceſſat tamen eius eſſe; ſiquidem poſt diuiſionem, eſt etiam aqua. At corrupta caliditas non remanet: & ideo nō eſt ſimile.*

2. *Ad 2. non eſt intentio philoſophi illa eſſe numero vnum, quorum eſt materia, ſiue ſubiectum vnum numero; alioqui albedo, & dulcedo, grauitas, & figura pomi eſſent vnum accidens numero, cùm eidem inhæreant materiæ numero, quæ eſt illius pomi ſubſtantia: ſed potiùs, differentiam poſuit inter vnum numero, vnum ſpecie, vnum genere, vnum*

Quæ ſunt vnū numero. *analogia. dicit enim vnum numero eſſe, quorum eſt materia vna numero. Dicis, ad hæc non eſſe ſolutum argumentum: nam ſi quæ habent vnam materiam, ſunt vnum numero: ergo generatum & corruptum ſunt vnum numero, & duo contraria erunt idem numero, quoniam fiunt circa idem, & eadem eſt materia geniti, & corrupti. Reſpondent aliqui, non eſſe eandem materiam principium indiuiduationis, quia non remanet ſub eiſdem dimenſionibus. Ad illud verò de contrariis dicitur ab eis, duobus opus eſſe, vt illa ſint vnum numero: primò, vt eadem ſit materia cum eiſdem dimenſionibus; ſecundò, vt tempus ſit idem, & non interruptum: contraria autem, quoniam ſucceſſiuè generantur, & non ſimul in eadem materia: idcirco vnum numero eſſe non poſſunt.*

Obiectio. *Dicis, ſi ſimultas temporis eſt neceſſaria, tunc mathematica, quæ abſtrahunt à tempore, & à motu. 3. met. non poſſunt eſſe diſtincta numero, quod eſt falſum, cùm duæ lineæ rectæ ſint eiuſdem ſpeciei, & ſolo numero diſtinctæ.*

Solutio. *Dicunt, mathematica ſecundum eſſe naturale non abſtrahere à tempore, nec à motu, quippe cùm motus ponatur ad quantitatem. Cùm autem dicitur à philoſopho 3. met. mathematica abſtrahere à tempore, & motu, accepit mathematica, quatenus cadunt ſub conſideratione mathematici. hìc autem ſermo eſt de vnitate numerali, & diſtinctione, quæ rei competit ſecundum ſuum eſſe reale: & non, vt cadit ſub apprehenſione noſtra. Sed de his alibi latiùs. Patet ergo, quomodo idem numero, quod fuit corruptum reparabile poteſt: verùm quia alij, aliter ſentiunt, ne eos contempſiſſe videremur, illorum rationes in medium adducere curaui; vt vnuſquiſq; quod ſibi placuerit, accipiat.*

CAP. III.

Reſurrectionem virtute naturali fieri poſſe.

Idem numero corruptum poſſe reparari virtute naturali.

CÆterum nonnullis viſum fuit, idem numero corruptum poſſe virtute naturæ reparari: ſicut, inquiunt, ſe habet agens in creatum, ſiue ipſe Deus ad producendum aliquid de nihilo; ſic agens naturale, ſiue ipſa natura, ad reparandum aliquid ex aliqua materia, ſiue ſubiecto. Tenet conſequentia, quia agens diuinum non præſupponit materiam in creando, agens verò naturale

præſup-

De reſurrectione hominis.

præſupponit materiam in reparando. Item, omne poſitiuum, quod de aliqua eſt materia
producibile, eſt etiam idem numero reparabile, poſita materia, & eodem, ſiue æquiua-
lenti actiuo: nam ſicut dependet ab illis, vt ſit; ita etiam, vt reparetur. Sed fieri poteſt 1.
aliquid tale, ſicut patet in igne incluſo in vaſe vitreo non poroſo, ſi ibidem aër corrumpa- 2.
tur, & generetur ex ipſo, ac eadem materia non diſtrahatur: ſi idem agens, aut æquiua-
lens ſuperueniret, à quo genitus eſt ignis: iterato igitur ignis generaretur. Quòd ſi dixeris
ad identitatem effectus, præter actiuum, & paſſiuum, actionis identitatem eſſe neceſſa-
riam, quæ eadem in diuerſis actionibus eſſe non poteſt. Reſpondent, poſſe eſſe eandem ac-
tionem, ſi fuerit idem actiuum: ſicut poteſt eſſe idem terminus. Amplius, aliquod agens, 3.
puta aliquod aſtrum poteſt producere effectum aliquem in aliquo ſubiecto, vt puta in a.
ipſumq́; in b. conſeruare, & c. idem numero manens. ſed identitas effectus in a. & in c.
in nullo dependet ab b. inſtanti, vel tempore, patet, quia in nullo eſt per ſe cauſa illius.
Poſito ergo, quod non cauſetur, & conſeruetur à b. poterit nihilominus idem cauſari à c.
& conſequenter idem numero reparari. Sic ergo iſti dicunt, hæc poſſe fieri; nunquam ta-
men fore, ſed ſibi tantùm Deum reſeruaſſe, ac ordinaſſe ſe in hoc, agenti naturali nunquam
eſſe cooperaturum. Plato in Timæo (teste Alcidio) ait: Eſt intellectu facilè, quòd perfe- Platonis opinio examinatur.
ctus temporis numerus, perfectum annum compleat, tunc demum cùm omnium octo cir-
culationum curſus peracti fuerint, velut ad originem, atq; exordium circumactionis alte- Aſtronomi.
rius reuertentur, quam ſemper idem, atq; vniformis motus dimetitur. hæc Plato. Aſtro-
nomi Platonem ſecuti, annum maximum adduxerunt, diuerſimodè tamen. Nonnulli enim,
decem millium annorum ſpatio concludi, dixerunt; propterea quòd dictum ſit à Plato-
ne, nullum annum eò, vnde venerat, redire, niſi poſt decem millium annorum circulum.
Macrobrius dicit eſſe, 15. millia annorum. Alij, quos inter Hebræos Ioſephus ſectatur, il-
lum eſſe dicunt 40. millium annorum. Ptolomæus, & qui illius temporibus, ſtellarum fi- Annus maximus.
xarum motum obſeruarunt, 36. millia annorum putauerunt. Aiunt namq; iſti, ſtellas fi-
xas, ſiue illarum orbem, ſingulis centum annis, vnum gradum zodiaci peragrare: cùm
autem illius gradus ſint centum 60. ſi centum ducantur per 360. reuolutionis circuitus
complebitur ſpatio 36. millium annorum. Iuniores Aſtronomi, vtpotè Campanus, Thebi-
tius, Alfonſus, & ſimiles, dixerunt illum annum compleri interuallo 49. millium annorũ,
quippe qui cognouerunt, orbem ſtelliferum 135. annis, ac 40. diebus, vnum zodiaci gra-
dum abſoluere. Cæterum, ſic quidam Platonis ſententiam interpretari conantur: Plato, in- Quare dixit animas redire.
quit, dixit, mundum à parte pòſt eſſe perpetuum; proinde putauit eoſdem numero homi-
nes eſſe reuerſuros; cùm certus, atque definitus ſit apud eum animarum hominum nume-
rus. Quoniam autem non redit anima ad corpus, niſi eædem in corpore diſpoſitiones re-
dierint, aut ſimillimæ ſaltim, quæ planè tunc redeunt eædem, cùm cœli, & ſtellarum om-
nium conſtitutio redibit eadem: hæc autem eo certè anno eſt reuerſa, in quo planetæ, ac
orbis ſtelliferus, ſitum, quem in ſui genitura acceperunt, firmiſſimè obtinebunt. Sed ad-
uerſus huiuſmodi poſitionem ſunt plurimæ rationes, & quidem fortiſſimæ, quarum prima Rationes contra ponentes magnum annum.
eſt talis: Et ſi in fine magni anni ſtellæ fixæ redeant ad motum eundum, ad primum vtiq;
punctum arietis immobilis, à quo omnis motus ſuperiorum incipit ſecundum Ptolomæum;
alia tamen aſtra in eodem tempore, eundem ſitum minimè obtinebunt, in quo cum orbe
ſtellifero à mundi conditione perſtiterunt, quemadmodum per ſuppputationes clariſſimè
patet. Igitur, in fine magni anni planetæ, & orbis ſtelliferus eundem ſitum, eandemq́ue 1.
poſitionem non habebunt: atq; ita, non erit neceſſe, vt eadem redeant, quæ priùs præceſ-
ſerant. Amplius, aliqui motus cœleſtes non poſſunt eſſe eiuſdem menſuræ; vt puta motus 2.
epiciclorum, & deferentium: igitur, mobilia ad eundem ſitum minimè reuerti poſſunt.
Tenet conſequentia, quia motus cœli eſt vniformis (vt paulò antè dixi) antecedens quoq;
patet: cùm enim motus coſtæ, & diametri ſint incommenſurabiles, mobilia, quæ cœpe-
rint ab eodem puncto moueri, nunquam ad eundem punctum ſimul redibunt, etiã ſi per-
petuò moueantur. Sed ſimile quiddam eſt in motibus cœleſtibus: ergo quod prius. Item Ptolomæus.

Ptolomæus in proœmio apotheleſmatum ait, Conſtellationem per omnia ſimilem alicui conſtellationi, quæ præfuit, nunquam redire: atq; hoc eſſe in cauſa, quare de rebus idem iudicium per omnia ſimile ferri non poteſt. Ergo ſibi ipſi aduerſatur. Iterum, Aut in ſecundo magno anno, redibit idem motus numero, aut non. ſi idem motus præciſè, ergo erit primus annus: tenet conſequentia, quia tempus, aut eſt motus, aut motum conſequitur, vt dictū eſt. Si verò eſt alius cœli motus: igitur in 2. anno non erunt omnia, quæ erant in primo eadem numero, ſed conſimilia tantum; ſtellæ enim agunt motu, & lumine. Quare, cùm
5. tunc non erunt motus, & lumina eadem, nec etiam effectus idem numero. Præterea, aut tunc pater Platonis neceſſariò Platonē generabit, & ſic omnia ex neceſſitate contingerent, quod eſt falſum: Aut contingenter, & ſic poſſet eum non generare: poſſet enim impedire ne corpora ſint in eodem ſitu vbi erant prius, vtpote non in eodem climate, atq; ita non omnia eadem numero redirent: ſimiliter poſſet non docere in eadem academia. Et
6. denuo, actus liberi arbitrij non ſubſunt cauſis cœleſtibus, propterea non eſt neceſſe, eoſdem motus redire. Item, tunc diſcere eſſet quoddam reminiſci, quod à philoſopho euertitur prima Poſte. & in fine ſecundi. Denique à Platone traditur in Timæo, in Phædro, Phædone, animum poſt decem millia annorum inſtaurato alarum remigio, eodem vnde venerat, reuerti; præter eius animum, qui dignè philoſophatus fuerit, qui ad contuberniū, atq; ſtellam comparem, infra tria millia anorū reuertetur, ibiq; beatificabitur. Itaq; animus Platonis, qui dignè philoſophatus eſt, & in contubernio ſtellaq; compari, beatitudinem obtinet, ſua ſponte ad corporis miſerias non deſcenderet: nec etiam inuitè, alioqui inuitè corpus regeret, quod eſt contra ſenſum, à quo docemur, corpus ab anima naturaliter regi, dirigi, atq;
Ariſt. ſententia, quòd non ſit reſurrectio moueri. Patet ergo quomodo huiuſmodi annus magnus, omnem prorſus euerteret beatitudinem: quod cùm ſit falſum, explodenda eſt talis ſententia. Cæterum, qui philoſophi doctrinam ſectantur, aiunt, ſecundum philoſophi ſententias, corruptū idem numero reparari non poſſe. Sententiæ ſunt recitatæ ex 5. phyſ. & 2. de gen. Addunt illam ex prædicamentis, à priuatione ſcilicet, ad habitū non fieri regreſſum: ex quibus ita argumentantur. Illa non ſunt vnum numero ſimpliciter, quorum eſſe non eſt idem, ſed diuiſum: ab vnitate namque eſſendi, res vna eſſe dicitur. ſed rei corruptæ non eſt idem eſſe, alioqui minimè corrumperetur: igitur, corruptum non reſurgit idem numero. Sanè, ſi omne corruptum, idem numero redit, nihil ergo inciperet, nihilq; deſineret; quia nihil nunc eſt, quod antea non fuit. Denique, tunc eiuſdem rei infinitæ eſſent generationes, atq; corruptiones: ergo quod prius. Amplius, agens naturale non agit ſine motu, ſimiliter & cœlum agit motu, & lumine: ſed nullus motus redit idem numero, præſertim motus cœli, nec ergo eadem numero influentia: atq; ita nullus effectus redibit idem numero. Adde, quòd generatio non fiat, niſi alteratio præceſſerit, alteratio verò præſupponit lumen, motum, & influentiam cœli. ſed nullum ex iſtis redit idem numero: nec ergo idem numero generatum. Præterea, non poteſt idem redire, niſi ad ipſum eadem fuerit potentia: alioqui vbi non eſt eadem potentia, nec etiam idem eſſe poteſt produci. ſed non poteſt eadem redire potentia: nec ergo idem eſſe numero. Minor ſic probatur, quia aut eadem potentia ſemper manet, aut de nouo redit: non ſemper eadem, quandoquidem in aduentu formæ potentia corrumpitur. Quare,
Quorundam ſententia. ſicut formæ ſuccedit alia priuatio, ita planè forma in aliam reſoluitur potentiam: ergo quod prius. Denique ad præteritum non eſt potentia: omne autem corruptum eſt præteritum: igitur ad omne corruptum non eſt potentia, & ita non poteſt idem numero redire. Verùm nonnulli aiunt, philoſophi ſententias habere veritatem in corruptione completa, nō autem in corruptione incompleta: in cauſa autem eſſe dicunt, quòd motus idem numero non redeat, nec lumen cœli, atq; eadem influentia: nec agens idem numero præciſè: & ſic nec idem effectus. At, in corruptione incompleta, in qua formæ ſubſtantiales non corrumpuntur, vtpote, quando corrumpuntur elementa in mixto, forma ſubſtantiali manente incorrupta, benè poteſt idem numero corruptum redire: quia illorum forma in materiam ſimpliciter non redit ſiue ſoluitur. Verùm, quid philoſophus ſenſerit, de reditu animarum,

non

non poteſt eſſe certum, propterea quòd adhuc non ſit apud peripatheticos certum, an anima remaneat poſt exitum à corpore. Diſputaui de hac materia libro ſexto abundè. Itaq; rationi conſentaneum eſſe videtur, præterquam, ſacræ ſcripturæ hoc firmiſſimè proteſtantur, hominum animas, ſua corpora eſſe recepturas. Reditum animarum fore. *Siquidem naturali deſiderio homo fertur ad perpetuitatem vitæ obtinendam, non quidem in ſpecie tantùm, verùmetiam in proprio indiuiduo. Id autem homini tantùmmodo eſt tribuendum, qui ſolus inter cætera animantia (teſte Platone) immortalitatem expectat, atq; pro illa habenda, innumeros ſuſtinet labores: hoc igitur naturale deſiderium à Deo hominibus tributum, fruſtrari non debet; nihil enim Deus agit fruſtra. Sanè, agens vniuerſale, cuiuſmodi eſt Deus; poteſt ſupplere vicem agentis naturalis, & diſpoſitiones neceſſarias adducere: materia autē manet eadem: forma verò hominis ſubſtantialis remanet incorrupta. Quid ergo poteſt eſſe impedimenti, quominus, ad nutum omnipotentis Dei, hominum reſurrectio non fiat? Item,* 2. *beatitudo, quæ eſt hominis finis, aliquando tandem eſt homini tribuenda; aliter homo ſuo fine priuaretur, quod non modò theologis non probatur, ſed ne philoſophis quidem. Beatitudo verò non animæ tantùm, ſed etiam corpori eſt tribuenda; quia non anima, ſed etiā corpus bonum agit, cuius proprium eſt, animæ participatione viuere: Beatitudo ergo eſt finis coniuncti, ſiue totius hominis, quæ in hac vita haberi non poteſt, cùm ad beatitudinis ſubſtantiam pertineant, æternitas, ſecuritas, & impaſsibilitas. ſit ergo neceſſe eſt reditus animarum, ne optimum Dei opus remaneat imperfectum; remaneret enim anima humana cū quadā violentia, nempe cum appetitu corporis accipiendi. Ad Platonis, aliorumq; Aſtronomorum rationes dicere poſſumus, ſi eos volumus excuſatos habere, illo anno, quaſi ſub quodam exemplo vniuerſali, vniuerſalem hominum reſurrectionem, à longè indicaſſe: quæ quando ſit futura, ſoli Deo patet, cuius virtute eſt producenda: & hoc puto ſufficere.* Soluuntur rationes Platonis. *Quod verò ad rationes peripatheticorum, ſic reſpondeo, & ad primam quidem dico: Tempus medium non eſſe de ratione eſſendi, ideóq; ab eo eſſe interrumpi non poſſe. Ad confirmationem dico, aliquid incipere non ſimpliciter, ſed pro tunc, quando ſcilicet non erat, ac ſic etiam deſinere. Ad aliam confirmationem. Eiuſdem plures eſſe generationes ſucceſſiuas, benè fieri poteſt, non autem ſimul. Ad 2. Quando eadem forma ſubſtantialis remanet, ſufficit motus ſimillimus, & ſi non idem. & ex hoc ſoluitur confirmatio eiuſdem argumenti.* Ariſt. rationes ſoluuntur. *Ad 3. Siue eadem numero potentia redeat, ſiue eadem ſpecie, nihil refert, modò forma ſubſtantialis manſerit ſemper eadem; ſufficit enim potentia eadem ſpecie cum identitate numerali formæ. Ad confirmationem: Ea ratione potentia non eſt ad præteritum, quatenus eſt præteritum: poteſt tamen eſſe ad præteritum, quatenus illud quod præteriit, poteſt eſſe futurum.* Obiectiones. *Dices, aut tota potentia, quæ fuit ad formam, eſt reducta in actum. in noua formæ generatione, aut non ſi tota, non remanet ergo illi potentia (vt dictum eſt) ad formam; ſin verò aliqua pars remanſit; appetit ergo quod habet. Item, maior eſt interruptio in eſſe, quàm in magnitudine: ſed interruptio in magnitudine impedit identitatem numeralem; multò ergo magis interruptio in eſſe: & ſic eſſe vnius hominis ante, & poſt corruptionem non eſt idem numero.* 1. 2. *Reſpondeo, quòd non tota potentia ſpecifica ſit ad actum reducta, atq; admitto, materiam per ſpecificam potentiam eſſe in potentia ad formam quā habet, ſed non pro tunc, quando habet, ſed ſimpliciter: & hoc ſufficere.* Solutiones. 1. *Ad 2. Negatur ſimilitudo; nulla enim poteſt eſſe interruptio in eſſe, quia motus, & tempus ſunt extrinſeca.* 2. *Patet ergo quomodo fieri poteſt corrupti reparatio.*

CAP. IIII.

A priuatione ad habitum fieri regreſſum.

QVoniam hactenus oſtenſum eſt, poſſe corruptum idem numero reparari, neceſſarium eſſe exiſtimaui, enucleare, an ſit poſsibilis tranſitus à priuatione ad habitum: de qua quidem re ſic à quibuſdam diſputatum eſt. Duplex, inquiunt, eſt priuatio: altera quidem, quæ immediatum ordinem habet ad ſubiectum, veluti tenebræ ab diaphanum, quod eſt ſubiectum luminis. Inter hu- Priuatio quotuplex. 1.

ter hu-

ter huiuſmodi autem priuationem & habitum, ſiue formam ei oppoſitam, eſt mutua tranſmutatio; aër enim ex lucido fit tenebroſus, & è contrà. Alia verò priuatio comparatur, ſiue refertur ad ſubiectum, mediante forma; illius enim eſt corruptio, ſicut cæcitas eſt corruptio viſus, & mors eſt corruptio vitæ: & in huiuſmodi non eſt mutua tranſmutatio.

Philoſop.

De prima autẽ loquitur philoſophus 10. met. tex. 6. Si, inquit, itaq; generationes ipſi materiæ ex contrariis fiunt, aut ex ſpecie, & ex ſpeciei habitu, aut priuatione, & cæt. propterea ait, contrarietatem eſſe priuationem ex mutua tranſmutatione, quæ eſt in contrariis ex priuatione, & forma. Iſta ergo priuatio non appellatur contrarietas, quæ eſt corruptio formæ; ſed potiùs, quæ habeat immediatum ordinem ad ſubiectum formæ. In prædicamentis

Obiectio.

verò philoſophus loquitur de priuatione 2. modo dicta, ideoq; aſſerit à priuatione ad habitum non patere reditum. Sed arguet aliquis, priuationem dicere ordinem ad ſubiectũ mediante habitu, poteſt bifariam intelligi, aut quia ſubiectum dicit immediatum ordinem eſſendi ad priuationem mediante habitu, aut ordinem recipiendi, & ſi ordinem recipiendi

Subiectũ dicit ordinẽm ad priuationem.

dixerit, id quatuor modis fieri poteſt: aut quia ſubiectum priuationem non recipit, non recepto prius habitu: aut, quia non eſt aptum recipere priuationem, niſi prius fuerit aptum recipere habitum: vel quia non recipit priuationem, niſi priùs ſit aptum recipere habitum: aut quia non eſt aptum recipere priuationem, niſi recipiat habitum. Sed non poteſt ſubiectum dicere ordinem ad priuationem mediante habitu, quia nihil dicit ordinem ad ignobiliùs, mediante nobiliori: igitur, ſubiectum non dicit ordinem ad priuationem mediante habitu, qui eſt nobilior. Nec ratione recipiendi, mediante habitu, quia poteſt aliquis eſſe cæ-

Cœcus natus.

cus, qui nunquã viſum habuerit, vt legitur de cæco nato: ſic etiam poteſt eſſe aliquis ſurdus, qui nunquam audiuit. Nec 3. modo, alioqui omnis priuatio eſſet talis; nullum enim ſubiectum poteſt aliquam priuationem recipere, niſi aptitudinem habuerit ad habitum illius recipiendum. & de alio modo ſimile poteſt eſſe iudicium. Nec dici poteſt, ſubiectum ideò non eſſe aptum ad priuationem recipiendam, quia non recipit, ſiue receperit habitum; quandoquidem oculus ſit aptus ad cæcitatem recipiendam, priuſquam lumen receperit, ſicut dictum eſt de cæco nato. Subiectum ergo nullo modo dicit ordinem ad priuationem medi-

Solutio.

ante habitu. Dici poteſt, priuationem dicere ordinem immediatum, perinde eſſe, ac recipi in ſubiecto, nullo habitu ſuppoſito, veluti tenebram poſſe recipi in aëre, vel in aqua, nullo lumine priùs recepto: Mors verò dicit ordinem mediatum, quia in ſubiecto non recipitur,

Reſolutio.

niſi vita præcedente: & ſic non eſt ſimile. Itaq; ſi conſideretur priuatio ſub ratione generis, hoc eſt, quatenus habitui opponitur, eſt enim oppoſitio genus priuationis, ſic ab omni priuatione in habitum fieri poteſt regreſſio: oppoſita namque ſunt, quæ circa idem ſubiectum numero, apta nata ſunt fieri mutuò. Vel ſi conſideretur ſub ratione ſpecifica, vel ſub ea ratione, qua dicit ordinem immediatum ad ſubiectum: idem eſt iudicium. At ſi dixerit ordinem ad ſubiectũ mediante habitu, ſic à priuatione ad habitũ nõ eſt regreſ-

Priuatio quot modis dicatur apud philoſ.

ſio. Cæterùm, philoſ. 5. met. cap. de priuatione, annotat priuationẽ plura ſignificata habere: Nam vno quidem modo dicit formæ carentiam in aliquo ſubiecto, in quo neq; ſecundum

1.

ſpeciem, neq; ſecundum genus propinquum illa forma eſt nata in eſſe, ita, ne huiuſmodi, nec nata ſit in eſſe alicui indiuiduo ſpeciei, neq; indiuiduo generis propinqui: atq; hoc modo

2.

lapis viſu priuatus dicitur. Alio modo, priuatio dicit carentiam formæ in ſubiecto, in quo illa forma habet aptitudinem eſſendi ſecundum genus, non autem ſecundum ſpeciem: & ſic

3.

talpa priuatur viſu ſecundum ſpeciem, non autem ſecundum genus. Alio modo dicit priuationem formæ, quæ quidem eſt in aliquo, ſed non plenè atq; perfectè: & ita, qui non benè

4.

videt, dicitur quaſi viſu priuari. Præterea, aliquod dicitur priuari formæ, quam non eſt natum, niſi cum difficultate habere: ſecundum quem modum ſoliti ſumus dicere, lignum

5.

durum non eſſe fiſſile, quia ſcilicet, facilè findi non poteſt. Quinto modo aliquid dicitur priuari forma, quam nullo modo habet, quamq; natum eſt habere: Idq; poteſt fieri dupliciter, vel in tempore, in quo non eſt natum illam formam habere, quemadmodum catulus dicitur viſus priuationem habere ante nonum diem: vel in tempore, in quo aptitudinem obtinet ad

De hominis reſurrectione.

tinet ad formam illam habendam. Et hoc etiam biſariam poteſt intelligi: aut quia illa forma non habita in ſubiecto in tempore, in quo nata eſt haberi, ab eodem ſubiecto naturaliter acquiri poteſt. Sic enim materia exiſtens ſub forma aquæ, forma aeris priuari dicitur: vel quia per naturam non poteſt ineſſe, ſicut cæcitas, quæ eſt priuatio viſus. Et hæc priuatio propriè dicta, quæ ſic deſcribitur. Priuatio eſt carentia formæ natæ eſſe in ſubiecto in tempore, in quo non eſt, neq; eſt poſſibile per naturam ineſſe. Amplius, priuatio propriè dicta non eſt ens exiſtens poſitiuum rerum naturæ; ſed eſt non ens: etenim ſi eſſet ens poſitiuum, exiſteret vtiq; in aliquo ſubiecto, in quo habitus natus eſt ineſſe: at priuatio, & habitus cum ſimul in ſubiecto eſſe non poſſint; priuatio profectò ſolùm illi ineſſet ſubiecto, cui habitus non ineſſet; atq; ita in aduentu habitus, ſubiectum priuatione illius habitus eſſet priuandum: ſicq; priuationis eſſet priuatio, & ita in infinitũ; quod fieri non poteſt. Quare ſi priuatio eſſet aliquid exiſtens in ſubiecto, cùm non ſemper ſit in ſubiecto, aliter habitus in ſubiecto non eſſet: ipſum ergo ſubiectum poſſet priuatione priuari; & ſic priuatio haberet priuationem, & ita in infinitum. Amplius, ſi daretur ſubiectum ſine habitu, atq; omni alia re ſibi inhærente, idq; virtute diuina, tunc ſubiectum diceretur priuari forma, quam pro illo tempore natum eſt habere: non quòd priuatio, quæ ponitur in ſubiecto ſit aliquod ens poſitiuum. Reuera, ſi Deus poteſt auferre viſum ab oculo, nulla alia re in oculo poſita, priuatio autem viſus, ſit oculus priuatus viſu: priuatio ergo non eſt aliqua res inhærens oculo: alioqui Deus non poſſet deſtruere viſum, oculo manente, niſi in oculo rem nouam poneret, priuationem ſcilicet viſus, conceſſo, priuationem viſus, eſſe rem oculo inhærentem. Eſt ergo priuatio propriè dicta, negatio formæ, cum aptitudine ad formam, quam priuat: proinde aggregatum dicit ex negatione, & aptitudine ad habitum. Poteſt autem fieri ex negatione, ſiue non ente, & ex ente aggregatum, habens eſſe obiectum tantùm in intellectu, atq; ita vocatur ens copulatum ſecundum intellectus conſiderationem. Itaq; illa authoritas philoſophi, in prædicamentis in ſermone de oppoſitis, veritatem habet in priuatione, quæ priuat potentiam, & quæ ineſt ſubiecto mediante forma, & in formis, quæ ordine quodam fiunt circa idem ſubiectum, inter quas non eſt reciprocatio immediata, veluti eſt forma vini & aceti. 8. met. 14. Fallit autem in alijs formis, inter quas mutua fieri poteſt tranſmutatio. Philoſophus 2. de gen. tex. com. vltimi, ſicut dictum eſt, videtur ſentire idem numero compoſitum, poſt ſui corruptionem reparari non poſſe. Quorum, inquit, quidem igitur incorruptibilis ſubſtantia mota, manifeſtum quoniam & numero eadem erunt: motus enim ſequitur quod mouetur: quorum autem non; ſed corruptibilis, neceſſe ſpecie, numero autem nõ reiterari. Dicamus ergo, inquit Auer. quòd omnis ſubſtantia indiuidua mouens incorruptibilis, neceſſariò reuertitur ſecundum idem indiuiduum: corruptibilia autem, impoſſibile eſt, vt reuertantur, niſi ſecundum ſpeciem. Sed dices: Philoſophus 8. met. tex. com. 11. & 12. dicit diuerſitatem effectus, à diuerſitate efficientis, ſiue materiæ proficiſci: ſed fieri poteſt, vt idem ſit efficiens, eademq; materia reſpectu ſecundò producti, qui fuerat in prima productione eiuſdem. Igitur, corruptum idem numero poteſt reparari. ſed aiunt quidam hanc rationem peccare per fallaciam conſequentis: ſiquidem ad reparandum eundem effectum numero, non ſufficit materiæ, atq; agentis identitas; ſed neceſſaria quoq; eſt, identitas potentiæ, vt dicitur. 12. met. tex. 11. Si materia, ait, erit vna, & generans vnum, & potentia vna, tunc illud, quod fit, erit vnum. Atqui ad præteritum, vt dicitur 6. eth. cap. 6. nulla eſt potentia: igitur, corruptum idem numero reparari non poteſt: Sed de his paulò antè diſputatum eſt: ſufficit enim Chriſtiano, mortuorum reſurrectionem certiſſimè futuram, idq; diuina virtute, qui poteſt omnia reficere, ſicut etiam ex nihilo omnia condidit. Verùm nonnulli, ſic conantur aſtruere fidem reſurrectionis: In homine, inquiunt, forma ſubſtantialis, eſt anima rationalis, quæ remanet poſt corruptionem corporis: igitur, hominis reſurrectio fieri poteſt, cùm forma ſubſtantialis hominis maneat incorrupta. Amplius, anima rationalis, quæ eſt forma hominis ſpecifica, eſt forma ſubſiſtens, quæ poteſt naturaliter poſt corporis reſurrectionem manere. Quamobrem anima

Priuatio propriè dicta.

Priuatio non eſt ens poſitiuum.

Quid ſit priuatio.

A priuatione ad habitum non fit regreſſio.

Philoſ.

Auer.

Quòd poſſit fieri regreſſio

Philoſophus.

Aliorum rationes probantes reſurrectionem.

De homi-nis reſur-rectione.

rationabili, totum eſſe hominis in ſe formaliter habet, illudq; corpori communicat: proinde quando corpori coniungitur, non recipit eſſe, quod non habebat; ſed illud ſuo corpori com-
2. municat. Nam ſi corporis, & animæ eſſet aliud, atq; aliud eſſe, quorum vtrumq; in eſſe hominis includeretur; tunc profectò vnio animæ, & corporis eſſet accidentalis: & ita ex anima & corpore, non fieret vnum per ſe: quod eſt falſum. Ex quibus, aiunt perſpicuum eſſe, poſt ſeparationem animæ à corpore, nullam fieri interruptionem in eſſe hominis ſubſtantiali; propterea quòd maneat anima ſeparata, in ſe formaliter habens totum eſſe hominis:

Anima habet totum eſſe.

licet alio modo, quàm corpori vnita. Non ergo deſinit totum eſſe hominis ſimpliciter; nam materia remanet, quæ eſt incorruptibilis. Anima autem non corrumpitur, quæ habet totum eſſe hominis. Quapropter nulla videtur eſſe difficultas, quin per diuinam potentiam poſſit fieri mortuorum reſurrectio. Verùm contra huiuſmodi poſitionem ſic poſſet quiſpiam inſtare.

Rationes contrariæ.

Humanitas, quæ eſt forma totius ſecundum Auicennam, partes intrinſecas materiam ſcilicet & formam complectitur: eſſe ergo hominis ſubſtantiale, non ſolam animam includit, ſed materiam etiam: proinde animam non dicere totum eſſe hominis, patet; alioqui materia non eſſet cauſa hominis intrinſeca, quod eſt falſum.
2. Amplius, ſi animæ eſſet totum eſſe hominis, nunquam profectò fieret vera hominis reſurrectio; nihil enim reſurgere dicitur, niſi eius eſſe ſubſtantiale fuerit ſeparatum, atq; diuiſum: ergo &c. Adde, quòd tunc homo eſſet naturaliter incorruptibilis, quod eſt falſum.
3. Si præterea ita res ſe haberet: igitur diffinitio animæ eſſet diffinitio hominis, & conſequenter corpus poneretur tanquam additamentum in diffinitione hominis, quod eſt contra Ariſto. 7. met. Ergo quod prius. Sanè, ex totali eſſe hominis, & aliquo alio non fit vnum per ſe, nec totale eſſe hominis poteſt aliquid aliud informare. Si ergo anima eſt totum eſſe hominis, ex anima vtiq; & materia non fieret vnum per ſe.

Soluitur ratio poſitionis.

Ratio autem poſitionis non concludit: nempè, quòd ſi corpus haberet aliud eſſe ab anima, ex anima, & corpore non fieri vnum per ſe: imò pugnat contra ſeipſam. Non enim minùs fit vnum per ſe ex anima, & ex eo, quòd nullum habet eſſe, quàm ex anima, & ex alio habente eſſe. Neceſſe eſt ergo, vt entia, ex quibus fit vnum per ſe, ſicut ex principiis eſſentialibus, habeant aliquod eſſe. Quapropter perinde eſt dicere, corpus non habere eſſe præter animam, ac dicere, corpus nihil eſſe præter animam: atq; ita ex anima, & nihilo, vnum per ſe fieri. Impoſſibile eſt enim aliquod poſitiuum, quod non habet proprium eſſe, extra animam ſuam poni in actu. Itaq; ex corpore, quod eſt in actu per formam mixtionis incompletam, & anima, quæ eſt in actu fit vnum per ſe compoſitum in actu.

Quòd in morte fiat interruptio ſubſtantiæ.

Quòd autem in morte fiat interruptio eſſe ſubſtantialis hominis, ſic poteſt probari: Sicut per generationem, eſſe ſubſtantiale acquiritur; ita planè per mortem, ſiue per corruptionẽ amittitur: igitur neceſſe eſt interrumpi eſſe ſubſtantiale corrupti.
2. Patet hoc, quia Chriſtus in triduo, vt omnium eſt ſententia, non fuit homo: quare ſi nulla interruptio caderet in eſſe hominis per mortem, fuit ergo homo, ſicut antè.
3. Amplius, entitas totius hominis, nempè humanitas, dicit tertiam entitatem abſolutam, aliam vtrique ab entitate corporis, & animæ: qua quidem ſicut forma totius, & propria quidditate, homo eſt ens, & aliquid in tali ſpecie, ſicut poſtea dicetur. Sed illa corrumpitur per mortem, quandoquidem non maneat, animæ atq; corporis vnione recedente: Interrumpitur ergo eſſe ſubſtantiale per mortem. Etenim, ſi anima eſſet totum hominis eſſe, ita poſt mortem maneret totum eſſe hominis ſubſtantiale, ac etiam in vita: & tunc homo mortuus, vniuoce eſſet homo, ſicut homo viuus: quod eſt falſum. Iterum, ſi non interrumperetur hominis eſſe in morte; tunc certè multa ſequerentur abſurda: & primum quidem, corruptum idem numero à Deo reparari non poſſe; nam in bruti corruptione non remanet anima incorrupta. Adde quòd tunc propria paſſio hominis non reſurgeret eadem numero, quippe quæ corrumperetur per ſeparationem partium.

Auguſtinus.

Auguſtinus præterea lib. 22. de ciuit. Dei cap. 20. Quàmuis, inquit, etſi omnibus periiſſet modis nec vlla eius materies in vllis naturæ latebris remanſiſſet, vnde vellet, reparare eam omnipotens &c. Igitur, omninò deſtructum, & annihilatum, & conſequenter interruptum in eſſe, poteſt idem numero à Deo reparari.

De hominis reſurrectione.

parari. Non ergo ex hoc eſt accipiendum, poſſe fieri, vt mortui reſurgant, quia eſſe ſubſtantiale non interrumpitur, imo ſi illud eſſe non interrumperetur, nunquam reſurgeret id, quod nunquam cecidit. Quomodo ergo futura ſit omnino reſurrectio mortuorum, dixi.

QVAESTIONIS SECVNDAE CAP. I.

Hominis reſurrectionem fieri in inſtanti.

Reſurrectio fit in inſtanti.

QVod mortuorum reſurrectio ſit futura, ex his, quæ dicta ſunt, manifeſtum eſſe puto: poſthac dicamus, quomodo reſurrectio fiat in inſtanti: ſic enim dictum eſt ab Apoſtolo 15. Cor. primæ ep. Ecce, inquit, myſterium vobis dico, omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. Obſcuritatem ſignificat nominando myſterium, ait Ambroſius. Omnes quidem homines reſurgent, ſed ſoli, qui regnaturi ſunt, in gloriam mutabuntur. ſiue ita: omnes reſurgemus, qui in aduentu Chriſti mortui inueniemur: non omnes immutabuntur, qui in corpore ſunt reperti, quia ſancti ſoli beatitudinis gloriam conſequentur.

Ambroſ.

Chryſoſtomus legit hoc modo: Non omnes quidem obdormiemus, omnes immutabimur tamen. Quod ſic intelligendum: non moriemur omnes, omnes tamen immutabimur, etiam hi qui non moriuntur.

Chryſoſto.

Theophilactus: Non omnes, inquit, ſunt morituri, verùm omnes immutabimur. vel ſi, qui non moriuntur, hoc eſt, qui ad incorruptionem transferuntur. Nequaquam igitur cum moriendum, vereri debes, quin reſurrecturus ſis aliquando. Ecce prædico tibi pleroſq; mortem eſſe non obituros, haud tamen id illis ad eam reſurrectionem ſat valet, niſi & immutentur: & ſic ex hac corporis mortalitate, ad immortalitatem pertranſeant. vt itaq; cum mortis immunes ſint, nihil ex eo capiunt vtilitatis, ſic nobis mors ipſa effecerit, illis verò mors eſt immutatio. Moritur namq; in eis corruptio, in incorruptibilitatem denique cõmutata.

Theophil.

Aug. de fide & ſymbolo cap. 6. omnes reſurgemus, ſed non omnes immutabimur: quam immutationem non in deterius, ſed in melius fieri docet idem cum dicit: Et nos immutabimur. Senſus ergo eſt. Myſterium dicam vobis, quod per reuelationem accepi. Simili modo vſus eſt ad Theſſaloni. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini, non in verbo ſcripturarum, Omnes reſurgemus: tum ad Cor. tum etiam ad Theſ. de iuſtorum reſurrectione loquitur.

Auguſt.

Reuelatio.

In epiſt. ad Theſ. apertè affirmat, dominum venturum ad iudicium, multis adhuc viuentibus, quod ſcriptura non habet, ſed Paulus docet. Qui antea fuerant mortui, excitabuntur tuba, & voce Archangeli, Viui rapientur, ſi tamen morientur ad modicum tempus, & eis ſtatim vita reddetur. hoc tamen nemini certum eſt, an morientur. ſi autem non omnes morientur; quomodo omnes reſurgent? Reſurgent ab illo ſtatu, in quo inuenientur. Omnes enim habemus corpus corruptibile; propterea omnes reſurgemus à corruptionis ſtatu, ad ſtatum incorruptionis. ſed non omnes immutabimur, ſcilicet hoc modo, quo illi, qui diu fuerant mortui, & in cineres redacti. hoc eſt magnum myſterium; quia videtur contrarium aliis ſcripturis. Nam ipſemet Ap. ad Heb. ſcribit, ſtatutum eſſe hominibus ſemel mori, & Dauid, ait: Quis eſt homo, qui viuet, & non videbit mortem?

Viui reperientur.

Dauid.

Sequitur tex. Ap. In momento, in ictu oculi, in nouiſſima tuba: canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur. In momento, id eſt, in puncto temporis, in ictu oculi. Quomodo videmus fulmen, & ſtatim non videmus, talis ictus oculi ſignificatur in nouiſſima tuba. Omnia iſta, efficacem ſignificant Chriſti præſentiam, quæ tunc mirabiliter aderit omnibus, ſicut tuba totius exercitus adeſt auribus. Chryſ. Omnia, inquit, futura ſunt in temporis puncto, hoc eſt breuiſſimo tempore. Non ſolùm, ait Theoph. mirum illud videri debet, quòd rabida iam, & putrefacta reſurrectura cadauera ſint, quòdq; ſinguli proprium ſint recepturi corpus; ſed quia tanta ſit hoc celeritate futurum, vt nequeat explicari. Per tubam autem, quæ nulla profectò in futuro iudicio erit, Dei nutum, & imperium patefecit, qui ad omnes ſit peruenturus. Ambr. per ictum oculi, inquit, breuitatem

In momento.

Chryſoſto.

Theoph.

Nouiſsima tuba.

Ambroſius.

vult

De hominis reſurrectione.

uult ſignificare momenti, vt quanta ſit Dei potentia, ex reſurrectionis celeritate cognoſcat. In nouiſsima tuba, nouiſsimus aduentus intelligitur Chriſti.

Auguſt.

Auguſt. ep. 146. In Atomo, inquit, hoc eſt, in puncto temporis, quod diuidi non poteſt. In ictu oculi, hoc eſt, in ſumma celeritate: in nouiſsima tuba, hoc eſt, in nouiſsimo ſigno, quod dabitur, vt iſta compleantur. Canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti & nos commutabimur, in melius vtiq; Omnes ergo reſurgent in corrupti integritate membrorum.

Differentia iuſtorum, & impiorum.

Sed iuſti immutabuntur in illam incorruptelam, cui omninò nulla poſsit nocere corruptio: ac per hoc, qui in eam non commutabuntur, corrumpendi reſurgent dolore pœnarum, cùm audierint: Ite maledicti in ignem æternum.

Theſ. 4.

Et lib. 20. de ciuit. cap. 20. Cùm, inquit, nec reſurrectio fieri poſsit, niſi mors præceſſerit: nec dormitionem intelligere poſſumus, niſi mortem, quomodo omnes, vel dormient, vel reſurgent; ſi tam multi, quos in corpore inuenturus eſt Chriſtus,

Quomodo omnes reſurgent, ſi multi inuenientur viui.

nec dormient, nec reſurgent? Si enim ſanctos, qui reperientur Chriſto veniente viuentes, eiq; in obuiam rapientur, crediderimus eodem raptu de mortalibus corporibus exituros, & ad eandem mox immortalia redituros, nullas in verbis Apoſtoli patiemur anguſtias: quia nec illi per immortalitatem viuificabuntur, niſi quamlibet paululum tamen ante moriantur: ac per hoc, & à reſurrectione non erunt alieni, quam dormitio præcedit, quamuis breuiſsima, non tamen nulla. Cur autem nobis incredibile videatur illam multitudinem corporum in aëre quodam modo ſeminari, atq; ibi protinus immortaliter, atq; incorruptibiliter reuiuiſcere, cùm credamus, quod idem ipſe Apoſtolus dicit, in ictu oculi futuram reſurrectionem, & in membra ſine fine victura tanta facilitate, tamq; ineſtimabili velocitate rediturum antiquiſsimorum cadauerum puluerem? Nec ab illa ſententia qua homini

Terra es & in terram ibis.

dictum eſt, Terra es, & in terram ibis, futuros illos ſanctos arbitremur immunes, ſi eorum morientium in terram non recidunt corpora, ſed ſicut in ipſo raptu morientur, ita & reſurgent dum feruntur in aëra. In terram quippe ibis, & in hoc ibis amiſſa vita, quod eras antequam aſſumeres vitam: id eſt, hoc eris exanimis, quod eras, antequam eſſes animatus. Terra es animata, quod non eras: terra eris exanimis, ſicut eras.

Quomodo morientur in aëre.

Quod ſunt & antequam putreſcant omnia corpora mortuorum, quod erunt & illa, ſi morientur, vbicunq; moriantur, cùm vita carebunt, quam continuò receptura ſunt. Sic ergo ibunt in terram, quia ex viuis hominibus terra erunt, quemadmodũ id in cinerem, quod fit cinis. hæc Aug. Ex quibus colligimus, omnes eſſe morituros, etiam illos, qui in aduentu domini viuere reperientur: quorum perſonam ſe præferre dicit Apoſtolus, propterea quòd vnus ſit ex numero iuſtorum.

Hieronymus.

Scribit de hac materia copioſiſsimè Hieronymus in epiſt. ad Minerium & Alexandrum, tomo tertio ep. circa finem. Habent, inquit, quædam exemplaria, non omnes dormiemus, omnes autem immutabimur: vtrumq; enim in Græcis codicibus inuenitur,

Theodorus.

ſuper quo Theodorus Heracleotes, quæ vrbs olim Perintus vocabatur, in commentariolis Apoſtoli ſic locutus eſt: Omnes quidem non dormiemus, omnes autẽ immutabimur. Enoch enim & Elias, mortis neceſsitate ſuperata, ita, vt erant in corporibus, de terrena conuerſatione ad cœleſtia regna tranſlati ſunt. vnde & ſancti qui die conſummationis, atq; iudicij in corporibus reperiendi ſunt, cum aliis ſanctis, qui ex mortuis reſurrecturi ſunt, rapientur in nubibus obuiam Chriſto, & non guſtabunt mortem.

Celeritas reſurrectionis.

Tanta autem fiet celeritate reſurrectio mortuorum, vt viui, quos in corporibus ſuis, conſummationis tempus inuenerit, mortuos de inferis reſurgentes, præuenire non valeant.

Diodorus.

Diodorus Tarſenſis Epiſcopus, ſi, inquit, incorrupti reſurgent mortui, haud dubium, quin & ipſi ad meliora mutati, quid neceſſe fuit dicere, & nos immutabimur? An hoc voluit intelligi, quòd incorruptio communis ſit omnium, immutatio autem propriè iuſtorum? Dum non ſolum incorruptionem & immortalitatem, ſed conſequuntur & gloriam.

Apollinarius.

Apollinarius licet aliis verbis eadem quæ Theodorus aſſeruit, quoſdam non eſſe morituros, & de præſenti vita rapiendos in futuram: vt mutatis glorificatiſq; corporibus, ſint cum Chriſto.

Didymus.

Didymus non pedibus, ſed verbis in Origenis tranſiens ſententiam, contraria via graditur. Omnes, inquit, dormiemus, id eſt, moriemur: non omnes autem, ſed ſoli ſancti immutabimur. ſcio quod in nonnullis codicibus

 De hominis reſurrectione.

dicibus ſcriptum ſit: Non quidem omnes dormiemus, omnes autem immutabimur. ſed cõſiderandum, an ei, quod præmiſſum eſt, omnes immutabimur, poſſit conuenire quod ſequitur: Mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur: ſi enim omnes immutabuntur, & hoc commune cum cæteris eſt, ſuperfluum fuit dicere, & nos immutabimur. Quamobrem ita legendum eſt: omnes quidem dormiemus, non omnes autem immutabimur. ſi enim in Adam omnes moriuntur, & in morte dormitio eſt: omnes ergo dormiemus, ſiue moriemur. Dormit autem iuxta idioma ſcripturarum, qui mortuus eſt ſpe reſurrectionis futuræ, vnuſquiſque qui dormit, vtique expergiſcetur, ſi tamen non ſubita vis mortis eum oppreſſerit, & mors ſomno fuerit copulata. Cumque omnes ita dormierint lege naturæ, ſoli ſancti & corpore, & anima immutabuntur: ita vt incorruptio omnium reſurgentium ſit: gloria autem, atque mutatio propriè ſanctorum. Sequitur, ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ, ſiue ἐν ῥοπῇ ὀφθαλμοῦ: vtrumque enim legitur: & noſtri interpretati ſunt, in momento, & in ictu, ſiue, in motu oculi; idem Didymus ita explanauit: cuncta ſimul omnium reſurrectione rapientur obuiam Chriſto, ſed hi quos mors diſſoluerit. Quando ergo dicit, In puncto temporis, futuram omnium reſurrectionem; cunctam primæ, & ſecundæ reſurrectionis excludit fabulã, qua alij primi; alij nouiſſimi reſurrecturi eſſe creduntur. Atomus autem punctum temporis eſt, quod ſecari & diuidi non poteſt. vnde & Epicurus ex ſuis Atomis mundum ſtruit, & vniuerſa conformat. Ictusque oculi ſiue motus, qui Græcè dicitur ῥοπή, tanta velocitate tranſcurrit, vt penè ſenſum videntis effugiat. verùm quia in plerisque codicibus pro ῥιπῇ, id eſt, ictu vel motu ῥοπῇ legitur: hoc ſentire debemus, quòd quomodo leuis pluma, vel ſtipula, aut tenue ſiccumque folium, vento flatuque raptatur, & de terra ad ſublime transfertur; ſic ad ictum oculi, & ad nutum Dei, omnium mortuorum corpora mouebuntur parata ad aduentum iudicis. Canet enim tuba. Duplicem habet intelligentiam, vt clangor tubæ, aut vocis indicet magnitudinem: iuxta illud Iſa. Sicut tuba exalta vocem tuam: aut apertam omnium reſurrectionem: ſicut legitur in Mat. Noli tuba canere ante te. Quærimus cur ad nouiſſimam tubam mortuos ſcripſerit reſurrecturos? Quando enim nouiſſima dicitur, vtique aliæ præceſſerunt. In Apocalipſi 8. cap. ſeptẽ deſcribuntur angeli cum tubis, & vnoquoque clangente, quid per ſingulos actum ſit, indicatur. Nouiſſimo autem, id eſt, ſeptimo, claro tubæ ſtrepitu perſonante, mortui ſuſcitantur, corpora incorrupta recipiẽtes. vnde poſt nouiſſimam tubam, exponit Apoſtolus quid ſequatur: Canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur. Quando dicit nos, aliumque ſe, & eos qui ſecum ſunt, præter mortuos eſſe ſignificat. Acacius Cæſareæ Epiſcopus lib. quarto. Commutatio, inquit, qua Paulus mutandus, & ſancti ſunt, glorificatio intelligitur. Incorruptio autem idcircò communis eſt omnium; quia in ea miſerabiliores erunt peccatores, vt ad tormenta perpetui ſint, & non mortali, & corruptibili corpore diſſoluantur. ſic legimus in Daniele 12. Multi dormientes in terræ puluere, reſurgent: alij in gloriam æternam, alij in confuſionem, & opprobrium ſempiternũ. Tranſeamus ad ſecundam lectionem, quæ ita fertur in plerisque codicibus: Non quidem omnes dormiemus, omnes autem immutabimur, ex qua nonnulli aſſerunt, multos viuos in corporibus reperiendos, & ſi non dormiant omnes, non omnes eſſe morituros: ſi autem non moriantur omnes, non omnes reſurrecturos. Reſurgere enim propriè dicitur, qui priùs moriendo cecidit. vnde & Paulum voluiſſe ſcribere ad Theſ. 14. Et mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primùm, deinde nos qui viuimus &c. Ex quibus dictis probare conantur Apoſtol. Paulum, & qui cum eo ſcribebant epiſt, putaſſe ſe non eſſe morituros, ſed reperiendos in die conſummationis in corpore. Quod ſi verum eſt, errauit Paulus, & humana æſtimatione deceptus eſt, vt arbitraretur ſe inueniendum in corpore: quod falſum eſſe, rerum exitus approbauit. Quam ob cauſam in 2. epiſt. Theſſalon. qui perperam primam epiſtolam intellexerant, ab Apoſtolo corriguntur: Nec citò, inquit, moueamini, quaſi inſtet dies domini &c. Senſus ergo eſt: Non omnes dormiemus, quia quidam erunt, qui ſemper Chriſto viuunt, & non dormient in ſomno peccati: omnes tamen immutabuntur, non immutatione gloriæ, quæ propriè debetur ſanctis,

Omnes reſurgemus, ſed non omnes immutabimur.

In ictu oculi.

Atomus.

Clangor tubæ

Septem tubæ.

Acacius.

Daniel.

Secũda lectio apud Hieronymum.

Mortui qui in Chriſto ſunt reſurgent primùm.

Dormitio duplex.

ſed ea

rectione hominis.

ſed ea immutatione qua corruptiuum hoc, incorruptiuũ efficitur, vt vel pœnas, vel præmia recipiat ſempiterna. De hoc dormiente dicebat Dominus ad Martham: Qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternũ. Qui enim tota mente in Chriſtũ confidit, etiamſi vt homo lapſus, mortuus fuerit in peccato, fide ſua viuit in perpetuum. Et ſic ſtare poteſt, vt qui credit in Chriſtũ, non moriatur: & etiamſi mortuus fuerit, viuat in perpetuum. Quod iuxta corporalem mortem, excepto Enoch & Elia, nulli contigiſſe perſpicuum eſt. Qui autem fidei magnitudine ſemper viuunt in Chriſto, non dormient, neq; morientur, ſed imitatores erunt vitæ Apoſtolicæ, qui nunquam dormière, nunquam mortui ſunt. hæc Hieronymus, cætera, quæ remanent in ſequenti cap. dicam ne diminuta videatur Catholica ſanctiſsimi, doctiſsimiq; Hieronymi doctrina.

Ad Martham; Qui credit in me etiamſi mortuus fuerit viuet.

CAP. II.

Hieronymi doctrina ſuper illud Pauli: Omnes quidem reſurgemus.

Hieronymus.

Si omnes, iuxta ſecundam lectionem, immutabuntur; quomodo poſtea dicitur, quaſi præcipuum atq; priuatum, & propriè Apoſtolorum: Et nos immutabimur? quando enim dicit Nos, ſanctos quoq; ſignificat. Item, quæretis quomodo ſit intelligendum illud ad Theſ 14. Deinde nos, qui viuimus &c. Diodorus hæc ſcripſit. reſiduos, atq; viuentes, Paulus Apoſtolus vocat, non quod velit intelligi & ſe & alios reſurrectionis tempore reperiendos; ſed nos dixit, pro eo quod eſt, iuſtos, de quorum & ego ſum numero. Ipſi enim rapientur obuiam Chriſto, & non peccatores. viuentes autem non iuxta tropologiam, ſanctos accipimus, qui peccato non mortui ſunt, ſed omnes, quos in corpore adueniens Chriſtus inuenerit. Quodq; ſequitur: Non præueniemus eos qui dormierunt: nequaquam ad peccatores referre debemus. Neq; enim peccatores cum iuſtis rapientur obuiam Chriſto, ſed eos, quos mors diſſoluerit. ſic etiam legimus in Euangelio Lucæ: Sicut in diebus Noë ducebant vxores, & nubebant, & repentè venit diluuium, & tulit omnes; ſic erit aduentus filij hominis. quibus ſermonibus approbatur, in fine mundi multos viuos, & adhuc in corporibus reperiendos. Item, Media nocte ſponſus venit, qui vtiq; viuentes in corpore deprehendet, quando duo erunt in lectulo vno, vnus aſſumetur, & alius relinquetur. quibus dictis oſtenditur, medio noctis ſecuris omnibus conſumationem omnium eſſe venturam. Origenes in tertio volumine exigimaticon. Nos qui viuimus, inquit, quorum corpus mortuum eſt propter peccatum, ſpiritus autem viuit propter iuſtitiam. Illi autem, quod ad Theſ. legitur, & mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi: hoc quod ad Cor. ſcriptum eſt, Et mortui reſurgent incorrupti. Porrò quod ſequitur: Deinde nos qui viuimus: illi reſpondet: Et nos immutabimur, quorum vtrumq; ſic intelligi poteſt: Nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentu domini, qui immutabimur, & non ſumus ex his qui appellantur mortui, ſed viuimus; idcirco præſentiam domini non in morte, ſed in vita præſtolamur, quia electæ ſumus reliquiæ, de quibus dictum eſt, ad Eliam: Dereliqui mihi ſeptem milia virorum, qui non curuauerunt genua Baal. In Ioannis quoq; Euangelio, viuorum, & non viuorum, duplex ordo deſcribitur. Omnis qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. ſi viuos ita intelligimus, vt iam à nobis dictum eſt, dormientes, & in Chriſto mortuos, illos eſſe credamus, qui cùm veline in Chriſto viuere, tamen peccato mortui ſunt: Sin autem reliquiæ, & electio ſecundum gratiam, appellantur viuentes: qui non ita credunt, dormientes, & mortui appellantur in Chriſto. hæc Hieronymus. In epitaphio autem Paulæ probat reſurrectionem mortuorum: Si corporum, inquit, non fuerit reſurrectio, nequaquam erit reſurrectio mortuorum. In reſurrectione non nubent, neq; tradentur ad

Diodorus.

Non præueniemus eos qui dormierunt.

Origen.

Nos qui viuimus.

Duplex ordo viuorum, & non viuorum

Viuentes duobus modis dicuntur.

Non adiecit: ſed erunt ſimiles angelorum: vbi ſexuum diuerſitas demonſtratur. Quod ſi oppoſueris: quomodo ergo erimus ſimiles angelorum, cùm inter angelos non ſit maſculus & fœmina? breuiter auſculta: non ſubſtantiam nobis angelorum, ſed conuerſationem, & beatitudinem dominus repromittit. Quomodo Ioannes Baptiſta antequam decollaretur, angelus appellatus eſt, & omnes electi ac virgines Dei, etiam in iſto ſeculo vitam in ſe exprimunt angelorum. Quando ergo dicitur: Eritis ſimiles angelorum, ſimilitudo promittitur, non natura mutatur. Simulq́ue reſponde, quomodo illud interpreteris, quod Thomas domini reſurgentis tetigerit manus, & viderit lancea latus eius perforatum? Et Petrus in littore ſtantem viderit dominum, & partem aſſi piſcis, ac fauum mellis comedentem? Qui ſtabat, profectò habebat pedes: qui monſtrauit latus vulneratum, vtique & ventrem, & pectus habuit, ſine quibus non ſunt latera ventri & pectori cohærentia: qui locutus eſt, lingua & palato, ac dentibus loquebatur: cuius palpatæ ſunt manus, conſequenter & brachia habuit. Cum igitur omnia membra habuiſſe dicatur, neceſſe eſt, vt totum corpus habuerit, quod conficitur ex membris: non vtique fœmineum, ſed virile, id eſt, eiuſdem ſexus, in quo mortuus eſt. Palpate, inquit, & videte, quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet, ſicut me videtis habere: Et cùm hoc dixiſſet, oſtendit eis manus & pedes. Oſſa ergo, caro, manus, & pedes, veri corporis indicia ſunt. Et ad Pammachium aduerſus errores Ioannis Ieroſolymitani: Chriſtus primogenitus ex mortuis, primitias maſſæ corporũ noſtrorum, quas in ſepulchro poſitas ſuſcitauit, peruexit ad cœlum, ſpem nobis reſurrectionis in reſurrectione proprij corporis tribuens: vnde & omnes ſic ſperamus reſurgere ex mortuis, ſicut ille ſurrexit. Non in aliis quibuſdam peregrinis, & in alienis corporibus, quæ aſſumuntur in phantaſmate; ſed ſicut ipſe in illo corpore, quod apud nos in ſancto ſepulchro conditum reſurrexit; ita & nos in ipſis corporibus, quibus nunc circumdamur, & in quibus nunc ſepelimur, eadem ratione, & viſione ſperamus reſurgere. Neque enim fas eſt, vt in aliis corporibus animæ peccauerint, in aliis torqueantur: nec iuſti iudicis alia corpora pro Chriſto ſanguinem fundere, & alia coronari. Quod verò dicit Apoſtolus 1. Cor. 15. Corruptibile hoc induere incorruptionem, non dicit corpus abolendum, ſed quod antea fuit inglorium, incorruptione veſtiendum. Fauet huic propoſito Iſaias cap. 26. Reſurgent, inquit, mortui: & reſurgent qui in ſepulchris erant, & lætabuntur omnes, qui ſunt in terra. Rós enim qui à te eſt, ſanitas illis eſt, terra verò impiorum cadet, hoc eſt, corpora impiorum ruina damnationis excipiet. ait Aug. 20. lib. de ciuit. cap. 21. Iam verò, inquit, ſi de bonorum reſurrectione, quod dictum eſt, diligentiùs & diſtinctiùs velimus intueri, ad primam referendum eſt, quod dictum eſt, Reſurgent mortui: ad ſecundam verò quod ſequitur, Et reſurgent qui in ſepulchris erunt. Iam & ſi illos inquiramus ſanctos, quos hîc viuos inuenturus eſt dominus, eis congrue deputabitur, quod adiunxit. Et lætabuntur omnes, qui ſunt in terra: ros enim qui à te eſt, ſanitas illis eſt, hoc eſt immortalitas. Ea namque eſt pleniſſima ſanitas, quæ non reficitur alimentis, tanquam quotidianis medicamentis. Item, Iſaias 66. de mortuorum reſurrectione ſic loquitur: Et oſſa veſtra, vt herba exorientur, mortuorum reſurrectionem ſtrinxit, teſte Auguſtino. Quomodo enim cœlum nouum, & terra noua manebit coram me, dicit dominus; ſic ſtabit ſemen veſtrum, & nomen veſtrum, & erit menſis ex menſe, & ſabbatum ex ſabbato: & veniet omnis caro in conſpectu meo adorare in Ieruſalem; dicit dominus, & egredientur, & videbunt membra hominum, qui præuaricati ſunt in me. vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt viſui omni carni. Ad hoc iſte propheta terminauit librum, ad quod terminabitur ſeculum. Menſis ex menſe, ait Aug. cap. 22. lib. 20. tanquam Luna ex Luna, & requies ex requie, cùm ex his vmbris veteribus, & tẽporalibus, in illa lumina noua, ac ſempiterna tranſibimus. Dan. 12. ſimilia cecinit: In tẽpore illo ſaluabitur populus tuus, ait, omnis qui inuentus fuerit ſcriptus in libro. & multi dormientes in terræ puluere exurgẽt. hi in vitã æternam, & hi in opprobrium, & in confuſionẽ æternã. & intelligentes fulgebunt, ſicut claritas firmamenti, & qui ad iuſtitiã erudiunt multos, ſicut ſtellæ ad perpetuas æternitates.

De hominis reſurrectione.

Poſt reſurrectionem erimus ſimiles angelis.

Corporum reſurrectio.

Pammachius

Rationes reſurrectionis corporum.

Iſaiæ. 26.

Aug. de ciuit. Bonorum reſurrectio.

Iſaiæ. 66.

Oſſa germinare.

Menſis ex menſe.

Daniel. 12.

Similis modus loquendi eſt in Ioan. Euan. ca. 5. Et qui bona fecerunt, ibunt in reſurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij. lib. 22. de ciuit. Dei ca. 18. loquens Auguſt: de viro perfecto, qui eſt Chriſtus cum Eccleſia. Donec occurramus omnes (ait Apoſtolus ad Ephe. 4.) in virum perfectum. Ecce qui eſt vir perfectus, caput, & corpus, quod conſtat omnibus membris, quæ ſuo tempore complebuntur. Quotidie tamen eidem corpori accedunt, dum ædificatur eccleſia, cui dicitur 1. Corint. 12. Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra ad inuicem connexa. Et ad Col. 1. Pro corpore eius, quæ eſt eccleſia. Et 1. ad Corint. 10. Vnus panis, vnum corpus multi ſumus. De cuius corporis ædificatione loquitur ad Ephe. 4. Ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti: ac deinde ſubiectum eſt, Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionem filij Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. &c. Sicut ergo eſt menſura vniuſcuiusque partis; ita totius corporis, quod omnibus ſuis partibus conſtat. Eſt vtique menſura plenitudinis, de qua dictum eſt: In menſura ætatis plenitudinis. Quam plenitudinem etiam illo commemorauit loco; vbi ait de Chriſto: Et ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam, quæ eſt corpus eius, plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplet. Vt ergo ſit vir iſte perfectus, neceſſe erit mortuos reſurgere, vt ex ſuis electis, ex quibus conſtat eccleſia Dei viui, corpus Chriſti myſticum, vir perfectus conſurgere queat, Chriſtus ſcilicet, & eccleſia. Neque enim decens eſt, caput ſine membris conſiſtere, aut viciſſim, membra à corpore ſeparari. Cùm ergo hæc ita ſe habeant, dici poteſt, puluerum recollectionem in tempore fieri, modò angelorum miniſterio fiat, quia per motum fiet: motus autem non fiet in inſtanti. At reformatio corporis, & corruptio pulueris, in inſtanti fiet, diſpoſitiua alteratione nequaquam præcedente, quæ ſit verè motus; materia enim pulueris ad formam corporis habendam in inſtanti diſponetur, atque corrumpetur. Animatio præterea in eodem erit inſtanti: ſiquidem ſimul à Deo corpus formabitur, & anima infundetur. Ex quo patet, illam animationem, propriam, ac veram mutationem appellandam non eſſe: quippe cùm à corpore duratione non præcedatur, ſed natura tantùm. Verùm nonnullis viſum eſt, puluerem mortuorum in inſtanti eſſe colligendum, etiamſi per motum ſit colligendus; motus enim diuina virtute poteſt eſſe in inſtanti, non modò generatio, ſiue inſtantanea mutatio. Motus, inquit, quòad illud, quod principaliter ſignificat, eſt idem eſſentialiter cum termino. Etenim, ſicut eſſe eſt idem cum eo, quod eſt; ita & fieri, vt puta motus, eſt idem cum eo, quod fit, cum forma ſcilicet. Quamobrem dictum eſt à philoſopho 5. phyſ. motum eſſe de genere termini ad quem, vbi diſtinguit ſpecies motus ſecundum terminos. Commentator præterea 3. phyſ. putat veriorem eſſe opinionem, quæ aſſerit, motum eſſe formam fluentem. Sed terminus motus poteſt eſſe in inſtanti, & motus ergo. Item, quæ eſſentialiter diſtinguuntur ab inuicem, diuina virtute, vnum poteſt fieri ſine altero: ſed motus eſſentialiter diſtinguitur à ſucceſſione, ſicut ſubiectum à propria paſſione, eſt enim prior ipſo naturaliter: Poteſt ergo Deus facere motum ſine ſucceſſione; & ſic in inſtanti. Amplius, ſucceſſio non eſt in motu (teſte Commentatore 4. phyſ.) niſi propter reſiſtentiam mobilis ad motorem, aut medij ad mobile, vel ad motorem; quæ omnes cauſæ, ad vnam, nempe ad impotentiam mouentis reduci poſſunt, cui aliquid reſiſtit in mouendo. Sed hoc in Deum non cadit, quippe qui eſt potentia infinitus: ergo quod prius. Præterea, quod aliquid maiorem minoremque locum occupet in inſtanti, natura fieri poteſt: quando enim ex denſo corpore rarum gignitur, veluti quando ex terra fit ignis, aut è conuerſo; in inſtanti generationis, materia prior, maiorem, minoremue accipit locum: minorem quidem condenſatione, rarefactione verò, maiorem. Collectio ergo puluerum, etiamſi fieret per motum localem: ad huc tamen diuina virtute poſſet fieri in inſtanti. Alij oppoſitum tueri conantur. Non poteſt, inquiunt, fieri tranſlatio puluerum, niſi per motum localem, & mutationem ad vbi: ſed à nulla virtute fieri poteſt, vt motus localis fiat in inſtanti, cùm id deſtruat naturam motus: aliter in vacuo poſſet fieri motus, quod à philoſopho confutatur, 4. phyſ.

Ephe. 4.

De viro perfecto, qui eſt Chriſtus cum eccleſia.

Chriſtus eſt menſura plenitudinis.

puluerum recollectio fit in tempore.

Alii putant fieri in inſtanti

1.

2.

3.

4.

Contraria opinio, quòd nō poſsit fieri in inſtanti.

igitur,

Igitur collectio puluerum non fiet in inſtanti. Amplius, ſi talis vel alia ratio fieret in inſtanti, tunc certè idem corpus, in principio ſpatij, in medio, atq; in extremo ſimul eſſet, quod implicat contradictionem. Antecedens patet; quod enim ſic fieret in inſtanti, vbique ſimul eſſet. Vacuum præterea tunc in natura dari, neceſſe eſſet: ſiquidem locus ille, à quo eſſet mortuorum puluis transferendus, in inſtanti alio corpore repleri non poſſet. Atqui, vacuum in natura non dari, in 3. lib. declarauimus: ergo quod prius. 2. 3.

CAP. III.

Soluuntur argumenta.

VErùm ad huiuſmodi argumenta ſic poſſet aliquis reſpondere: & ad primũ quidem, motum non eſſe idem cum forma terminante perfecta, aut imperfecta. Si enim eſſet idem cum imperfecta, eadem quoq; ratione cum perfecta: vtraq; ſiquidem per motum acquiritur. Et cum dicis quod eſſe ſit, &c. Non eſt ſimile de fieri, & eo, quod fit. Etenim, manente eo, quod eſt, vt ipſum eſſe maneat, neceſſe eſt: quod quidem non eſt via in id, quod eſt. At, manente eo, quod fit, non manet fieri, vniuerſaliter loquendo, præſertim fieri, qui eſt motus. Reuera, manente domo, non manet ædificatio: ideóq; non valet ſimilitudo. Ad philoſophi authoritatem dico, à philoſopho dictum non eſſe, motum diuerſificari, ſiue diuerſum reddi ſecundum genera generaliſsima, ſed ſecũdum ſpecies infra genus ſuum, ac conſequenter non potuiſſe motum, cum termino idem eſſe: qui planè ſecundum ſuũ genus generaliſsimum, varius, atq; diuerſus redditur. Alterius enim (ſicut patet) generaliſsimi ſunt, quantitas, qualitas, & vbi. Commentator præterea 5. phyſ. quæ dixerat, corrigens, ait motum non eſſe tranſmutationem, ac conſequenter non eſſe formam, ad quam terminatur. Ad 2. Minor eſt falſa: nam quemadmodum ens permanens per ſuam naturam intrinſecam, & non per aliquod additum, eſt huiuſmodi; ita certè ſucceſsiuum, eſt tale per ſuam naturã: ſucceſsio ergo à motu ſeparari non poteſt. Ad 3. Dico, motui ſucceſsionem ſemper ineſſe ex propria natura intrinſeca, vndecunque fiat: & fieri non poſſe vt motus ſit, niſi in ſucceſsiuo, ſiue ſucceſsione, quemadmodum hominem, non niſi in rationali. Quare, ſiue ſucceſsio motui inſit interdum à cauſa intrinſeca, & extrinſeca ſimul, ſiue ab altera illarum; ſemper tamen ita illi adhæret, vt abſq; ea, eſſe nequeat. Ad 4. Illa quidem fieri poſſunt in inſtanti; non tamen per verum motum, ſed potius per ſimplicem mutationem. Falſum ergo eſt, ſi per motum localem illa fieri, dixeris: ſiquidem talia in inſtanti fieri per motum minimè poſſunt. Quòd ſi dixeris poſſe corpus à Deo fieri, eſſe in inſtanti in principio ſpatij, medio, & fine; & ſic à Deo moueri in inſtanti. Approbo quidem, per motum tamen nego, cum motus deſtruat naturam. Itaq; quemadmodum fieri non poteſt, vt motus ſucceſsione careat, & generatio, ſiue mutatio inſtantanea, ſit in tempore; ita planè, vt puluis mortuorum per motum localem in inſtanti adunetur, atq; in vnum redigatur. Ad primũ ſecundæ opinionis reſpondeo, Quoddam falſum ab illis ſupponi, nempe, non niſi per motum localem, puluerum congregationem, fieri poſſe; quandoquidem per mutationem inſtantaneam, diuina virtute fieri valeat: quæ quidem mutatio propriè motus non dicitur. Non omnis ergo mutatio ad qualitatem, eſt propriè motus, qui dicitur alteratio, ſed interdum poteſt eſſe mutatio inſtantanea, & ſimplex. Ad 2. Diuina virtute fieri poteſt, vt idẽ corpus ſimul ſit in pluribus locis; non quidem per motum continuum in inſtanti; ſed potius per plures ſimplices mutationes. Ad 3. Dico, per naturam vacuum fieri non poſſe: natura enim vnum corpus non extruditur, niſi alio prius aduecto: poteſt nihilominus per naturam, aliqua inſtantanea mutatio fieri, ſeu acceptio maioris loci in inſtanti, atque ita expelli, ſiue introduci aliquod corpus in inſtanti. Porrò, diuina virtute vacuũ fieri poteſt, dum ab illa, aliquod corpus moueri poteſt, ſiue annihilari, alio corpore non introducto.

Margin notes: 1. — Philoſo. — Commen. — 2. — 3. — 4. — Motus non fit in inſtanti. — Argumenta alterius opinionis. — 1. — 2. — 3. — Virtute diuina poſſe fieri vacuum.

tiaq; reformatio corporis, quoad pulueris corruptionem, formęque ſubſtantialis pulueris in materia pulueris introductionem, perſpicuum eſſe poteſt, ad inſtar generationis corruptionisque ſubſtantialis, in inſtanti fieri. Porrò formæ ſubſtantialis introductio in inſtanti fiat, neceſſe eſt, propter eius ſimplicitatem, ad quam non poteſt eſſe actio, aut paſſio ſucceſſiua, & conſequenter, nec motus etiam: huiuſmodi namq; forma non intenditur, neque remittitur; propterea quòd non habeat partes, in quibus talis intenſio fiat, & remiſſio: idcirco fit in inſtanti. Quoad verò ad animationem corporis, & infuſionem animæ rationalis, quod eſt vltimum, atq; perfectiſsimum in reformatione illa, profectò ſimiliter fiet in inſtanti, propterea quia eſt forma ſimplex, gradu intenſionis, ſiue remiſsionis carens: ideóq; illius introductio fiet in inſtanti. Quod verò in oppoſitum adducitur, reſurrectionem, quantum ad corporis reformationem, animationemq; in inſtanti fieri non poſſe: Reſpondeo, in eodem inſtanti puluerem corrumpi, & corpus animari, reformariq;. Quod ſi dixeris, quòd eſſe pulueris ſit finitum, & determinatum; ideoque vltimum inſtans illi correſpondet, ſicut & primum, ac proinde non poſſe fieri in inſtanti. Dico, quòd licet tempus ſit finitum, & eſſe rei ſimiliter: ipſi tamen non correſpondet; illud vltimum inſtans terminatiuum, ſed potius non eſſe poſt eſſe, in quo ſimul inſtanti, id quod generatur, accipit, ſibiq; illud eſſe attribuitur, non autem non eſſe corrupti. Quam ob cauſam dictum eſt à philoſopho 8. phyſ. inſtans eſſe poſterioris paſsionis: etenim quamuis in eodem inſtanti corruptum non ſit, & genitum, poſterioris tamen paſsionis dicitur, propterea quòd non eſſe propriè non menſuratur; ſed potius ipſum eſſe. Ex quibus perſpicuum eſt, non eſſe aptum vt inſtans ſit immediatum inſtanti, ſed tempori. Quomodo ergo reſurrectio mortuorum fiat in inſtanti, dixi. Poſthac dicamus, quomodo idem homo reſurget. Cæterum, fidem reſurrectionis, quantum ad pietatem, & afflictorum conſolationem, pleniſsimè ab Apoſtolo aſtrui, 4 Theſ. prioris epiſtolæ, & 15. 1. ad Cor. audiuimus. Vbi maxima ex parte etiam qualitates corporum proponit. Hoc idem docetur à Iob ca. 19. Et in carne mea videbo Deum meum. Scio enim quòd redemptor meus viuit, & in nouiſsimo die de terra ſurrecturus ſum. Et rurſum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum, quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Hoc igitur (ait Hieronymus) clypeo eccleſia, quæ incarnationem vnigeniti Dei veram confitetur, & reſurrectionem mortuorum veriſsimam credit futuram, ſe munit, & protegit, & inimicos ſuos conuincit, atq; debellat. vbi ſunt illi, qui dicunt nos in reſurrectione alia corpora habituros? Ego (inquit Iob) vlceribus diſſolutus, in hac carne, incorrupta reſurrectione futura glorificatus videbo Deum. Ex quo loco apertè diſcimus, hoc ipſum corpus nos recepturos, in quo hic viuimus, vt toti reſurgamus, vbi nihil periturum eſſe illis, quibus dicitur: Capillus de capite veſtro non peribit. Quid exprobras carni? ait Tertullianus de reſurrectione carnis. Deum expectat, in Deum ſperat, à Deo honoratur. Tenes ſcripturas, quibus caro infuſcatur: tene etiam quibus illuſtratur. Omnis caro fœnum, ſed videbit omnis caro ſalutare Dei. Non manebit ſpiritus meus in hominibus his, quia caro ſunt, ſed alibi dicitur, Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem. Itaq; ſi ignominias carnis, reſurrectionem eius expellunt, cur non dignitates potius inducent? Qui negant reſurrectionem carnis, carnaliter viuunt, negantes autem pœnam, deſpiciunt diſciplinam. Idoneus eſt Deus reficere carnem, qui mundum ex nihilo condidit. Eſt autem futura reſurrectio carnis, vt caro ſimul cum anima ſuam mercedem recipiat. Socia fuit operum, ſic erit, & ſocia mercedis. Anima enim in carne, & cum carne, & per carnem agit, opera ſua. Si ergo anima, quæ agit, & impellit in omnia, carni obſequium habet, vbi ... quæſierit Deus, vt ſocium bonorum à præmiis arceat? Auguſtinus de ciuit. Dei, lib. 22. cap. 20. Neſcio, inquit, quomodo ſic afficimur amore martyrum, vt velimus in illo regno, in eorum corporibus videre vulnerum cicatrices. Et fortaſſe videbimus. Non enim deformitas in eis, ſed dignitas erit. Capillus capitis veſtri non peribit. Lucæ 21. Omnia erunt membra martyribus, quæ illis amputata, ſiue ablata fuêre, in reſurrectione reddentur. Quam-

forma ſubſtantialis in inſtanti introducitur.

In eodem inſtanti puluerē corrumpi, & corpus animari.

Homo idem reſurget.

Iob 19. in carne mea videbo Deū meū

Hieronymus.

Veſtri capilli capillis numerati ſunt.

Tertullianus.

Quare caro reſurget.

Aug. in corporibus martyrum remanere cicatrices

De hominis reſurrectione.

Quamuis enim omnia quæ acciderant corpori vitia, tunc non erunt: non ſunt tamen deputanda, vel appellanda vitia, virtutis indicia. Abſit autem, vt ad reſuſcitanda corpora, vitaq́ reddenda, non poſsit omnipotentia creatoris omnia reuocare, quæ vel beſtia, vel ignis abſumpſit, vel in puluerem cineremue collapſum, vel in humorem ſolutum, vel in auras eſt exhalatum. Abſit, vt ſinus vllus, ſecretumq́ naturæ ita recipiat aliquid ſubtractum ſenſibus noſtris, vt omnium creatoris, aut lateat cognitionem, aut effugiat poteſtatem. Vnde iam etiam quæſtio illa ſoluenda eſt, quæ difficilior videtur cæteris: vbi quæritur: Cùm caro mortui hominis, etiam alterius fit viuentis caro, cui potiùs eorum in reſurrectione eſt reddenda? ſi enim quiſpiam confectus fame atq; compulſus, veſcatur cadaueribus hominum, quod malum aliquoties accidiſſe, & vetus teſtatur Hiſtoria 4. Reg. 6. & noſtrorum temporum infelicia experimenta docuerunt; non quiſquam veridica ratione contendet, totum digeſtum fuiſſe per imos meatus, nihilq́ inde in eius carne mutatum, atq; conuerſum. Diximus Deum poſſe reuocare quod fugit. Reddetur ergo caro illa homini, in quo eſſe caro humana primitus cœpit. Ab illo quippe altero, tanquam mutuò ſumpta deputanda eſt, quæ ſicut æs alienum ei redibunda eſt, vnde ſumpta eſt. Sua verò illi, quem fames exinaniuerat, ab eo qui poteſt etiam exhalata reuocare, reddetur. Quamuis etſi omnibus periſſet modis, nec vlla eius materies, in vllis naturæ latebris remanſiſſet, vnde vellet eam repararet omnipotens. Sed propter ſententiam veritatis, qua dictum eſt, Capillus capitis veſtri non peribit, abſurdum eſt, vt putemus, cùm capillus hominis perire non poſſit, tantas carnes fame depaſtas, atq; conſumptas perire poſſe. Quibus omnibus pro modulo noſtro conſideratis, atq; tractatis, hæc ſumma conficitur; vt in reſurrectione carnis in æternum eas manſuras habeat corporum magnitudo, quas habebat perficiendæ ſiue perfectæ cuiuscunque indita corpori ratio, iuuentutis in membrorum quoq; omnium modulis congruo decore ſeruato: Quod decus, vt ſeruetur, ſi aliquid demptum fuerit indecenti alicui granditati in parte aliqua conſtitutæ, quod per totum ſpargatur, vt neq; id pereat, & congruentia partium vbiq; teneatur; non eſt abſurdum, vt aliquid inde etiam ſtaturæ corporis addi poſſe credamus, cum omnibus vt decorem cuſtodiat, id diſtribuitur: quòd ſi deformiter in vna eſſet, vtiq; non deceret. Aut ſi contenditur in ea quenq; ſtatura corporis ſurrecturum eſſe, in qua defunctus eſt, non pugnaciter reſiſtendum eſt, tantùm abſit omnis deformitas, omnis infirmitas, omnis tarditas, omnisq́ corruptio, & ſi quid aliud illud non decet regnum, in quo reſurrectionis & promiſsionis filij æquales erunt angelis Dei: ſi non corpore, non ætate certè felicitate. Hæc Augu: quæ ita clara ſunt, atq; plena, vt nihil illis addendum eſſe putem. Cap. 14. eiuſdem libri deſcribit infantium reſurrectionem: Infantes, inquit, non ſunt in ea reſurrecturi corporis exiguitate, qua mortui ſunt; ſed quod eis tardiùs acceſſurum erat tempore, hoc ſunt illo opere miro atq; celerrimo recepturi. In ſententia quippe domini dictum eſt, ſcilicet, Capillus de capite veſtro non peribit, non defuturum eſſe, quod fuit; non autem negatum eſt, affuturum eſſe, quod defuit. Defuit autem infanti perfecta quantitas ſui corporis, quæ cùm acceſſerit, longior eſſe non poteſt. Secundum hanc ergo rationem, in reſurrectione corporis, detrimenta corporis non timemus. Creatori namq́, qui creauit cuncta ex nihilo, deeſſe non poteſt, vnde addat, quod addendum eſſe nouit. cap. 13. Abortiuos fœtus, qui cùm iam vixiſſent in vtero, ibi ſunt mortui, non video quomodo ad eos non pertineat reſurrectio mortuorum; ſi non eximuntur de numero mortuorum. De his ergo ſentiendum eſt, quod de iam natis infantibus diximus. cap. 17. Nonnulli, inquit, propter hoc, quod dictum eſt, 4. ad Eph. Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, in virū perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, & ad Rom. 8. Conformes fieri imagini filij Dei: nec in ſexu fœmineo reſurrecturas fœminas credunt, ſed in virili omnes aiunt; quoniam Deus ſolum virum fecit ex limo, fœminam ex viro. Sed mihi meliùs ſapere videntur, qui vtrumq; ſexum reſurrecturum eſſe non dubitant, Non enim libido ibi erit, quæ confuſionis eſt cauſa. Nam priuſquam peccaſſent, nudi erant, & non confundebantur, vir & fœmina, corporibus ergo illis vitia detrahentur, natura ſeruabitur. Non eſt autem vi-

Caro mortui fie caro viuentis quando ſurget.

Capillus non peribit.

Forma reſurgentium.

Infantium reſurrectio.

Abortiui fœtus.

Omnes in ſuo ſexu reſuſcitabuntur.

tium

nis reſur- tum ſexus fœmineus; ſed natura, quæ tunc quidem, & à concubitu, & à partu immunis
rectione. erit: erunt tamen membra fœminea, non accommodata vſui veteri, ſed decori nouo; quo non aſpiciatur aſpicientis concupiſcentia, quæ nulla erit, ſed Dei laudetur ſapientia, & cle-
Quare mulier mentia: qui & quod non erat, fecit, & liberauit à corruptione quod fecit. Creatura Dei eſt
ex viro. fœmina, ſicut & vir; ſed vt de viro fieret, vnitas commendata eſt. vt autem illo modo fieret; Chriſtus & eccleſia figurata eſt. Qui ergo vtrumq; ſexum inſtituit, vtrumq; reſtituet. Deniq; ipſe Dominus ait, in reſurrectione angelorum nos ſimiles eſſe futuros. ſimiles, inquam, ſiue æquales immortalitate, non carne; ſicut nec reſurrectione, qua angeli non indiguerunt: quoniam nec mori potuerunt, hæc Auguſtinus.

CAP. LIIII.

Quales reſurgemus.

Partes ſubſtãtiales homi. Quoniam in carne noſtra videbimus dominum, operæpretium erit ſcire, an ſecundum omnes partes ſubſtantiales, organicas, atq; accidentales, toti & integri ſurrecturi ſumus. ſunt autem partes hominis eſſentiales, corpus & anima intellectiua, quæ eadem eſt ſubſtantialiter ſenſitiua; atq; vegetatiua. ſicut dixi libro ſexto. Porrò, partes corporis eſſentiales, eſt ipſa materia, ac forma mixti ſubſtantialis, ex quibus corpus conficitur, quòd eſt ab anima perficiendum: ex anima verò, & corpore, humanitas, ſiue totus conflatur homo, & veritas humanæ naturæ
Non omnis materia noſtra reſurget. conſiſtit. Cùm ergo hæc ita ſe habeant, non eſt putandum nos reſurrecturos eſſe, cum tota, quam priùs habuimus materia, quæ aliquando ad noſtræ pertinuit veritatem naturæ. ſiqui-
1. dem pueri ſurrecturi ſunt, vt diximus, cum tanta materiæ quantitate, quanta eſt neceſſaria, vt ætas viri perfecti conſtitui poſſit: Quod profectò per nouæ additamentum mate-
2. riæ fieri, putant omnes. Materia ergo infantium in reſurrectione, non erit omninò eadem. Amplius, Materia alimenti in hominis ſubſtantiam conuerſa, ad humanæ naturæ ſpectat veritatem. ſed totam illam materiam reſtaurandam reparandamq; non eſſe, & ratio docere poteſt, & hominis cogrua diſpoſitio. Nam cùm multa alimenta in hominis ſubſtantiam conuertantur, quæ quotidiè fluunt & refluunt, ſi tota illorum materia eſſet ſurrectura: quis non videt futuram in hominis corpore deformitatem, ob nimiæ molis, ac quantita-
3. tis magnitudinem? Item, quòd idem homo numero redeat, ſufficit ad materiæ identitatem vt tanta materiæ moles reparetur, quæ ipſum hominem aliquando pertinuit; quanta perfectam corporis humani ſtaturam, proportionemq; conficere valet. Sicut enim ad hoc vt idem homo numero maneat viuus, non opus eſt illi tota materia præcedente, ſed ſufficit illi tantum materiæ habere, quantum ſat illi eſt ad corporis ſui complementum, debitæq; proportionis conſummationem; ita planè in reſurrectione, vnicuiq; tantum propriæ materiæ reddetur: quantum ſufficit ad proprij corporis perfectionem, atq; complementum. Non
Materia ex matris vterõ educta nõ eſt tantum ſurrectura. ergo ſunt audiendi qui aiunt, illam ſolam materiam, quam ex materno vtero nobiſcum aduexiimus, ad humanæ naturæ pertinere veritatem, eamq; tantummodo in reſurrectione nos eſſe recepturos; quippe cum virtute nutritiuæ alimentum conuertatur in veritatem humanæ naturæ. De forma autem corporeitatis, ſiue mixtionis, idem poteſt eſſe iudicium: illa enim materiæ coëxtenditur, ex aqua educitur, fluit, refluitq; vniformiter, ſicut materia, vel partes eiuſdem. Non ergo totus homo, ſiue totalitas, quoad huiuſmodi formam, reſurget; alioqui corpus nimiam haberet denſitatem atq; quantitatem, quod haud dubium pulchritudini ſanctæ reſurrectionis non eſt tribuendum. Cùm ergo huiuſmodi forma ex
Forma corporeitatis non eadem reſurgit. materia ſit educta; quemadmodum tota, de tota materia educitur; ita certè pars de parte, ac illi coëxtenditur per accidens. Quòad verò ad animam intellectiuam, quoniam illa eſt ſimplex, indiuiſibilis, atque immortalis, idem prorſus homo ſurget, qui priùs fuerat in vita: & in hoc nulla cadit difficultas. De natura autem corporis ex materia, & forma mi-

xtionis,

actionis, vel corporeitatis conſtituta, idem eſt ſentiendum, quod ſentire nos iuſſi ſumus de partibus corporis eſſentialibus, hominis naturam conſtituentibus, atq; complentibus. Quòad verò ad totam humanitatem, ſiue ſubſtantiam ex anima & corpore compoſitam, dicendum quidem nobis eſt, Quantum ad animam, eandem redituram, ratione autem corporis, ſtatus variationem recepturam. Itaq; quamuis, quantum ad totam materiam, ſeu formam, aut naturâ corporis, quam aliquando habuit, idem homo numero nequaquã reſurgat: reſurget nihilominus idem numero, ſicut dictum eſt, quòad ſuam perfectionem, atq; complementum. Anima verò reuertetur eadem, termino vnionis variato puta corpore. Proinde licet huiuſmodi vnio ſit noua, non aufert tamen identitatem hominis, ſiue vnitatem: eſt enim accidens, & ad hominis ſubſtantiam intrinſecam non attinet. De partibus autem integralibus an omnes eædem per omnia ſint ſurrecturæ: Dico, partes integrales hominis intelligi poſſe hetherogeneas, atq; organicas, veluti ſunt caro, & os, manus, & pes, & caput, cor, & huiuſmodi: aut non organicas, hetherogeneas, ſicuti partes carnis, & oſſis. Ex his autem, quæ dicta ſunt patet, quid iam de iſtarum partium reſtauratione ſit nobis ſentiendum: nam quemadmodum neceſſe non eſt, totum corpus cum omni illa materia eſſe reparandum; ita certè neq; ſecundum omnimodam iſtarum partium reſtitutionem: tametſi eædem ſuo modo ſint manſuræ. Reuertentur ergo quòad illud, quod neceſſarium eſt pro humani corporis perfectione conſtruenda, atque animatione componenda, idq; omnibus erit commune. Non ergo habebit homo præciſe eandem carnem, quam in aliquo inſtanti vita ſua habuit, præter eam, quam à parentibus contraxit, & eam, quæ ad corporis humani eſt perfectionem neceſſaria, capilli & vnges pro ornatu electorum reddentur, ita vt nulla deformitas in illorum corporibus cernatur. Potentiæ partis intellectiuæ, quæ animam comitantur, eadem numero reſtituentur. De ſenſitiuis verò & organicis, idem eſt ſentiendum ſi ſint eadem conſubſtantialiter ipſi animæ, ſaltem quantum ad potentias remotas, quantũ autem ad propinquas, ſunt accidentia coniuncti: aut totum ipſum coniunctum ex potentia & organo, vnde licet corrumpantur ad corruptionem coniuncti, eadem tamen, atq; meliores reſtituendæ ſunt filiis reſurrectionis. Quatuor humores ſuo modo reuertentur iidem numero, quòad neceſſe erit ad perfectam naturæ humanæ integritatem. Accidentia ſecundũ partem ſeparabilia: vtpote quantitas, non reuertentur eadem omninò: ſicut nec ipſa materia; ſed vnicuiq; dabitur, quod neceſſarium erit ad plenam, & proportionatam ſui corporis perfectionem. Nullum verò accidens in beatorum corporibus eſſe poterit, quod illorum venuſtatem obfuſcare queat. De his omnibus clariſſimè doctiſſimeq; diſputatur ab Auguſtino in Enchiridion cap. 87. & ſequentibus, Ex quo, inquit, incipit homo viuere, ex illo vtiq; iam mori poteſt. Mortuus verò, vbicunq; illi mors potuit euenire, quomodo ad reſurrectionem non pertineat mortuorum, reperire non poſſum. Neq; enim & monſtra quæ naſcuntur & viuunt, quamlibet cito moriantur, aut reſurrectura negabuntur, aut ita vitiata reſurrectura credenda ſunt, ac non potiùs correcta emendataq; natura. Abſit enim, vt illum bimembrem, qui nuper natus eſt in oriente: de quo & fratres fideliſſimi, qui eum viderunt, retulerunt, & ſanctæ memoriæ Hieronymus presbyter ſcriptum reliquit: Abſit inquam, vt vnum hominem duplicem, ac non potiùs duos, quod futurum fuerat, ſi gemini naſcerentur, reſurrecturos exiſtimemus. Ita cætera, quæ ſinguli quiq; partus, vel amplius, vel minus aliquid habendo, vel quadam nimia deformitate monſtra dicuntur, ad humanæ naturæ figuram reſurrectione reuocabuntur: ita, vt ſingulæ animæ ſingula ſua corpora obtineant, nullis cohærentibus, etiam quæcunq; cohærentia nata fuerant: ſed ſeorſum ſibi ſingulis ſua membra geſtantibus, quibus humani corporis completur integritas. Non autem perit deo terrena materies, de qua mortalium creatur caro: ſed et in quemlibet puluerem, cineremue ſoluatur, in quoslibet halitus aurasq; diffugiat, in quamcunq; aliorũ corporum ſubſtantiam, vel in ipſa elementa vertatur, in quorumcunque animalium, etiam hominum cibum cedat, carnemq; mutetur, illi animæ humanæ puncto temporis redit, quæ illam primitus, vt homo fieret, creſceret, viueret, animauit. Ipſa itaq; terrena materies, quæ diſcedente a-

Idem homo reſurget quoad animã intellectiuam.

Quomodo nõ reſurget idem homo.

Partes integrales ſurrecturæ.

Vngues capilli reſurgent quomodo.

Potentiæ animæ ſi reſurgent.

Accidentia an redeant eadẽ.

Auguſt.

Monſtra reſurgent.

Hieronymus.

Auguſt.

Singulæ animæ ſingula corpora obtinebunt.

De hominis reſurrectione.

dente anima, fit cadauer, non ita reſurrectione reparabitur, vt ea quæ dilabuntur, & in alias, atq; alias aliarum rerum ſpecies formasq; vertuntur, quamuis ad corpus redeant, vnde dilapſa ſunt, ad eaſdem quoq; corporis partes, vbi fuerant, redire neceſſe ſit.

Corporis inſtauratio.

Alioqui ſi capillus capiti redit, quod tam crebra tonſura detraxit, ſi vnguibus, quod toties dempſit exectio immoderata, & indecens cogitantibus, & ideo reſurrectionẽ carnis non credentibus occurrit informitas; ſed quemadmodum ſi ſtatua cuiuſlibet ſolubilis metalli, aut igne liqueſceret, aut contereretur in puluerẽ, aut confunderetur in maſſam, & eam vellet artifex rurſus ex illius materiæ quantitate reparare, nihil intereſſet ad eius integritatem, quæ

Exemplum de ſtatua.

particula materiæ cui membro ſtatuæ redderetur, dum tamen in totum, ex quo conſtituta fuerat, reſtituta reſummeret; Ita Deus mirabiliter atq; ineffabiliter artifex, de toto quo caro noſtra conſtiterat, eam mirabili & ineffabili celeritate reſtituet. Nec aliquid attinebit ad eius redintegrationem, vtrum capilli ad capillos redeant, & vngues ad vngues, an quidquid eorum perierat, mutetur in carnem, & in partes alias corporis reuocetur, curante artificis prouidentia ne quid indecens fiat. Nec illud eſt conſequens, vt ideo diuerſa ſit ſtatura

Corporibus ſuus decor addetur.

reuiuiſcentium ſingulorum, quia fuerat diuerſa viuentium, aut macri cum eadem macie, aut pingues cum eadem pinguedine reuiuiſcant; ſed ſi hoc eſt in conſilio creatoris, vt in effigie ſua cuiusq; proprietas, & diſcernibilis ſimilitudo ſeruetur, in cæteris autem corporis bonis æqualia cuncta reddantur: Ita modificabitur illa in vtroq; materies, vt nec aliquid ex ea pereat, & quod alicui defuit, ſuppleat: qui etiam de nihilo potuit, quod voluit operari. Si autem in corporibus reſurgentium rationabilis inæqualitas erit, ſicut eſt vocum

In corporibus erit inæqualitas.

quibus cantus impletur; hoc fiet cuique de materia corporis ſui, quod & hominem reddat æqualem angelicis cœtibus, & nihil inconueniens eorum ingerat ſenſibus. Indecorum quippe aliquid ibi non erit, ſed quidquid futurum eſt, hoc decebit, quia nec futurum eſt, ſi non decebit. Reſurgent igitur ſanctorum corpora ſine vllo vitio, ſine vlla deformitate, ſicut ſine

Corpora ſanctorum.

vlla corruptione, onere, difficultate. In quibus tanta facilitas reſurgendi, quanta felicitas erit. Propter quod & ſpiritualia dicta ſunt: cùm proculdubio corpora ſint futura, non ſpiritus, ſed ſicut corpus animale dicitur, quod tamen corpus non anima eſt; ita tunc ſpirituale, quod tamen corpus non ſpiritus erit.

Obiectiones.

Sed arguat quiſpiam, Ad naturæ humanæ ve-
1. ritatem coſta Adæ ſpectabat, de qua Euam formatam eſſe, ſcriptura docet: eam verò ad Euæ naturam pertinere, nulli dubium eſſe poteſt: In reſurrectione ergo cuius erit? In Adam profectò non eſt ſurrectura, quippe cùm caro vnius eſſe poſſit nutrimentum alterius. Nec etiam in ambobus: illud enim, quod fuit ſemen in vno, tranſmutationibus multis in alio ſemen fieri poteſt: atq; ita eadem materia radicaliter pertineret ad naturam plurimorum. Non ergo in reſurrectione reſurget homo idem numero, quantum ad illa, quæ vi-
2. uens obtinebat. Amplius, ſicut audiuimus ex Aug. ſtatuæ exemplo propoſito, nihil refert quæ particula materiæ cui membro reddatur: ſed ſi non redditur eidem corporis particulæ
3. eadem materia, profectò eadem numero reſurgere dici non poteſt: Ergo quod prius. Item, accidentia coniuncta, vtpote figura, color, & huiuſmodi, ſimiliter & potentia ſenſitiua corrumpuntur ad corruptionem totius: ſed corrupta in eſſe reparari non poteſt. Ergo &c.

Coſta Adæ.

Soluuntur obiectiones.

Reſpondeo ad primum, atq; dico, illam coſtam non fuiſſe de veritate naturæ in Adam, ſed ſibi ſuperfluam quoad ſuppoſitum, neceſſariam tamen quò ad intentionem naturæ: fuit ergo illa coſta addita Adæ propter ſpeciei neceſſitatem, vt ex illa mulier fabricaretur.
1. Ad confirmat: nunquam aliquid fuiſſe affirmo, nec etiam fore, quod ad duorum hominum naturam æquè pertineret: ideò in illo reſurgat, neceſſe eſt, ad cuius naturæ veritatem priùs magis attinuit, vel in quo priùs illa pars fuit animata; in alio autem ſupplebit ille, qui de nihilo fecit omnia: vel de partibus, quæ in vita ſua ſucceſſione per nutritionem ad ſuum corpus pertinebant: vel vnde, & quomodo Deo placuerit. Ad aliam confirmat:
2. Si talis caſus contingeret, tunc tale ſemen in primo reſurgeret. Ad 2. Non eſt ſimilis ratio de toto, & de parte: totius enim reſtauratio priùs intenditur, non ſic autem partis, præſertim quæ non eſt principalis, ſine cuius identitate poteſt totum eſſe idem. De parte verò

 De reſurrectione hominis.

*verò principali, & toto idem eſt ſentiendum. Ad 3. Argumentum contra illos militat, qui
corruptum, idem reparari non poſſe arbitrantur, cuius oppoſitum paulò antè oſtenſum
eſt. Quòd ſi dixeris generatiuam potentiam fruſtra reparandam, cùm ſuum actum nun-* 3.
*quam ſit habitura, Dico, illam ad ſuæ naturæ, ſeu ſuppoſiti perfectionem pertinere, etiam
ſi perpetuò ſuo ſit actu vacatura. Dices, quod non habet diuerſitatem ex ſui natura, ſed ab* Obiectiones.
*alio formaliter, & effectiuè: id profectò indifferenter ſe habet à quacunq; forma poteſt
eſſe tale. Sed prima materia eſt huiuſmodi: igitur non eſt neceſſaria eadem numero ma-* 1
*teria in reſurrectione, ſed ſufficit eadem forma. Sic enim docet philoſophus 7. met: tex. 8.
Materia, inquit, ſecundum ſe nec eſt quid, nec quantum: & Commentator de ſubſtantia or-
bis: Materiam, ait, per poſſe ſubſtantiari. Item, tota compoſiti vnitas pendet ex forma, alio-*
qui animal nutritum, quoad eſſentiam non eſſet idem, quod prius: quod profectò à Dama- 2.
*ſceno lib. 2. cap. 5. vt falſum reiicitur, non aliud corpus in nutritione eſſe docente. Sanè, ſi
eſſet aliud animal non quidem ſecundum totū, aliter nutritio eſſet noua generatio, neq; ſe-
cundum partem, quia non ſecundum formam: dixit enim philoſophus primo de generatione
tex. 41. Materiam in nutritione, ſub ea, quæ exiſtebat forma tantum eſſe. Neq; etiam ſecun-
dum materiam, quia non tota materia abiicitur: neq; ſecundū partem, cùm materia, quan-
titate circumſcripta, partem atq; partem non habeat. Non ergo neceſſaria erit eadem nu-
mero materia, ſed ſufficit eadem forma, vt homo idem numero reſurgat. Iterum, vnius ma-* 3.
*teriæ ab altera, actualis atque numeralis diſtinctio à forma dependet: igitur ex vnitate
formæ ſequitur vnitas materiæ. Dico, materiam eſſe in potentia ad quamlibet formam re-* Soluuntur obiectiones.
cipiendam, ſecundū certum tamen ordinem: ſiquidem quatenus ſui vnionem præcedit, nul- 1.
*lam profectò partitionē habet, ſed indifferenter ſe habet ad omnes formas, quibus ſubiici-
tur: verùm quatenus ordinem habet ad formas, quibus iam ſubditur, fit conſequenter po-
tentiam habet ad actualem diſtinctionem, ſuiq; ſecundum numerum participationem: ita
vt ſecundum diuerſas, diuerſis formis, vnius ac diuerſarum rationum ſubiici poſſit. Diuerſæ
autem materiæ partes, poſtquam ſub diuerſis formis conſtiterint, perpetuum ad illas ordi-* Vnitas formæ
nem ſeruant: Partes ergo materiæ licet ex ſeipſis formaliter ſiue effectiuè, actualem ad non ſufficit.
*inuicem diſtinctionem non habeant, fundamentaliter tamen atq; ſubiectiuè dicuntur ha-
bere: ſicut & aliæ relationes ex fundamento, & ſubiecto dependent. Non ergo vnitas for-
mæ ſufficit ad vnitatem materiæ ſubiectæ, ſed neceſſaria eſt eadem materia, vt plena, atq;
perfecta ſit reſurrectio. Ad 2. negatur cōſequentia; antecedens quoq; non eſt verum, ſicut* 2.
*dixi, falſitas autem conſequentiæ patet: quandoquidem in nutritione forma ſemper maneat
& aliquid ex priori materia: proinde quod accedit, eſt vnum cum eo, quod præerat effe-
ctiui. Igitur per totam vitam idem manet indiuiduum, eademq; materia. Quam ob cauſam
non eſt ſimile iudicium de materia, quæ aduenit nutrito, & quæ adueniret animæ Petri, ſi
Pauli materiam animare deberet. Nam aliqua materiæ vnitas, atq; identitas in nutrito re-
manet, ideoq; idem indiuiduum nominatur: in anima verò Petri, nulla relinquitur vnitas
materiæ, propterea idem indiuiduū minimè eſt dicendū. In nutritione præterea, quoad ma-
teriam, non eſt omninò idem indiuiduū ſimpliciter: idcirco in generabilibus, non eſt tanta
quærenda identitas atq; vnitas, quanta erit in corporibus electorum iam glorificatis. Ad 3.* 3.
*negatur conſequentia, nam etſi vnitas actualis materiæ, quantū ad actualitatem à forma
dependeat, quantum verò ad ſuum materiale, eſt à materia, & in genere cauſæ materialis.
Quam ob cauſam ſola vnitas formæ, non ſufficit ad materiæ vnitatem cōſtituendam ſiue in-
ferendam. Etenim etſi partes materiæ ab eadem forma ſimul actuatæ, vnam ſimul materi-
am conſtituant, non tamen materia digitis, eſt materia pedis. Dices iterum: Exiſtente ea-* Obiectio.
*dem forma numero, & eadem materia, eſt idem compoſitum numero. Sed ſi ab anima
Petri corpus Pauli eſſet informandum, eſſent ibi profectò eadem forma, eademque ma-
teria numero: idem ergo compoſitum. Maior nota eſt: minor probatur: triplex namq;* Triplex vnitas materiæ.
*eſt vnitas materiæ: & prima quidem intrinſeca, & eſſentialis, quæ eſt potentia de gene-
re ſubſtantiæ, ob quam vnitatem, omnium generabilium materia vna eſſe dicitur.*

 Alia

De homi-nis reſur-rectione. *Alia eſt superueniens actualis ſubſtantialis, quam certè à forma habet ſubſtantiali, ob cuius gratiam, huius compoſiti vna dicitur eſſe materia. Tertia eſt actualis accidentalis, & hanc à quantitate dimenſiua recipit, ſecundum quam corruptum, atq; generatum vnam materiam habere dicuntur, quatenus formæ ſuccedunt ſibi in eadem parte materiæ. ſed quoad propoſitum, eſt tantùm ibi materia vna prima & ſecundo modo dicta, non autem tertio, quippe cùm ad vnitatem eiusdem ſuppoſiti numeralis, non ſit neceſſaria materia tertij modi, ſiue ordinis. ſiquidem in vno mixto, & alito, quod eſt vnum numero, plures ſunt materiæ partes, tertio modo nuncupatæ. Proles præterea ſi nutriantur carnibus humanis, in reſurrectione huiusmodi materia ſub illorum formis viuendi erit, quorum carnibus fuit educata: Atq; ita non eſſet idem homo propter vnitatem materiæ tertio modo*

Solutio. *dictam. hoc idem docere videtur Aug. lib. 22. de ciuit. cap. 20. Reſpondeo, in huiusmodi caſu, nullam illarum vnitatum Pauli materiam, ad eam quæ Petri fuit, habere, nec quidem primam, quia non eſt eadem materia omnium generabilium ſecundum numerum, ſed ſecundum rationem. Aliud enim eſt loqui de materia prima abſolutè, aliud verò de prima huius indiuidui materia. Non etiam ſecundum actualem, quippe quæ non ſolùm à forma, verùm etiam à materia dependeat. Quid autem de tertia ſit ſentiendum, perſpicuum*

Opinio Aug. declaratur. *eſſe puto. Non fuit præterea Auguſtini intentio, eundem hominem numero, duas materias ab inuicem omninò diſtinctas habentem, in reſurrectione eſſe reparandum. Nec materiam, quæ eſt ſub vna forma, vnitate eſſentiali, ſubſtantiali, aut accidentali, cum ea, quæ eſt ſub alia, eandem numero eſſe. Nec duos homines ſimul eandem habere materiam. Itaq; anima reſurgentis non ita materia vnietur nouæ, quin aliquid non remaneat præcedentis. Quod verò diuina virtute ſupplebitur, cum priori materia vnum complebit. Hæc de reſurrectione breuiter dixi, fauore, & benignitate noſtri Pymandri.*

CAP. V.

Hominis beati corpus erit impaſſibile.

1. Cor. 15. *BReuiter circa finem iſtius quarti Pymandri perſtringamus, quomodo corpora electorum erunt impaſſibilia. Apoſtolus ad Cor. 1. 15. docet nos immortalitate eſſe veſtiendos. Oportet, inquit, corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatē. Neceſſe eſt fieri quod pro-*

Ambroſius. *miſſum, ait Ambroſius. Cùm autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt Oſeæ. 13. Abſorpta eſt mors in victoria. vbi eſt mors ſtimulus tuus? vbi eſt mors victoria tua? Euacuatis cauſis mortis per diuinam victoriam,*

Stimulus mortis. *propheta ex perſona iuſtorum loquitur inſultando morti. ſtimulus autem mortis eſt peccatum, ſagitta mortis peccatum per quod anima iugulatur. virtus verò peccati lex, dum*

Auguſt. *fortius & maius fit per ſcientiam peccatum. hæc Ambr. Auguſt. de peccatorum meritis & remiſſione lib. 3. cap. 11. Aculeus mortis peccatum. Quia ergo, inquit, ſicut Apoſtoli apertiſſima verba declarant, eo abſorbebitur mors in victoria, quo corruptibile & mortale hoc induet incorruptionem & immortalitatem, id eſt, quo viuificabit Deus & mortalia corpora noſtra, propter habitantem ſpiritum eius in nobis, manifeſtum eſt & huius mortis corporis, quæ reſurrectioni carnis contraria, aculeum fuiſſe peccatum: Aculeum*

Peccato mors facta eſt. *autem quo mors facta eſt, non quem mors fecit: peccato enim morimur, non morte peccamus. ſic itaq; dictum eſt, Aculeum mortis, quomodo lignum vitæ, non quòd hominis vita faceret, ſed quo vita hominis fieret. Et quomodo lignum ſcientiæ, per quod ſcientia fieret hominis, non quod per ſuam ſcientiam fecerit homo: ita & Aculeus mortis, quo mors facta eſt, nō quem mors fecerit: ſic & poculum mortis dicimus, quo aliquis mortuus ſit, vel*

Peccatū quare aculeus mortis. *mori poſſit; non quod moriens mortuumve confecerit. Aculeus itaq; mortis peccatum eſt, quia peccati punctu mortificatum eſt genus humanum. De reſurrectione corporis aiebat*

Apoſto-

De hominis reſurrectione.

Apoſtolus, quæ abſorbebitur mors in victoria: Cùm mortale hoc induerit immortalitatẽ, tunc ipſi morti inſultabitur, quæ in victoria reſurrectionis corporũ abſorbebitur, & tunc ei dicetur: vbi eſt mors victoria tua, vbi eſt ſtimulus tuus? Morti ergo corporis hoc dicetur, hanc enim abſorbebit victorioſa immortalitas, cùm mortale hoc immortalitate induetur. Morti, inquam, corporis tunc dicetur, vbi eſt mors victoria tua, qua hic omnes ſic viceras, vt etiam Dei filius tecum confligeret, teq́; non vitando, ſed ſuſcipiendo, ſuperaret? Viciſti in morientibus, victa es in reſurgentibus: victoria tua, qua abſorbueras corpora morientium, temporalis fuit: victoria noſtra, qua in corporibus abſorpta es reſurgentium, æterna conſtabit. Vbi eſt aculeus tuus, id eſt, peccatum quo puncti & venenati ſumus, vt etiam in noſtris corporibus fieres, & ea tam longo tempore poſſideres? Virtus verò peccati lex. Peccauimus in vno omnes, vt moreremur in vno omnes: accepimus legem non vt emendatione finiremus peccatum, ſed vt transgreſſione augeremus. Lex enim ſubintrauit, vt Paulus Rom. 5. vt abundaret peccatum & ad Gal. 3. Et concluſit ſcriptura omnia ſub peccato. ſed Deo gratias qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtũ: vt vbi abũdauit delictum, abundaret & gratia, atq; vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus, & vinceremus mortem per immortalitatem reſurrectionis, & aculeum eius per gratuitã iuſtificationem. Chryſ. abſorpta eſt mors, inquit, in victoria: id eſt, in finem & euerſionem, vt planè nihil eius reliquum ſit, neq; reuertendi ſpes appareat vlla, mortalitate ſcilicet per immortalitatem deiecta. Vbi eſt mors victoria tua? mortem irridet. Tranſit victoria tua, periit, euanuit penitus: adeóq; fruſtra hic laboraſti? Neque enim armis modò illam exuit, ac deuicit, ſed prorſus aboleuit, & in nihilum redegit. Aculeus mortis peccatum. De corporis reſurrectione loquitur: Etenim niſi reſurrectura ſint corpora, qua ratione mors diceretur abſorpta? Aculeus mortis peccatum, idq; multò grauius malum ipſa morte, vtpote in quo ſuas illa vires habebat omnes: peccati potentia lex, quia interminando, peccatum auget, redditq́; conſpicuum: non in illa, quemadmodum nec in medico, ſed in eo, qui pharmaco abutitur, culpa hærebit. Theophilactus, Mors pro ſtimulo, peccato vtebatur: Nam vti Scorpius minimum animal, in caudæ ſtimulo vim habet omnem, ſic & mors per delictum poterat plurimùm, tametſi ſuis viribus minimè vteretur. Virtus peccati lex, lex namq;, cùm nulla conſtaret ex iuſtitia, delinquentes nequaquam grauiter damnabamus. At poſtquam lex ipſa delictum monſtrauit, & quod cauendum eſſet, conſtituit, condemnauit nos acrius, vt qui ſcienter deliquimus: & peccato vires adiecit, & fortiores reddidit, non pro ſua natura, ſed pro noſtra ignauia, qui minus rectè vtimur conceſſa medela. Non igitur ambigas homo de reſurrectione, deq; noſtrorum corporum immortalitate, atq; impaſſibilitate, cùm videas peccatum eſſe ſublatum, quod mors ipſa pro armis habebat: quibus iam exuta, nihil amplius virium habere poterit. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtum: ipſe enim vicit mortem, & mortis authorem, vt nos quoq; in illo, & per illum vinceremus. Cæterum, aliquid eſſe paſſibile, bifariam intelligi poteſt, vno quidem modo perinde ſonat, ac potens non pati, ſeu quod non habet potentiam, vt aliquid ab aliquo patiatur, ſtante ſuæ naturæ ordine à primo conditore inſtituto. ſimiliter & immortale intelligitur: iuxta quem profectò modum, in ſtatu innocentiæ homo immortalis eſſe dicebatur. Alio modo impaſſibile idem eſt, quod non potens pati, idq; dupliciter, paſſione propriè dicta, nempe corruptiua, ſeu abiectiua, aut perfectiua, vt dicitur 2. de anima, quæ minus propriè paſſio nominatur. Itaq; beatorum corpora impaſſibilia erunt, non ſolùm quomodo erant Adæ & Euæ, corpora in ſtatu innocentiæ, verùmetiam paſſioni contrarij abiectiuæ minimè ſubdita erunt. Seminatur, inquit Apoſt. 1. Cor. 15. in corruptione, reſurget in incorruptione. Et reuera quemadmodũ anima poſt reſurrectionis gloriam ab omni erit moleſtiæ, triſtitiæq; onere libera; ita rationi conſentaneum eſt, vt ipſius ſocius ſimilis immortalitatis gloria fulgeat: Qui enim ſocij ſunt tribulationis, erunt & conſolationis, ait Apoſt. ad Cor. 2. 1. & ad Timoth. 2. 2. ſi ſuſtinebimus, & corregnabimus. Tale ergo corpus animæ iam glorificatæ eſt tribuendum, quod perpetuam

Victoria mortis.

Aculeus.

Lex virtus peccati.

Chryſoſt.

Abſorpta eſt mors.

Theophil.

Lex auget peccatum.

Paſſibile duplex.

Paſsio duplex

Corporum impaſsibilitas probatur.

illius glo-

nis reſur- rectione. *illius gloriam deceat, perpetuitatemq́; non obſcuret. Erunt præterea impaſſibilia corpora beatorum à paſſione ſecundo modo dicta, perfectione ſcilicet; cuiusmodi eſt ſenſatio, vi-*
2. *ſio, & auditio. Et rectè quidem, nam cùm ſtatus beatorum ſit perfectiſſimus, atq; beatiſſimus; huiusmodi paſſioni ſubdi non debent. cauſa verò potiſſima, eſt diuina virtus, qua*
Obiectiones. *corpora noſtra immortalitate ſunt veſtienda. ſed dicet aliquis: Si ita res ſe haberet, tunc beatus non poſſet ſentire: ſentire enim eſt quoddam pati, omnisq́; ſenſus ab excellenti ſenſibili corrumpitur, ſed conſequens eſt falſum: ergo &c. Adde Gregorij authoritatem: Cor-*
1. *rumpi, inquit, neceſſe eſt, quod palpatur: Sed corpus glorioſum erit palpabile: igitur & corruptibile. Amplius, Nullum violentũ poteſt eſſe perpetuum: ſed in corpore glorioſo,*
2. *elementa ne ad ſua loca naturalia ferantur, violenter detinentur: igitur perpetuum eſſe non poteſt. Ad hoc accedit authoritas Philoſ. primo de cœlo contra Platonem arguentis, cœlum non eſſe ex ſe corruptibile, & perpetuo tempore duraturum. A ſimili ergo argui poſſe videtur corpus glorioſum ſuapte natura corruptibile, in perpetuum ſine corruptione manſurum non eſſe. Commentator 12. met. hoc tantum modo motui tribuendum eſſe conſu-*
3. *it: qui cùm ſit paſſibilis, ab alio nihilominus poteſt perpetuitatem accipere. Amplius, paſſibile, & impaſſibile, corruptibile, & incorruptibile, authore Philoſopho 10. met. differunt plusquam genere: ſed corpus idem glorificatum à ſeipſo non glorificato non modo*
Soluuntur. *non differt genere, ſed ne numero quidem: Ergo quod prius. Reſpondeo ad primum, cuius*
Argumenta. *ſolutio patet ex dictis. ſtatus namq; ille huiusmodi paſſionum non eſt ſuſceptiuus. Excel-*
1. *lens præterea ſenſibile corrumpit ſenſum, quando immutatio intentionalis, atq; realis corruptiua conueniunt ſimul: ſed ab hac ſecunda corpus glorioſum erit immune.*
2. *Ad confir. à Deo præſeruabitur, vt corrumpi non poſſit. Ad 2. violentum virtute diuina poteſt eſſe perpetuũ, non autem naturali; propterea quod naturaliter eſt corruptibile, non poteſt virtute naturali, ſed diuina fieri*
3. *incorruptibile. Ad 3. naturaliter corruptibile, & ſuper naturaliter incorruptibile, non differunt genere, nec etiam numero.*

hanc animæ, corporisque felicitatem dignetur nobis
dare ſanctus Pymander per ſuum ver-
bum lucidum, cum Spiri-
tu ſancto. Amen.

Anno, 1575. Dominica ſexageſima hora 22. 6. Februarij, Tuderti in monte cum gaudio Spiritus ſancti.

Amor meus Ieſus Chriſtus.

INDEX

Omnium quæ in hoc quarto libro continentur.

A.

ARena tribus modis dicitur. Folio 7.
Aquæ ſunt ſuper cœlum. 29.
Aër pro firmamento. ibi.
Athlantis fabula. 30.
Animal infinitum non datur. 50.
Anaxagoræ opinio de infinito. 52.
Auerrois rationes de infinito. 57.
Rationes contrariæ ſoluuntur in eodem.
Aux, & eius oppoſitum. 82.
Apollinis arma. 99.
Apollinis poteſtates. ibidem.
Apollines quattuor. ibi.
Antipodes colebant Apollinem. ibi.
Apollinis oracula: ibi.
Ab Apolline Muſæ & earum numerus, ibi.
Annus vnde dicitur. 103.
Annus ſolaris. ibi.
Anni partes, in eodem.
Aër motu ignitur. 112.
Auicenna omnia tribuit cœlo. 123.
Auicenna corripitur. in eodem
Aſtrologi non ſunt audiēdi, quia cœlo faciunt iniuriam. 129.
Auguſt. de fortuna. ibi.
Angeli noſtri cuſtodes. 142.
Alexander de fato. 145.
D. Auguſtinus diſputat contra Ciceronem de prouidentia Dei. 161.
Auguſtinus contra Ciceronem. ibi.
Ariſto. dicit mundū à Deo conſeruari. 184.
Aquilæ cura circa pueros ſuos. 190.
Auguſtini rationes contra Platonem. 112.
Ariſtotelis dicit intellectum eſſe tanquam tabulam raſam. 212.
Adiutorium gratiæ Adæ & noſtræ. 284

DE AMORE DEI

Amor eſt in Deo. 291.
Amor eſt primus actus voluntatis. ibi.
Amor Dei eſt ſecundus. ibi.
Amor meus crucifixus dicebat ſanctus Ignatius. ibi.
Amor zelotes. ibi.
Amor Dei eſt circulus ex Dionyſio. 292.
Amor eſt virtus inſitiua ex Platone & aliis philoſophis. ibi.
Amorem appetunt omnia. ibi.
Amor quomodo eſt paſsio. 294.
Argumenta pag. 29. ſoluuntur. ibi.
Amor non dicit imperfectionem. ibi.
Amoris actus tendit in duo. 295.
Amor eſt virtus coniunctiua. ibi.
Amor Dei quo diligit creaturas, & odit peccata. ibi.
Amicitia quibus conuenit. ibi.
Amor Dei ex diuinis ſcripturis oſtenditur. (296.
Amoris pignus. 297.
Amor, ſiue charitas eſt ſacrificiū ſuaue. 298
Amoris dona. ibi.
Amoris Dei excellentia. 299.
Abraham quomodo iuſtificatus eſt. 331.
Abrahæ fides qualis. ibi.
Abrahæ fides quomodo imputata eſt ad iuſtitiam. 332.
Aereus circulus. 345.
Aries primum ſignum zodiaci. 350.
Arietis natura, prima facies, cuius planetæ ſit domus.
Arietis ſtellæ, ortus, hiſtoria, ſiue fabula poetarum.
Arietis cornua, & huiuſmodi.
Aquarius Zodiaci ſignum vndecimum. 358
Aquarij natura. 358
Aquarij ſtellæ, effuſio aquæ ſtellarum. 30. Deucal. ibi.
Aquarij ortus. 359
Arcturus. 361
Andromeda. 363
Andromedæ ſitus, occaſus, & ortus, atque ſtellæ, & hiſtoria. ibi.
Auriga. 364
Aurigæ ſitus, occaſus, ſtellæ. ibi.
Aquila Iouis. 365
Aratus. ibi.
Ara. 368
Aræ ſtellæ, hiſtoria. ibi.
Aſcenſiones inæquales. 373
Aqua eſt rotunda. 385
Actio & factio. 446
Ampla momenta. 448
Annus maximus. 457
Animas redire. 457
Ariſtotelis ſententia de reſurrectione. 458
Ariſtotelis rationes ſoluuntur. 459
A priuatione ad habitum non fieri regreſſum. ibi.
Anima habet totum eſſe, rationes contrariæ cum ſolutionibus. 462
Auguſtini opinio declaratur de reſurrectione. 475
Abſorpta eſt mors in victoria. 476

B.

B Iſextus annus. Folio. 103.
Baſilius Magnus arguit Aſtrolo. 126.
Boetius dicit mundũ gubernari à Deo.
Bona voluntas à Deo. 303. (185
Baptiſmus quid ſit. 330.
Bona opera neceſſaria ſunt Chriſtiano. 332.
Bootes. 361.
Bootis ſtellæ. in eodem.
Bootis hiſtoria. in eodem.

C.

C Ognitio matutina & veſpertina. fo. 8
Cœlum eſt natura lucidum. 19.
Cœlum eſt diaphanum. 20.
Cœlum eſt vnum animal. ibi.
Cœlum eſt totum lucidum. ibi.
Cœlum eſſe ignem. ibi.
Cœli ignis qualis. 21.
Cœlum igneum æquiuoca ratione. ibi.
Cœli partes. 23.
Cœlum totum eiuſdem naturæ. 22.
Centra diuerſa, & vnum centrum. 25.
Cœlum quare appellatur firmamentũ. 26.
Cœlum ſicut pellis. 27.
Cœlum cryſtallinum. 28.
Cœlum pro firmamento. 29.
Cœlum an ſit graue, vel leue. 30.
Cœlum quare graue dicitur. 31.
Cœlum ingenerabile. 32.
Cœlum non habet contrarium. ibi.
Cœlum locus deorum. ibi.
Cœlum ſine intelligentia non eſt actus.
Cœlum poſſe quieſcere. 35.
Cœli motus ceſſabit. 36.
Cœli motus non eſt naturalis, neque violentus. 37.
Ceſſante motu cœli, adhuc erit motus. 38.
Cœlum non eſt augmentabile. 40.
Cœlum non nutritur. ibi.
Cœlum non eſt alterabile. ibi.
Cœlum eſſe corpus æternum. 41.
Cœlum factum eſt. ibi.
Cœlum non eſſe augmentabile. 42.
Cœlum non eſſe corpus infinitum 43
Cœlum mouetur finito tempore. 44.
Cœlum finitum quia figuratum. ibi.
Cœlũ eſſe corpus infinitũ arguitur. 45.
Soluuntur argumenta. Folio. 46.
Corpus ſenſibile nõ eſt infinitũ. 50.
Corpus propè locũ velociùs fertur. 71.
Cœlũ vnũ eſſe dupliciter intelligitur. 73.
Cœlum quomodo compoſitum ex materia & forma. 75.
Cœlum multis modis dicitur. ibi.
Cœlum agere lumine & motu. 110.
Cœli motus non eſt naturalis. 112.
Calor ſit nutritione. 113.
Calor quomodo fiat. ibi.
Caloris motus diſpoſitio. ibi.
Cœlum quare non habet membra. 116.
Caſus eſt in brutis, & in animatis. 135.
Caſus idem eſt quod fruſtra. ibi.
Caſus & fortunæ differentia. ibid.
Caſus & fortuna ad cauſam efficientem reducuntur. ibi.
Conſilium hominis non eſt fruſtra. 145.
Corui odio habent pullos ſuos. 165.
Chriſtum veniſſe oſtenditur. 200.
Chriſti regnum. 197. 198. & 199.
Chriſtum eſſe verum Deum & verum hominem oſtenditur. 203.
Chriſtus erat crucifigendus. 206.
Cognitio perfecta & imperfecta. 232.
Creaturam non habere priùs intelligibile, quàm eſſe intellectum. 240.
Creatura non habet eſſentiam æternã. 241.
Contingens duplex. 249.
Cornelij fides. 269.
Credere eſt opus Dei. 282.
Credere eſt opus Dei & noſtrum. 284.
Cornelij fides. 328.
Cornelius non ſine fide orauit. 326.
Corde creditur ad iuſtitiam. 330.
Credidit Abraam Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. 330.
Conuerſio Pauli miraculoſa. 337.
Cognitio naturalis non ſufficit iuſtificationi. 341.
Corruptio & generatio duæ mutationes.
Circulus quid ſit. 346. (344.
Circuli cœleſtes, circuli maiores, & minores. 346.
Circulus æſtiuus, circulus æquinoctialis.
Cingulus mundi. 348. (347.
Colurus diſtinguens æquinoctia. 348.
Circulus meridianus. ibi.
Circulus hyemalis. 349.
Cancer quartum ſignum zodiaci. 353.
Cancri natura, ſtellæ, hiſtoria, et ſimilia. 354.
Capricornus ſignum zodiaci decimũ. 358.
Capricorni natura. ibi.
Capricorni ſtellæ, hiſtoria, & ortus. ibi.
Corona ſignum. 361.
Coronæ ſtellæ. ibi.
Coronæ hiſtoria. ibi.
Cepheus. 362.
Cephei ſitus, ortus, ſtellæ, hiſtoria. ibid.
Caſſiopeia. ibi.
Caſſiopeiæ ſitus, ortus, ſtellæ. ibi.
Capra cum hædis. 364
Capræ ortus, & occaſus hædorum. ibi.
Capræ & hædorum hiſtoria. ibi.
Cetus cũ ſuis ſtellis, ſitu, ortu, & occaſu. 366
Canis maior. ibi.
Caniculæ ortus. 367
Caniculæ ſtellæ, fabula. ibid.
Canis Orionis. ibid.
Centaurus. ibi.
Centauri ſitus, ortus, occaſus, ſtellæ, hiſtoria. ibi.
Chyron. ibid.
Coruus. 368

Corui

Cornu ſtellæ. ibid.
Crater. ibid.
Cœlum non eſſe figuræ ouali. 385
Cœlum eſſe verè rotundum. 386
Curſus cœli ibid.
Cœlum mouetur, ergo terra quieſcit. 389
Argumenta. ibid.
Cauſa generationis, & corruptionis anima-
lium. 393
Cœlum quare eſt incorruptibile. ibi.
Cœlum quomodo reſiſtit motori. 394
Corruptio omnis in tempore fit. 438
Corruptio duplex. ibid.
Corruptio intrinſeca. 439
Cauſa ruinæ mundi. 443
Caro mortui fit caro viuentis quando re-
ſurget. 471
Capillus non peribit. ibid.
Corporis inſtauratio. 474
Corporibus ſuus decus reddetur. ibi.
In corporibus erit inæqualitas. ibid.
Corpora ſanctorum. ibi.
Coſta Adæ, & obiectiones cum ſolutioni-
bus. ibi.
Corporum impaſsibilitas probatur. 476

D.

DEus lux eſt. Folio 8.
Dicere Dei quid ſit. 6.
Dies artificialis, & naturalis. 7.
Diuidat aquas ab aquis. 27.
Democriti opinio de infinito. 52.
Deus eſt infinitus. 53.
Diuiſio per ſe eſt infinita. 56.
Differentia inter diuiſionem, & adiectio-
nem. 57.
Deus cognoſcitur vt infinitus. 65.
Deus eſt vltimus finis. ibi.
Deum poſſe alium mundum creare. 75.
Deus omnium cauſa. 129.
Deus eſt ſine culpa. 136.
Deus operatur omnia in omnibus. 137.
Deus eſt actus omnium. 152.
Deus eſt vita omnium. ibi.
Deus eſt omnibus eſſe. ibi.
Deus eſt per omnia. ibi.
Deus facit omnia. 153.
Deus omnia curat. ibi.
Deus non contemnit parua. 155.
Deus neminem negligit. ibi.
Deus eſt princeps omnium. ibi.
Deum habere curam ſingularium. 157.
Deum omnium curã habere philoſophus
affirmat. 158.
Deus intelligit omnia. 159. ſecundũ Dion.
Deus quomodo hæc intelligat ſecundum
Plotinum. 160.
Deum omnia ſcire. 161.
Deum negat, qui eius prouidentiam ne-
gat. 163.
Deus eſt cauſa rerum per intellectum. 170.
Deum humanos actus non reſpicere. 173.
Deo, quæ prudentia tribuatur & conſili-
um. 175.

DOMINATIO DEI.

Dei poteſtas, & influxus continuus 179.
Deus omnia continet, omnibus domina-
tur, pater legitimus & factor. 180.
Deus eſt omnium gubernator, & confor-
mator. 181.
Deus eſt legitimus rex. 182.
Dei nomina. ibi.
Deus eſt effector & rector. ibi.
Dionyſius dicit Deum eſſe cauſam omni-
um. 184.
Deus non eſt aliquid ex omnibus, ſed om-
nia in omnibus. 185.
Deus nouit particularia. 186.
Dei dominatio, ſiue gubernatio aliquibus
argumentis oppugnatur. 187.
Soluuntur argumenta. 188.
Deus non curat de bobus. 189
Duæ alæ animæ. 191.
Dei ſcientiam veram eſſe. 208
Deus ſcit futura. 208
Dei velle & poſſe idem ſunt. 208
Dei ſenſus veritas. 209
Deus ſcit ſenſibilia omnia. 209.
Deus eſt in vertice primi cœli. 209
Deus eſt pater fabricans. ibid.
Deus eſt mens intelligens. 209.
Deus quomodo intelligat ſingularia. 219
Dei oculus cuncta intuetur. 226
Deus intelligit ſe. 229
Deus cognoſcit. 229
Deus eſt actus purus. ibid
Deus comprehendit ſeipſum. ibidem
Dei intelligere eſt ſua ſubſtantia. 230
Deus ſcit alia à ſe ſed per ſuũ eſſe 231
Deus cognoſcit omnia propria & perfecta
cognitione. 232
Dei ars quæ ſit. 236
Deum non cognoſcere alia à ſe. 240
Soluit in eodem.
Deus quomodo cognoſcit futura con-
tingentia. 251
De non ente habetur ſcientia. 252
Deus quomodo ſcit õia immutabiliter. 253
Deus quomodo neceſſariò ſciat. ibi.
Dilectio quid. 255
Deum diligere omnia æqualiter. 271
Deus vult omnes homines ſaluos fieri. ibi.
Duplex tractus Dei. 281
Donum perſeuerantiæ. 282
Deus poteſt multa facere quæ nõ facit. 283
Deleri de libro vitæ. 288
Deus vocatur zelotes. 291
Deus diligit omnia. 292
Deus diligit magis creaturas rationales
quàm irrationales. 293
Deus diligit æternaliter. ibi.
Dilectio efficax. ibid.

Dilectio Dei circa electos. ibi.
Argumenta contraria. ibi.
Soluuntur argumenta. 294
Deus æqualiter omnes diligit. 295
Dilexit plus Petrum quàm Ioannem. 296
Diligit peccatorem prædeſtinatum. 299
Deus eſt ignis conſumens. ibi.
Deus eſt ſicut aquila. ibid.
Dilectio præcedens iuſtificationem. 315
Deus ſe fecit nobis debitorem. 322
Duobus modis ad gratiam peruenitur. 328
Argumenta. 328. Soluuntur. 329
Deus an poſſit remittere culpam ſine infuſione gratiæ. 334
Dei potentia ordinata. ibi.
Dei beneuolentia. ibid.
Argumenta. 334. Soluuntur. 335
Delphin. 363
Delphini occaſus, ortus, ſtellæ, hiſtoria. 365
Dies naturalis quid ſit. 376
Dierum naturalium inæqualitas. 377
Dies ſenſibiliter inæquales. ibid.
Dies æquales. ibid.
Dies proximi inæquales. 378
Dierum naturalium circuli. ibid.
Dies in quo tempore fiunt maiores, ſimiliter & minores. ibid.
Dies naturalis continet plus viginti quatuor horis. 380
Dies incipit à meridie. 380
Deus ſolus propriè immortalis ibi.
Deus pater mundi ibid.
Deus eſt ſphæra intellectualis. 381
Deus eſt centrum omnium. 383
Dei actio eſt immortalitas. 387
Dei eſſentia, & actus 395
Dionyſ: Areop: de æternitate Dei. 396
Deus dicitur antiquus dierũ, & iuuenis. ibi
Deus eſt æternitas. 399
Deo conuenit eſſe. ibid.
Dei ſtatus, epytheta. 400
Deus ſeipſum negare non poteſt. ibid.
Deus eſt ſuperior æternitate. ibid.
Deus eſt æternus ſecundum Augu: ibi.
Argumenta. 401 Soluuntur. 401
Dies quomodo dependent à motu Solis.
Duratio ſucceſsiua. 423 (409
Duæ animæ partes. 446
Draco clauſus in abyſſo. 452
Draconis alligatio & ſolutio 464
Deus non poteſt facere, vt præteritum nõ fuerit. 454
Differentia iuſtorum & impiorum. ibid.
Dormitio duplex. 465
Duplex ordo viuorum & mortuorũ. 466

E.

ESSE in genere prædicamentaliter. 14
Elementa ſunt finita. 47
Extra cœlũ non eſt aliquod corpus. 50
Extra mundum nihil eſt. 67
Epicycli lunæ motus. 88
Epicycli ſuperficies. ibid.
Epicycli irregularitas. ibid.
Epicycli aux. ibid.
Epicycli punctus in auge. ibi.
Eccentricus, & concentricus orbis. 82
Epicyclus & eius aux. ibi.
Eclipſis quid ſit. 90
Eclipſis vniuerſalis. ibid.
Eclipſis tempore Veſpaſiani. 95
Ecliptica octaua. 118
Æquinoctium. ibid.
Eſſentia diuina eſt primum obiectum, & ratio cognoſcendi. 239
Eſſe eſſentiæ, & eſſe exiſtentiæ. 242
Eſſentia quomodo præcedit exiſtentiã. ibi.
Eſſentia rei creabilis non eſt æterna. 243
Eſſentia diuina omnium ſimilitudo. 246
Argumenta. 246 Soluuntur. 247
Electio quid. 255
Eſau iuſtè reprobatus. 280
Ezechiæ regis lachrymæ prętulæ erant. 286
Eclipſis Sole & Lunæ. 347
Æſtas æquinoctium Ver, Autumnus, Hyems. 353
Engonaſin. 361
Æſculapius quomodo dicitur mortuum reſuſcitaſſe. 364
Equus. 365
Equi ſitus, ſtellæ, ortus, occaſus. ibid.
Eridanus. 366
Eridani ſitus, ortus, occaſus, ſtellæ. 366
Æquatoris motus. 372
Æquinoctialis mouetur æqualiter. 372
Æquinoctium duplex. 380
Æternitas quid ſit. 393
Æternitatis ratio. 399
Æterna quæ dicantur in ſcripturis, ibi.
Æternitas eſt actus primæ mentis, 398
Ego ſum qui ſum. 400
Æternitas dicitur tota. 402
Æternitas differt ab æuo & tempore. ibi.
Æuum differt ab æternitate & tẽpore. 402
Æuum vnum, vel vnum æuũ omniũ, ibi.
Argumenta contraria. 403
Soluuntur argumenta. ibid.

F.

FIat firmamentum. Folio 26
Firmamentum factum 2. die. ibid.
Firmamentum dicitur cœlum. ibi.
Firmamentum quid ſignificet. 27
Firmamentum eſt extenſio. 29

DE FORTVNA.

Fortuna bona quid ſit ſecundum philoſophum. 137
Fortuna eſt impetus. ibi.
Fortuna quibus competit. ibi.
Fortunatus, ſiue bene fortunatus. ibi.
Fortunæ ſpecies duplex. 138

Fortuitũ

Fortuiti effectus quomodo per ſe ſint. 128
Fortunæ impetum Ptolomæus refert ad ſtellas. 128
Fatum particulare ibi.
Fatum vniuerſale 129
Fortunæ impetus quomodo ſit à Deo. ibi.
Fortuna & caſus de numero cauſarum. 130
Fortuna an regat cœlum. ibid.
Fortuna an ſit Deus ibid.
Fatum vniuerſale non cogit. 131
Fortuna eſt in his quæ raro contingunt. ib.
Fortuna eſt in his quæ agũt propter finẽ. 132
Fortuna eſt cauſa per accidens. 133
Fortuita cauſa aliquid operatur. 133
Fortunæ ratio duo requirit ibid.
Fortuna eſt indefinita, immanifeſta, & irrationalis. 134
Fortunæ proſperitas incerta. ibidem
Fortuna bona & mala. ibid.
Fortuna in rebus voluntariis ibid.
Fortuna ſecundum Boëtium 135
Fortunati lapides ibid.
Fortuna ſecundum Platonem. 136
Fatum quid ibidem
Fortunæ variæ ſimulachra 137
Fortuna res non gubernari. ibi.
Fortuna quid ſit apud Poëtas & Oratores. (138
Fortunæ forma, & conditiones. 139
Fortunæ rota qualis ſit. ibi.
Fortuna quid ſit apud ſacros ibi.
Fortuna non eſt accuſanda. 140
Fortuna non eſt nominanda 141

DE FATO.

Fatum quid ſit ſecundum Mercurium. 141
Fatum eſt ſtellarum diſpoſitio. 142
Fati ratio duo requirit. ibi
Fatum & prouidentia. ibi.
Fatum non dominatur menti, ſed mens fato. ibid.
Fatum pro diuina prouidentia. 143
Fatum eſt vt ſemen. in eodem
Fatum leges cœli. in eodem
Fatum media cauſa. 144
Fatum mobile & immobile ibid.
Fato quæ ſint ſubdita. ibidem
Fato voluntas humana non ſubditur. ibid.
Fatum ſecundũ Poëtas & philoſophos. ibi
Fatum non eſſe neceſſitatem. 145
Fatum vitam confundit humanam. 146
Fatum ſecundum ſacros. 147
Fato omnia regi Stoici arbitrantur. 148
Fati ratio, ſiue de fato variæ ſententiæ. 149
Fatum ſecundum Platonem. 150
Fati definitio. ibidem
Fato ſeruiunt tres Parcæ, ibid.
Fatum apud Ariſtotelem eſt natura, ibid.
Fatum quibus dominetur. 151
Fatum à fando dictum. 161
Finis vniuerſi extrinſecus. 189
Formaliter, virtualiter repræſentare, 241
Fides apprehendens iuſtitiam. 316
Fide purificari corda hominum. ibid.
Fides imputatur ad iuſtitiam. 321
Fides in Deum, vt eſt author naturæ. 325
Fides Cornelij quæ fuerit. ibid.
Fides conſummata. 329
Fides per dilectionem operans. ibi.
Fides diſcernit iuſtos ab iniuſtis. ibi.
Fides commendatur ab Apoſtolo, ſed quæ ſit illa, vide. 330
Figura ſphærica eſt optima. 382
Fabula de dormientibus. 405
Forma corporeitatis nõ eadẽ reſurget. 472
Forma reſurgentium. 471
Forma ſubſtantialis in inſtanti introducitur. 470

G.

GRauitas infinita non datur. 48
Graue non mouet in inſtanti. ibi.
Grauitas naturalis & accidẽtalis. 71
Gubernatores ſeptem mundi. 76
Gregorius Nyſſenus de prouidẽtia Dei. 161
Gubernationis finis. 186
Gubernationis effectus, ibi.
Gubernari quidem à Deo omnia, ſed non immediate ibi.
Gubernationi diuinæ omnia ſubdita eſſe. (166
Gubernatio diuina oſtenditur ex cauſalibus effectibus. 189
Gubernatio diuina per ſacras ſcripturas oſtenditur. 190
Gratiæ debetur gloria. 322
Gratia pro gratia. 323
Gratia triplex nobis per Chriſtũ datur. ibi.
Gratia etiam vocatur vita æterna. ibid.
Gemini eſt tertium ſignum zodiaci. 353
Gemini Caſtor & Pollux ibidem
Geminorum ſtellæ. ibid.
Geminorum fabula poëtica. ibi.
Gorgonis caput & hiſtoria. 363
Ganimedes. 365

H.

HOmo cœlum ſuſtentans? Fol. 30
Heterogeneum. 49
Homogeneum. ibi.
Humanæ voluntates præſcitæ. 161
Hieronymus contra reuolutionem animarum. 211
Hiſtoria de reuolutione animarum. ibi
Homo quomodo par, vel inferior angelis. 226
Homo an ſit dignior angelis. 295
Homo reſpectu Dei iuſtificari non poteſt. (322
Hyades, & earum nomina. 352
Hercules. 361

Herculis ſtellæ. 362
Herculis hiſtoria ibidem
Hydra cum ſuo ſitu. 363
Hora naturalis. 379
Obiectiones ibid.
Solutiones ibid.
Homo quare creatus ſit. 444
Homo teſtimonium naturæ. ibid.
Homo dominus omnium ibid.
Homo erectæ figuræ ibidem
Homo naturæ contemplator. 445
Habitus intellectiui. 446
Hieronymi doctrina de reſurrectione. 465
Homo idem reſurget. 470
Homo idem reſurget quoad animam intellectiuam. 473

I.

IN principio creauit Deus cœlum & terram Fol. 1
Infinitum caret agente. 43
Infinitum quotuplex. ibi.
Infinitum habet rationem principii. ibi.
Infinitum in magnitudine non datur. ibi.
Infinitum non poteſt pertranſiri. 44
Infinitum corpus non dari. 45
Infinitum repugnat corpori, non autem quanto. 46
Infinitum corpus non dari. 49
Infinitum non moueri. 50
Infinitur non patitur ab alio. ibid.
Infinitum non poſſe agere. ibid.
Infinitum caret medio & vltimo. 51
Infinitum non eſt accidens. 51
Infinitum eſt principium. 52
Infinitum ex quinq; probatur. 53
In perpetuis non differt eſſe à poſſe. 53
Infinitum eſſe immobile. 54
Infinitum non eſſe in ſeipſo. 55
Infinitum non habet medium. ibidem
Infinitum quale recipit philoſophus. 56
Infinitum poteſtate. ibid.
Infinitudo quid ſit. ibid.
Infinitum additione, & diuiſione idem. ib.
Infiniti ratio in quo conſiſtit. 59
Infinitum quid ſit. 61
Infinitum non eſt totum. ibi.
Infinitum continetur, & non continet 62
Infinitum eſſe ignotum. ibid.
Infiniti cognitio confuſa. 63
Infinitum à ſolo intellectu diuino cognoſcitur. ibidem
Infinitum in vigore à nobis intelligi poſſe. (64
Infinitum quid nominis. 66
Infinitæ an ſint ſpecies, tempus, numerus, & huiuſmodi. ibi.
Infiniti mundi. 67
In cœlo an ſit motus contrarius. 72
Indiuiduationis cauſa. 73
Interlunium & Plenilunium. 81

DE IOVE.

Iouis nomen. 105
Iupiter author vitæ. ibid.
Iupiter filius cœli. ibid.
Iouis ſceptrum. 106
Iouis cognomina. 106
Iouis motus. 107
Ignorantia noſtra negat diuinam prouidentiam. 163
Iudæi argumentis agunt Chriſtum non veniſſe. 196
Soluuntur argumenta. 197
Intelligere eſt ipſum credere. 209
In abſtractis à materia idem eſt intelligere & intellectio. 219
Intellectus primus eſt ſimpliciſsimus. 226
Intellectus diuinus quomodo ſciat omnia ſecundum Auerroem. ibid.
Intelligere Dei eſt ſubſtantia. 230
Intellectus poſsibilis eſt vltimus in ordine intelligibilium. 231
Intelligere eſt eſſe primæ cauſæ. 232
Intellectus practicus, & ſpeculatiuus. 233
Infidelitas quomodo eſt peccatum. 287
Ignatii amor crucifixus. 291
Iuſtitia ſine miſericordia non valet. 301
Iuſtitia eſt condecentia bonitatis. ibid.
Iudicium cum miſericordia. 302
Iuſtitia habet ſuam latitudinem. 308
Iuſtitia prædeſtinationis. ibid.
Iuſtitia quid. 309
Iuſtitia legalis. ibid.
Iuſtitia particularis, cõmutatiua, retributiua, iuſtitia in Deo quæ ſit. ibid.

DE IVSTITIA DEI.

Iuſtitia Deo tribuitur. 310
Iuſtitia eſt ſalus. ibi.
Iuſtitia Dei veritas. ibid.
Iudicium & iuſtitia quomodo differunt. ib
Iuſtitia quæ iuſtificat impium. 311
Iuſtitia abſoluta, & diſtributiua. ibi.
Iuſtitia veritas. ibid.
Iuſtitia quæ vicit Diabolum. ibi.
Iuſtitia Dei quomodo eſt noſtra. 312
Iuſtitia noſtra eſt charitas. ibi.
Iudicia Dei abyſſus multa. ibi.
Iuſtitia qua iuſtificamur Dei, & noſtra. 313
Iuſtificationis negocium quatuor abſoluitur cauſis concurrentibus. ibi.
Iuſtificationis ordo. ibid.
Iuſtificatio quid ſit. 314
Iuſtificationis cauſæ. ibid.
Iuſtitia noſtra eſt charitas. ibi.
Iuſtitia Dei dicitur noſtra iuſtitia. ibi.
Iuſtitia noſtra Dei donum. 315
Iuſtitia noſtra non eſt imputatiua, ſed realis. 316
Iuſtificari per fidem. ibi.
Iuſtificari gratis. ibid.
Iuſtitia eſt donum intrinſecum. 317

Iuſtitia eſt vita viræ. 318
Iuſtitia Deo ſimiles ſumus. ibid.
Iuſtitia eſt vita vitarum. ibi.
Iuſtitia eſt pulchritudo noſtra. ibid.
Argumenta contraria. ibi.
Soluuntur argumenta. 319
Iuſtitia Chriſtiana. 321
Iuſtitia legis Moſaicæ quæ ſit. ibi.
Iuſtitia noſtra, vt pannus menſtruatæ. ibid.
Iuſtitia impietatum qualis apud ſanctum Paulum. 321
Iuſtitia operum quæ ſit. 324
Infidelibus non eſt vera iuſtitia. ibi.
Iuſtitia prima, ſecunda. 327
Iuſtificatio inchoata. ibi.
Initium creaturæ eſt noua vita. ibi.
Iuſtitia cumulatur bonis operibus. ibi.
Iuſtificationis, ſiue de iuſtificatione ſcripturæ. 328
Iuſtificabuntur factores legis. ibid.
Iuſtus qui eſt, iuſtificetur adhuc. ibid.
Iuſtus ex fide viuit. 329
Iuſtificari hominem ſine operibus. 331
Iuſtificatio ex operibus quæ ſit. 332
In iuſtificatione impij quatuor requiruntur. 333
Infuſio gratiæ præcedit expulſionem culpæ. ibid.
In iuſtificatione impij eſt neceſſarius motus liberi arbitrij. 335
Iuſtificatio eſt remiſsio peccatorum. 336
Iuſtitia metaphorica. ibi.
Iuſtificatio tribus modis accipitur. ibi.
Iuſtificatio paſsiua triplex. ibid.
Iuſtificatio fit in inſtanti. 337
Iuſtificatio opus ſpiritus ſancti. ibid.
Iuſtificatio opus miraculoſum, in quo tria inueniuntur. ibid.
Iuſtificatio quando dicitur miraculoſa. ibi.
Iuſtificatio eſt maximum opus. ibid.
Argumenta. ibid.
Soluuntur. 340
Iuſtificatio quomodo fiat in inſtanti. 341
Iuſtificatio quomodo ſit miraculoſa. 342
Iuſtificatio impij, gratiæ infuſio, & culpæ expulſio an ſit vna mutatio. ibi.
Infuſio gratiæ eſt vera mutatio. 343
Argumenta. ibidem
Soluuntur. 344
Ixionis fabula. 357
In æternum & vltra. 401

DE INSTANTI.

Inſtans duplex. 415
Inſtans intrinſecum & extrinſecum. ibi.
Inſtantia plura. ibi.
Inter inſtantia differentia. ibi.
Inſtans non eſt pars temporis. 416
Inſtans eſt finis temporis. ibi.
Argumenta. ibidem
Soluuntur argumenta. 417
Inſtans quomodo ſeparatur à tempore. 418
Inſtans vnum. ibid.
Inſtans quomodo corrumpitur. ibid.
Inſtans naturæ. 421
Inſtans originis. ibi.
Iam quid ſit. 437
In tempore fit omnis corruptio & generatio. 438
Inæquatio temporum. 448
Idem corruptum numero non poteſt rediri virtute naturali. 495
Argumenta. ibid.
Soluuntur argumenta. 496
In morte fit interruptio ſubſtantiæ. 464
Infantium, & abortiuorum reſurrectio. 471

L

LVcis creatio. Folio. 6
Lucis diuiſio & tenebrarum. 7
Lux bona. 8
Lux non eſt corpus. 9
Lumen quid ſit. 9
Luminis conditiones. 10
Lux ſecundum Platonem. ibid.
Lux ſecundum Ariſt. ibid.
Lumen triplex. 11
Lumen ſecundum Plotinum. ibid.
Lumen cœli. ibid.
Lumen eſt actus. ibid.
Lumen habet tria. 12
Luminis actus duplex. ibid.
Lumen vnde. ibid.
Lumen eſt res incorporea. ibid.
Lumen eſt actus diaphani. ibid.
Lumen educitur in medio de potentia medij. 13
Lumen eſt in medio per ſui multiplicationem. ibid.
Lumen produci in inſtanti. 14
Lumen eſt imago Dei. 15
Lumen quid ſit ſecundum Auicennam. 15
Lumen habet eſſe intentionale. 17
Lumina duo ſi poſsint eſſe ſimul. 18
Lumen cœli quale ſit. 21
Lumen eſt eiuſdem rationis. ibid.
Lex pro natura angelica. 30
Lucis & firmamenti differentia. ibid.
Lumen & influentia indigent motu. 39
Loca ſunt finita. 47
Loca contraria ſunt finita. ibid.
Loca media ſunt finita. 48
Locus partis & totius eſt vnus. 55

DE LVNA.

Luna eſt naturæ organum. 78
Lunæ nomina. 79
Lunæ macula. ibid.

Lunæ figuræ 80
Lunæ curſus. 80
Luna diſcipula ſolis. ibid.
Lunæ cornua. 81
Lunæ magnitudo. 81
Lunæ influxus. ibid.
Luna cauſat motum maris. ibid.
Lunæ ratio habenda. ibid.
Lunæ ſtatus noxius. ibid.
Lunæ orbes quatuor. 85
Lunæ motus tardior & velox. 86
Luna nunc in aquilone, nunc in auſtro. 86
Lunæ orbium cum ſole annexio. 86
Lunæ centrum. 87
Lunæ orbis quartus eccentricus. ibid.
Lunæ epicycli motus. 88
Lunæ eccentrici. 83
Linea veri motus lunæ. 89
Lunæ eclypſis, & rationes. 90
Lunæ augmentum. 91
Leges non ſunt fruſtra. 172
Leo quintum ſignum Zodiaci. 354
Leonis natura, ſtellæ & hiſtoria. 355
Leda mater Helenæ. 363
Lacteus circulus. 368
Lactei circuli Zona duplex. 368
Lactis illius cauſæ. 369
Lacteus circulus variè exponitur. 369
Argumenta. 370. Soluuntur. 370
Lex virtus peccati. 476
Lex auget peccatum. ibid.

DE LIBRO VITÆ.

Liber vitæ quid. 287
Liber vitæ agni 288
Liber vitæ præſcientiæ Dei. 288
Liber vitæ vniuſcuiuſq;. 288. deleti de libro vitæ. ibid.
Liber vitæ reſpicit omnes. 289. In libro tuo omnes ſcribantur. ibid.
Liber viuentium. 289
Liber iuſtorum. ibid
Argumenta. 289 Soluuntur argumē. 290
Libra ſeptimum ſignum zodiaci. 356
Lyra. 362
Lyræ ortus, & ſtellæ atq; hiſtoria. 362
Lepus. 366. Leporis ortus, occaſus, ſtellæ. 366.

M.

Moyſis laus. 1
Materia cœli quæ. 2
Mundi creatio. 3
Mundus eſt incorruptibilis, ex Dei voluntate. 32
Mundus quomodo ſit à Deo. 33
Materia cœli. 35
Mundi innouatio. 40
Mundus finitus magnitudine. 45
Materia ēt cauſa infiniti. 58
Multitudo actu infinita non datur. 59
Minimum naturale dari. 60
Mercurius dicit vnum eſſe mundum. 67
Mundus non eſt bonus. ibid.
Mundi gubernator vnus. 67
Mundi duratio. 68
Mundus eſt ſicut veſtis. ibid.
Materiæ vnitas. ibid.
Mundi vnitas probatur. ibid.
Mundus omnia in ſe habet. ibid.
Mundi vnitas & pulchritudo. 69
Mundus à Deo non ſeparatur. ibid.
Mundi tres. ibid.
Mundi duo ex ſcripturis. ibid.
Mundus à Deo factus. ibid.
Mundi quare non poſſunt eſſe plures. 70
Mundus eſt vnus ſecundum philoſophum ibid.
Mundi medium vnum. 71
Mundi vnitas ex vnius ignis ſitu probatur 74
Mundus conſtat ex tota materia. ibid.
Mundus quare vnus. 75
Mundi ſeptem circuli. 76

DE MERCVRIO.

Mercurij quot extiterint. 92
Mercurij nomina. ibid.
Mercurij ſydus. 93
Mercurij ſtella vicinior Soli cæteris ſyderibus. ibid.
Mercurij vita & laus ponitur in principio libri. 3
Mercurij orbes quinq;. 93
Mercurij epicycli. 95
Menſes vnde ſint dicti. 104
Mars ſtella. 105
Martis orbes. ibid.
Motus octauæ & nonæ ſphæræ. 117
Motus trepidationis. ibid.
Mores diuerſarum gentium. 146
Malum non eſt à Deo. 153
Mundum gubernari ab vno. 185
Menia quid ſignificet. 20
Modus intrinſecus. 242.

DE MISERICORDIA DEI.

Miſericordia vnde dicatur. 300
Miſericordia in Deo qualis ſit. ibid.
Miſericordia & iuſtitia Dei in omni opere ſuo. ibid.
Miſericordia eſt fluxus bonitatis Dei. ibid.
Miſericordiæ ratio diuerſa. 305
Miſericordia ſine iuſtitia non valet. ibid.
Miſericordia eſt æterna. ibid.
Miſericordia domini plena eſt terra. ibid.
Miſericordiæ panes ſeptem. 302
Miſericordia Dei per diuinas ſcripturas oſtenditur. ibid.
Miſericordia eius præueniens & ſubſequens. 303
Miſericordia in cœlo. ibid.
Miſericordia ſempiterna. 304
Miſericordia dei eſt immutabilis. ibid.
Magna miſericordia quæ ſit. 305
Argumenta contraria. ibid.

Soluuntur

Soluuntur argumenta. 306
Mors temporalis quid 308
Miſericordia ſuperexaltat iudicium. ibid.
Miſericordia non deſtruit iudicium. ibid.
Modus præparationis ad iuſtificationem. 314
Motus liberi arbitrij neceſſarius ad iuſtificationem. 336
Motus fidei neceſſarius. ibid.
Motus liberi arbitrij in peccatum. 337
Motus animæ. ibid.

DE MVNDO.

Mundus à Deo factus eſt. 381
Mundus eſt ſphæricus. ibid.
Mundus plenus idæis. ibid.
Mundus quare factus eſt ſphæricus. ibid.
Mundus quare non habet membra ſicut cætera animantia. 382

DE MOTV.

Motus reflexus angelorum. 382
Motus circularis animæ. ibid.
Motus cœli imitatur motum animæ. ibid.
Motus Dei rectus, obliquus, & orbicularis. 383
Motus cœli eſt menſura aliorum motuū. 385
Motus cœli minimus & velociſsimus. ibi.
Motus octauæ & nonæ ſphæræ. 386
Motus trepitationis. 387
Motus regula. ibid.
Motus cœli ſine labore. ibid.
Motus animalium cum labore. ibid.
Motum cœli non eſſe æternum. 368
Motus plures faciunt plures generationes. 369
Motum cœli finem habiturum ſecundum catholicam fidem. 391
Motum primi mobilis eſſe vniformē. ibid.
Motor immutabilis. 392
Motus animalis non eſt vniformis. ibid.
Motus cœli eſt determinatus. 393
Motus indeterminatus duobus modis. ibi.
Motus cœli non poteſt augeri. 394
Motus cœli quare regularis. ibid.
Mundi ordo, & reſtitutio. 395
Mundus eſt receptaculum temporis. 397
Mundus eſt opus æternitatis. ibid.
Mercurius quid ſenſerit de æuo. ibi.
Motus multiplex. 413
Menſura Dei. ibid.
Motus eſt ſubiectum temporis. 416
Motus menſurat tempus. 418. & è cōuerſo
Motus ſequitur magnitudinem. 419
Motus diurnus eſt omnium inferiorum menſura. ibid.
Motus non eſt in nunc. ibid.
Mutatio omnis eſt in tempore. 438
Mutatio & tempus conſimiliter ſe habent. ibid.
Mille anni poſt iudicium quomodo intelligantur. 452
Motus non fit in inſtanti. 469
Materia ex matris vtero non eſt tantum ſurrectura. 471
Monſtra reſurgent. 471

N.

Nox artificialis & naturalis. 7
Numerus par eſt cauſa finitudinis. 51
Nona ſphæra eſſe probatur. 77
Numerus intelligentiarum. 112
Numerus ſtellarum. ibid.
Nonæ ſphæræ motus. 117
Neceſsitas ineuitabilis. 136
Natura eſt par prouidentiæ. 161
Neceſsitas non eſt timenda. 172
Noſtram voluntatem non cogi. ibid.
Nihil poteſt reſiſtere diuinæ voluntati. 186
Nihil renititur gubernationi diuinæ. 186
Nemo poteſt corrigi, quem Deus deſpexit. 187
Non ſunt condignæ paſsiones huius temporis. 321
Non intres in iudiciū cum ſeruo tuo Domine. 322
Nauis, cum ſuo ortu & occaſu, & ſtellis. 367
Nunc metitur tempus. 412
Nunc eſt vnitas temporis. 413
Nunc quomodo ſe habeat in tempore. ibid.
Nunc habet prius & poſterius. ibid.
Nunc non eſt fine tempore. 414
Nunc quomodo differt à tempore. ibid.
Nunc extrinſecum. 415
Numerus multiplex. 423
Nunc eſt tempus. 427
Numerus per numerabile cognoſcit. 428
Non entia non ſunt in tempore. 433
Non entium diuiſio. 434
Non entia ſemper quædam. ibid.
Nunc eſt vnum & diuerſum. 435
Nunc corruptio. 435. Nunc fluxus. 436
Nunc idem, ſiue idem nunc eſt principium & finis 437
Nuper quid ſit. ibid.
Numerus motus continui. 441

O.

Orbis ſtellarum primò per ſe lucidus. 22
Omnia in finem proprium moueri. 72
Ordo circulorum. 76
Ordo Planetarum ex Platone. ibid.
Ordo Planetarum ex Ariſt. ibid.
Orbis concentricus. 81
Orbis deferens. 82
Oppoſitum augis. 82
Octauæ ſperæ motus triplex. 117
Octauæ ſphæræ motus diuerſitas. 120
Octauæ ſphæræ æquatio. ibid.

Omnia immediatè ſubdita eſſe diuinæ prouidentiæ. 171
Ordo rerum diuinam demonſtrat prouidentiam. ibid.
Omnia eſſe condita. 178
Omnia continentur in Deo eminenter. 232
Obiectum diuinæ ſcientiæ. 238
Obiectum adæquationis. 239
Ordo perfectionis & originis. 238
Obiectum diuinæ ſcientiæ eſt diuina eſſentia. 239
Obiectum motiuum. 240
Ordo naturæ perfectionis, durationis originis. 242
Omnia præſentia Deo. 249
Obiectum cognitum. 253
Octo genera pœnarum. 308
Ordo iuſtificationis. 319
Octo cauſæ quæ noſtrum meritum demonſtrant. 322
Operum iuſtitia. 323
Operante fidem. ibid.
Opera infidelium eſſe peccata. 324
Omne quod non eſt ex fide peccatū eſt. 325
Opus noſtrum quomodo meritoriū. 326
Opera ſancti Pauli quomodo meritoria. ibid.
Operum neceſsitas. 336
Orpheus. 362
Orphei lyra. ibid.
Olor quid. ibid.
Oloris ortus, ſtellæ, fabula. ibid.
Ophiulcus. 364
Orion. 366. Orionis ortus, Stellæ, fabula. 366. Orionis pater. ibid.
Ortus & occaſus ſignorum. 370
Ortus, & occaſus coſmicus. ibid.
Ortus Chronicus. ibid.
Occaſus Chronicus. 371
Ortus & occaſus heliacus. ibid.
Ortus & occaſus ſignorum ſecundum Aſtrologos. ibid.
Ortus & occaſus Aſtronomicus. 372
Ortus & occaſus triplex. 373
Ortus & occaſus in ſphæra obliqua. 375
Oppoſita iuxta ſepoſita magis eluceſcunt. 394
Omnis mutatio eſt in tempore. 438
Omnia appetunt æternitatem. 448

P.

Plato de luce. Folio 50
Pythagoræ opinio de infinito. 53
Par numerus eſt cauſa infiniti. 51
Plato quid de infinito ſenſerit. 52
Plato defenditur. 54
Plato de mundi vnitate. 68
Pythia. 99
Plotini Philoſophia de ſtellis. 125
Planetas non mutari propter ſitum. 126
Planetæ non diſcordant. 126
Plato cuique generi animarum vnum tribuit aſtrum. ibid.
Platonis opinio de fortuna. 136
Parcæ tres. 136
Platonici de fortuna ſimiliter & Plotin. 137
Platonis opinio de fato. 150
Plenilunium & interlunium. 81

PROVIDENTIA DEI.

Prouidentia Dei ſecundum Mercurium. 151
Prouidentia Dei ſecundum Platonem. 154
Prouidentia Dei ſecundum Plotinum. 156
Prouidentia Dei vbiq; dominatur. ibid.
Prouidentiæ ratio amica Deo. ibid.
Prouidentiæ ratio de qua nemo conqueri poteſt. 157
Prouidentia Dei ſecundum Ariſtotelem, & eius commentatorem. 157
Prouidentia Dei defenditur contra Ciceronem. 160
Prouidentia quid ſit. 163
Permiſsio Dei. ibid.
Prouidentia & creatio quomodo differunt. ibid.
Prouidentia Dei per ſacras ſcripturas oſtenditur. 164
Prouidentia Dei per ſacros Doctores manifeſtè declaratur. 167
Prouidentia Dei theologorum rationibus confirmatur. 170
Prouidentia quid ſit. 171
Prouidentia non imponit neceſsitatē. 172
Prouidentia quibuſdam argumentis oppugnatur. 173. Soluuntur argumēta. 175
Plotinus de prouidentia. 175

DE PRAEDESTINATIONE.

Prædeſtinatio quid ſit. 255
Prædeſtinatio tria complectitur. ibid.
Prædeſtinatio quomodo ſit ens rationis. 256
Prædeſtinatio eſt æterna, & non imponit neceſsitatem. 257
Prædeſtinatorum numerus certus. ibid.
Prædeſtinatio iuuatur precibus. 257
Argumenta contraria ſoluuntur. 258
Prædeſtinatio differt à gratia. 259
Prædeſtinatio eſt æterna. 260
Prædeſtinatus non poteſt damnari. 261
Prædeſtinatus neceſſariò ſaluabitur. 261
Præſcientia meritorum non eſt prædeſtinationis cauſa. 263
De prædeſtinatione multæ opiniones. 263
Prædeſtinationis cauſa non eſt bonus vſus liberi arbitrij. 264
Prædeſtinationis cauſa eſt bonitas Dei. 265
Prædeſtinatio non eſt ex operibus. 266
Argumenta. ibidem
Soluuntur argumenta. 268

Panes

Panes miſericordiæ ſeptem. 302
Pœna æterna vnde. 306
Peccare cum intentione pœnitendi. ibid.
Pœnarum octo genera. 308
Præparatio ad iuſtitiam. 314
Præparatio ad gratiam eſt donum Dei. 325
Paulus adiutus precibus Stephani. 325
Pignus hæreditatis noſtræ. 326
Pauli merita qui negat, Chriſti merita negare compellitur. ibid.
Pleiades quot ſint, & eorum nomina. 352
Piſces duodecimum ſignum zodiaci. 359
Piſcium natura, ſtellæ ortus. 359
Perſeus. 363
Perſei ſitus, occaſus, ortus, ſtellæ, hiſtoria. ibid.
Phorbas. 364
Procyon cum ſuis ſtellis. 367
Piſcis, 362. Piſcis ſtellæ. ibid.
Partes quomodo ſimul æquientur. 375
Partes mediæ tantum variantur. ibid.
Punctus duplex, 415, intrinſecus & extrinſecus. ibid.
Priuatio formæ menſuratur à tēpore. 434
Prius & poſterius quomodo dicuntur de præterito. 439
Prius & poſterius in motu. 441
Phænicis theca. 449
Platonis opinio examinatur. 457
Ptolomæus de anno maximo. 458
Platonis rationes ſoluuntur. 459
Priuationis ad habitum non eſt regreſsio. 460
Priuatio quot modis dicatur apud philoſophum. ibid.
Priuatio non eſt ens poſitiuum. 461
Priuatio quid ſit, & quomodo à priuatione ad habitum poſsit fieri regreſsio. 461
Puluerū recollectio fit in inſtanti, vt quidam dicunt. 468
Argumenta, & ſolutiones. 469
Puluerem in eodem inſtanti corrumpi, & corpus animari. 470
Peccato mors facta eſt. 471
Peccatum quare aculeus mortis. ibid.
Paſsibile duplex. 476
Paſsio duplex. ibid.
Argumenta. ibid.
Soluuntur argumenta. ibid.

Q.

Quare corpora cœleſtia non corrumpantur. 2
Quantitas eſt prima diſpoſitio. 60
Quatuor puncta in cœlo diametra. 72
Quare mundus eſt vnus. 73
Quomodo Deus æqualiter curat ōnia. 165
Quomodo non omnia neceſſariò contingunt. 283
Quomodo Deus operatur in nobis. 284
Quare pœna eſt æterna. 306
Quatuor ad iuſtificationē concurrant. 313
Qui fecit te ſine te, nō ſaluabit te, ſine. 314
Quartæ quomodo ſimul oriantur. 375
Quatuor eſſe elementa. 368
Quies per accidens cognoſcitur. 432
Quiete menſurari quid ſit. 433
Quæ ſint in tempore. 433
Quondam quid ſit. 437
Quomodo tempus ſit extra animam. 441
Qualis numerus motus tempus ſit. 441
Quare homo creatus ſit. 444
Quæ ſint numero vnum. 456
Quales reſurgemus. 472

R.

Radius quid. Folio. 10
Rationes quòd res humanæ fato non regantur. 144
Receptacula defunctorum. 154
Rex ſiue gubernator legitimus. 162
Regnum Dei per ſacras ſcripturas oſtenditur. 190
Regnum Dei multiplex. 191
Regnum cœlorum. 192
Regnum cœlorū multis modis dicitur. 193
Regnum Dei ſecundum ſacros doctores. ibidem
Regnum Chriſti tradendum Deo patri, vt ſit Deus omnia in omnibus. 194
Regnum Chriſti ſtabile. ibid.
Regnum Chriſti Iudæi argumentis euertere conantur. 196
Soluuntur argumenta. 197
Regni Chriſti veram poteſtatem eſſe, atq; Chriſtum veniſſe fatemur. 200
Ratio cognoſcendi quæ ſit. 219

DE REPROBATIONE.

Reprobatio quid ſit. 272
Reprobatio tria complectitur. ibid.
Reprobatio ſcripturis aſtruitur. ibid.
Argumenta contraria. 275
Soluuntur argumenta. 278
Reprobationem & prædeſtinationem imponere neceſsitatem argumentis probatur. 281
Soluuntur argumenta. 283
Reprobationem, atq; prodeſtinationē propter opera ex libero arbitrio futura diſponi. 285
Soluuntur argumenta. 28[illegible]
Remiſsio culpæ ſeparatur à pœna temporali. 320
Regula in ſphæra obliqua. 376
Repente. 437

DE RESVRRECTIONE.

Reſurrectio ratione probatur. 448
Reſurrectio ex mundi curſu probatur, & Phœnicis hiſtoria. 449
Reſurrectio duplex. 451
Reſurrectio quare contradicitur. ibid.
Reſurrectio animæ, & reſurrectio corporum. ibid.
Reſurrectio fieri poteſt virtute diuina. 453
Argumenta contraria. ibid.
Soluuntur argumenta. 454
Reſurrectio quaſi creatio. ibid.
Reſurrectionis, ſiue in reſurrectione illa duo eſſe, quomodo diſtinguantur. ibid.
Reſurrectio à philoſophis quomodo negetur. 455
Reſurrectionem hominis fieri in inſtanti. 463
Reſurrectionis celeritas. 464
Reſurgent omnes ſimul. ibid.
Reſurgemus omnes, non omnes immutabimur, copioſè explicatur. 465
Reſurrectionis tempore erimus ſimiles angelis. 467
Reſurrectio corporum. ibid.
Reſurrectionis corporis rationes. ibid.
Reſurrectionis tempore omnes reſurgemus in menſurā ætatis plenitudinis Chriſti. 468
Reſurgentium forma. 471
Reſurrectio infantū & abortiuorum. 471
Reſurgent omnes in ſuo ſexu. ibid.

S.

Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Folio 4
Sol eſt, à quo aliæ ſtellæ recipiunt lumen. 20
Sol primum lucidum. 22
Sol dominus vitæ. ibid.
Sol regula omnium. ibid.
Soles tres. 11
Splendor quid. 10
Spiritus ſanctus vmbra. 3
Spiritus tenuis. 4
Spiritus ſanctus. 5
Saturnus frigidus. 19
Solem eſſe in medio planetarum. 77
Sol & luna principes ſtellarum. ibid.
Sphæra decima. ibid.
Sol maior terra. 91
Solis nardir. 90
Sol diſpenſator vitæ. 98
Solis nomina, & æthimo logia. 93
Solis proprietates ſecundū philoſoph. 100
Sol magnus Deus. 100
Solis magnitudo. ibid.
Solem eſſe lapidem ardentem. 101
Solis laus. ibid.
Solis orbes quot ſint. 101
Solis motus, poli, centrum, circulus eccentricus, Aux, linea medij motus, Argumentum, æquatio. 102
Solis curſus, motus, tempora 103

DE SATVRNO.

Saturnus quid ſit. 107
Saturnum commediſſe filios ſuos. ibid.
Saturni lex & ætas aurea. ibid.
Saturni orbes. 108
Saturni motus, & centrum. ibid.

DE STELLIS.

Stellarum numerus. 109
Stellæ quomodo nos moueant. 110
Stellæ an ſint formaliter calidæ. 112
Stellæ igneæ. ibid.
Stellæ quomodo generent calorem. ibid.
Solis acceſſus eſt cauſa caloris ibid.
Sol eſt cor vniuerſi. ibid.
Stellæ quomodo ſint formaliter calidæ. ibi
Stellæ an ſint frigidæ. 114
Stellarum motus ex philoſopho. 115
Stellæ quieſcunt. ibid.
Stellæ rotundæ. ibid.
Stellæ quare ſcintillant. 116
Sol vnde ſcintillet. ibid.
Stellæ non mouentur motu conuerſionis. fol. ibid.
Stellæ mouentur motu rotationis. ibid.
Solſtitium. 118
Stellæ quomodo dominentur actibus humanis. 121
Stellas mala non facere ex Plotino. 125
Sapiens Deo amiciſsimus. 157
Singularia diuina prouidentia gubernari. fol. 162

DE SCIENTIA DEI.

Scientiam veram in Deo eſſe. 208
Scientiam veram hîc non dari. 210
Scientia per caliginē, quæ à Dionyſio vocatur docta ignorantia. ibid.
Scientia Dei ſecundum Platonem. ibid.
Scire eſt reminiſci. 211
Socratis error corrigitur de reminiſcentia. ſimiliter contra philoſophos de reuolutione animarum. ibid.
Simonides dicit Deum eſſe ſeipſo ſapientem. 213
Scientia Dei ſecundum Plotinum. 213
Sapientia Dei eſt, ſine qua entia non haberent verum eſſe. 213
Scientia Dei ſecundum philoſophum & Commentatorem. 215
Scientia Dei non eſt vniuerſalis, neq; particularis. 216
Scientia Dei quomodo differat à noſtra ſcientia. ibid.

Scientia

Scientia Dei non eſt nota. 216
Scientia Dei ſecundum Algazelem & Auerroem. 217
Scientia totius & partis. ibid.
Scientia artificis duplex. 217
Scientia, ſiue Deum ſcire ſe & alia dupliciter intelligi poteſt. 217
Scientia Dei quid ſit ſecundum Auicennã Algazelem, & Auerroem. 220
Scientia Dei eſt vna ſimplex, & in actu. fol. 220
Scientia Dei per diuinas Scripturas oſtenditur. 222
Scientia & ſapientia noſtra Chriſtus. 224
Scientia aliquando pro filio accipitur. 224.
Scientia Dei cauſa rerum ex Auguſtino. fol. 224
Scientia ſupereminens. ibid.
Scientia gloriæ Chriſti. 225
Scientia Domini ſicut aquæ maris. ibid.
Sacerdotibus conuenit ſcientia. 225
Scientia Dei ſeu ſapientia per ſacros doctores oſtenditur. 225
Sapientia quid ſit. 226
Sapientia Dei ex mundo cognoſcitur. ibid.
Scientia Dei, ſcientia pietatis. 227
Scientia noſtra eſt opinio. ibid.
Quæ ſapientia ſit ſectanda. ibid.
Scientiæ Dei nihil accedit ex rebus. 228
Scientia Dei ſemper eſt eadem, & non indiget nunciis. ibid.
Scientia Dei eſt ſubſtantia Dei. ibid.
Scientia Dei ſecundum theologos. 229
Scit Deus alia à ſe ſed per ſuum eſſe. 231
Scientia Dei immutabilis. 233
Scientia Dei ſpeculatiua & nõ practica ibi.
Argumenta. 234. Soluuntur. 235
Scientiæ cauſam non eſſe immaterialitatem. 236. Soluitur. 237
Scientia Dei formalis. 237
Scientiæ diuinæ obiectum. 238
Scientia Dei eſt cauſa rerum. 244
Scientia non eſt cauſa ſine voluntate. ibid.
Scientia Dei eſt etiam non entium. ibid.
Scientia viſionis. ibid.
Scientia ſimplicis intelligentiæ. 245
Scit Deus mala, & enũciabilia, atq; ſingularia. 245. & infinita ſcit. 246
Scientia Dei eſt menſura rerum. 248
Scientia Dei ſcit futura contingentia. 249
Scientia Dei quomodo ſcit futura contingentia. 251
Scientia Dei quomodo eſt inuariabilis. ibid.
Argumenta. 251
Soluuntur. 252
Scit quædam ſimplici intelligentia neceſſario, ſcientia autem viſionis contingenter. 254
Scire quomodo eſt perfectio in Deo. ibid.
Sponſatio eccleſiæ. 313
Sacerdotes tui induantur iuſtitia. 314
Satisfactio Chriſto nos conformes facit. fol. 326
Satisfactio noſtra pendet ex merito Chriſti. ibid.
Satisfactio noſtra quid facit. ibid.
Si pœna temporalis deleat pœnam. ibid.
Seruitus iuſtitiæ. 328
Salomon dormiens quid. 340
Signa ſeptẽtrionalia, & meridionalia. 347
Signa æſtiui circuli. ibid.
Signa æquinoctialia. 349
Signum quot modis accipitur. ibid.
Scorpius ſignum zodiaci octauum. 356
Scorpij natura, ſtellæ hiſtoria, & ortus. 356 & 357
Sagittarius ſignum nonum. 357
Sagittarij natura, ſtellæ, Sagittæ, hiſtoria & ortus. ibid.
Stellæ draconis. 360
Serpentarius. 364
Serpentarij ſitus, occaſus, ortus, ſtellæ. ibi.
Sagitta. 365
Sagittæ ſitus, occaſus, ortus, ſtellæ. ibid.
Sphæra recta, ſphæra obliqua. 372
Signum oriri. ibid.
Signa vicina æquinoctiali. 373
Signorum oppoſitio. ibid.
Signa habentia æquales aſcenſiones. 374
Signa oppoſita habent aſcenſiones æquales. ibid.
Signa quæ in aſcenſione conueniunt. ibid.
Signa quæ oriuntur rectè & obliquè. 378
Sphæra eſt prima figurarum corporũ. 384
Sphæra eſt figurarum ſolidarum prima. fol. 384
Sphærica eſſe elementa, & vniuerſum orbem. ibid.
Scientia. 446
Sapientia quid ſit. 447
Sapientia caput aliarum. ibid.
Subiectum dicit ordinem ad priuationem. fol. 460
Stimulus mortis peccatum. 475

T.

Terra erat inanis & vacua. Folio 3
Tenebræ ſuper faciem abyſſi. ibid.
Totum & perfectum ſunt idem. 61
Tres Parcæ ſeruiunt fato. 150
Tribus digitis appendit molem terræ. 166
Tractus Dei duplex. ibid.
Taurus ſecundum ſignum zodiaci. 351
Taurus quid ſignificet. ibid.
Tauri natura, eſt domus Solis, in eo ſunt illæ ſtellæ, quæ vocantur Pleiades. ibid.
Tauri ortus. 353
Triangulus, eiuſq; ſtellæ. 365
Terra in medio quieſcit. 388

DE TEMPORE.

Tempus quo cœlum mouetur. 393
Tempus quid ſit ſecundū Mercurium. 395
Tempus quomodo ſit in cœlo. 397
Temporis ſubſtantia. ibid.
Tempus quid ſit apud Platonem, & Plotinum. 398
Tempus quid apud philoſophum. 404
Tempus non eſt ſine motu. 405
Tēporis & motus ſimultanea cognitio. ib.
Tempus eſt continuum, igitur motus eſt continuus. ibid.
Tempus eſt numerus motus. 406
Tempus eſſe motum quomodo intelligitur. 407
Argumenta. ibidem
Soluuntur argumenta. 408
Tempus duobus modis percipitur. 409
Tempus poſſe eſſe ſine motu argumentis oſtenditur. 410
Soluuntur argumenta. 411
Tempus eſt aliquid motus. ibid.
Tempus concernit motum ratione prioris & poſterioris. ibid.
Tempus poſterius motu quomodo intelligitur. 412
Tempus quomodo eſt numerus. 414
Tempus velox vel tardum. 418
Tempus minimum. ibi.
Argumenta quod detur minimum ſecundum magnitudinem. ibid.
Tempus non eſſe extra animam. 419
Temporis formale & materiale. 420
Tempus recipit completum ab anima. ibi.
Tempus non eſt ſine anima. ibi.
Argumenta, cum ſolutionibus. 421
Tempus continuum & diſcretum. ibid.
Tempus eſt in anima obiectiuè. ibid.
Tempus non eſt res fictitia. ibi.
Tempus perfectum & imperfectum. ibid.
Tempus quomodo ſit. 422
Tempus qualis numerus ſit. ibidem
Tempus quare habet priùs & poſteriùs. ibi
Tempus multis modis dicitur. 423
Tempus eſt menſura. ibi.
Tempus principaliter primò. ibid.
Tempus vnum & plura. 424
Temporis ſubiectum. ibid
Tempus menſura primi mobilis. ibi.
Argumenta. ibidem
Soluuntur argumenta. 426
Tempus quare menſuretur à motu. 427
Tempus ſubiectiuè non eſt in rebus temporalibus. ibidem
Tempus eſt actu finitum. ibi.
Tempus eſt metrum motus. 429
Tempus eſt menſura rerum. 430
Tempore, ſiue in tempore eſſe duobus modis dicitur. ibid.
Tempore quæ contineantur. ibi.
Tempus quomodo ſit cauſa corruptionis. 431
Argumenta cum ſolutionibus. ibid.
Tempore non ſubiiciuntur ſubſtantiæ ſeparatæ. 432
Tempus eſt menſura quietis. ibid.
Tempus menſurat quanta. 433
Tempus menſurat rem finitam. ibi.
Tempus quomodo menſuret primum mobile. ibid.
Tempus excedit eſſe, & non eſſe corruptibilium. 434
Tempus nunquam deficiet ſecundum philoſophum. 437
Tempus eſt vbique 440
Tempus eſt accidens motui. ibi.
Tempus ſine anima non eſt in actu. ibi.
Tranſmutatio quid. ibid.
Tempus qualis numerus motus ſit. 441
Tempus eſſe vnum. 442
Tempus primum quid ſit. ibid.
Tempus eſt motus orbis. ibid.
Tempus eſt circulus. ibid.
Tempus menſuratur motu, & è conuerſò. ibid.
Tempus eſt menſura. 443 ibid.

V.

VMbra quid ſignificet. Folio. 3
Vmbra Spiritus ſanctus. 3
Vidit Deus lucem quòd eſſet bona. 8
Vnum cœlum. 72
Vnitas mundi ex vnius ignis ſitu probatur. 74
Vnum numero conſtat ex ſua materia. ibi.
Venus quid ſit. 95.
Venus cœleſtis, & terrena. ibid.
Venus ſancta. ibid.
Veneris ſimulachrum. ibi.
Venus ſtella. 96
Veneris dies. ibid.
Veſta quid. ibid.
Veneris orbes. ibi.
Veneris motus & epicycli. 97
Veneris proprietates. ibi
Veneris motus. ibid.
Virtus libera. 130
Voluntas humana fato non ſubditur. 144
Voluntas Dei nō eſt ſeruire neceſsitati. 150
Vocat ſtellas nominatim. 165
Vnus eſt mundi princeps. 178
Velle diuinum dupliciter intelligitur. 256
Voluntas non mouetur ad bonum ſine Deo. 265
Vocatio duplex. 269
Voluntas Dei eſt rationabilis. 270
Verbum abbreuiatum. 275
Voluntas præparatur à domino. 282
Virga Aaron virga Dei. 314.
Vehemens dolor delet omnem pœnā. 320
Vita æterna gratia vocatur. 323
Virgo ſextum ſignum zodiaci. 355
Virginis ſtellæ, hiſtoria, & ſimilia. ibid

Virgi-

Virginis ortus. 356
Vrſa ſignum cœleſtæ habens figuram ſimilem plauſtri. 360
Vrſa maior. ibi.
Vrſæ maioris ſtellæ. ibi.
Vrſæ filius. ibid.
Vrſæ minoris ſtellæ. ibi.
Vnum nunc metitur tempus. 412
Velociùs & tardiùs quomodo ſint in tempore. 439
Vnitas motus. 456
Viui futuri in reſurrectione. 466
Viuentis duobus modis dicuntur. ibid.
Virtute diuina poſſe fieri vacuum. 469
Vnitas formæ non ſufficit. 475
Vnitas materiæ triplex. ibid.
Victoria mortis. 476

Z.

Zodiaci declinationes. Folio. 118
Zodiacus quomodo à Ptolomæo explicetur. 120
Zodiacus quid ſignificet. 345
Zodiaci poli. 346
Zodiaci diuiſio ſecundũ lõgitudinem. 347
Zodiaci circuli. ibi.
Zonæ quinque. Zonæ habitabiles ſecundũ antiquos: moderni verò dicunt omnes eſſe habitabiles. 349
Zodiaci ſigna. 350
Zona lactæi circuli duplex. 368
Zodiaci quartæ. 373
Zodiaci arcus quomodo fiant minores, & maiores. 376

Finis Indicis quarti libri Pymandri.

Regeſtrum.

★ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq
Rr Sſ Tt Vv Xx Yy Zz
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll
Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq.

Omnes ſunt duerniones præter ★ quod eſt ternio.

Omnia immediatè ſubdita eſſe diuinæ prouidentiæ. 171
Ordo rerum diuinam demonſtrat prouidentiam. ibid.
Omnia eſſe condita. 178
Omnia continentur in Deo eminenter. 232
Obiectum diuinæ ſcientiæ. 238
Obiectum adæquationis. 239
Ordo perfectionis & originis. 238
Obiectum diuinæ ſcientiæ eſt diuina eſſentia. 239
Obiectum motiuum. 240
Ordo naturæ perfectionis, durationis originis. 242
Omnia præſentia Deo. 249
Obiectum cognitum. 253
Octo genera pœnarum. 308
Ordo iuſtificationis. 313
Octo cauſæ quæ noſtrum meritum demõſtrant. 322
Operum iuſtitia. 323
Operante fidem. ibid.
Opera infidelium eſſe peccata. 324
Omne quod non eſt ex fide peccatũ eſt. 325
Opus noſtrum quomodo meritoriũ. 326
Opera ſancti Pauli quomodo meritoria. ibid.
Operum neceſsitas. 330
Orpheus. 362
Orphei lyra. ibid.
Olor quid. ibid.
Oloris ortus, ſtellæ, fabula, ibid.
Ophiulcus. 364
Orion. 366. Orionis ortus, Stellæ, fabula. 366. Orionis pater. ibid.
Ortus & occaſus ſignorum. 370
Ortus, & occaſus coſmicus. ibid.
Ortus Chronicus. ibid.
Occaſus Chronicus. 371
Ortus & occaſus heliacus. ibid.
Ortus & occaſus ſignorum ſecundum Aſtrologos. ibid.
Ortus & occaſus Aſtronomicus. 372
Ortus & occaſus triplex. 373
Ortus & occaſus in ſphæra obliqua. 375
Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. 394
Omnis mutatio eſt in tempore. 438
Omnia appetunt æternitatem. 448

P.

Plato de luce. Folio 10
Pythagoræ opinio de infinito. 51
Par numerus eſt cauſa infiniti. 51
Plato quid de infinito ſenſerit. 52
Plato defenditur. 54
Plato de mundi vnitate. 68
Pythia. 99
Plotini Philoſophia de ſtellis. 125
Planetas non mutari propter ſitum. 126
Planetæ non diſcordant. 126
Plato cuique generi animarum vnum tribuit aſtrum. ibid.
Platonis opinio de fortuna. 136
Parcæ tres. 136
Platonici de fortuna ſimiliter & Plotin. 137
Platonis opinio de fato. 150
Plenilunium & interlunium. 81

PROVIDENTIA DEI.

Prouidentia Dei ſecundum Mercurium. 151
Prouidentia Dei ſecundum Platonem. 154
Prouidentia Dei ſecundum Plotinum. 156
Prouidentia Dei vbiq; dominatur. ibid.
Prouidentiæ ratio amica Deo. ibid.
Prouidentiæ ratio de qua nemo conqueri poteſt. 157
Prouidentia Dei ſecundum Ariſtotelem, & eius commentatorem. 157
Prouidentia Dei defenditur contra Ciceronem. 160
Prouidentia quid ſit. 163
Permiſsio Dei. ibid.
Prouidentia & creatio quomodo differunt. ibid.
Prouidentia Dei per ſacras ſcripturas oſtenditur. 164
Prouidentia Dei per ſacros Doctores manifeſtè declaratur. 167
Prouidentia Dei theologorum rationibus confirmatur. 170
Prouidentia quid ſit. 171
Prouidentia non imponit neceſsitatẽ. 172
Prouidentia quibuſdam argumentis oppugnatur. 173. Soluuntur argumẽta. 175
Plotinus de prouidentia. 175

DE PRAEDESTINATIONE.

Prædeſtinatio quid ſit. 255
Prædeſtinatio tria complectitur. ibid.
Prædeſtinatio quomodo ſit ens ratiõis. 256
Prædeſtinatio eſt æterna, & non imponit neceſsitatem. 257
Prædeſtinatorum numerus certus. ibid.
Prædeſtinatio iuuatur precibus. 257
Argumenta contraria ſoluuntur. 258
Prædeſtinatio differt à gratia. 259
Prædeſtinatio eſt æterna. 260
Prædeſtinatus non poteſt damnari. 261
Prædeſtinatus neceſſariò ſaluabitur. 261
Præſcientia meritorum non eſt prædeſtinationis cauſa. 263
De prædeſtinatione multæ opiniones. 263
Prædeſtinationis cauſa non eſt bonus vſus liberi arbitrij. 264
Prædeſtinationis cauſa eſt bonitas Dei. 265
Prædeſtinatio non eſt ex operibus. 266
Argumenta. ibidem.
Soluuntur argumenta. 268

Panes

Panes miſericordiæ ſeptem. 302
Pœna æterna vnde. 306
Peccare cum intentione pœnitendi. ibid.
Pœnarum octo genera. 308
Præparatio ad iuſtitiam. 314
Præparatio ad gratiam eſt donum Dei. 325
Paulus adiutus precibus Stephani. 325
Pignus hæreditatis noſtræ. 326
Pauli merita qui negat, Chriſti merita negare compellitur. ibid.
Pleiades quot ſint, & eorum nomina. 352
Piſces duodecimum ſignum zodiaci. 359
Piſcium natura, ſtellæ ortus. 359
Perſeus. 363
Perſei ſitus, occaſus, ortus, ſtellæ, hiſtoria. ibid.
Phorbas. 364
Procyon cum ſuis ſtellis. 367
Piſcis. 368. Piſcis ſtellæ. ibid.
Partes quomodo ſimul æquentur. 375
Partes mediæ tantum variantur. ibid.
Punctus duplex. 415. intrinſecus & extrinſecus. ibid.
Priuatio formæ menſuratur à tẽpore. 434
Prius & poſterius quomodo dicuntur de præterito. 439
Prius & poſterius in motu. 441
Phœnicis theca. 449
Platonis opinio examinatur. 457
Ptolomæus de anno maximo. 458
Platonis rationes ſoluuntur. 459
Priuationis ad habitum non eſt regreſsio. 460
Priuatio quot modis dicatur apud philoſophum. ibid.
Priuatio non eſt ens poſitiuum. 461
Priuatio quid ſit, & quomodo à priuatione ad habitum poſsit fieri regreſsio. 461
Puluerũ recollectio fit in inſtanti, vt quidam dicunt. 468
Argumenta, & ſolutiones. 469
Puluerem in eodem inſtanti corrumpi, & corpus animari. 470
Peccato mors facta eſt. 471
Peccatum quare aculeus mortis. ibid.
Paſsibile duplex. 476
Paſsio duplex. ibid.
Argumenta. ibid.
Soluuntur argumenta. ibid.

Q.

QVare corpora cœleſtia non corrumpantur. 2
Quantitas eſt prima diſpoſitio. 60
Quatuor puncta in cœlo diametra. 72
Quare mundus eſt vnus. 73
Quomodo Deus æqualiter curat õnia. 165
Quomodo non omnia neceſſariò contingunt. 283
Quomodo Deus operatur in nobis. 284
Quare pœna eſt æterna. 306
Quatuor ad iuſtificationẽ concurrunt. 313
Qui fecit te ſine te, nõ ſaluabit te, ſine. 314
Quartæ quomodo ſimul oriantur. 375
Quatuor eſſe elementa. 368
Quies per accidens cognoſcitur. 432
Quiete menſurari quid ſit. 433
Quæ ſint in tempore. 433
Quondam quid ſit. 437
Quomodo tempus ſit extra animam. 441
Qualis numerus motus tempus ſit. 441
Quare homo creatus ſit. 444
Quæ ſint numero vnum. 456
Quales reſurgemus. 472

R.

RAdius quid. Folio. 10
Rationes quòd res humanæ fato non regantur. 144
Receptacula defunctorum. 154
Rex ſiue gubernator legitimus. 182
Regnum Dei per ſacras ſcripturas oſtenditur. 190
Regnum Dei multiplex. 191
Regnum cœlorum. 192
Regnum cœlorũ multis modis dicitur. 193
Regnum Dei ſecundum ſacros doctores. ibidem
Regnum Chriſti tradendum Deo patri, vt ſit Deus omnia in omnibus. 194
Regnum Chriſti ſtabile. ibid.
Regnum Chriſti Iudæi argumentis euertere conantur. 196
Soluuntur argumenta. 197
Regni Chriſti veram poteſtatem eſſe, atq; Chriſtum veniſſe fatemur. 200
Ratio cognoſcendi quæ ſit. 229

DE REPROBATIONE.

Reprobatio quid ſit. 272
Reprobatio tria complectitur. ibid.
Reprobatio ſcripturis aſtruitur. ibid.
Argumenta contraria. 275
Soluuntur argumenta. 278
Reprobationem & prædeſtinationẽ imponere neceſsitatem argumentis probatur. 281
Soluuntur argumenta. 283
Reprobationem, atq; prædeſtinationẽ propter opera ex libero arbitrio futura diſponi. 283
Soluuntur argumenta. 284
Remiſsio culpæ ſeparatur à pœna temporali. 320
Regula in ſphæra obliqua. 376
Repente. 437

DE RESVRRECTIONE.

Reſurrectio ratione probatur. 448
Reſurrectio ex mundi curſu probatur, & Phœnicis hiſtoria. 449
Reſurrectio duplex. 451
Reſurrectio quare contradicitur. ibid.
Reſurrectio animæ, & reſurrectio corporum. ibid.
Reſurrectio fieri poteſt virtute diuina. 453
Argumenta contraria. ibid.
Soluuntur argumenta. 454
Reſurrectio quaſi creatio. ibid.
Reſurrectionis, ſiue in reſurrectione illa duo eſſe, quomodo diſtinguantur. ibid.
Reſurrectio à philoſophis quomodo negetur. 455
Reſurrectionem hominis fieri in inſtanti. 463
Reſurrectionis celeritas. 464
Reſurgent omnes ſimul. ibid.
Reſurgemus omnes, non omnes immutabimur, copioſè explicatur. 465
Reſurrectionis tempore erimus ſimiles angelis. 467
Reſurrectio corporum. ibid.
Reſurrectionis corporis rationes. ibid.
Reſurrectionis tempore omnes reſurgemus in menſurā ætatis plenitudinis Chriſti. 468
Reſurgentium forma. 471
Reſurrectio infantū & abortiuorum. 471
Reſurgent omnes in ſuo ſexu. ibid.

S.

Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Folio 4
Sol eſt, à quo aliæ ſtellæ recipiunt lumen. 20
Sol primum lucidum. 22
Sol dominus vitæ. ibid.
Sol regula omnium. ibid.
Soles tres. 11
Splendor quid. 10
Spiritus ſanctus vmbra. 3
Spiritus tenuis. 4
Spiritus ſanctus. 5
Saturnus frigidus. 39
Solem eſſe in medio planetarum. 77
Sol & luna principes ſtellarum. ibid.
Sphæra decima. ibid.
Sol maior terra. 91
Solis nardir. 90
Sol diſpenſator vitæ. 98
Solis nomina, & æthimologia. 98
Solis proprietates ſecundū philoſoph. 100
Sol magnus Deus. 100
Solis magnitudo. ibid.
Solem eſſe lapidem ardentem. 101
Solis laus. ibid.
Solis orbes quot ſint. 101
Solis motus, poli, centrum, circulus eccentricus, Aux, linea medij motus, Argumentum, æquatio. 102
Solis curſus, motus, tempora. 103

DE SATVRNO.

Saturnus quid ſit. 107
Saturnum commedìſſe filios ſuos. ibid.
Saturni lex & ætas aurea. ibid.
Saturni orbes. 108
Saturni motus, & centrum. ibid.

DE STELLIS.

Stellarum numerus. 109
Stellæ quomodo nos moueant. 110
Stellæ an ſint formaliter calidæ. 112
Stellæ igneæ. ibid.
Stellæ quomodo generent calorem. ibid.
Solis acceſſus eſt cauſa caloris ibid.
Sol eſt cor vniuerſi. ibid.
Stellæ quomodo ſint formaliter calidæ. ibi
Stellæ an ſint frigidæ. 114
Stellarum motus ex philoſopho. 115
Stellæ quieſcunt. ibid.
Stellæ rotundæ. ibid.
Stellæ quare ſcintillant. 116
Sol vnde ſcintillet. ibid.
Stellæ non mouentur motu conuerſionis, fol. ibid.
Stellæ mouentur motu rotationis. ibid.
Solſtitium. 118
Stellæ quomodo dominentur actibus humanis. 121
Stellas mala non facere ex Plotino. 125
Sapiens Deo amiciſsimus. 157
Singularia diuina prouidentia gubernari. fol. 162

DE SCIENTIA DEI.

Scientiam veram in Deo eſſe. 208
Scientiam veram hic non dari. 210
Scientia per caliginē, quæ à Dionyſio vocatur docta ignorantia. ibid.
Scientia Dei ſecundum Platonem. ibid.
Scire eſt reminiſci. 211
Socratis error corrigitur de reminiſcentia. ſimiliter contra philoſophos de reuolutione animarum. ibid.
Simonides dicit Deum eſſe ſeipſo ſapientem. 213
Scientia Dei ſecundum Plotinum. 113
Sapientia Dei eſt, ſine qua entia non haberent verum eſſe. 213
Scientia Dei ſecundum philoſophum & Commentatorem. 217
Scientia Dei non eſt vniuerſalis, neq; particularis. 216
Scientia Dei quomodo differat à noſtra ſcientia. ibid.

Scientia Dei non eſt noua. 216
Scientia Dei ſecundum Algazelem & Auerroem. 217
Scientia totius & partis. ibid.
Scientia artificis duplex. 217
Scientia, ſiue Deum ſcire ſe & alia dupliciter intelligi poteſt. 217
Scientia Dei quid ſit ſecundum Auicennã Algazelem, & Auerroem. 220
Scientia Dei eſt vna ſimplex, & in actu. fol. 220
Scientia Dei per diuinas Scripturas oſtenditur. 222
Scientia & ſapientia noſtra Chriſtus. 224
Scientia aliquando pro filio accipitur. 224.
Scientia Dei cauſa rerum ex Auguſtino. fol. 224
Scientia ſupereminens. ibid.
Scientia gloriæ Chriſti. 225
Scientia Domini ſicut aquæ maris. ibid.
Sacerdotibus conuenit ſcientia. 225
Scientia Dei ſeu ſapientia per ſacros doctores oſtenditur. 225
Sapientia quid ſit. 226
Sapientia Dei ex mundo cognoſcitur. ibid.
Scientia Dei, ſcientia pietatis. 227
Scientia noſtra eſt opinio. ibid.
Quæ ſapientia ſit ſectanda. ibid.
Scientiæ Dei nihil accedit ex rebus. 228
Scientia Dei ſemper eſt eadem, & non indiget nunciis. ibid.
Scientia Dei eſt ſubſtantia Dei. ibid.
Scientia Dei ſecundum theologos. 229
Scit Deus alia à ſe ſed per ſuum eſſe. 231
Scientia Dei immutabilis. 233
Scientia Dei ſpeculatiua & nõ practica ibi.
Argumenta. 234. Soluuntur. 235
Scientiæ cauſam non eſſe immaterialitatem. 236. Soluitur. 237
Scientia Dei formalis. 237
Scientiæ diuinæ obiectum. 238
Scientia Dei eſt cauſa rerum. 244
Scientia non eſt cauſa ſine voluntate. ibid.
Scientia Dei eſt etiam non entium. ibid.
Scientia viſionis. ibid.
Scientia ſimplicis intelligentiæ. 245
Scit Deus mala, & enũciabilia, atq; ſingularia. 245. & infinita ſcit. 246
Scientia Dei eſt menſura rerum. 248
Scientia Dei ſcit futura contingentia. 249
Scientia Dei quomodo ſcit futura contingentia. 251
Scientia Dei quomodo eſt inuariabilis. ibid.
Argumenta. 251
Soluuntur. 252
Scit quædam ſimplici intelligentia neceſſariò, ſcientia autem viſionis contingenter. 254
Scire quomodo eſt perfectio in Deo. ibid.
Sponſatio eccleſiæ. 313
Sacerdotes tui induantur iuſtitia. 314
Satisfactio Chriſto nos conformes facit. fol. 328
Satisfactio noſtra pendet ex merito Chriſti. ibid.
Satisfactio noſtra quid facit. ibid.
Si pœna temporalis deleat pœnam. ibid.
Seruitus iuſtitiæ. 328
Salomon dormiens quid. 340
Signa ſepẽtrionalia, & meridionalia. 347
Signa æſtiui circuli. ibid.
Signa æquinoctialia. 349
Signum quot modis accipitur. ibid.
Scorpius ſignum zodiaci octauum. 356
Scorpij natura, ſtellæ hiſtoria, & ortus. 356 & 357
Sagittarius ſignum nonum. 357
Sagittarij natura, ſtellæ; Sagittæ, hiſtoria & ortus. ibid.
Stellæ draconis. 360
Serpentarius. 364
Serpentarij ſitus, occaſus, ortus, ſtellæ. ibi.
Sagitta. 365
Sagittæ ſitus, occaſus, ortus, ſtellæ. ibid.
Sphæra recta, ſphæra obliqua. 372
Signum oriri. ibid.
Signa vicina æquinoctiali. 373
Signorum oppoſitio. ibid.
Signa habentia æquales aſcenſiones. 374
Signa oppoſita habent aſcenſiones æquales. ibid.
Signa quæ in aſcenſione conueniunt. ibid.
Signa quæ oriuntur rectè & obliquè. 378
Sphæra eſt prima figurarum corporũ. 384
Sphæra eſt figurarum ſolidarum prima. fol. 384
Sphærica eſſe elementa, & vniuerſum orbem. ibid.
Scientia. 446
Sapientia quid ſit. 447
Sapientia caput aliarum. ibid.
Subiectum dicit ordinem ad priuationem. fol. 460
Stimulus mortis peccatum. 475

T.

Terra erat inanis & vacua. Folio 3
Tenebræ ſuper faciem abyſſi. ibid.
Totum & perfectum ſunt idem. 61
Tres Parcæ ſeruiunt fato. 150
Tribus digitis appendit molem terræ. 166
Tractus Dei duplex. ibid.
Taurus ſecundum ſignum zodiaci. 351
Taurus quid ſignificet. ibid.
Tauri natura, eſt domus Solis, in eo ſunt illæ ſtellæ, quæ vocantur Pleiades. ibid.
Tauri ortus. 353
Triangulus, eiuſq; ſtellæ. 365
Terra in medio quieſcit. 388

DE TEMPORE.

Tempus quo cœlum mouetur. 393
Tempus quid ſit ſecundũ Mercurium. 395
Tempus quomodo ſit in cœlo. 397
Temporis ſtabilitas. ibid.
Tempus quid ſit apud Platonem, & Plotinum. 398
Tempus quid apud philoſophum. 404
Tempus non eſt ſine motu. 405
Tẽporis & motus ſimultanea cognitio. ib.
Tempus eſt continuum, igitur motus eſt continuus. ibid.
Tempus eſt numerus motus. 406
Tempus eſſe motum quomodo intelligitur. 407
Argumenta. ibidem
Soluuntur argumenta. 408
Tempus duobus modis percipitur. 409
Tempus poſſe eſſe ſine motu argumentis oſtenditur. 410
Soluuntur argumenta. 411
Tempus eſt aliquid motus. ibid.
Tempus concernit motum ratione prioris & poſterioris. ibid.
Tempus poſterius motu quomodo intelligitur. 412
Tempus quomodo eſt numerus. 414
Tempus velox vel tardum. 418
Tempus minimum. ibi.
Argumenta quod detur minimum ſecundum magnitudinem. ibid.
Tempus non eſſe extra animam. 419
Temporis formale & materiale. 420
Tempus recipit completum ab anima. ibi.
Tempus non eſt ſine anima. ibi.
Argumenta, cum ſolutionibus. 421
Tempus continuum & diſcretum. ibid.
Tempus eſt in anima obiectiuè. ibid.
Tempus non eſt res fictitia. ibi.
Tempus perfectum & imperfectum. ibid.
Tempus quomodo ſit. 422
Tempus qualis numerus ſit. ibidem
Tempus quare habet priùs & poſteriùs. ibi
Tempus multis modis dicitur. 423
Tempus eſt menſura. ibi.
Tempus principaliter primò. ibid.
Tempus vnum & plura. 424
Temporis ſubiectum. ibid
Tempus menſura primi mobilis. ibi.
Argumenta. ibidem
Soluuntur argumenta. 426
Tempus quare menſuretur à motu. 427
Tempus ſubiectiuè non eſt in rebus temporalibus. ibidem
Tempus eſt actu finitum. ibi.
Tempus eſt metrum motus. 429
Tempus eſt menſura rerum. 430
Tempore, ſiue in tempore eſſe duobus modis dicitur. ibid.
Tempore quæ contineantur. ibi.
Tempus quomodo ſit cauſa corruptionis. (431
Argumenta cum ſolutionibus. ibid.
Tempore non ſubiiciuntur ſubſtantiæ ſeparatæ. 432
Tempus eſt menſura quietis. ibid.
Tempus menſurat quanta. 433
Tempus menſurat rem finitam. ibi.
Tempus quomodo menſuret primum mobile. ibid.
Tempus excedit eſſe & non eſſe corruptibilium. 434
Tempus nunquam deficiet ſecundum philoſophum. 437
Tempus eſt vbique 440
Tempus eſt accidens motus. ibi.
Tempus ſine anima non eſt in actu. ibi.
Tranſmutatio quid. ibid.
Tempus qualis numerus motus ſit. 441
Tempus eſſe vnum. 442
Tempus primum quid ſit. ibid.
Tempus eſt motus orbis. ibid.
Tempus eſt circulus. ibid.
Tempus menſuratur motu, & è conuersò. (ibid.
Tempus eſt menſura. 443

V.

VMbra quid ſignificet. Folio. 3
Vmbra Spiritus ſanctus. 3
Vidit Deus lucem quòd eſſet bona. 8
Vnum cœlum. 72
Vnitas mundi ex vnius ignis ſitu probatur. 74
Vnum numero conſtat ex ſua materia. ibi.
Venus quid ſit. 95
Venus cœleſtis, & terrena. ibid.
Venus ſancta. ibid.
Veneris ſimulachrum. ibi.
Venus ſtella. 96
Veneris dies. ibid.
Veſta quid. ibid.
Veneris orbes. ibi.
Veneris motus & epicycli. 97
Veneris proprietates. ibi
Veneris motus. ibid.
Virtus libera. [illegible]
Voluntas humana fato non ſubditur. 144
Voluntas Dei nõ eſt ſeruire neceſſitati. 150
Vocat ſtellas nominatim. 165
Vnus eſt mundi princeps. 178
Velle diuinum dupliciter intelligitur. 256
Voluntas non mouetur ad bonum ſine Deo. 265
Vocatio duplex. 269
Voluntas Dei eſt rationabilis. 270
Verbum abbreuiatum. 275
Voluntas præparatur à domino. 282
Virga Aaron virga Dei. 314.
Vehemens dolor delet omnem pœnã. 320
Vita æterna gratia vocatur. 323
Virgo ſextum ſignum zodiaci. 355
Virginis ſtellæ, hiſtoria, & ſimilia. ibid

Virgi-

Virginis ortus. 356
Vrſa ſignum cœleſtæ habens figuram ſimilem plauſtri. 360
Vrſa maior. ibi.
Vrſæ maioris ſtellæ. ibi.
Vrſæ filius. ibid.
Vrſæ minoris ſtellæ. ibi.
Vnum nunc metitur tempus. 412
Velociùs & tardiùs quomodo ſint in tempore. 439
Vnitas motus. 456
Viui futuri in reſurrectione. 466
Viuentis duobus modis dicuntur. ibid.
Virtute diuina poſſe fieri vacuum. 469
Vnitas formæ non ſufficit. 475
Vnitas materiæ triplex. ibid.
Victoria mortis. 476

Z.

Zodiaci declinationes. Folio. 118
Zodiacus quomodo à Ptolomæo explicetur. 120
Zodiacus quid ſignificet. 345
Zodiaci poli. 346
Zodiaci diuiſio ſecundũ lõgitudinem. 347
Zodiaci circuli. ibi.
Zonæ quinque. Zonæ habitabiles ſecundũ antiquos: moderni verò dicunt omnes eſſe habitabiles. 349
Zodiaci ſigna. 350
Zona lactæi circuli duplex. 368
Zodiaci quartæ. 373
Zodiaci arcus quomodo fiant minores, & maiores. 376

Finis Indicis quarti libri Pymandri.

Regeſtrum.

★ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq
Rr Sſ Tt Vv Xx Yy Zz
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll
Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq.

Omnes ſunt duerniones præter ★ quod eſt ternio.

R. SALVAREZZA
RESTAURO
Via A. Cervi n. 5
Tel. 88.57.67

Digitized by Google